

ARISTOTELES :

Nō de virtute ſcire ſat eſt:ſed enitēdum eſt ipſam habere.

PYTHAGORAS:

Stateram ne trāſgrediare. id eſt, virtutis mediū ne tranſeas.

CONTENTA

Decem librorum Moraliū Ariſtotelis, tres conuerſiones: Prima Argyropyli Byzātij, ſecunda Leonardi Aretini, tertia vero Antiqua, per capita & numeros conciliatæ: communi, familiaríque cōmmētario ad Argyropylum adiecto.

I. Fab. introductio in Ethicen.

Magna moralia Ariſtot. Georgio Valla interprete.

Leonardi Aretini dialogus de moribus.

Index in Ethicen. Item in Magna moralia.

PARISIIS
Ex officina Simonis Colinæi.
1 5 3 5.




SOCRATES

Adoleſcentes ſpeculum conſulant: quo ad bonū incitentur.



PLATO

Breues virtutis labores æterna voluptas ſequitur.



CICERO.

Qui virtute præditi ſunt: ſoli ſunt diuites.



SENECA

Nunquā ſtygias fertur ad vmbras inclyta virtus.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IACOBVS STAPVLENSIS, REVERENDO PATRI Ioanni Rellico, Epiſcopo Andegauenſi, Confeſſori Regio.

PLatonis in Protagora ſententia videtur eſſe,eas artes quæ ad victũ pertinent humanum: prouidentiam humanam reperiſſe. quæ autem ad bene,beatéq; viuendum:ſummi dei munere mentibus mortalium infuſas eſſe.Et non eſt dubium ſapiẽtiſſime præſul,diuinam bonitatem mentibus humanis ſingulari quadam claritate illuxiſſe, vt diſciplinas emitterent,quæ vitam noſtram cum priuatam, tum publicam: diuinorum conformi quadam bonitate formarent quæ morales appellantur . Cogitaui itaque diutius , ſi commentarij luce redderentur clariores, & præſertim ex quas Ariſtoteles benefico munere reliquit: tam honeſtum laborem tibi non placere non poſſe . & mihi honeſtius viſum eſt in re tam honeſta ingenium periclitari:quàm remiſſa,iguauáque mente,id non attentare. Quapropter præſul optime,paratos tuo nomini de moribus commentarios:ſerena fronte ſuſcipias,qui ſemper fuiſti virtutis veræ cuſtos,rigidúſq; ſatelles.In hac literaria expoſitione quantæ potui breuitati ſtudui:quòd Ariſtoteles ſimilis ſit peritiſſimo architecto, qui ita ſua ædificia parat:vt nihil deſit addendum,nihilque ſine vitio ſe offerat demendum. Quæſtionũ & argumentationum(niſi doctrinalium quæ in litera cõtinentur)viam non tenui:quòd mores non longa verborum diſceptatione,ſed ſana intelligentia & recta educatione(vt vult Plato:pariter & Ariſtoteles)parentur . & quòd plerunq; contrà agendorum propoſitiones,ac regulas contentioſos excogitare nodos:plus obeſſe quàm prodeſſe ſoleat auditoribus . Sunt enim hæ regulæ eorum quæ ſemper aut plurimũ fieri nata ſunt, & ſolum de talibus diſciplinarũ præcepta feruntur.contra autem, plerunque texuntur caſuum monſtra earum rerum , quæ nunquam contingunt, neq; contingere nata ſunt,& falſò diſciplinæ calumniãtur.nullius enim diſciplinæ officium eſt ad talia reſpondere,vt neq;ad caſualia.verum cum talium nuſquam meminerint diſciplinæ:ſuo ſanè ſilentio ſatis talia damnãt. In vnaquaq; virtute adhortationes adiunxi,quòd ad beate viuendum animos flectendi:pondus aliquod habeant.Socratẽ enim,hortando, Lyſidem moralem feciſſe: Laertius author eſt.Ad quod faciendum exempla ex Plutarcho, Plinio, Herodoto,Halicarnaſeo,Q. Curtio,C.Tacito,Iuſtino,Laertióque deprompta ſunt.Frequenter carmina ex Virgilio, Ouidio, Horatio, Iuuenale , Heſiodo, aliiſque poetis interſerui.& ſi quis cauſam requirat,Horatius interroganti reſpondeat.quoniam

Dictæ per carmina ſortes:
Et vitæ monſtrata via eſt,& gratia regum
Pierijs tentata modis.

Obſcœnitatem verborum etiam in fulminandis vitijs deuitaui:ꝙ huic diſciplinæ maxime accommoda ſit verborũ,ſententiarúmq; honeſtas.Eſt enim honeſtatis magiſtra.& proinde ſi præſente Lucretia timeremus eius impudenti verbo offendere pudicitiã: tanto magis id nobis cauendum eſt,cum ſermonẽ de temperantia agitamus,vt de ipſa virginitate atq; pudicitia.quapropter de his diſputantes: turpes caſus effugiant,alioqui rem facient hac caſta philoſophia plurimum indignam. Tres literas,Argyropyli,Leonardi,& Antiquam conciliaui,& capitibus & numeris:vt ſemper ad conſimiles numeros,conſimilis litera reſpondeat.& commentarium familiarem ad Argyropylum adiunxi: ꝙ in vertendo Ariſtotele magnæ diligentiæ fuiſſe commendetur. in paucis tamen & raro diſſenſionis phantaſia apparet:quæ facile legentibus ſe ingerit. & commentarium concluſionibus,diuiſionibus,diffinitionibus,corollarijs, & conſimilibus diſtinxi:quo Pariſienſes ſuũ Philoſophandi modum recognoſcant.ad quorum vtilitatem hæc euigilata,non qualia dignum eſſet:ſed qualia potui dignitatis tuæ nomine tranſmiſſa ſunt ad ſtudioſos.faueant ergo virtutum amatores, meminerintq; frequenter à Lyrico poeta edocti,quòd morum ſtudium

Aeque pauperibus prodeſt,locupletibus æque:
Aeque neglectum pueris,ſenibúſque nocebit.

Vale.

OPVS ARISTOTELIS DE MORIBVS AD NICOMACHVM: IOANNE ARGYROPYlo Byzantio traductore, adiecto familiari Iacobi Stapulenſis commentario. Cap. I.

1 OMnis ars, omníſq; doctrina atq; actus, itidē & electio: bo-
nū quoddā appetere videtur. Quapropter bene veteres
2 bonū ipſum id eſſe dixerunt, quod omnia appetunt. ¶ Fi-
niū autē differentia quædam eſſe videtur. Quidam enim
ſunt operationes: quidam præter has ipſas opera quædā.
3 ¶ Atq; in quibus præter operationes alij quidā ſūt fines:
4 in ijs ipſa opera ſunt operationibus præſtabiliora. ¶ Cum
vero complures ſint actus, & artes atq; ſcientiæ: fit vt mul
ti ſint etiā fines. Medicinæ nanq; finis eſt ſanitas, artis ex-
truendarū nauiū nauis, facultatis rei militaris victoria, &
5 familiaris rei gubernādæ diuitiæ. ¶ Quæ autē talium, ſub
aliqua vna potentia ſunt, vt ars conficiendorū frenorum, cæteræq; omnes inſtrumentorum equeſtriū effectrices: ſeſe habent ad facultatē equeſtrē, & hæc cū illis, omníſq; actio bellica ad militarem facultatē, & ad alias aliæ ſimili modo: in ijs omnibus fines earū quæ rationem architecturæ ſubeunt: magis ſunt expetibiles, quàm omnes fines inferiorum. & illi enim horum gratia expetuntur. Atq; nihil intereſt ſiue fines actuum ipſæ ſint operationes, ſiue præter ipſas aliquid aliud: vt in dictis facultatibus intueri licet.

¶ Primi capitis notæ. ¶ Primum: argumentum decem librorum ſe offert cognoſcendum.
¶ Primus diſcutit de bono: ꝙ ipſum omnia appetāt. de diuerſitate finiū. de fine agēdorū. ꝙ ciuilis ſit facultatis.
de auditore morali. de ſummo bono. ꝙ bene educatū eſſe oportet huius diſciplinæ auditorem. ꝙ felicitas nō ſit I
voluptas. quòd non ſit honor. ꝙ nō ſit virtus. ꝙ non ſit diuitiæ. ꝙ oon ſit idea. de fine perfecto. de felicitate: &
quid ſit. de præceptis quæ decet in omni diſciplina obſeruari. de concordia dictorum antiquorū cū vera felici-
tate. de triplici bono: extrario, corporis & animi. de externis bonis ꝙ felicitati conducāt. de modo quo acquiri-
tur felicitas. ꝙ quis in vita dici queat felix. de fortuna. de ipſo felice. de proſperitatibus & aduerſitatibus amico-
rū, & qualiter pertineant ad defunctos. ꝙ felicitas bonū non ſit laudabile. de anima & de duplici parte animæ.
¶ Secundus hæc. de virtute intellectiua, & morali. de exceſſu, & defectu. de voluptate, & dolore. de affectu, po-
tentia, & habitu. de mediocritate. de virtute morali quid ſit. de mediocritatum diſpoſitione. de verecundo, ſtu- II
pido, impudorato. de indignante, inuido, maleuolo. de oppoſitione tum extremorum inter ſe, tum ipſorū ad me-
dium. de præceptis quæ ad ipſum medium ducunt.
¶ Tertius hæc. de voluntario, & inuoluntario. de ijs quæ fiunt maiorum malorum metu: an ſint voluntaria. de
circunſtātijs & regulis prudeotiæ. Quid voluntarium & quid inuoluntariū. de electione: & quid ſit. de conſulta III
tione. de voluntate & voluntate affectabili. de ijs quæ in noſtra ſunt poteſtate. de fortitudine. de forti. de inſa-
no. de audace. de timido. de quinque modis fortitudinis non veræ. de temperantia. de cupiditate. de temperan-
te. de intemperante. & inſeoſibili.
¶ Quartus hæc. de liberalitate, liberali & prodigo. de magnificentia, magnifico, circa decorum rudi, ac ſordido
& puſillo. de magnanimitate, magnanimo, lento, & puſillanimo. de modeſtia, modeſto, ambitioſo & hoooris ap IIII
petitione vacante. de manſuetudioe, maoſueto, iracundo, & ira vacuo. de affabilitate, de affabili, de placido, de
adulatore, & cōtentioſo. de veritate. de verace. de arrogante, diſſimulatore, delicato, & malitioſo. de comitate,
de comi. de ſcurra & ruſtico. de verecundia.
¶ Quintus hæc. de iuſtitia, de iniuſtitia. quid iuſtitia. quid iniuſtitia. de modis iniuſti. de proportionalitate. de iu
ſto diſtributiuo. de iuſto cōmutatiuo. de lucro. de repaſſione. de numo. de indigētia. de iniuria. de iuſto ciuili. de V
iuſto herili. de iuſto œconomico. de iuſto naturali. de iuſto legitimo. de triplici nocumēto: quod alijs irrogatur.
de pati iniuriā. de ęquitate & bonitate. de ęquo & bono, & quid ęqu⁹ & bonus. & de eo quod eſt iniuriā facere.
¶ Sextus hæc. de recta ratione. de duplici virtute. de partibus animæ. & de principijs agendi. de electione. de
quincuplici habitu intellectus. de ſcientia. de arte. de prudentia: & quid ſit. de intellectu. de ſapientia. de parti- VI
bus prudentiæ. de bona conſultatione. de ſagacitate. de ſententia. ad quid ſapiētia & prudentia proſint. de inſi-
ta virtute. de connexione virtutum & prudentiæ.
¶ Septimus hæc. de heroica virtute. de continentia. de īcōtinentia fera. de incontinētia iræ. de differentijs vo-
luptatum. de vitio humano. de incontinente. de continente. de molli. de conſtante. de ſpeciebus incontinentiæ. VII
de pertinace. de voluptate.
¶ Octauus hæc. de amicitia. de ſpeciebus amicitiæ. de amicitia in excellentia. de ſpeciebus reipublicæ. de ami-
citia regia. de paterna. de œconomica. de fraterna. de ſodalitia. de filiali: & duplici iuſto. de compeoſanda ami- VIII
citia. de abdicatione.
¶ Nonus hæc. quid amicis debetur. de ſoluēda amicitia. quo modo ſe ſit habendum ad amicū. de operibus ami-
citiæ. de prauis. de beneuolentia. de concordia. de beneficeotia. de amatore ſui. de felicis amicis, de numero, de IX
fortunis. de præcipuo munere amicorum: & fugienda amicitia malorum.
¶ Decimus hæc. de voluptate. de felicitate cōtemplatiua. de felicitate actiua. ꝙ operatio præcipuū ſit. de ope-
ris peroratione. Sed hæc omnia ex ſubiecta formula melius deprehēduntur. Et in adiecta formula præcedētes X
numeri libros deſignant: ſequentes vero in vnoquoq; librorum moralium Ariſtotelis deſignatos numeros.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I	ℭBonum	1		Quid vi. mo.	20		Arrogans	88		Principia agen.	5		Specice reipublicæ	50
	Finis	2		Mediocritas	21		Diſſimulator	88		Electio	8		Amicitia regia	57
	Ciuilis facultas	9		Oppoſitio	25		Comitas	97		Quincuplex ha.	12		Amicitia paterna	58
	Auditor mora.	11		Præcepta	29		Scurra	98		Scientia	13		Amicitia œconomica	60
	Summũ bonum	13	III	ℭVoluntarium	1		Ruſticus	98		Ars	16		Amicitia fraterna	61
	Educatio	16		Circunſtantiæ	10		Comis	98		Prudentia	22		Amicitia ſodalitia	64
	Voluptas	17		Quid volun.	12		Verecundia	104		Quid prudent.	26		Amicitia filialis	67
	Honor	19		Electio	14	V	ℭIuſtitia	1		Intellectus	23		Duplex iuſtum	73
	Virtus	20		Quid electio	17		Quid iuſtitia	2		Sapientia	34		Compenſatio amici	74
	Diuitiæ	21		Conſultatio	18		Quid iniuſtitia	2		Partes pruden.	39		Abdicatio	80
	Idea	22		Voluntas	25		Modi iniuſti	8		Bona conſulta.	44	IX	ℭQuid amicis debetur	8
	Finis	25		Voluntate af.	26		Proportiona.	10		Sagacitas	54		Soluendæ amicitiæ	9
	Felicitas	29		In noſtra poteſ.	27		Diſtributiuum	20		Sententia	58		Quomodo ad amicum	14
	Quid felicit.	36		Fortitudo	34		Commutatiuum	25		An proſunt	64		Opera amicitiæ	14
	Præcepta	37		Quid fortis	37		Lucrum	29		Inſita virtus	68		Non eſſe prauorum	17
	Triplex bonũ	39		Inſanus	41		Repaſſio	31		Connexio virtu.	70		Beneuolentia	18
	Externa bona	41		Audax	41		Numus	32	VII	ℭHeroica virtus	1		Concordia	22
	Fortuna	50		Timidus	41		Indigentia	33		Continentia	2		Beneficentia	29
	Quid felix	51		Fortit. non vera	45		Iniuria	40		Incontinenti. ſe.	21		Amator ſui	32
	Defuncti	52		Temperantia	55		Iuſtum ciuile	42		Incontinen. iræ.	22		Felicis amici	36
	Laudabile	53		Cupiditas	61		Herile	46		Differentia vo.	23		Quot amici.	39
	Virtus	55		Quid temperãs	65		Oeconomicum	47		Vitium huma.	24		Amici in fortunia	44
	Anima	57	IIII	ℭLiberalitas	1		Naturale	48		Quid inconti.	25		Præcipuum mu. a.	49
	Pars animæ	58		Magnificentia	28		Legitimum	48		Quid continens	25		Amicitia malorum.	50
II	ℭVirtus intell.	1		Magnanimus	45		Nocumen. tri.	59		Quid mollis	25	X	ℭVoluptas	1
	Virtus mora.	2		Modeſtia	72		Pati iniuriam	65		Quid conſtans	25		Endoxus	3
	Exceſſus	6		Manſuetudo	76		Æquitas & bo.	78		Species inconti.	33		Volu. ipſa ope. non eſt	20
	Voluptas	8		Affabilitas	83		Quid æquus & bo.	13		Pertinax	40		Felicitas	25
	Affectus	12		Placidus	86		Iniuriam facere	84		Voluptas	50		Felicitas cõtemplatiua	15
	Potentiæ	13		Adulator	86	VI	ℭRecta ratio	1	VIII	ℭAmicitia	1		Felicitas actiua	30
	Habitus	14		Contentioſus	86		Duplex virtus	2		Amicitiæ ſpecies	7		Operari præcipuum	33
	Medium	17		Veritas	87		Partes animæ	2		Amici. in excel.	31		Operis peroratio	35

ℭArs:habitus recte faciendi vt ars domifactoria:habitus eſt recte domos catruendi. & de arte:in ſexto huius. a
ℭNomine doctrinæ:ſcientias intellectus,ſapientiámq; cõprehendimus. Sciẽtia enim: doctrina eſt recte ex de-
monſtratione cognoſcẽdi Intellectus vero:doctrina recte principia intelligẽdi. Et ſapientia:intellectus & ſcien
tia eorũ quæ in natura ſunt maxime honorabilia.& de ſciẽtia & intellectu & ſapientia amplius in ſexto huius.
Voluit & Socrates moralem virtutẽ doctrinã quandã eſſe bene beatéq; viuẽdi. ſed de ea amplius in ſecũdo hu
ius. Et artis operatio:proprie effectio dicitur. virtutis moralis:actus atq; actio. ſcientiæ vero & intellectus & ſa-
pientiæ:contemplatio. ℭElectio:eſt voluntatis operatio,quæ ex conſilio prouenit. de electione in tertio. ℭTri
Triplex hominis vita. plex eſt vita. vna effectiua qua viuunt ij qui aliqua arte mechanica ſibi vitã comparãt. Altera actiua qua viuũt
ij qui prudẽtiæ virtutibúſq; moralibus inſiſtũt:vt fortitudini,tẽperantiæ,liberalitati,iuſtitiæ. Tertia eſt cõtem
platiua,qua degunt qui ſciẽtijs & ſapiẽtiæ incumbũt. Prima eſt infima. Tertia,ſumma.& actiua,media. Per pri
mam imitamur deum vt artificẽ vniuerſorúmq; actorem. per ſecũdam vt prouidentẽ. per tertiã vt ſeparatum,
atq; in ſe in otio & trãquillitate manentẽ Primæ vitæ operationes:effectiones opificiáq; nuncupãtur. ſecundæ:
actus,actiones atq; electiones.& tertiæ:cõtemplationes,vt præcedentes cõtinent annotatiunculæ. Et cũ Ari-
ſtoteles dicit ars:vitam tangit effectiuã Cum doctrina:vitã contemplatiuã. nam & ſcientia & intellectus & ſa
pientia:doctrinæ ſunt. Cũ vero dicit actus,itidem & electio:vitam tangit actiuã,moralem atq; adminiſtratiuã.
Igitur omnis vita,effectiua & actiua & cõtemplatiua:hominibus boni gratia indulta eſt. ℭAppetere bonũ:eſt
ſuapte natura in bonũ ferri,inclinari,ordinariq;. ℭOmnia:omnia ordinata. Ordinatorũ regula Semper imper-
fectiora:perfectiorũ ſũt gratia. Homo enim ſolus à ſuæ naturæ diuinitate,ſuiq; finis rectitudine deuians: ple-
runq; ſuas operationes ad deterius inordinat,ac peruertit. hinc pendet omne malũ,hinc luctus,hinc lachrymæ,
hinc noſtrũ exilium,hinc flagella experimur diuinæ clementiæ:nos oberrantes ad vitæ rectitudinem(ceu pius
pater ſolet filios)reuocãtis frequenter. hinc duriſſima fata. Et ad noſtras operationes ordinandas,& ad noſtræ
dignioris vitæ rectitudinem conſequẽdam:hæc diſciplina toto conatu nos adiuuat:viam præbet,& præcepto-
rum face illuminat. Hanc ergo tuti,præceptorum virtutis terite orbitam,qui boni,qui recti,quiq; ordinati eſſe
cupitis.& mementote frequenter huius Stoicorum ſententiolæ, Semita certe
Iuuenalis ſaty. 10. Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
ℭFinis.eſt gratia cuius quicq̃ eſt,quicquámve ſuſcipitur agendũ. ℭFiniũ:quidã eſt ſuapte natura,quidã vero a
noſtra indigẽtia. Finis ſuapte natura:ſemper natura melior eſt ijs q̃ in ipſum ordinãtur. vt felicitas:melior virtu
tibus. Finis autẽ noſtra indigẽtia:pro noſtro indigẽtiæ modo melior eſt ijs quæ in ipſum ordinãtur vt ſanitas:
pro indigẽtia noſtra,melior q̃ medicina.& grex:pro indigẽtia noſtra,melior q̃ paſtor. hinc fines artiũ facit indi
gẽtia noſtra à dignitate naturæ degenerare:prudẽs autẽ in naturales fines dirigit. ſunt enim factiui habitus:ſua-
pte natura actiuorũ,cõtẽplatiuorúmq; gratia. Quo fit vt ſine prudẽtia artes degenerẽt,& eas in ſuos fines non
dirigamus. eſt enim prudẽtia omniũ certa regula. ℭOpus:eſt quod ex operatiõe relinquitur. vt ex domificatio-
ne domus. ℭDiuitiæ ſunt poſſeſſiones,vt agri,prædia,greges,pecuniæ & ſimilia: quæ diuina prouidentia boni 4
vſus gratia mortalibus impartitur. ℭArs architectonica:ars principalis,ars præcipua & quæ dominatur. ℭFre- 5
na,ephippia,phaleræ:equorũ ſunt ornamẽta. Quid frenũ ſit:notum eſt. Ephippia:ſellæ quibus equis inſidetur.
Phaleræ:vniuerſæ equorũ inſtructuræ,apparamẽtáq;. ℭSed dubiũ ſurgit quo pacto ſequatur omnis ars,omnis
doctrina,omnis actus,itidem & electio,bonũ quiddã appetere videtur. appetũt igitur omnia bonũ. Cui paucis
ſatiſfaciẽdũ eſt. Eorũ quæ in rerũ vniuerſitate ordinata ſunt,quædã ab ipſo bono proxime fluunt:& hæc ordi-
natiſſima ſunt. quædã à natura,& hæc ſecũdũ ordinationis tenẽt locũ:& ſemper in ipſum bonũ boniq; aſſimi-
lationẽ toto conatu nitũtur nõ impedita. Quædã vero ab humana mẽte:vt artes,doctrinæ,actus,& electiões.
quæ quidẽ minus ordinata ſunt:quandoquidẽ ab humana ratione,& arbitrio(quæ mutabilia ſunt,& quę plerũq;
oberrãt)proficiſcũtur, ſuámq; ordinationẽ ſuſcipiũt. Fit itaq; recte ſi omnis ars,omnis doctrina,omnis actus,&

electio quæ minus ordinata ſunt,bonũ appetãt: vt tãto magis reliqua quæ multo magis ordinata ſunt,ipſum bonũ appetãt. Et hæc argumẽtatio (omnis ars,õnis doctrina,oĩs actus,itidẽ & electio bonũ quoddã appetere videtur:igitur omnia bonũ appetunt) non à parte ad totũ,ſed à minori ad maius intelligenda eſt perinde ac ſi hoc pacto argumentetur,Omnis ars bona eſt:igitur tanto magis omnis virtus intellectualis. ℭ Ars:ars mechanica atq; ſeruilis. Neq; hic referat quẽq̃ ſic enuntiare,bonũ eſt quod appetũt omnia: vel hoc pacto,quod appetũt omnia,bonũ eſt. Nam indignũ,netaſq; putetur:virtutũ diſciplinã ſophiſmate violari,verũ & quãcũq; aliã ſeriã grauẽmq; doctrinã. Sed hęc logicalia miſſa faciam⁹. ℭ Et quia de expoſitione literæ,quapropter bene veteres bonũ ipſum id eſſe dixerũt,qđ omnia appetũt:inter Argyropylũ & Leonardũ cõtrouerſia eſt (nã Leonardus propter articulũ Græcũ quẽ Ariſtoteles ad bonũ adiecit:altiorẽ intelligentiã manifeſte ſenſit. idcirco Leonard⁹ hoc pacto literã interpretat⁹ eſt,quapropter bene oſtẽderũt ſummũ bonũ quod oĩa appetũt. & Argyropylus articulũ exprimẽs:per pronomẽ,ipſum,expreſſit,vt primo in loco poſitũ eſt.quãuis & pronomẽ ipſe,in ſacris literis nõnunq̃ diuina ſit particula: vt tu autẽ idẽ ipſe es,& in ſexto capite huius) licet eã ob rẽ hic aliquãtulũ illius diuinioris ſenſus gratia lõgius euagari. Moralis certe vita nihil aliud eſt q̃ quędã in hominib⁹ diuinorũ imitatio: & quãtũ nobis cõcedit,ad diuina cõformatio. & cõtrà,malũ: nihil aliud eſt q̃ ab huiuſmodi diuinorũ imitatione abſceſſus diſſimulatióq;. & oĩa quęcũq; ordinata ſunt: ſummo bono ſummóq; appetibili (quãtũ ſua natura fert) aſſimilari nitũtur. vt hoĩes per artes aſſimilãtur (quãtũ ipſis cõceditur) õniũ rerũ artifici. & per virtutes morales quib⁹ res moderãtur humanę: aſſimilãtur ipſi bono rebus oĩbus prouidenti. & per ſciẽtias: aſſimilãtur ipſi omnia ſciẽti. per intellectus: omnia intelligẽti. & per ſapientiã: ipſi ſumme ſapiẽti. & hæc ſuæ ſummæ bonitatis veſtigia ipſi placere putãt, ipſaq; acceptare: haud aliter q̃ principi numiſmata, ſua quidẽ effigie inſignita placere ſolẽt. Et inter oĩa quæ deus oĩm rerũ parẽs, ſummáq; bonitas in hoc ſenſibiliũ mũdo clauſit, nihil vſqueadeo in tot, & tãtis natũ eſt ipſũ imitari, & in tã pulchris ſuę bonitatis dotibus atq; veſtigijs ipſi aſſimilari: atq; ipſe homo, qui diuinitatis ſibi cõceſſa ſorte nõ abutiẽ, quiq; finẽ ad quẽ ipſe natus eſt ſequitur. Iccirco ſolus in hoc inferiori mũdo: felicitatis (quã paulopoſt Ariſtoteles inueſtigabit) capax eſt. Et re vera ꝑpter huiuſmodi ad ipſũ bonũ toto naturæ conatu aſſimilationẽ: ipſum bonũ, ſẽmumq; bonũ omnia appetere dicũtur. Si enim oĩa à ſole orta videres, & ea diutius contemplatus, videres vnũquodq; (quãtũ poſſet, quãtũmq; ſuę vires valerẽt) niti aſſimilari ipſi ſoli, & quãto quid ipſi ſoli ſimilius euaderet: tãto id meli⁹ eſſe cognoſceres atq; felicius: quid tũ in illo pulchro rerũ certamine ad aſſimilãdũ ſoli exiſtimares, quid cogitares, niſi res oẽs maxime ſolẽ deſiderare, cuius tãto ſtudio aſſimilationẽ quęrũt veſtigiáq; requirũt? & ſi poſſent, nũq̃ quieſcerẽt prius q̃ ipſũ ſolẽ eſſent aſſecutę. ſed de illo diuiniore ſenſu hacten⁹. In quo patet: neq; Leonardũ neq; Argyropylũ, in ſua trãſlatiõe eſſe calũniãdũ. nũc autẽ ad literæ declarationẽ ꝓcedamus.

ℭ Primum caput quinque concluſionibus partitum eſt.

1 ℭ Primi capitis cõmẽtarius ad literã. ℭ Prima cõcluſio. Omnia bonũ appetunt. Nam oĩs ars, omnis doctrina, omnis actus, idẽtidẽ & electio: bonũ quoddã appetere videtur. appetũt igitur oĩa bonũ. Quo fit vt veteres bene bonũ ipſum diffinierĩt: id ipſum eſſe quod oĩa appetũt. ℭ Secũda cõcluſio. Quædã inter ſe finiũ diuerſitas

2 cõpetitur. Nã finiũ quidã eſt operatio. vt artis citharizãdi finis: operatio eſt, fidiũ ſcilicet pulſatio. & quidã op⁹ ipſum. vt domificatiõis finis: eſt ipſa domus, quę quidẽ non operatio ſed opus eſt. finiũ igitur inter ſe quædã di-

3 uerſitas, varietas, differẽtiáq; eſt. ℭ Tertia cõcluſio. Quorũ opera ſunt fines: opera ipſa ipſis operationib⁹ præſtãt, præſtabilioráq; ſunt Nã quorũ opera ſunt fines: operatiões ipſę ipſorũ operũ gratia ſuſcipiũtur. ſunt igitẽ

4 talia opera, ipſis operatiõibus præſtabiliora. finis enim: ijs quæ in ipſum ordinantur præſtabilior eſt. ℭ Quarta cõcluſio. Multarũ ſciẽtiarũ & artiũ: multi fines exiſtũt. Sciẽtiarũ quidẽ. nã arithmeticę finis: eſt numer nume riq; cognitio. geometriæ: magnitudo. & medicinę finis: eſt ſanitas. & reliquarũ ſciẽtiarũ finis aliquis alius eſt. Artiũ vero: nã artis nauifactiuæ, finis eſt ipſa nauis. & artis militaris: victoria artis vero rei familiaris domuſq; curãdæ, finis eſt diuitiæ. notũ igitur eſt: multarũ ſciẽtiarũ atq; artiũ multos eſſe fines. & de actibus vt de ſcientijs & artibus idẽ eſt iudiciũ. ℭ Quinta cõcluſio. Quãdo variæ artes ſub vna architectonica, præcipuáq; arte

5 cõtinẽtur: ipſius architectonicæ atq; præcipuæ artis finis finibus aliarũ artiũ principalior eſt Vt artes quarum hæc frenorũ factiua eſt, hæc ephippiorũ, hæc falerarũ: ſub arte cõtinẽtur equeſtri. hę autẽ, & ars equeſtria omniſq; ſua operatio: ſub arte militari vt ſub architectonica præcipuáq; cõtinẽtur. ideo artis equeſtris finis: principalior eſt finib⁹ artiũ frenorũ factiuarũ, ephippiorũ atq; falerarũ & artis militaris finis: principalior ac expetibilior finibus artis equeſtris, & artiũ frenorũ factiuarũ, reliquorumq; apparatuũ equorũ. Nam artiũ effectiuarũ huiuſmodi apparamentorũ: gratia finis ipſius artis equeſtris exiſtũt. & turſus earũ artiũ, & artis equeſtris fines: ipſius artis militaris gratia, ſuiq; finis cõſimiliter exiſtũt. igitur finis equeſtris: finibus frenorũ factiuæ & reliquarũ prædictarũ artiũ expetibilior. & finis artis militaris: ipſius artis equeſtris fine, finibuſq; inferiorũ artiũ itidẽ principalior, expetibiliórq;. & ęque in omnibus prõptũ eſt cognoſcere, cũ varię artes ſub vna architectonica, præcipuáq; cõtinebũtur: ipſius architectonicæ finẽ finibus ſub ſe cõtẽtarũ artiũ principaliorẽ ac expetibiliorẽ eſſe. Et in hoc ars ipſa imitatur naturã. ſiquidẽ in tali proceſſu minus principales artes, minúſq; perfectę perfectiorũ ſunt gratia. id enĩ natura ipſa facit. Et nihil hic refert, an finis architectonicę artis, operatio ſit an ſit opus. nã ſemper finibus inferiorũ, cõtẽtarũmq; artiũ principalior, expetibiliórq; habebitur. Et id nõ modo in artibus verũ eſt: ſed & in ſciẽtijs & virtutibus idẽ quoq; reperitur. vt ſi plures ſciẽtiæ vnius gratia ſuapte natura ſunt petitę: earũ fines illius fine minus præcipui minuſq; expetibiles ſunt. & ſi plures virtutes vnius gratia expeti natę ſunt: illarũ quoq; fines illius principalis virtutis fine minus ſunt expetibiles. Sed de his hactenus.

Cap. II.

6 SI igitur quiſpiam rerum agendarũ eſt finis quẽ nos propter ſeipſum, cætera autem propter hunc volumus: neque fit vt omnia propter aliud expetamus (eſſet enim hoc modo ſine vllo fine ſemper abitio, atq; hinc noſter appetitus inanis vanúſque reſultaret) conſtat hunc talem finem, ſummum bo

7 num ipſúmque optimum eſſe. ℭ Et ad humanam igitur vitam: magnam huiuſce cognitio opem affert. Nam vt ſagittarij, ſignum habentes: magis id quod oportet attingere

8 poſſumus. ℭ Quòd ſi ita ſit: enitendum eſt hunc ipſum figura quidnam ſit comprehen

9 dere, & cuius ſit ſcientiæ vel facultatis percipere. ℭ Videbitur autem eius eſſe: quæ maxime dominatur, maximéque rationem ſubit architecturæ. Talem autem ſeſe of-

fert ipſa ciuilis facultas. hæc enim, & quas ſcientias in ciuitatibus eſſe, & quales quenq; diſcere, & quouſq; oportet: inſtituere ſolet. ¶ Eas præterea facultates, quæ ſummis afficiuntur honoribus: vt rei militaris reiq; familiaris facultaté, ac oratoriam artem: huic ſubeſſe facultati videmus. cum igitur cæteris actiuis ſcientijs hæc vtatur, & leges ferat, atq; inſtituat quid quiſque agere, & à quibus abſtinere debeat: huius finis, cæterarum omnium facultatum continet fines. Quo fit: vt hic finis ſit bonum ipſum humanum. ¶ Quanquam enim vnius hominis idem & ciuitatis eſt bonum: ciuitatis tamen comparare conſeruaréq; bonũ, maius atq; perfectius eſſe videtur. Nam amabile eſt: etſi vni ſoli. maius autem atq; diuinius eſt: ſi genti ciuitatibúſve ſit acquiſitum, partúmq; conſeruetur. hæc igitur appetit hæc doctrina: cum ſit facultas quædam ciuilis.

¶ Secũdi capitis notæ. ¶ Virtutũ operatiões, & quę ad ipſas perducũt: actiones nũcupamus. ¶ Agẽda & agibi 6
lia: ſunt operationes ex virtute, aut ad parandã virtutẽ ſuſceptibiles: itẽ & ipſæ ex operationibus acquiſibiles

Tres reipublicæ gradus in quibus relucere debet ciuilis facultas.

virtutes. ¶ Ciuilis facultas: eſt quę circa adminiſtrationẽ legũ, iuſtitiæ'q; legitime, tota deſudat. & cũ tres ſint 9
reipublicę ſpecies, regia, optimatũ, & cẽſupotẽtũ: hęc ciuilis facultas, vniuerſę diſpẽſatiua iuſtitię, cũcta in rebus mortalib⁹ io imagine primi diſponẽs, gubernãs, cũctiſq; ſolicite ꝓuidẽs: maxie debet in rege lucere: poſt quẽ in optimatibus, & vltimo loco in cẽſupotẽtibus, in cęteris autẽ particulariter: vt hãc prouidẽtię legẽ, tãq̃ diuinę gubernatiõis ſimilitudinẽ reuerẽter admittẽtibus, obſequẽtibus, omnẽ vitę honeſtatẽ proſequẽtibus, & õne vitiũ taoq̃ labẽ diuioę aſſimilationi cõtrariã, Eumenidũmq; afflatũ fugiẽtib⁹. Lex enĩ & iuſtitia: eſt admi

Euripides.

niſtratorię dei ꝓuidẽtię quoddã ſignaculũ ac imago. & tãta lux de cęlo nobis effulſit, & (vt inquit Euripides) etiã heſpero, luciferóq; ſplẽdidior. ſua vero oppoſita: ẽ profundis emerſere tenebris. Et hęc moralis diſciplina quæ ethicen, politicen, & domeſticam cõplectitur diſciplinã: oĩa cõtinet quæ ſancta ciuilis facultas, auguſta quadã maieſtate exequi curare debet. Quo fit: vt hac morali diſciplina, nulla ſit accõmodatior regib⁹, optiatĩbus, & omnino rerũ gerẽdarũ adminiſtratoribus: nulla itẽ ſubditis vtilior. & de huiuſmodi iuſtitia & iuſtitię adminiſtratiua facultate: quintus & octauus hoius nõnulla differẽt vberius. Fit etiã recte vt ciuilis facultatis nomine, moralis philoſophia obaudiatur intelligatúrq;: vt ab ipſis poſſidetur, qui rẽ publicã gerere gubernaréq; habẽt. Nã hęc diſciplina in illis gubernãdi, atq; ad beatã vitã dirigẽdi habet authoritatẽ. io inferiorib⁹ autẽ obſequẽdi legẽ. Quo fit iterũ: vt cũ oibus tũ ſingulis proſit plurimũ hæc diſciplina, tũ ſuperiorib⁹ tũ inferioribus & ſubditis. præſertim tamẽ in ipſis rerũ agẽdarũ adminiſtratorib⁹ lucet: cõſequitúrq; principaliter ſuũ finẽ. & nomẽ ſibi aſciſcit: vt in illis ciuilis appelletur facultas. ¶ Vt cõcludit agẽdorũ vnũ fiñẽ eſſe qui agibiliũ ſummũ bonũ eſt: ità quoq; & cõtẽplabiliũ vnũ finẽ eorũ ſummũ bonũ cõcludere liceret. & id quidẽ ſapientiæ cõtẽplatio eſt. Et ſenſibiliũ vnũ finẽ, eorũmq; optimũ: id autẽ homo eſt. Et cũ duplex ſit vita, hęc actiua illa vero cõtẽplatiua: actiuę vitæ ſummũ bonũ hoc in loco ꝓponit Ariſtoteles, qui finis agibiliũ. & in decimo huius moralis inſtitutiõis: vitę contẽplatiuę ſummũ bonũ proſequiẽ. Et quoniã iam diximus moralẽ vitã nihil aliud eſſe q̃ diuinorũ quãdã imitationẽ, aſſimilatiooẽmq;: piũ eſt vnde hæ duę vitę pẽdeãt intẽtionẽ philoſophorũ agnoſcere. Deus enĩ qui idẽ vniuerſorũ ſũmũ bonũ eſt: bifariã cõſideratur. vno modo: vt in ſe manẽs diuinitate pleniſſimus, ſapiẽtiſſimus, per ſe ſufficiẽtiſſimus, feliciſſimus, & ſeipſum ſolus vt eſt cognoſcẽs alio vero modo quaſi ſeipſum extra ꝓpagãs, & ſuę bonitatis exuberãtiã late diffundẽs, cũcta diſponens, gubernãs omnia, cunctiſq; prouidẽs ſufficiẽtiſſime. Per vitã itaq; cõtẽplatiuã: nos huius vitæ boni ſummitatẽ (quãtũ mortalibus cõceditur) adepti ipſum imitamur in ſua diuinitate manentẽ, ſeipſum vt eſt cõtẽplantẽ, ſapiẽtiſſimũ, optimumq; rerũ omniũ finẽ. Per vitã vero actiuã (ſi in ea recte viuamus) ipſum imitamur vt rebus omnibus ſuã bonitatẽ cõmunicantẽ, omnia ſuauiter diſponentẽ, ſapiẽter gubernantẽ omnia, omnibúſq; ſolicite prouidẽtẽ, & vt optimũ atq; feliciſſimũ rerũ omniũ patrẽ atq; regẽ. Et quẽadmodũ per hęc ſenſibilia ad inuiſibilia dei rite aſpiramus: ita quoq; ex agibilium vita, ad contemplatiuã recto ordine aſſurgendum eſt. eſt enim actiua adminiſtratiuáq; vita: vt terrena & ſenſibilis. contemplatiua vero: vt diuina atq; inuiſibilis. Et cum Ariſtotelicus philoſophandi mos ſit ſemper ex ſenſibilibus nos ad diuina traducere: nihil mirum hic videri debet ſi primo de felicitate actiua proſequitur, & ſi primo ſummi boni vitæ actiuæ nobis proponat exẽplum: ad quod vt ad ſignum, totam actiuæ mentis aciem intendamus, & omnes noſtras dirigamus actiones.

Duplici ſummi entis cõſideratione, duplicem elici vitam.

¶ Secundum cap. tribus concluſionibus & vno corollario partitum eſt.

¶ Secũdi capitis cõmẽtarius ad literã. ¶ Prima cõcluſio. Rerũ agẽdarũ vnus eſt finis: qui agibiliũ ſummũ bo- 6
num eſt. Nam ſi vllus eſt rerũ agendarũ finis quẽ propter ſeipſum, & reliqua agibiliũ omnia propter eũdẽ velimus, neq; ipſe iterũ inter agibilia alterius gratia petẽdus ſit: is profecto agibilium ſummũ bonũ eſt. atqui rerũ agẽdarũ talis vnus finis eſt: qui propter ſeipſum eſt, & propter quẽ reliqua omnia expetimus agibilia: & qui rurſum inter agibilia nõ alterius expetitur gratia. alioqui ſi inter agibilia ſemper alterius expeteretur gratia: hic proceſſus euaderet infinitus, & noſter naturalis appetitus irritus, vanúſq; haberetur. id autẽ ita eſſe nõ poteſt. nã nihil in natura fruſtra, vanũ, otioſũmq; fit vnq̃. in reb⁹ igitur agẽdis vnus eſt finis: qui agibiliũ ſummũ
bonũ eſt. ¶ Secũda cõcluſio. Plurimũ ad noſtrã vitã cõducit: huius ſũmi boni cognitio. Nã ad ipſum cognitũ 7
omnes actiones opationéſq; noſtras dirigemus: haud ſecus ac ſagittarii oẽs, ſagittas dirigũt ad ſignum. atqui hoc faciẽtes: facilius noſtrũ finẽ adipiſcemur. cõducit igitur ad noſtrã vitã nõ parũ: huius ſũmi boni cognitio.
¶ Corollariũ. Quapropter quid huiuſmodi bonũ ſit, & coius facultatis: annitendũ eſt rudi Minerua cõprehẽ 8
dere. Nã vt dictũ eſt, id cognoſcere: ad noſtrã vitã cõducit, momẽtũmq; habet plurimũ. ¶ Tertia cõcluſio. Id 9
ſummũ agibiliũ bonũ, optimúſq; finis: ciuilis facultatis eſſe videtur. Nec ab re quidẽ. ¶ Primo. nã merito eius facultatis exiſtit: quæ maxime dominatur præſidétq;, & quæ maxime oĩm vt architectonica prĩcipaliſſimáq; eſt. talis autẽ eſt ipſa ciuilis facultas: vtpote quę omnia in ciuitatib⁹ inſtituat, vt quæ diſciplinæ ſequẽdę, quid diſcere oporteat, & quãtũ, & quid fugere. igiẽ eius eſt ſummus agibiliũ finis. ¶ Secũdo. huic facultati ſumm̃ agendorũ bonũ iure tribuẽdũ eſt: quæ actiuas facultates honoratiſſimas ſub ſe cõtinet, & que illis vtitur. nam perfectio eius finis: aliarũ fines facultatũ merito cõtinebit. atqui ciuilis facoltas talis eſſe videtur. continet enĩ ſub ſe facultates rei militaris & oratoriã, quæ honoratiſſimæ ſunt: & domeſticã, & reliquas õnes actiuas diſciplinas. illiſq; vtitur quotiẽs earum operã deſiderat: aut vt leges ferat, aut vt quid agendũ ſit inſtituat, ã quóve ſit abhorrendũ abſtinẽdũmq;. id igitur ſummũ bonum: ciuili facultati tribueodum eſt. ¶ Tertio. huic facultatĩ

id ſummũ bonũ aſciſcendum eſt:quæ plurium bonũ intẽdit:vt quæ magis ſit diuini boni,ſummæq́; æmula prouidẽtiæ. Quis enim ſimile ſit vnius bonũ,& cõmunitatis bonũ:maius tamen, perfectius ac diuinius ipſi cõmunitati bonũ cõparare,cõparatúmq; cõſeruare q̃ vni ſoli. & ſi amabile ſit hoc pacto vnius bonũ: amabilius tamen gẽtis,ciuitatumq; bonum. nam id:pulchrius,amplius,diuiniúſq; habetur. ac ciuilis facultas:maxime omniũ,pluriũ,atq; cõmunius bonũ intendit,ac circa id ſua tota deſudat opera. igitur ſummũ agibilium bonum,optimúſq; eorum finis:ciuili facultati merito tribuendum eſt. Et de iuſtitia quæ huius facultatis robur exiſtit: quintus huius diligentius diſcutiet.eritq; eo in loco id notius:quod iam hic rudi quaſi effigie prætactum eſt.

Cap. III.

10 DIcetur autem ſatis : ſi declarabitur perinde atq; ſubiecta materia poſtulat. ipſum enim exactum non eſt in omnibus ſimili modo rationibus flagitandum:ſicut nec in ijſce quæ per artem cõficiuntur. ❡Honeſta autẽ & iuſta de quibus ciuilis cõſiderat,tãtam differẽtiam errorémq; habẽt:vt lege tantũ eſſe videantur,& nõ natura.talem etiam quendam errorem habent & ipſa bona:quia cõpluribus,ex ipſis accidunt detrimenta.iam enim quidam ob diuitias:quidã ob fortitudinẽ periere.amabile igitur eſt de talibus atq; ex talibus dicẽtes,groſſo modo figuráq; verũ ipſum oſtẽdere:& de ijs quæ ſunt plerunq;,atq; ex talibus dicẽtes talia & concludere.eodem modo & vnumquẽq; auditorẽ ea quæ dicũtur acceptare oportet. eſt enim eruditi exactum ipſum eatenus in vnoquoq; genere flagitare:quatenus fert ipſius rei natura.❡Simile nãq; videtur eſſe,mathematicũ ſuadentẽ probare:& ab oratore

11 demonſtrationes exigere.❡Atqui bene quiſq; iudicat ea quæ cognoſcit:& ipſorũ bonus eſt iudex.is ergo in vnaquaq; re bene iudicat:qui in illa eſt eruditus.abſolute autem:qui eſt in omnibus eruditus.quapropter iuuenis:ciuilis diſciplinæ non eſt idoneus auditor. Eſt enim rudis actuum vitæ.Ex his autem,& de his ipſæ rationes efficiũtur.Præterea. cum perturbationes ſequatur:vane,finéq; vtilitate audiet.quippe cum finis nõ cognitio ſit:ſed actio.Intereſt autem nihil:iuuenis ſit ætate,an moribus iuuenis ſimilis. nõ enim defectio eſt ob tempus:ſed quia viuit & perſequitur ſingula cum perturbatione.talibus

12 enim inutilis ſit ipſa cognitio:perinde atq; incontinẽtibus ipſis. ❡Ijs autẽ qui ſuas rationi ſubijciunt appetitiones,cum rationéq; agunt:magnam afferre poteſt vtilitatem. De auditore igitur,& quonam modo rationes ſunt acceptandæ,quídq; proponimus:tot exordij loco ſint dicta.

10 ❡Tertij capitis notæ. ❡Dicũtur pleraq; & honeſta & iuſta errorem diſcrepantiámq; habere: q; vno tẽpore facta,& honeſta & iuſta ſunt. alio vero:inhoneſta atq; iniuſta. & vno loco facta & perſonis quibuſdam:honeſta &

11 iuſta. alio vero loco alijs´q; perſonis:inhoneſta atq; iniuſta. ❡Ex his autẽ & de his. ex his dicitur propter principia quæ in ratiocinationibus prudentis ſumuntur:quæ de agendis,actionibúſve humanis ſunt. Et de his dicitur propter concluſiones quæ ex illis principijs colliguntur,quæ quidem etiã ſunt de actibus humanis. ❡Defectio impedimentũ conſequendæ vtilitatis ex auditione huius diſciplinæ. ❡Quód notat Ariſtoteles multos iam propter diuitias & alia pleraq; ſimilia bona,perijſſe:clamat hoc & Satyricus, — Iuuenalis ſaty. 10.

Nocitura toga:nocitura petuntur
Militia & torrens dicendi copia. multis
Et ſua mortifera eſt facundia. viribus ille
Confiſus perijt,admirandiſq; lacertis.
Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat:& cuncta exuperans patrimonia cenſus.

Ergo:ne in hæc fortunæ bona ruatis præcipitiores, ne tot curis,tot vigilijs,tótque ſudoribus veſtra quærite detrimenta. ſed virtutem quærite magiſtram:quæ vos mediocritate contentos eſſe oportere docebit. ſiquidem rerum mediocritas(vt ſapienti Soloni placet)non rerum copia felicem facit. ❡Iuuenis,non tantum q; ætate iuuenis ſit hic intelligitur:quantum qui iuuenilis affectus voluptatéſq; ac perturbationea ſequitur, vt plerunq; ea in ætate iuuenes facere ſolent. Quo fit vt quis ſtatim deprehendatur iuuenia,cui ſtudium de moribus nõ ſapit, & qui de voluptatum blanditija ſermones libenter admittit:etſi etiam ætate ſit caneſcẽs. Qualis autem ſit ætate iuuenis & quãm perturbationibus obnoxius:nos docet Horatius, — Solon.

Geſtit paribus colludere,& iram — Horatius in arte poe.
Colligit,& ponit temere,& mutatur in horas
Imberbis iuuenis.tandem cuſtode remoto
Gaudet equis,canibúſq;,& aprici gramine campi.
Cereus in vitium flecti,monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor,prodigus æria.

Sed ô iuuenes præſertim quos ſtudiorũ detinet amor,ſi virtutũ ſtudia non ſequimini: vitiũ rete ſuum tetendit in quod protinus decidatis præcipites ac miſeri. Duæ enim viæ ſunt:hæc virtutia,illa vero vitiorũ, & vt in viam virtutis ambuletis,aut in ampliſſima vitiorum deuia oberretis:neceſſe eſt. Et proinde vos idem author ex Stoicorum præceptis ad virtutis ſtudia totis viribus totíſq; lacertis incumbere admonet hunc in modum,

Et ni — Idem epiſt. 2. lib. j.
Poſces ante diem librum cum lumine,ſi non
Intendes animum ſtudija,& rebus honeſtis:
Inuidia vel amore vigil torquebere.nam cur

Quæ lædunt oculos feſtinas demere: ſi quod
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti qui cœpit habet. ſapere aude.
Incipe. viuendi qui recte, prorogat horam:
Ruſticus, expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.

¶ Nomine ciuilis facultatis: hic moralem philoſophiam audi. ¶ Perturbatinnes, affectiones: vt iræ, cupiditates, odia, inuidiæ & ſimilia. ¶ Incontinentes: ſunt qui ſanum iudicinm habent, ſed perturbationibus vincuntur. qualis apud poetas fingitur Medea.

¶ Tertium cap tribus concluſionibus partitum eſt.

¶ Tertij capitis commentarius ad literam ¶ Prima concluſio. In hac tradenda diſciplina: non paſſim exacta, de 10
monſtratiuáq; certitudo expetenda eſt. Primo. nam vt in artificũ operibus, nõ omnino ſimilibus ratinnibus cer-
titudo quærenda eſt vt in conſequendis diſciplinis: ſed in eis ipſis veritatẽ tantum indagare ſatis eſt: quantum
earum natura poſtulat, materiáq; ipſa requirit. igitur & in hac tradenda diſciplina ſatis eſſe putandũ eſt: ſi per-
inde verum perquiretur atq; materia ipſa poſtulat ac requirit. ¶ Secũdo. pleraq; honeſta & iuſta (de quibus mo-
ralis conſiderat) tantam differentiã & diſcrepantiam habent: vt lege tantũ & non natura cõſtare videãtur. iti-
dem & pleraq; bona circa quæ verſatur: ob nonnulla detrimenta quæ frequenter ab illis contingunt. iam enim
multi ob diuitias periere, multi item ob fortitudinem. igitur in talium perquiſitione non exacta certitudo quæ-
renda eſt: ſed ſatis erit in talibus rudi modo, & figura quadã verũ peruestigare & ex ijs quæ vt plurimũ ſunt, ſi-
milia: & quæ vt plurimum cõtingunt, concludere. ſic & vnũquenq; auditorẽ quæ dicuntur omnia: ſecundũ eorũ
materiam recipere oportet. eſt enim eruditi, eatenus exacte verum in vnoquoq; docendi genere exigere: quate-
nus eius natura rei admittit. ¶ Tertio. ridiculum eſt mathematicũ probare ſuadentẽ, & ab oratore demonſtra-
tionẽ exigere. ſimile enim id eſt. igitur & ridiculũ erit in hac diſciplina (verũ & in reliquis omnibus alijs) ratio-
nibus quidem adhibitis vt materia ipſa poſtulabit: non abire contentũ. ¶ Secunda cõcluſio. Iuuenis non eſt hu- 11
ius diſciplinæ conſentaneus idoneúſq; auditor. ¶ Primo. quia vnuſquiſq; bonus iudex eſt eorũ quæ nouit, & ſin-
gula recte iudicat qui in ſingulis eſt eruditus. vt eruditus grammaticus, grãmatica. & eruditus rhetor, rhetorica.
& omnino omnia recte iudicat: qui in omnibus eruditus eſt at iuuenis rudis eſt, & ineruditus actuum operatio-
numque vitæ: de quibus tamen in hac morali diſciplina omnis ratio ſermóq; habetur. nõ igitur iuuenis recte iu-
dicabit. quapropter neq; erit huius diſciplinæ aptus idoneúſq; auditor. ¶ Secũdo. haudquaq̃ putabitur huius di-
ſciplinæ cõueniens auditor: qui ex hac diſciplina nullã ſuſcepturus eſt vtilitatẽ. atqui iuuenis ex huius diſcipli-
næ ſtudio: vtilitatem nullam ſuſcipiet. nam perturbationũ ſequax eſt & huius diſciplinæ finis: actio eſt, non co-
gnitio. nõ erit igitur iuuenis: huius inſtitutionis cõueniens idoneúſq; auditor. Et nihil hic refert: an ætate iuue-
nis ſit, an incõpoſitis moribus iuueni ſimilis. neq; ob tempus iuuenem dicimus: ſed quia quis viuit vt iuuenis, ſin-
gula cũ animi perturbatione proſequens. & reuera quicunq; ſunt tales, ijs inutilis erit huius diſciplinæ cognitio:
haud ſecus ac incõtinẽtibus ſana conſilia. nec aliter q̃ ægrotantibus: ſana medicorũ cõſilia audiẽtibus nihil qui-
dem facientibus ¶ Tertia concluſio. Qui ſuas cupiditatea rationi ſubijciunt: apti fiunt huius diſciplinæ audito- 12
res. Nam huius diſciplinæ perceptio multã illis accõmoditatẽ affert: vt quæ eos ſecũdũ rectam rationẽ & abſq;
perturbatione in vnaquaq; virtute ad operandum in vita ipſa dirigat. quẽadmodũ ex ſequẽtibus eluceſcet am-
plius. Sed circa quid hoc negotium, nam circa ſummum noſtrarũ actinnum bonum, & quo pacto ratinnes huius
diſciplinæ ſint eaquirendæ, qui eius idonei & qui inidonei futuri ſint auditores: hactenus ſatis ſit dictum.

Cap. IIII.

NVnc autẽ repetentes dicamus (cum omnis cognitio atq; electio bonũ quod- 13
dam affectet) quidnã ſit id quod ciuilem appetere dicimus facultatẽ, & quid
omniũ rerum agendarum ſupremũ ſit bonum. ¶ Nomine igitur: omnes fere 14
de ipſo conſentiũt. Nam & vulgus & elegantes felicitatẽ inquiũt eſſe. atq; be-
ne viuere, benéq; agere, & felicẽ eſſe: eadem eſſe putãt. De felicitate autẽ quænam ſit, diſ-
ſentiunt: & nõ ſimiliter vulgus, ac ſapiẽtes eam aſſignant. quidam enim vnum quid eo-
rum quæ clara manifeſtáq; ſunt, ipſam eſſe putãt: vt voluptatem, aut diuitias, aut hono-
rẽ. Quidam aliquid aliud. perſæpe etiam vnus idémq; diuerſum. nam cum ægrotat ſani-
tatem. cum pauper eſt diuitias. ignorationis vero cõſcij ſuæ: eos admirãtur qui magnum
aliquid & vltra vires ipſorum dicũt. Quidam autẽ præter hæc plura bona, aliud quod-
dam per ſe eſſe putabãt: quod quidem & his vniuerſis vt ſint bona cẽſuere cauſam eſſe.
Omnes igitur opiniones ſcrutari: ſuperuacaneũ eſt fortaſſe. Satis autẽ erit: ſi eas ſcruta-
bimur quæ maxime extãt, aut rationẽ aliquã habere videntur. ¶ At enim ne lateat nos: 15
eas inter ſeſe rationes differre quæ à principijs proficiſcuntur, & quæ ad principia per-
gũt. Recte enim & Plato dubitabat atq; quærebat: vtrum à principijs, an ad principia ſit
ipſa via: vt in ſtadio, ad calcẽ ex ijſce qui præmia ponunt, an cõtrã? Enimuero ſemper eſt
à notis incipiẽdum. hæc autẽ duobus modis talia ſunt. alia nanq; ſunt nobis: alia ſimpli-
citer nota. nobis igitur forſitan ex ijs incipiẽdum eſt: quæ nobis nota. ¶ Quocirca bene 16
inſtitutum moribus eum eſſe oportet: qui de honeſtis & iuſtis, & omni ciuili ratione eſt
ſufficiẽter auditurus. Eſt enim principium ex ſe. atq; ſi hoc ſatis conſtet: nõ opus erit ip-
ſo cur eſt. talis autem aut habet principia: aut accipere facile poteſt. Cui vero neutrum
horum ineſt: is Heſiodi ſententiam audiat hiſce carminibus explicatam,

Heſiodus. Optimus ille quidem eſt, ex ſeſe qui omnia nouit:

Perceptis quæ pôſt &ſemper ſunt meliora.
Is rurſus bonus eſt:paret qui recta monenti.
At qui ex ſe neſcit,cuiquam nec porrigit aures
Vt bona percipiat:demens, & inutilis ille eſt.

¶Quarti capitis notæ. ¶Sedecim de felicitate opiniones. Nulla,voluptas,diuitiæ,honor,ſanitas,ſcientia,idea, pulchritudo,robur,genus,virtus,prudentia,ſapientia,aggregatum,bene agere,virtutis vſus. ¶Prima eſt felicitatem tollentium,vt Pyrrhonis Elieoſis,Eurylochi, Zenophanis, & ſimiliũ:nullum bonũ aut malũ eſſe aſtruentium.ſed hæc dudum ab omni ſchola irriſa,atq; exploſa eſt. ¶Secũda:eſt ponentium voluptatẽ,vt Ariſtippi & Epicuri & Cirenaicorum,& cocorum Epicuri & Eudoxi Gnidij. Sed qui voluptates corporeas,quæ momentaneæ ſunt,tam perdite proſequũtur:eos pariter irridet & admonet ꝙ vanæ ſint cogitare poeta, hũc in modum,
Anguſtæ,miſeræque breuiſſima vitæ
Portio. dum bibimus,dum ſerta,vnguenta,puellas
Poſcimus:obrepit non intellecta ſenectus.

Pyrrho, Eurylochus, Zenophanes, Ariſtippus, Epicurus, Eudoxus, Cirenaici, Iuuenalis ſaty. 9.

¶Tertia eſt ponẽtium diuitias felicitatem eſſe:vt Lydius Crœſus, Midas Phrygius,& ſimiles fecere.& auarus ille qui iuſſit hæredes ſuos ſuo ſepulchro inſculpere:quantum hæreditatis quiſque accepiſſet.quo quantum felix ipſe fuiſſet:agnoſceret poſteritas.de quo inquit Damaſippus Stoicus,
Quoad vixit credidit ingens
Pauperiem vitium,& cauit nil acrius.vt ſi
Forte minus locuples vno quadrante periret:
Ipſe videretur ſibi nequior. Hæ diuitum ſunt ſententiæ & ironiæ ſatyricorum.
Omnis enim res,
Virtus,fama,diuina,humanáque pulchris
Diuitijs parent. quas qui conſtruxerit: ille
Clarus erit,fortis,iuſtus,ſapiens,etiam rex.
Et quicquid volet:hoc veluti virtute paratum
Sperauit magnæ laudi fore.
Scilicet vxorem cum dote fidémque & amicos
Et genus,& formam regina pecunia donat.
Ac bene nummatum decorat ſuadela,venuſque.

Crœſus, Midas, Damaſippus, Horatius li. 2 ſermo. ſat. 3. Ibidem, Horatius li. j. epiſt. vj.

Et vniuerſaliter omnes auaros,huius eſſe perditiſſimæ ſectæ:Satyricus hoc carmine taxat,
Qui mirantur opes,qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant. iuuenes hortantur: vt illam
Ire viam pergant,& eidem incumbere ſectæ.

Iuuenalis ſaty. 15.

¶Quarta:eſt eorũ qui ponũt felicitatẽ eſſe honorem: vt Periãder Corinthius, Lycophron:& ferme ambitioſi quiq;. Sed ꝙ honores defluxa ſint bona: declarauit fortunæ Valeriani Auguſti inſtabilitas:qui doctrina & eloquẽtia clarus,& cõſpicuus honoribus cõtra Perſas agẽs incaute,in poteſtatẽ regis Perſarũ incidit:& ignominioſa ſeruitute apud eũ cõſenuit: vt ipſe ſenex accliuus humi:regẽ equũ aſcẽſurũ,non manu ſed dorſo ſemper attolleret. ¶Quinta:eſt ponentiũ eſſe ſanitatẽ. vt qui aduerſa valetudine laborãt. ¶Sexta:eſt ponẽtiũ eſſe ſcientiã. vt Herilus Calcidonius opinatus eſt & Socrates,Socraticiq; diſcipuli,& ignorantiũ quãplurimi. ¶Septima:eſt ponentiũ felicitatẽ eſſe ideam.& hãc Epicharmus,Sphæreus,Plato,ſuiq; ſequaces induaerũt. ¶Octaua:eſt ponẽtium eã eſſe pulchritudinẽ.& hãc Orpheus ſub Narciſi fabula velauit.huic ſuccumbũt opinioni molliculi quidã:qui ſe curioſiuſcule more mulierũ & comũt & ornãt. ¶Nona:eſt eorũ qui eam corporis fortitudinẽ eſſe putant. vt Milo Crotonienſis,& Athletarũ pars plurima. ¶Decima:eſt eorũ qui credũt eſſe nobilitatẽ. vt quidã qui propter genus tument,& faſtidioſi quidã homines à quibus nullo reſpectu cæteri cõtemnũtur(vt Satyricus inquit)ceu viles pulli,nati infelicibus ouis. At de veris nobilibus nullus hic ſermo eſt:in quibus parentũ hæreditaria virtus elucet,& qui viciſſim ſuis virtutibus ac officijs niteſcũt atq; micant.nam hi hominũ generoſiſſimi, modeſtiſſimi,humaniſſimiq; ſunt:neq; ab auita probitate quicquã degenerãt. ¶Vndecima:eſt ponentium eſſe virtutẽ,vt Zenonis Cittiæi,Cleantis,Poſſidonij,Hecatonis,Diogenis Babylonici & aliorũ Stoicorum. Et ſummum felicem:ſapientem vocãt.quem Horatius,ꝙ illi plus æquo tribuunt immoderatiúſq;:hoc modo irridet,
Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue:diues,
Liber,honoratus,pulcher,rex denique regum,
Præcipue ſanus:niſi cum pituita moleſta eſt.

Periander, Lycophron, Valerianus, Herilus, Socrates, Epicharmus, Sphæreus, Orpheus, Narciſus, Milo, Athletæ, Iuuenalis, Zeno, Cleantes, Poſſidonius, Hecato, Antiſthenes, Diogenes, Horatius epi j. li. j.

¶Duodecima:eſt ponentium eſſe prudentiam. vt Bionis Boryſtenitis. ¶Decimatertia: eſt ponentium eſſe ſapientiam,vt Biantis Prienei. ¶Decimaquarta:eſt ponentium eſſe ex his aggregatũ. vt Thaletis Mileſij. ¶Decimaquinta:eſt ponentium idem eſſe felicem eſſe & bene agere. vt Pittaci Mytilenæi. ¶Decimaſexta:eſt ponentium felicitatem eſſe virtutis vſum ac operationem:imò optimæ virtutis. vt Ariſtoteles,Ariſtoteliciq; om-
15 nes ponunt. Sed hæc longius proſequi nimium eſſet. ¶Stadium eſt octaua pars miliaris:centum vigintiquinq;
16 paſſus continens. ¶Carmina Heſiodi in commẽtario adiecta:ſunt Nicolai Valenſis nobilis Rhomani. qui adoleſcens Georgicon traduxit Heſiodi:qui & in prima iuuenta fatis conceſſit.

Bion, Bias, Thales, Pittacus, Ariſtoteles, Heſiodus, Valenſis

¶Quartum cap. tribus concluſionibus & vno corollario partitum eſt.

13 ¶Quarti capitis cõmentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Expedit cognoſcere quid id ſupremũ bonum ſit: ad quod hæc moralis facultas nos intẽdit perducere. Nam ſuperius dictum eſt,omnẽ doctrinam,pariter & electionem bonũ quoddam appetere. hæc autẽ facultas:doctrina quædam eſt. bonum igitur quoddam affectat. & id ſummũ rerum agendarum bonũ iam eſſe dictum eſt. expedit igitur quid ſit huiuſmodi ſummum bonum,co-
14 gnoſcere. ¶Secunda cõcluſio. De ſummo bono veteres in alio conſenſerunt:diſſenſeruntq; in aliquo. Nam ferme omnes in nomine cõſentiunt,ꝙ ſummũ humanum bonũ vocetur felicitas. conſentiunt & bene viuere,bene agere,& felicem eſſe:vnum,idémq; eſſe. At vero diſſentiunt quænã res ea ſit felicitas. nec vulgus eodem modo id aſſignat,atq; ſapiẽtes. nonnulli enim eorũ,in patentibus manifeſtiſq; bonis ipſam felicitatem collocãt: hi in voluptatibus,hi in diuitijs:quidam vero vno tẽpore vnũ,& alio tempore aliud vt ægri,bonã valetudinem,felicitatem putant ijdem facti ſani,ſed pauperes:diuitias tunc putãt felicitatem. diuites autẽ facti,ſed ignari: ſententiam mutãt,felicitatémq; iudicant ſcientiã,ſumme admirantes eos qui magnũ aliquod & ſupra eorum captum ex ſciẽtia memorãtur,atq; poſſunt. alij vero cõtendunt felicitatem eſſe bonũ quoddam per ſe atq; ſeparatum:vt ideam,ꝙ cauſa ſit omnibus prædictis,vt bona exiſtãt. ſed omnes recẽſere opiniones: ferme ſuperua-

caneum eſſet. & ſatis hoc in loco fuerit:ſi eæ quæ apparēt,& aliquam perſuaſionis præ ſe ferunt apparentiam,
diſcutiantur. ℂTertia concluſio. Rationes quæ á principijs proficiſcũtur: aliæ ſunt ab ijs quæ perguot ad prin- 15
cipia. Nam propter hoc recte Plato dubitabat quærebátq; an in diſciplinis á principijs an ad principia via ſit.
quemadmodũ currentibus io ſtadio,cum ad finem præmia ponſitur,aut contrá cũ ponuntur ad principia: cur-
ſus eſt nunc á principio & nune ad principiũ. Sed huic dubitationi Platonis ſatiſfacere promptum eſt: ſemper
eſſe á notioribus incipiendum. & bifariam notiora eſſe: & ſimpliciter,& quo ad nos. & cum nobis principia no-
ta non ſint: á notioribus nobis ad principia procedimus. cum vero ea nota,& reliqua ignota: ab ipſis procedi-
mus ad reliqua. Et ferme cum adhuc rudes,ad aliquam doctrinarum primum iter arripimus: á notioribus nobis
ad principia,prima via nobis eſt. ℂCorollariũ. Quo fit: vt bene moribus educatum eſſe oporteat eũ qui in hac 16
diſciplina de honeſtate,iuſtitia,omniq; moralis virtutis ratione ſufficienter eſt aoditurus. Nam principia: ex ſe
& non per alia principia,cognita eſſe debent. & cui hoe ſufficiēter conſtiterit certúmq; habebitur: non quæret
cur principia vera ſint. at qui bene moribus educatus eſt: aut iam huius doctrinæ principia tenet, aut facile á
recte docente recipiet. qui autem neq; principia ipſa habet,neque facile á docente recipiet: audiat Heſiodum,

Heſiodus
Optimus hic ſeſe qui nouit cuncta magiſtro,
Proſpiciens rerum fines: meliora ſequutus.
Dignum laude virum parentem recta monentis
Credimus. ille tamen ſibi qui non cooſulit,& qui
Alterius præcepta fugit: vir inutilis ille eſt.

Cap. V.

SEd nos eò redeamus vnde digreſſi ſumus. Summum enim bonum felicita- 17
témque: non ſine ratione ex viuendi modo videntur exiſtimare. vulgus qui-
dem & importuniſſimi, voluptatem: quapropter & deditam voluptatibus vi-
tam amant. Tres enim ſunt maxime quæ præcellunt: ea quæ nunc dicta eſt,
& ciuilis,& contemplatiua tertia. ℂVulgus igitur, mancipij ſimile penitus eſſe videtur: 18
pecorum vitam diligendo. habet autem rationem, quòd complures eorum qui ſunt in
poteſtatibus cõſtituti: perinde atq; Sardanapalus viuunt. ℂElegantes autem,& ad agen- 19
dum idonei: honorem. Honos enim: finis fere ciuilis eſt vitæ. Videtur autē: ab eo diſta-
re quod quærimus. nam in ijs potius qui afficiũt, quàm in ijs qui afficiuntur honoribus:
eſſe videtur. ſummum autē bonum, proprium quid taléq; eſſe vaticinamur: vt auferri fa
cile nequeat. Præterea honorē perſequi vidētur: vt ſeipſos bonos eſſe credāt. itaq; á pru-
dentibus,& apud eos qui ipſos cognoſcũt: & ob virtutē honoribus affici quærũt. conſtat
igitur ſecũdum hos ipſos: honore præſtabiliorē eſſe virtutem. ℂAtq; forſitan & finem 20
quiſpiam ciuilis vitæ magis hanc eſſe putauerit: verum & ipſa videtur imperfectior eſſe.
Videtur enim poſſe virtutem habentē: & dormire, aut nō agere quicquam per vitam,
& inſuper in maximis malis atq; aduerſitatibus fortunæ poſitum eſſe. eum vero qui ita
ſe habet: nemo felicem dixerit, niſi qui poſitionē obſeruat. Sed hæc hactenus. ſatis enim
de his eſt & in cõuerſionibus dictum. De cõtemplatrice autē vita, quam tertiam dixi-
mus: in ſequentibus conſiderationē faciemus. ℂEa vero quæ pecunijs incumbit: violēta 21
quædam eſt vita. Ipſæq; diuitiæ: non ſunt id quod quærimus bonum. vtiles enim ſunt,&
ob aliud. quapropter ea quæ prius ſunt dicta, potius quiſpiam fines eſſe exiſtimauerit:
quippe cum propter ſe expetantur. at neq; etiam illa videntur: quanquam ad ipſa com-
plures iactæ ſunt rationes. Hæc igitur miſſa faciamus.

ℂQuinti capitis notæ. ℂMancipia: ſerui, equi, oues,& ſimilia q͂ empta manu caperētur. ℂQui pecoribus vitā 18
ſimilem degunt, felices ideo eſſe nequeunt: q͂ vita felix diuioorũ ſit æmula, non autem infirmorum, atq; naturę
Sardanapalus viliſſimorũ. ℂSardanapalus vltimus rex Aſſyriorũ: qui omni delitiarũ mollicie defluxit perditiſſimus. Ad quem
Iuſtinus (vt eum videret) venit Arbactus: vnus ſuorũ præfectorũ, qui Medis præficiebatur. vix autem admiſſus: cum tan
Arbactus dem inter pellicũ greges reperit, in habitu muliebri purpurá colo nentem,& peoſa inter virgũculas diſpenſan-
tem, oculorũ laſciuia anteeuntem omnes. indignatus autē Arbactus hoc effœminatũ monſtrũ viris præeſſe: bel
lum infert. Sardanapalus vero primum latibula quærens: mox vecors ad bella truditur, ſuperatur. in regia rece-
ptus accēſam pyram cũ ſuis diuitijs conſcēdit. & molliciem vindicibus flām̄is exuit. neq; enim iodignũ fuit tan
tum facinus (ne alijs cederet in exemplũ) iuſtis vltricibúſq; flāmis expiari. & eius hoc circũfertur epigramma,
Cum te mortalem noris: præſentibus eaple
Delitijs animum. poſt mortem nulla voluptas.
Cuius & hæc feruntur præcepta: ede, bibe, lude. Sed timeant qui vt Sardanapalus viuunt, audire: ex iuſta dei
ſententia mortis præconem (quod & dicit Horatius) horribili tuba ſonantem,
Horatius in Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti.
fine a. epiſt. Tempus abire tibi eſt. Timeāt item & vindices æternáſq; flāmas mũdanarũ voluptatũ amatoribus debitas.
ℂInter opiniones de felicitate contendentes: tres ſummopere excellunt. Prima: in voluptatibus felicitatem col
locat. & hæc: vulgaris vita ouncupatur. Secuoda: io honoribus. & dicitur vita ciuilis. Tertia vero: in idea. & hæc
felicitas: ab ipſis contemplatiua vita nominatur. ℂCoronæ: conuentiones, congreſſionéſque gymnaſticæ lite- 20
ratorum, ſimul qualibet de re differentium, diſciplinarúmq; concertantium rationibus.
ℂQuintum caput, quinq; concluſionibus partitum eſt.
ℂQuinti capitis cõmentarius ad literā. ℂPrima cõcluſio Qui felicitatē in voluptate collocāt: non ſine ratio- 17
nis apparentia loquuntur, Nam hi ex viuēdi modo id aſtruunt: in quo, nihil voluptate ſe reperire iudicant præ-

ſtantius. & idcirco voluptatis vitam maxime diligũt. non igitur id abſq; rationis apparentia faciunt. Et hi ſunt
vulgus, atq; hominũ procaciſſimi importuniſſimiq;. Et tres maxime ex præcedentib⁹ felicitatis opinionibus
præcellũt. Prima in voluptatib⁹ felicitatẽ collocat: & vulgaris vita nũcupatur. Secũda, in honoribus. & dicitur
18 vita ciuilis. Tertia vero, in idea: & hæc vita contẽplatiua ab ipſis nominatur. ❡ Secũda cõcluſio. Huiuſmodi
voluptas minime felicitas putãda eſt. Nã hoc pacto viuẽtes: vitã maxime ſeruilẽ & mancipiorũ, & pecorum
vitæ ſimilem eligũt. non igitur in ea cõſiſtit felicitas. attamen ſuæ vitæ magnũ ſumunt argumentũ quod q̃
plurimi præſtãtiores atq; in dignitate cõſtituti, hanc vitæ mollitiem ſequentes (vt Sardanapalus) viuunt. nam
19 maiores in agendis, inferiorũ duces ſunt ac exemplũ. ❡ Tertia cõcluſio. Honor quem elegãtiores viri, & mo-
derandis reb⁹ accõmodatiores, ciuilis vitæ finem præſtituunt: minime felicitas eſt. ❡ Primo quidem. nã honor:
longe à felicitate quã quærimus diſtat. eſt enim felicitas: bonũ quoddam proprium, internum, & quod facile
auferri nequeat. honor autẽ contrà, exterius bonũ eſt: & quod perfacile valeat auferri. nam in honorantibus
magis q̃ in eo qui honoratur: honor ipſe cõſiſtit. non eſt igitur ipſe honor aſtruendus felicitas. ❡ Secundo. qui
hac honoris opinione tenẽtur: ipſimet honorari quærũt vt boni videãtur. hinc ſummopere à prudẽtib⁹ & ijs
qui eos cognoſcunt, honorib⁹ affici, maxime ducũt: quo ſuæ virtutis opinionem inducant. igitur ita faciẽtes:
virtutẽ honore præſtantiorem efficiunt: vtpote cuius gratia venerari quærunt. Sed hac forte ratione putabit
20 aliquis virtutẽ eſſe felicitatẽ: atq; eam ipſam eſſe vitæ ciuilis finem. ❡ Quarta cõcluſio. Virtus felicitas nõ eſt.
Nam virtus felicitate videtur inferior. quãdoquidẽ virtutẽ habens: dormire valet & nihil per vitam agere,
inſuper maximis, duriſſimiſq; calamitatibus premi. atqui tota vita ſic otio torpentẽ, & extremis aduerſitatibus
vallatum atq; preſſum, nullus ponet eſſe felicem, niſi pertinacia quadam curioſus poſitionẽ ſuã tueatur & de-
fendat. virtus igitur felicitas non eſt. Et de his hactenus. nã de his abunde in gymnaſticis congreſſionibus in-
21 dies diſcutitur. & de contemplatrice vita paulo poſt ſermo futurus eſt. ❡ Quinta cõcluſio. Summũ rerũ agẽ-
darum bonũ: haudquaq̃ in diuitijs collocandũ eſt. Nam diuitiæ: bonum vtile ſunt, ſed violentũ & propter al-
terum expetitæ. voluptas autem & honor: etiã propter ſe expetuntur. eſſet igitur voluptas aut honor potius
felicitas: q̃ ipſæ diuitiæ. non autẽ voluptas aut honor (vt iam quoq; monſtratũ eſt) felicitas exiſtit. tanto mi-
nus igitur felicitas: in diuitijs collocãda eſt. ſummũ ergo rerum agendarũ bonũ: haudquaq̃ in diuitijs eſt col-
locandum. Et q̃uis multis rationibus nunc voluptatẽ, nunc honorẽ, nunc diuitias, ſummum bonum eſſe con-
tendant: illa tamen perparum apparent. quapropter in tantum hæc miſſa faciamus.

Cap. VI.

22 PRæſtat autem fortaſſe de vniuerſali bono cõſiderare, & quonam modo di-
citur dubitare: quanq̃ hæc quæſtio perardua nobis eſt, propterea quòd ami-
ci ſunt qui formas ipſas introduxerunt. verum melius forſitan, & oportere
videbitur: ſua quoque, præſertim philoſophos, pro veritatis ſalute refelle-
23 re. nam cum ambo ſint amici: ſanctum eſt honore veritatem præferre. ❡ Qui igitur
hanc attulerunt opinionem: in ijſce non faciebant ideas, in quibus prius & poſterius
eſſe dicebant. Iccirco neque numerorum ideam conficiebant. at bonum & in ſubſtan-
tia dicitur, & in quali, & in eo quod eſt ad aliquid. atque id quod eſt per ſe, ſubſtan-
tiáve: prius eſt eo natura quod eſt ad aliquid. Eſt enim hoc propagini & accidenti eius
quod eſt ſimile. quibus efficitur: vt non ſit in omnibus communis quædam idea. ❡ Præ-
terea cum bonum æque atque id quod eſt dicatur (nam & in ſubſtantia dicitur bonum:
vt mens & deus. & in quali: virtus. & in quanto: mediocre. & in relatione: vtile. & in tem-
pore: occaſio. & in loco: mora. & alia iſtiuſmodi) conſtat non eſſe commune quicquam,
vniuerſale ac vnum. non enim in omnibus prædicamentis: ſed in vno tantummodo di-
ceretur. ❡ Præterea cum eorum quæ vnam habent ideam, vna ſit & ſcientia: bonorum
etiam omnium vna ſcientia quædam eſſet. nunc autem plures ſunt & eorum quæ ſub
eodem prædicamento ſunt collocata: vt temporis in bello quidem militaris facultas,
in ægritudine autem ars medendi. & mediocris: in alimento quidem medicina, in la-
boribus autem ars corporis exercendi. ❡ Dubitauerit autem quiſpiam, quidnam &
velint dicere ipſum quodque: ſi vna & eadem hominis eſt ratio, & in ipſo homine &
in homine. nam quo vterque eſt homo: hoc differentiam inter ſeſe nullam habebunt.
quòd ſi ita eſt: neque quo vtrunque eſt bonum. ❡ At vero neque quia perpetuum eſt:
ideo magis erit bonum, ſiquidem neque diuturnum album magis eſt album: q̃ vnius
album diei. Probabilius autem de ipſo videtur dicere Pythagorici: ipſum vnum in bo- Pythagorici
norum ſerie collocantes. quos ſecutus videtur & Pſeuſippus. Sed de his quidem alius Pſeuſippus
erit ſermo. ❡ In iis autem quæ dicta ſunt, controuerſia quædam videtur: quòd rationes
nõ de omni bono ſunt dictæ. dicuntur autẽ vna ſpecie bona: ea quæ amantur per ſe. ea
vero quæ hæc efficiunt, aut aliquo modo conſeruant, aut contraria prohibent: propter
hæc ipſa, modóque alio bona dicuntur. conſtat igitur bona bifariam dici: alia per ſe,
alia propter illa. Seiunctis igitur per ſe bonis, à bonis vtilibus: conſideremus ſi ea quæ
ſunt per ſe, vna idea bona dicantur. at quænam quiſpiam poſuerit per ſe bona? an ea
quæ & ſine alijs perſequimur: quale eſt ſapere, & videre, & voluptates nonnullæ, atque

honores? hæc enim tametſi propter aliud quippiam perſequimur: tamẽ ex iſs eſſe poſuerit quiſpiam quæ ſunt per ſe bona, an nihil aliud præter ideam ponendum eſt? quare forma: res quædã erit inanis. Quód ſi hæc quoq; per ſe ſunt bona: eadem in his omnibus ipſius boni rationem ineſſe oportebit. perinde atq; albedinis ratio: eadem eſt in niue atq; ceruſa. at honoris, & prudentiæ, & voluptatis, hoc ipſo quo bona ſunt: diuerſæ ſunt rationes ac differentes. ipſum ergo bonum non eſt quid commune vna idea. At quonam modo dicuntur? non enim iſce ſimilia ſunt quæ nomine eodem fortuito nuncupantur. Dicuntúrne igitur: quia ſunt ab vno, aut ad vnum omnia conferuntur, an comparatione potius rationum? etenim vt eſt in corpore viſus: ſic eſt in anima mens, & aliud item in alio. Sed hæc in præſenti forſitan omittenda ſunt. nam exacte ipſa diſcutere: ad aliam magis ſpectat philoſophiam. ❡ Et de idea ſimiliter. Conſtat enim etſi eſt aliquod vnum bonum quod communiter prædicatur, aut ſeparatum quid ipſum per ſe: non tamen aut agi, aut acquiri ab homine poſſe. nunc autem tale quæritur. Fortaſſe autem cuipiam melius eſſe videbitur cognoſcere ipſum: ad ea bonorum quæ poſſideri ac agi poſſunt. nam velut exemplar id habentes: magis ea quæ nobis ſunt bona, ſciemus. & ſi ſcierimus: aſſequemur. ❡ Hæc igitur ratio habet quidem quan- 24
dam probabilitatem: à ſcientijs autem diſcrepare videtur. Vniuerſæ nanque bonum affectantes quoddam, ídque quod deeſt perquirentes: huius prætermittunt cognitionem. tantam tamen opem vniuerſos artifices ignorare & non perquirere: non eſt conſentaneum rationi. dubium autem eſt & quidnam ad ſuam artem, aut textori confert aut fabro: ſi ipſum ſcierit bonum, aut quonam pacto, vel medicus, vel dux euader peritior: qui ideam ipſam aſpexerit. Neque enim valetudinem hoc modo medicus: ſed hominis. imò vero huius fortaſſe conſiderare videtur: quippe cũ ſingulis hominibus medeatur. Sed de his hactenus.

Epicharmus
Sphæreus
Socrates
Plato
Iamblichus
Proculus
Plotinus
Porphyrius
Ammonius
Hermias
Numenius
Syrianus
Ariſtoteles
δίαιτα
Plato
Pythagorici
Diogenes

❡ Sexti capitis notæ. ❡ Epicharmus, Sphæreus, Socrates, Plato, introduxerũt Ideas. poſt quos: idearũ terminos 22
limitéſq; adauxerũt Iamblichus Ægyptius, Proculus, Plotinus, Porphyrius, Ammonius, Hermias, Numenius, Syrianus, & reliqua Platonicorũ ſchola. ❡ In ideis prius & poſterius nõ faciunt Platonici: quoniã ſi poſterioris 23
eſſet idea, ipſa participaret prioris ideã. quare nõ eſſet idea: ſed potius illa prioris quæ eſſet imparticipata. id ita volũt nõnulli. Sed id potius videtur velle Ariſtoteles: idearũ introductores nõ ponere vnã ideã eorũ quæ inter ſe prius habẽt & poſterius. Iccirco neq; numerorũ vnã ponũt ideã. nã duo, priora ſunt trib⁹. & tria, quatuor. tametſi binariorũ ternariorũ & reliquorũ ad decem vſq; ponerẽt ideas. vt ipſam duitatẽ, ipſam triadem, ipſámq; tetrada, id eſt trinitatẽ & quaternitatẽ, & reliqua id genus. quare cũ bona habeãt inter ſe huiuſmodi prioris & poſterioris ordinẽ: nõ erit cunctorũ bonorũ vt neq; numerorũ, vna idea boni quæ quidẽ ſit ipſum bonũ. Sed hic de idea, plura diſſerendi: locus nõ eſt. nam hæc tota conſideratio: Metaphyſicæ contemplationi accommodata eſt. ❡ Ad aliquid aut accidens aut accidẽti ſimile dicitur: ꝙ ea quæ ad aliquid dicũtur accidẽtia ſint, aut rationẽ habeãt accidentariã. ❡ Occaſio, tẽporanea opportunitas. ❡ In loco mora: in loco naturali. quanq̃ Ariſtoteles nõ morã ſed diętã id eſt victus obſeruationẽ habet. ❡ Sciẽtiæ nomẽ ad ſcientiã, artẽ atq; prudẽtiã extẽdit. ❡ Ipſe homo apud Platonicos: homo cõmunis, vniuerſalis, idealiſq; eſt. & homo: particularis homo. & ſimiliter ipſe equ⁹ & equ⁹, & ipſe leo, & leo, & ita in ſimilib⁹. & cõſimiliter nominib⁹ abſtractis ideas deſignabãt. Et hoc in loco, ipſe, diuinitatis eſt nota: vt ipſum vnũ, ipſum bonũ. & ipſum vnũ: eſt vniuerſorum optimũ. quod Platonici ponebãt ſupra ideã: ineffabile, atq; innominabile. at ipſum bonũ ponebãt ideã. & libentius hoc in loco Pythagoricis aſſentit Ariſtoteles: diuinas rationes aſſerẽs in ipſo vno: & Ideas eo quo Platonici ponũt modo negãs. ❡ Sed hæc Metaphyſicus dignoret. Et nõ modo Ariſtoteles Platonis ideas refutauit, ſed & multi auditorũ Platonicorũ. Cũ enim ſemel Plato in Academia doceret & de ideis diſſerẽs mẽſalitatẽ & cyathitatẽ nominaſſet: tũc Diogenes qui forte tum illic aderat, equidẽ Plato (inquit) mẽſam & cyathos video, menſalitatẽ autẽ & cyathitatẽ non video. Et plane ideas vt & pleraq; alia: iã ridebat Diogenes. ❡ Ceruſa ex acri aceto & ramentis laminarũ plũbearũ fit, quæ areſacta molũtur & cribrantur. iterũmq; aceto mixto dirimũtur in cãdidos paſtillos, qui æſtate in ſole ſiccantur, & ad candorẽ fœminarũ adhibentur quę fluxæ formæ pluſquã deceat inanem gratiam quærunt, ſtudẽntq; plus æquo placere. Et eiuſmodi mulierculas ceruſatas vocauit antiquitas. ❡ Analogia, proportio, ratio, rationum comparatio.

Coordinatio bonorum.	Coordinatio malorum.
Impar	Par
Finitum	Infinitum
Dextrum	Siniſtrum
Maſculum	Fœmininum
Quietum	Motum
Rectum	Curuum
Quadratum	Altera parte longius
Intellectus	Opinio
Vnum	Multa
Lumen	Tenebræ

Secundum Pythagoricos.

22 ¶ Sextum cap. tribus concluſionibus partitum eſt.

Sexti capitis cōmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Quæſtio de felicitate contemplatiua quam in vniuerſali bono & idea collocant, quæ ſupereſt abſoluenda: nobis perardua eſt, atq; difficilis. Tum q̄ præſenti negotio non nimis ſit accommodata: tum q̄ qui ideas introduxerunt nobis perq̄ amici ſunt. verum ſatius fortaſſe eſſe videbitur, propria dicta, præſertim philoſophos, pro veritatis incolumitate reprobare ſi oportet. Nā tametſi
23 Socrates & Plato ſunt amici. ſanctū eſt, atq; piū illis veritatē in bonore præferre. ¶ Secunda concluſio. Felicitas quæ rerum agendarū finis eſt, haudquaq̄ in idea conſtituenda eſt. ¶ Primo. nam qui ideas introduxerūt ipſaſq; bonum ipſum: non ponebant eas in iis in quibus prius & poſterius eſſe dicebant, iccirco numerorū vnam ideam non faciebant. atqui bonum quod hic exquiritur: ſecundū prius & poſterius dicitur. nam in ſubſtātia & in quali & in ad aliquid. ſubſtantia autem accidente, natura prior eſt: vt qualitate atq; ad aliquid. eſt enim ad aliquid aut accidens aut accidenti ſubſtantiæ perſimile. bonum igitur quod hic quæritur: idea nō eſt, imò vero neq; hac ratione omnibus bonis eadem cōmunis idea eſt. ¶ Secundo. bonum tot modis dicitur, quot modis dicitur ens. nā in ſubſtantia mens & deus bona ſunt, in quātitate mediocre: quod neque maius neque minus quam deceat eſt, in qualitate virtutes, in ad aliquid vtile, in tempore occaſio, & in loco naturali mora: & ita in aliis prædicamētis vt in actione & paſſione virtutum operatio. ſed in quo locabunt ſuum vniuerſale bonum? non enim in omnibus collocabunt, facientq; omnibus cōmune, verum potius in vno tantum. ſed tum cætera bona eſſe negabunt. ſatius eſt igitur huiuſmodi commune bonum tollere. ¶ Tertio. eorum quæ vnam habent ideam: vnicam ſcientiam faciūt. omnium igitur bonorum vnica eſſet ſcientia. nam ſi id cōmune bonum eſſet: omniū vna eſſet idea. atqui bonorum iam plures ſcientias eſſe videmus, eorum etiam quæ eiuſdem generis exiſtunt. vt temporis in bello: ſcientia militaris eſt. temporis in ægritudine, ſcientia medendi. ſimiliter mediocris in alimento: medicina eſt. & mediocria in labore: gymnaſtica, corporiſq; exercendi peritia quædam. non igitur ſtatuendū eſt tale commune bonum. ¶ Quarto. non iniuria dubitatur quidnam Platonici volunt dicere ipſum vnumquodq;: vt ipſe homo & homo. nam ſi vna eademque hominis ratio in ipſo homine & homine: eodem iure eadem boni ratio in ipſo bono & bono. atqui eadem hominis ratio in ipſo homine & homine eſſe videtur, non enim qua vterq; homo eſt: in eo differentiam vllam habet. non igitur præter particulares homines, effingendus eſt eiuſmodi communis homo: neq; præter particularia bona, eiuſmodi cōmune bonum ponendū eſt. ¶ Quinto. neq; ſufficiēs eſt eorum effugium: ſi ipſum bonum, & bonum eadem ratione dicuntur: ipſum tamen bonū ideo magis bonū eſſe quia perpetuum. Nam album non iccirco ſi tempore diuturnum atque propenſius: magis album eſt q̄ vnius diei album. igitur neq; iccirco diuturnius bonum, magis erit bonum. Et de hac materia probabilius videntur dicere Pythagorici: ipſum vnum in bonorum ſerie reponentes, atque ipſum bonum nihil aliud eſſe, q̄ ipſum vnū: quos videtur Pſeuſippus eſſe ſecutus. ſed hanc proſequēdi materiam alius & alio in loco futurus eſt ſermo. ¶ Sexto, nihil eſt quod de ſupradictis dubitant, atq; cauillum controuerſiamq; inducunt: dicentes ſe non de omni bono ideas intendere. at ſuperius adductæ rationes, de omni bono contendunt. modo bonorum quædam ſunt per ſe: quæ propter ſe & amantur & quæruntur. quædam ea efficiunt: quædam conſeruant, & quædam eorum contraria prohibent. & hæc, bonorum per ſe ſunt gratia neq; bona per ſe: ſed alio modo nuncupantur. quo fit vt bifariam bona dicantur. quædā dicuntur per ſe, & quædam propter illa: quæ & vtilia dicuntur. Sed eſto nunc dicāt bonorum per ſe vnam eſſe ideam (ad partē bonis vtilibus relictis) ſed quæ tunc ponunt per ſe bona? nónne quæ (licet ſola ſint) proſequimur? vt ſapere, videre, & voluptates nōnullæ, atq; honores. etſi enim hæc propter aliud ſequamur: nihiloſecius tamē nō ab re propter ſe bona putabūtur. ſed an nihil aliud propter ſe bonū præter ideā? id quidem ridiculum. erit igitur idea potius inanis atq; ſuperuacanea. alioquin ſi ſuperflua nō eſt, ſed ab hac dicuntur hæc propter ſe bona, ergo in cunctis prædictorum erit eadem ratio boni: vt in niue & ceruſa, eadem albedinis ratio eſt. at ſapientiæ, voluptatis & honoris diuerſæ, ac differentes rationes ſunt quatenus ea bona ſunt. ſuperuacanea igitur eſſet huiuſmodi idea, nec ſtatuenda eſt hoc pacto ea ipſa eſſe vnū cōmune bonū. Sed quærent tum quonam modo ergo hæc bona dicuntur? non enim ſimilia videntur iis quibus temere & fortuna quædam idem nomen obtigit, & quæ æquiuoca nūcupatione cenſentur. an bona dicuntur quia ſunt ab vno, an quia in vnum tendunt, an in analogia potius? vt in analogia & proportione quod eſt viſus in corpore, id eſt mens in anima: & aliud item in alio. vt quemadmodū caput in animali, radix in arbore. ſed hæc in præſentiarū præſtat miſſa facere: q̄ exactius ea diſcutere. nam ad alteram potius ſpectant diſciplinā. ¶ Septimo. quia ſimiliter ideæ diſcuſſio ad alteram pertinet diſciplinam nam tametſi aliquod tale eſſet cōmune bonum ſeparatum, & per ſe, quod de omnibus diceretur bonis: manifeſtū tamen eſt ipſum tale non eſſe: quod ab hominibus agi atq; in hac vita poſſideri poſſit. tale autem hoc in loco quæritur bonū. igitur huiuſmodi bonum ab hac diſciplina relictum eſt. Neq; id valeat ſi dixerint q̄uis id bonum agi & hic poſſideri non poſſit, id tamen cognoſcere plurimū conducere: illorum gratia quæ agi poſſideriq; poſſunt. nam ſi hoc tanquam exemplar nobis propoſuerimus: magis
24 intelligemus quæ bona nobis agenda ſunt, intelligentes vero promptius adipiſcemur. ¶ Tertia concluſio. Ideæ cognitio perparum conducit: ad agendorum bona conſequenda. Nam q̄uis id contendentiū ſuperior ratio probabilitatem quandam habeat: ab artibus tamen atque ſcientiis diſcrepare videtur: vt quæ vniuerſæ bonū quoddam affectent, & quod deeſt, ipſiſque neceſſarium eſt perquirant, & ideæ cognitionem omittant. at ſi eius eſſet neceſſaria cognitio: abſurdum profecto eſſet vniuerſos artifices, tantum ſuæ artis præſidium negligere. & non perquirere: diſſonum rationi. ſed quidnā idea ad ſuam artem textori conducet? quid fabro & quid medico? quid bellorum duci? & quo pacto ſi eam aſpexerit: euadet medicus peritior, aut bellorum dux? neque enim medicus hoc modo ipſam per ſe ſanitatem: ſed hominis ſanitatem conſiderare videtur, imò vere fortaſſe & huius hominis ſanitatem: quippe qui ſingulis medeatur. neque igitur ideæ cognitio conducit ad agendum, ipſumq; adminiſtratiuæ vitæ bonum poſſidendum. ſed de his hactenus.

Cap. VII.

25 NVnc rurſus redeamus ad id quod quærimus bonum: & quid tandem ſit ipſum inueſtigemus. eſſe enim aliud in alia actione, artéque videtur. aliud eſt enim in medicina, & in re militari, & in cæteris ſimili modo. quid igitur vnicuique bonum eſt? an non id gratia cuius cætera aguntur? hoc autem in medicina quidem eſt ſanitas, in rei vero militaris facultate victoria, & in extruendarum ædium arte domus, & in alia aliud, in actione etiam omni electionéve id quod

eſt finis.huius enim gratia cætera omnes agunt. ¶Quare ſi quis omnium rerum agen 26
darum ſit finis:is ipſum bonum agendum erit.ſin autem vero plures:hi ipſi.Oratio igi
tur migrando ad idem acceſſit.enitendum autem eſt magis hoc declarare. ¶Cum itaq; 27
plures eſſe videantur fines:& horum quoſdam ob alios expetamus,vt diuitias, fiſtulas
inſtrumentáq;:omnino perſpicuum eſt,non omnes fines eſſe perfectos. ¶At finis opti- 28
mus:perfectum quiddam eſſe videtur. quare ſi tantum vnus perfectus ſit finis:is hic e-
rit qui quæritur.ſin plures:is qui horum eſt perfectiſſimus. ¶Eum autem qui per ſe eſt 29
expetibilis:perfectiorẽ eo dicimus eſſe qui propter alium expetendus. & eum qui nun-
quam ob alium expetitur: ijs vniuerſis qui per ſe & propter illum etiam expetuntur.
Et eum igitur perfectum ſimpliciter:qui per ſe ſemper eſt & nunquã ob alium expeten
dus.talis autem finis,ipſa felicitas maxime eſſe videtur.hanc enim propter ſeipſam ſem
per:& nunquam ob aliud quicquam expetimus.honorem autem,voluptatem,mentem,
virtutem denique omnem,& propter ſe expetimus(quippe cum ipſorum quodque ex-
peteremus:ſi nihil inde etiam proueniret)& felicitatis etiam gratia:per hæc ipſa felices
fore nos arbitrantes.ſed illorum gratia felicitatem:aut ob aliud prorſus expetit nemo.
Idem & ex ſufficientia videtur accidere.Perfectum nanq; bonũ:per ſe ſufficiens eſſe vi-
detur.Sufficiens autem dicimus:non ipſi ſoli qui vitam ſolitariam agit,ſed & parentibus,
& natis,& vxori,& amicis omnino,ac ciuibus : quandoquidem homo natura ciuilis eſt.
atque ſumendus eſt in hiſce terminus quidam . nam ſi ad parentes hoc ipſum , & nato-
rum natos,& amicorum amicos extenderis:in infinitum fiet abitio.ſed de hoc conſide-
randum eſt poſtea.Id autem ſufficiens eſſe ponimus,quod ſolum à cæteris ſegregatum,
expetibilem vitam facit,reíque nullius indigentem:talem autem felicitatem ipſam eſſe
exiſtimamus. ¶Et inſuper cum non numeratur cum cæteris, maxime omniũ expetibi- 30
lem:cum numeratur,magis expetibilem cum minimo bonorum eſſe putamus.exceſſus
enim bonorum fit id quod adiungitur.id autem ſemper magis eſt expetibile quod ma-
ius eſt bonum.perfectum igitur quoddam & ſufficiens videtur eſſe felicitas:cum ſit re-
rum agendarum omniũ finis. ¶Sed forſitan felicitatem quidem ſummum eſſe bonum 31
dicere:ab vniuerſis conceditur. deſideratur autẽ vt dilucidius quidnam ſit ipſa dicatur.
hoc igitur fortaſſe fuerit:ſi opus hominis caperetur.vt enim modulatoris,ſtatuarij,cæte
rorúmq; artificum,& eorum omnium omnino quorum eſt opus aliquod, actióve,bonũ,
& id quod bene ſeſe habet,in ipſo opere videtur conſiſtere:ſic & hominis bonum in o-
pere ipſius eſſe videbitur,ſi ſit ipſius aliquod opus.fabríne igitur & ſutoris opera ſunt
quædam,actionéſve:hominis autem nullum eſt opus,ſed eſt otioſus?an vt oculi,manus,
pedis,& cuiuſq; omnino partis aliquod opus eſſe videtur:ſic & hominis præter hæc om
nia,quiſpiam aliquod poſuerit opus? ¶Quid igitur id fuerit tandem? Viuere enim ho- 32
mini commune videtur eſſe cum plantis. opus autem proprium quæritur. ſegreganda
eſt ergo nutriendi,augendíq; vita. ¶Hanc ſentiendi ſequitur vita.at ipſam etiam homi- 33
ni cũ equo,ac boue,omníq; animali conſtat eſſe communẽ. ¶Reſtat igitur actiua quæ- 34
dam rationem habentis.Huius autẽ aliud eſt vt obediens rationi:aliud vt eam habens
atq; intelligens. Sed cum hæc etiam bifariã dicatur:ea ponenda eſt quæ eſt actu. hæc e-
nim magis proprie dici videtur . eſt igitur opus hominis:operatio animæ per rationẽ,
aut non ſine ratione ¶At vero opus huius,ac ſtudioſi huius idem eſſe genere dicimus: 35
vt citharœdi,ſtudioſique citharœdi.& hoc in omnibus abſolute, exceſſu qui eſt à virtu-
te ad ipſum opus adiuncto.citharœdi nanq; opus eſt citharam pulſare:ſtudioſi vero,be-
ne pulſare.Eodem modo cum hominis opus vitam quandam eſſe ponamus,& hanc ip-
ſam operationem animæ, atque actus cum ratione:ſtudioſi profecto viri hæc ipſa ſunt
cum bene rectéq; fiunt.ſingula autẽ bene:per propriam virtutẽ efficiũtur. ¶Quæ cum 36
ita ſint,fit vt bonum humanũ animæ ſit operatio per virtutem.& ſi plures ſint virtutes:
per optimã nimirũ & perfectiſſimã,& inſuper in vita perfecta.Ver enim,nec vna facit
hirũdo:nec vnus dies.& beatum eodem modo,felicémve nec vnus dies:nec breue efficit
tempus.ſummum igitur bonum:hoc circunſcriptum ſit modo. ¶Primum nanq; forſitan 37

vt figuram quandam deſcribere:poſtea depingere ipſum oportet. Videtur autem cuiuſ
libet eſſe ea quæ bene ſunt circunſcripta,producere & explicare,atq; exponere. ¶ Tem-
púſque talium inuentor eſſe atq; adiutor bonus. vnde & artium facta ſunt incrementa.
eſt enim cuiuſlibet id quod deeſt ſupplere ac addere. ¶ Oportet autem & ea quæ ſupra
diximus in memoria habere : & ipſum exactum non in omnibus eodem modo, ſed in
ſingulis vt patitur ſubiecta materies. Et eouſq; quouſq; ad doctrinā attinet:flagitare.nam
faber & geometra diuerſo modo angulum rectū inquirunt. alter enim quoad vtilis eſt
ad opus:alter quidnam ſit,& quale quidem ipſum inquirit:contemplator enim eſt veri-
tatis. idem modus & in cæteris eſt ſeruandus:ne iiſce quæ inſtituimus agere, plura fi-
ant ea quæ fines illorum egrediuntur. ¶ Nec in omnibus ſimili modo cauſa poſtulan-
da eſt:ſed ſat eſt in quibuſdam, ſi bene demonſtrata fuerint eſſe. quod quidem & in ip-
ſis principijs fit.atque hic modus primus eſt & principium. principiorum autem : alia
inductione,alia ſenſu,alia aſſuetudine quadam,alia alio modo perſpiciuntur.enitendum
eſt autem ſingula pertractare:vt ſuapte natura percipi poſſunt.& adhibenda eſt diligen
tia:vt bene diffiniantur.nam magnam ad ea quæ ſequuntur,afferunt opem. Principium
enim plus quàm dimidium totius eſſe videtur:& eorum quæ quæruntur complura,per
ipſum manifeſta fieri ſolent.

25 ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Architectura:ars ædium extruendarum. ¶ Finis perfectus:eſt qui propter ſe expeti-
29 bilis eſt. Imperfectus autē:qui non propter ſe,ſed propter aliud quiddam. ¶ Finis perfectus ſimpliciter: eſt qui
per ſe ſemper & nunquam ob aliud eſt expetendus. vt agibilium finis ſimpliciter perfectus: qui inter agibilia
ſemper propter ſe,& non ob agibilium quicquam expetendus eſt. Et contemplabilium finis ſimpliciter perfe-
ctus:qui inter contemplabilia, ſemper per ſe & non alterius gratia expetendus eſt. ſed hic de perfecto fine re-
rum agendarum intenditur:tametſi generaliter proponatur. ſunt enim paſſim ſingula ſecundum ſubiectam ma
34 teriam expetenda. ¶ Pars animæ rationalis cui felicitas hoc in loco conſiderata conuenit: eſt vis conſultatiua
36 quæ & in ſexto huius vis mentis cognoſcetur inferior. ¶ Vita perfecta intelligitur à tempore vſus completæ
rationis ad finem vſque complementumque vitæ. Et tempus id præcedens per rectam educationem adoleſcen
tum animos debet ad mores & rationalem vitam paulatim præparare, & ſummopere cauere ne ab educatio-
ne, contrarij futuris virtutibus: deprauati combibantur mores. Nam citius nos

Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica,magnis
Cum ſubeant animos authoribus. — Iuuenalis ſaty. 14.
  Quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac prauis omnes ſumus.
Nil dictu fœdum,viſuque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt. procul hinc procul ite puellæ
Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia. ſi quid
Turpe paras ne tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.

Hæc Iuuenalis. nec iniuria. Nam iuuenilis ætas tempus eſt ſerēdarum virtutum aptiſſimum: quam curam Per-
ſæ maxime circa ſuos adoleſcentes adhibuerunt diligentiſſimam,vt quibus ſeueriores viros in omnibus agēdis
ſuis etiam puerilibus ludis cēſorum mores aſciſcerēt,ne quid turpe in geſtu,in verbo aut facto vnquā admitte-
rent. hæc enim ætas propter voluptatem ad vitia propēſior eſt. & proinde cura merito debet eſſe cautior. & Ale
xander Macedo malæ educationis vitia(authore Diogene Babylonio)ad ſenectā vſq; ſeruauit. contraxit enim
37 in iuuenili ætate negligentia Leonidæ pædagogi ſui ebrietatis infamiam. ¶ Quinq; præcepta in ſingulis pro-
pagandis diſciplinis obſeruāda. Primum. Primo rudi intelligentia præparādi ſunt animi,deinde poliendi,exco
lendiq; diligentius. Secundum. Expectandum mature tempus eſt: quo vnumquodq; vt dignum eſt ſuo in loco
diſcutiatur. Tertium. Non omnium certitudo æque efflagitanda eſt: ſed vt materia ipſa poſtulat. Quartum. So
lum ea quæ diſciplinis propria ſunt in ipſis ſunt diſquirenda , neque abundandum ſuperfluis neq; deficiendum
neceſſarijs. & in omni re præſertim literaria id oraculū eſſe putādum eſt: vt ne quid nimis, & ne quid minus vn
quam fiat. Quintum. Non omniū cauſa quærenda eſt. ſed principia inductione,ſenſu,experientia,analogia aut
qualicūq; perſuaſione ſi ſubobſcuriora ſint: recipere oportet. Ex primo cognoſcimus quanta ſit vtilitas: diſcipli
nis legitimas introductiones præmittere. Ex ſecūdo: q̄ ineptum ſit quæſtiones ante tempus & debitū locū pro-
ponere,& conati illas exactius diluere. Vnumquodque enim proprio in loco facile dinoſcitur: extra vero lan-
guide admodum atq; difficulter. Ex tertio: nunquam vitio dabis geometram demonſtrantem & rhetorem ſua-
dentem,& prudentem ex contingentibus ratiocinantem. Ex quarto notabis quo pacto ſi in ſingulis diſciplinis
ſeruaretur æquus tradendi modus: non ſurgerent portentoſæ quædam librorum ſtrues & pene vaſtæ , horren-
dæq; moles ſub quibus etiam Apulei aſinus,& Bucephalus Alexandri: lumbos iliáque ducerēt. quæ nihil aliud
continent q̄ quandam craſſam,ſupinámq; dedoctionē. ad quas in ſingula quaq; diſciplina vel in tranſcurſu ve-
lociter euoluendas: hominis non ſufficit ætas. Ex quinto notabis id in diſciplinis præcipuū. ſi id intelligerēt do-
cumentum: de principijs problemata,diſcordiáſq; non ſuſcitarent. & quæ ſuapte natura clara ſunt: nō venirent
in mediū veluti dubitata. vt ne qui à tenebris lucem quærunt: in luce cæcutiant,illis quidem perſimiles qui diu-
tius in tenebris clauſi ob tenebrarum conſuetudinem ſub dio conſtituti, lucem aſpectare non valent. Caueant
ergo qui ita faciunt ne quos ſuſcipiunt erudiendos: deterius q̄ ipſos acceperint ab ſe dimittant affectos.
¶ Septimum cap. vna quæſtione,vno corollario,nouem concluſionibus, vna diffinitione & quinque præceptis
partitum eſt.

Perſæ.

Alexander. Diogenes. Leonides.

Quinq; præcepta obſeruāda in quaq; diſciplina.

Ex prædictis quinq; præceptis totidem cōmoditates.

❡Septimi capitis Commentarius ad literam. ❡Quæſtio. Cum io vnaquaq; actiuarũ facultatum,& arte:alius ſit 25
finis,vt alius medicioæ,alius rei militaris,& in cæteris ſimili modo: quid igitur io vnaquaq; earum præcipuum
booũ eſt:oónne id cuius gratia in earũ qualibet cætera fiũt:eſt autem hoc in medicina ſanitas,in facultate mi-
litari victoria,& in architectonica domus,& hoc pacto in alio alius,& omnino in omni adminiſtratiua actione
atq; electione,id quod eſt finis. nam eius gratia io eis ipſis agũtur cætera. ❡Corollariũ. Quapropter ſi omniũ 26
agendorum aliquis vnus finis eſt:is ipſorum agendorum ipſum bonum eſt. ſin vero plures:illi ipſi,atq; plura bo-
na. nam aut horum,aut illius omnia agerẽtur gratia.& ſuperior ſermo in idem remigrat ac recidit. ſed per am-
plius declarare annitẽdũ eſt. ❡Prima cõcluſio. Non omnes fines perfecti ſunt. Nam cũ plures ſint fines,quoſ- 27
dam aliorum gratia ſolum expetimus:ceu diuitias,fiſtulas,omniáq; inſtrumenta. non igitur omnes fines perfe-
cti. nam finis perfectus propter ſe expetibilis eſt. ❡Secuoda concluſio. Si tantum rerum agendarum vnus perfe 28
ctus finis eſt:is eſt qui hoc in loco quæritur. ſin vero plures perfecti:is qui illorum perfectiſſimus eſt. Nam finis
optimus:perfectum quiddam eſt. ſi igitur tantum agendorũ vnus finis perfectus:eorum finis erit,atq; eorũ bo-
num,quod hoc in loco quæritur. ſin vero plures perfecti:id bonum erit,eorũ perfectiſſimus. nam id maius,per-
fectiuſq; bonum eſt. ❡Tertia concluſio. Felicitas:perfectus ſimpliciter finis eſt. ❡Primo. nam eorũ quæ expe- 29
tuntur:quædã expetuntur propter aliud ſolum,quædã propter ſe ſolum, & quædã propter ſe & propter aliud.
ſed finis qui propter ſe expetitur:perfectior eſt eo qui propter aliud ſolum. & is qui nunquã ob aliud expetitur:
perfectior itidem voiuerſis qui propter ſe & propter eum expetuntur. & is perfectus ſimpliciter:qui per ſe ſem-
per & nunquã ob aliud,eſt expetẽdus. atqui talis finis ipſa maxime omniũ videtur eſſe felicitas:vt quã propter
ſeipſam ſemper,neq; ob aliud quicquã ea petimus. nam honorẽ,voluptatẽ, mentis intelligentiã,atq; omnẽ vir-
tutem & propter ſeipſa (quandoquidẽ ea expeteremus etſi nihil aliud etiam nobis inde proueniret) & propter
ipſam felicitatẽ expetimus:arbitrãtes per hoc nos beatos fore,conſecuturóſq; felicitatẽ. at vero felicitatẽ præ-
dictorũ gratia,aut ob aliud quicquã expetit nemo. eſt igitur felicitas non immerito finis ſimpliciter perfectus
exiſtimãda. ❡Secũdo. idem ex ſufficiẽtia efficere valemus. nam quicquid,bonũ per ſe ſufficiẽs eſt:id ſimplici-
ter perfectũ eſſe videtur. felicitas autẽ bonũ per ſe ſufficiẽs eſt. igitur felicitas finis eſt ſimpliciter perfectus. &
bonum ſufficiẽs id dicimus:non quod vni ſoli,& ſolitariã vitam degenti ſatis eſt,ſed quod ſufficit parẽtibus,na
tis,vxori,amicis omnib⁹,ac ciuibus:ꝗ quidẽ homo natura ciuilis atq; cõmuoicatiuus eſt. ſed in his alicuius ter-
mini modus ſtatuendus eſt:ne ſi ad natos natorũ & amicos amicorũ ſe ſemper extendat,id in infinitũ proruat.
ſed & de hoc vlterius. poterimus & hic bonũ per ſe ſufficiẽs ponere:quod ſolũ atq; à cæteris ſeiunctum, vitam
optabilem præſtat,nulliúſq; rei indigam. quale bonũ felicitatẽ ipſam omnes exiſtimãt. ❡Quarta cõcluſio. Feli- 30
citas ſolitarie cõſiderata,neq; cum alijs annumerata bonis:maxime omniũ expetibilis eſt, cõnumerata vero ma
gis. Nam felicitas ſolitaria ſufficiẽs eſt,& illorum maxime perfecta. quæ ſi etiam cũ minimo booorum cõnume
ratur, fit hic bonorum quoddã crementum & exceſſus io eoipſo videlicet quod illi adiungitur. igitur illorũ bo
norum accumulatio magis eligenda. maius enim,excedéoſq; booũ,ſemper magis eligendũ. igitur felicitas ſoli-
taria maxime ſingulorũ bonorum expetibilis:cõnumerata vero magis. Eſt itaq; iam cognitũ felicitatẽ bonum
quoddã perfectum eſſe,& per ſe ſufficiẽs,& rerum agẽdarum fioem. ❡Quinta cõcluſio. Felicitas eſt proprium 31
hominis opus,felicitatẽ enim ſummũ eſſe bonũ confitentur omnes:ſed dilucidius ꝙ dictum ſit adhuc elucidari
operæpretium eſt. quod forſitan cõmode fiet:ſi proprium hominis opus perueſtigetur. Nam tibicinis,& ſtatua-
rij cæterorũmq; artificum,& omnino eorũ quorũ aliquod opus,aut actio eſt:bonum & quod bene ſeſe habet,in
opere conſiſtit. igitur & hominis bonũ in eius opere conſiſtit:ſi eius aliquod propriũ opus ſit. ſed ao fabri & ſu-
toris aliqua ſunt opera,aliquiq; actus: hominis autẽ noo vllum erit opus ſed inanis, otioſúſq; erit:ao oculi,ma-
nus,pedis & reliquorũ membrorum aliquod erit opus:hominis autem præter hęc noo erit opus vllum:hominis
igitur proprium eſt opus in quo eius cõſiſtet bonum. eius autem bonum felicitas:igitur ea hominis propriũ eſt
opus. ❡Sexta cooclusio. In actu viuendi non conſiſtit humana felicitas. Nam viuere: cũ plantis homini cõmu- 32
ne eſt. at opus hominis propriũ quæritur,in quo locetur eius felicitas. ſequeſtranda igitur eſt vegetatiua virtus
atq; vita:quæ auget atq; nutrit,vt in cuius opere minime felicitas collocaoda ſit. ❡Septima cooclusio. Eodem 33
quoq; iure neq; in vita ſenſitiua quæ proxime vegetatricem comitatur. Nam hanc vitam & huius vitæ opera-
tionem:coostat homini cum equo,& boue,cæteriſq; animãtibus eſſe cõmunem. non itaq; in ea eodem iure lo-
cabitur felicitas. ❡Octaua concluſio. Supereſt nunc hominis felicitatẽ io vita rationali atq; intellectiua conſti- 34
tuendam eſſe. Nam oeq; in vita vegetatrice neque ſeoſitiua conſiſtit. igitur io vita rationali ac intellectiua:al-
tera enim vita non eſt. & hæc homini propria eſt. Attamen huius,pars vna eſt vt obediena rationi. illa vero vt
rationem habens,atq; intelligens. & iterum vita rationalis bifariam dicitur. hæc vt potentia,cum prorſus nihil
agit: hæc vero vt actu,cũ ſecundũ rationẽ agit. & vita rationalis actu:eſt hominis opus,atq; felicitas. nam magis
proprie hominis vita dicitur. ❡Nona cõcluſio. Felicitas io vita rationali actu: ſed ꝗ ex habitu,atq; virtute ope- 35
ratur,cõſiſtit. Nam quãuis opus huius,& ſtudioſi vt opus citharœdi,& huius citharœdi genere idem ſint:hoc ta
meo vltimũ opus in omnibus ſimpliciter abſolutũ,cõſummatũmq; eſt,excellẽtia ſcilicet virtutis ad opus ipſum
adiuncta. vt citharœdi opus eſt citharã pulſare:ſtudioſi vero citharœdi opus,bene pulſare. ergo ſimiliter cũ ho
minis opus ſit ſecundũ rationem operari:ſtudioſi hominis cõſummatum opus erit bene,atq; recte ſecũdũ ra-
tionem operari. id autem ab habitu & virtute eſt. ſingula enim bene ſecundũ propriam virtutẽ perficiuntur eſt
ergo felicitas vitæ rationalis actus quæ quidem virtute operatur. ❡Diffinitio. Ex his,felicitatis diffinitio colligi 36
tur. humana felicitas eſt hominis ſecũdum virtutẽ operatio, & in vita perfecta. & id intellige ſi plures ſint vir-
tutes:felicitatẽ hominis eſſe operationẽ ſecundũ optimã,perfectiſſimãmq;. & adiectũ eſt io vita perfecta. nam
vt prouerbio dici ſolet, Vna hirũdo non facit ver,ſed nec vna dies. Ita quoq; nec vna dies,nec tẽpus exiguum:
felicẽ beatũmq; efficiet. ſit igitur ſummũ hominis bonum hoc pacto deſcriptum. ❡Quinq; præcepta in quaq; 37
diſciplina obſeruanda. ❡Primum. Decet io diſciplinis tradendis primũ rudi quadã intelligentia animos præpa
rare,deinde hoc pacto tradita extẽdere,polire atq; explanare:ceu pictores facere ſolent qui primũ rudem effi-
giem protrahunt,deinde poliunt atq; ſuperpinguot. ❡Secundum. Noo eſt feſtinandũ,ſed mature procedendũ
eſt,& temporis expectãda occaſio vt hæc fiant. eſt enim eorũ quæ ſupererunt aut addenda,aut declarãda:tem
pus,bonus repertor,adiutórq; bonus. ſic artium incremẽta adiecta ſunt. eſt enim cuiuſq; quod deeſſe cognorit
adiuogere. ❡Tertium. Non inomnibus pari modo exacta diſcuſſio quærẽda efflagitãdáq; eſt:ſed in ſinguli. vt
ipſa materia poſtulat,ac requirit. ❡Quartum. Tantum & euſq; io diſciplinis inquirẽdum eſt:quantũ & quo-
uſq; ad ſingulam quanq; diſciplinã attinet,& quæ aliena ſunt miſſa facere oportet,alioqui plura excreſcũt alie
na:quàm ea quæ ad ſuſceptæ inſtitutionis fines attineant. vt vterq; faber ac geometra rectum angulum cõſide
rat,ſed alio,alióq; modo. nam faber ipſum cõſiderat vt vtilis eſt ad opus. geometra vero vt ſuæ cõtemplationi

ſubſeruit. quid ſit,& qualis ſit inquirens. contemplator enim eſt geometra. & idem in omnibus ſcientijs & artibus ſeruandus eſt traditionis modus. ¶ Quintum. Non omniũ in diſciplinis cauſa requirenda eſt: ſed in quibuſdam ſatis eſt monſtratum eſſe quoniam vera ſunt. Et hic modus cognoſcendi primus eſt, atq; initium. vt in principijs quorum quædam inductione cognoſcuntur, quædam ſenſu, quædam cõſuetudine atq; experientia, & alia alio modo. & tentandum eſt vnumquodque eorum tractare vt ſuapte natura percipi natum eſt: & magna id diligentiæ ſolertia annitendum eſt, vt ipſa recte determinentur. nam magnum ad ſequentia habent momentum, magnúmq; præſidium afferunt. principium enim (vt dici ſolet) plus quàm dimidium totius eſſe videtur. & eorũ quæ quæruntur: complura per ipſum fiunt perſpicua.

Cap. VIII.

38 COnſiderandum eſt igitur de ipſo: non ex concluſione ſolum, & ijs ex quibus
eſt ipſa ratio: ſed ex ijs etiam quæ de ipſo dicuntur. Vero nanq; omnia quæ
39 competunt, conſona ſunt: à falſo autem cito ipſum diſcrepat verum. ¶ Cum
igitur bona in tria ſint diuiſa, & alia externa, alia circa animam, alia circa cor
pus bona dicantur: ea quæ ſunt circa animam, proprijſſime maximéq; dici-
mus bona. at actus & operationes animæ: circa animã eſſe ponimus. quare hac opinio-
ne cum antiqua, tum à philoſophantibus conceſſa: bene dicitur finem ipſum, actus quoſ-
dam & operationes eſſe. Sic enim fit: vt ſit ex ipſis animæ bonis, & non ex bonis exter-
nis. ¶ Conſonum eſt etiam ipſi rationi & id quod dicitur: felicem inquã bene viuere be-
néq; agere. fere enim bona quædã vita, bonáq; actio dictus eſt. cuncta præterea quæ cir-
ca felicitatẽ quæruntur: ei quod dictũ eſt ineſſe videntur. Alijs nanque virtus, alijs pru-
dentia, alijs ſapiẽtia quædam, alijs hæc, aut horum aliquod cum voluptate, aut non ſine
voluptate felicitas eſſe videtur. Sunt & qui externam etiã affluentiam ſimul accipiunt.
atq; hæc partim multi & antiqui, partim pauci, viríq; dicunt præclari: quorum neutros
tota via aberrare, ſed aliqua ex parte, & in plurimis verum attingere conſentaneum eſt
rationi. eorum igitur ſententiæ: qui vel omnẽ vel aliquã virtutem felicitatẽ aſſerunt eſſe:
ipſa ratio conſona eſt. huius eſt enim ea operatio: quæ per ipſam efficitur. Intereſt autẽ
fortaſſe non parum in poſſeſſione, an in vſu, ac in habitu, an in operatione: ſummũ con-
ſiſtere bonũ putare. fieri enim poteſt vt habitus quidẽ etſi ineſt: nullum efficiat bonũ.
vt in dormiente, vel etiam alio modo quodam otioſo facto. vt operatio autẽ nihil effi-
ciat boni: fieri nequit. qui nanq; operatur, aget vtique neceſſario: & bene etiam aget. atq;
vt in olympia: non ij qui ſunt elegantiſſimi forma, præſtantiſſimíque robore: ſed ij qui
decertant, coronis afficiuntur (ipſorum enim aliqui vincũt) ſic & qui bene agunt: eorum
40 quæ ſunt, in vita, pulchra bonáq; compotes fiunt. ¶ Eſt autem & vita ipſorum per ſe iu-
cunda. Nam voluptate quidem affici: ex ijs eſt quæ ad animam pertinẽt. id autẽ eſt cuiq;
voluptati: cuius amator dicitur quiſque. vt equus equorum amatori, & ſpectaculum ſpe
ctaculorum identidem amatori, eodem modo & amatori iuſtorum iuſta, & omnino vir-
tutum amatori: ea quæ per virtutem efficiuntur. quæ igitur voluptati ſunt vulgo: ea re-
pugnãtia ſunt, propterea quòd non natura talia ſunt. ſed amatoribus honeſtatis ea ſunt
voluptati: quæ ſunt natura iucunda. tales autem eæ ſunt actiones, quæ à virtute ema-
nant. quare & his ipſæ ſunt voluptati, atque per ſeipſas iucundæ. ipſorum igitur vita nõ
indiget voluptate, tanquam aliqua foris adiungenda: ſed habet in ſeipſa voluptatem.
¶ Præter enim ea quæ dicta ſunt: neque bonus is eſt qui bonis actionibus non delecta
tur. Nam neque iuſtum eum quiſquam dixerit, qui iuſtis non gaudet: neque liberalem
eum, qui liberalibus actionibus non delectatur: & in cæteris eodem modo. quòd ſi hæc
ita ſint: actionum eæ quæ à virtute proficiſcuntur, per ſeipſas ſunt voluptati atque iu-
cundæ. ¶ At vero bonæ quoque ſunt & etiam pulchræ, atque horum vnumquodque ma
xime ipſis competit: ſi recte de his ipſe iudicat ſtudioſus. iudicat autem, vt eſt dictum.
optimum ergo, & pulcherrimum, & iucundiſſimum eſt ipſa felicitas: & non ſeiunguntur
hæc perinde atque in illo Deliaco carmine ſeparantur,

Summe eſt pulchrum: ex aſtrea quod gignitur alma.
Optima ſi valeas res eſt: quod quilibet optat.
Summe eſt iucundum: ſi re potiaris amata.

Hæc enim operationibus omnia competunt. has autem ipſas, aut vnam ipſarũ quæ ſit

optima:felicitatem ipſam dicimus eſſe.¶Videtur tamen & externis indigere bonis:vt 41
diximus. Fieri enim non poteſt,aut nõ facile fit:vt is res agat præclaras, cui facultates
deſunt. multa nãq; per amicos,per diuitias, per ciuilem potentiam:tanquam per inſtru
menta aguntur.quibuſdam autem carentes:vt nobilitate,bona prole,pulchritudine,bea
titudinem maculant.nõ enim ſatis ad felicitatẽ idoneus eſt:qui penitus eſt deformis,aut
ignobilis,aut ſolitarius ſine prole.& minus etiam fortaſſe:ſi cui perpraui ſint filij,vel a-
mici,aut boni mortui ſint.vt igitur diximus:videtur felicitas & talis indigere proſperi-
tatis. Vnde quidam proſperitatẽ fortunæ:quidam virtutem,felicitatem eſſe dicunt.

¶Octaui capitis notæ. ¶Ex concluſione & rationibus:ex noſtra ſenteotia. ¶Cuncta quæ de felicitate quærun- 38
tur deſcriptæ felicitati ideo ineſſe vidẽtur:ꝙ ea ſcilicet in bonis animæ exiſtit,quæ optima ſunt vt & ponit pri 39
ma opinio.& in beata vita bonáq; actione:quod ſecũdæ opinioni cooſonũ eſt.& non eſt ſine virtute.& io hoc:
aliquo pacto cum tertia cõuenit.& quia bonũ ſufficientiſſimũ ſine prudẽtia,ſapiẽtia & virtutũ aſſociatione eſſe
nequit:in hoc cum quarta,quinta,& ſexta aliquid conſentaneũ habet.ſed eam bonũ eſſe delectabiliſſimũ,& bo
norum externorum affluentia iuuari:ſtatim diſſeretur. & in hoc cum ſeptima & octaua conſpirat opinionibus.
¶Prudentiã ponebant quandam ad res humanas gubernandas peritiam. Et ſapientiam eius extremã perfectio
nem,imò cuiuſlibet ferme artis aut virtutis ſummum perfectionis apicẽ:ſapientiam nominabant. Sed conſulto
omittit Ariſtoteles quo pacto quarta,quinta & ſexta hic adductarũ opinionum cũ poſita felicitate concordent
oſteodere:ꝙ quid prudentia & quid ſapientia ſit,nondum cognitum ſit,ſed ex ſexto huius primum diſcutietur.
¶Olympia:vrbs olim erat inter montes Oſſam & Olympum:in qua qui in certamine ſuperarent,oleaſtro coro-
nabantur. Et pluraliter olympia,ludi ipſũ dicebãtur:qui & erant in honorẽ Iouis inſtaurati. In litera nomen vr-
bis poſitũ eſt.Io cõmeotario vero ipſorum ludorũ nomeo.nam eadem intelligentia eſt.¶Iucunda,delectabilia. 40
¶Probitatis amatoribus iucũda:ſunt iucunda amatoribus virtutis,& ſuorum officiorũ quæ ſunt virtutũ opera-
tiones ¶Deliacũ Pythiũmq; carmen:eſt carmen oraculi Apollinis:quod Argyropylus his verſibus expreſſit,
Summe eſt pulchrum ex aſtrea quod gignitur alma.
Optima ſi valeas,res eſt:quod quilibet optat.
Summe eſt iucundum:ſi re potiatur amata.
Quod de ſanitate mentis iotellectũ,verum eſt. ¶Externa bona ad actiuã:adminiſtratiuãmq; felicitatẽ admini- 41
culatiua eſſe qui non videt:in Peripatetica ſchola fere cæcus eſt. vt enim ſine debitis inſtrumentis nõ extruitur
domus neq; efficitur architectus: ita quoq; ſi materia deſit, noo paratur actiua virtus. Et huic ſententiæ acce-
Thales — dit Thales Mileſius eum felicẽ eſſe autumans: qui corpore ſanus ſit,fortuna locuples,animóq; non ignauus.Et
Crantor — nõ modo Peripatetici & Thales in hanc cõſentiũt ſeotentiã:ſed & Crãtor Solenſis.qui etſi Academicis multa
tribuat:in hoc tamẽ ab ipſis diſſeotit.ponit eoim primas noſtræ vitæ partes virtuti deberi.ſecundas bonæ vale-
tudini,tertias honeſtæ voluptati,& quartas diuitijs atq; fortuoæ boois. Et ſi magnanimitas in aduerſa fortuna
vt in qua ſuum retineat officium plurimum lucet: ipſa tamen & pleræq; aliarũ virtutum propter vſus ablationẽ
io illa obſcurantur.quod exemplis cognoſcere non eſt obſcurũ.Plautus enim inſignis comicus propter annonæ
Plautus — difficultatem ad molas manuarias piſtoti ſe conduxit:vbi quoties ab opere vacaret, ſcribere fabellas & veode-
Caſſius — re conſueuit. Et Caſſius Seuerus orator multos annos exilium paſſus ob fortunæ tenuitatem,vix paono veren-
Valerius — da cõtectus:in magna inopia fatis conceſſit. Et Valerius collega Bruti adeò pauper mortuus eſt:vt publico ſum-
Brutus — ptu ſepeliretur. Et(authore Amiano Marcellino)Perſei regis filius poſt aduerſæ fortunæ calamitatẽ:artem fer-
Amianus — rariam ad quæritandum victum exercuit. qui omnes ſi ſecunda flauiſſet fortuna: ad præclara virtutum officia
Perſeus — nati videbantur. Et eſt planc quod dicit Callimachus: virtutes ſine fortunæ bonis parum admodum hominem
Callimachus — illuſtrare. Itaq; virtutes ſine facultatibus obſcuriores habentur:neq; ſuo debito ſplendore micaot. vt neq; gẽma
ſi luto obtegitur:natiua pulchritudine coruſcat.
¶Octauum cap.tribus concluſionibus & enumeratione octo opinionum de felicitate partitum eſt.
¶Octaui capitis cõmẽtarius ad literã ¶Ptima concluſio. Conſentaneũ eſt:nõ modo ex concluſione & rationi- 38
bus:ſed & aliorũ dicta adducẽdo,de felicitate conſiderare. Nam vero,vera omnia cõſonãt:falſo autẽ cito diſſo-
nat verũ.quæ ita vera dixere:ſuperioribus cõſonabũt.quæ autẽ falſa, ea ſtatim apparebũt diſſona. ¶Octo anti 39
quorũ opioiones. Prima opinio eſt dicẽtiũ:triplicia eſſe bona ſcilicet externa,corporis,& animi: & bona animi
principaliſſime,maximéq; eſſe bona.& hæc opinio eſt antiqua & á philoſophãtibꝰ recepta.quæ & ſuperioribus
cõſona videtur.nã actus & operationes animæ:bona animi exiſtũt.nihil igitur ab hac opinione fuerit alienũ:fe
licitatẽ pooere(vt ſuperius quoq; dictũ eſt)actus quoſdã,operationéſq; animę.locabitur enim ſic maximũ bonũ
in ipſis animę bonis,& nõ in ipſis externis,neq; quidẽ in corporeis bonis. ¶Secũda eſt dicẽtiũ:felicẽ eſſe, bene
viuere,& bene agere idem eſſe. & hoc item ſuperioribus cõſonũ. nã pene felicitas nihil aliud dicta eſt ꝙ̃ bona
quędã vita bonáq; actio.& reuera cũcta quæ de felicitate quærũtur:ei(quæ diffinita eſt)felicitati ineſſe vidẽtur.
¶Tertia:eſt dicẽtiũ felicitatẽ eſſe virtutẽ. ¶Quarta:eſſe prudentiã. ¶Quiota:ſapiẽtiã. ¶Sexta: felicitatẽ eſſe
ex ijs aggregatã. ¶Septima:eam ipſam eſſe aut prudentiã aut ſapientiã cũ voluptate, aut non ſine voluptate.
¶Octaua: felicitatẽ eſſe animæ bona cũ affluẽtia externorũ bonorũ cõiũcta.& qui id dicũt: partim ſunt multi
& antiqui,partim vero pauci & præclari.& hi vtriq;,tã externorũ afduentiã nõ oumerãtes,ꝙ̃ cõnumerãtes:ple
raq; recte dicũt,& multa rationi cõſona,neq; in omnibus oberrãt. Et primo qui felicitatẽ ponũt eſſe virtutẽ aut
vnã aut plures:nõ penitus deuiant.nam virtutis operationẽ diximus eſſe felicitatẽ.ſed in hoc diſſentiũt,ꝙ ſum
mũ bonũ in poſſeſſiooe atq; habitu: nos autẽ in vſu & actu ponimus. Neq; id quidẽ parũ refert.primo.nã fieri
poteſt vt quãuis habitus inſit:nullum tamen bonũ pariat. vt in dormiente aut alio quoq̃ torpente otio. at vero
fieri nequit vt virtutis operatio:boni efficiat nihil. qui eoim ſecũdum virtutẽ agit:vt & agat,& etiam bene agat
neceſſum eſt. Secundo.quemadmodum in olympijs nõ optimi quiq;,aut viribus pollentiſſimi,fortiſſimiq;,coro-
nantur: ſed qui certant. nam eorũ aliqui victores euadũt.ſic nõ qui virtutẽ poſſident, ſed qui ſecundũ virtutem
agunt:in vita pulchrorũ & honeſtorũ compotes fiunt,præmiáq; ſumunt. quo modo autẽ quarta,quinta & ſexta
opinio cũ felicitate ſuperius poſita cõſentiãt,prætermittitur:ꝙ nondũ notũ ſit quid prudentia aut ſapiẽtia eſſe
poſſit.& ſeptimã opinionẽ quæ felicitatẽ ſine voluptare eſſe non poſſe aſtruit,ſuperioribus dictis aliquid con-
ſonum dicere:declarandũ conſequẽter eſt. ¶Secũda cõcluſio. Vita ſecũdum virtutẽ operantiũ:voluptatẽ ſecũ- 40
dum ſe cõtinet,& iucunda,delectabiliſq; eſt. ¶Primo.nam voluptatẽ ſuſcipere animaliũ eſt:rationeq; animę id

conuenit. & id vnicuique voluptati eſt: cuius ipſe fuerit amator. vt equus, voluptati eſt amatori equorum. & ſpectaculum delectabile:amatori ſpectaculorũ.ergo & iuſta delectabilia ſunt: amatori iuſtorum. & omnino virtus & virtutis operatio:amatori talium.at quæ vulgo iucunda ſunt:repugnant. quòd natura talia non ſunt, ſed probitatis amatoribus iucunda: ſunt natura atque ſecundum ſe iucunda,illa autem ſunt virtutis operationes. igitur ſecundum virtutem operaoti: vita voluptatem ſecundum ſe continet,& ſecundum ſe iucunda,atque delectabilis eſt, neque eorum vita indiget voluptate quaſi foris adiuogenda: ſed in ſeipſa continet voluptatem. ❡ Secundo. nullus eſt qui bonis noo gaudeat operationibus:vt nullus eum dicet iuſtum,qui iuſtis noo gaudeat, neque liberalem qui liberalibus non gaudet operationibus:& in cæteris virtutibus ſic eſſe comperitur. igitur operationes quæ à virtute proficiſcuntur: ſecundum ſe delectabiles exiſtunt,atque iucundæ.eſt igitur vita ſecundum virtutem operantium: ſecundum ſe,iucunda atque delectabilis. ❡ Tertio. operationes ſecundum virtutem bonæ ſunt & pulchræ:imò maxime bonæ & pulehræ:ſi ſtudioſus de ipſis rectum affert iudicium rectéque iudicat. iudicat autem recte vt dictum iam eſt. igitur felicitas quæ optima operatio, atque pulcherrima eſt:eadem quoque & iucundiſſima eſt.& hæc tria abinuicem non ſeparantur:vt neque in Deliaco carmine cuius hæc eſt ſententia, Sanitas optimum eſt,iuſtitia pulcherrimum,& re perfrui amata iucundiſſimum, quæ tria circa operationes virtutis plane conſpiciuntur: quas quidem ipſas aut earum vnam, iam felicitatem eſſe dixi-
41 mus:ſed & octaua opinio cum felicitate poſita conſentit ❡ Tertia concluſio. Externa bona ad felicitatem conducunt. Nam impoſſibile eſt aut eerte admodum difficile, ab eo res præclaras agi,cui deſiot externorum bonorum facultates. multa enim per amicos, diuitias, ciuilémque potentiam quaſi per inſtrumenta fiunt & quorundam huiuſmodi externorum bonorum carentia, vt nobilitatis,bonæ prolis, formæ, felicitatem obſcuraot. non enim ſatis ad felicitatem habilis eſt: qui omnino ſit deformis, qui ignobilis, qui ſolus, & ſine prole ſit. & tanto minus idoneus videbitur cui praui ſint filij, aut praui amici, aut qui bonorum amicorum præſidio ſit orbatus, deſtitutúſque. externa igitur huiuſmodi bona: ad felicitatem conducunt. Quapropter quidam proſperam fortunam, felicitatem eſſe dicunt, vt qui ad externa bona reſpiciunt. & quidam eam dicunt virtutem: vt qui reſpiciunt ad interna.

Cap. I X.

42 VNde & dubitatur: vtrum diſciplina, an aſſuetudine, an alio quodam modo
per exercitium acquiri poſſit,an aliqua diuina ſorte,an & ob fortunã pro-
ueniat. Si igitur & aliquid aliud deorum eſt munus hominibus: conſenta-
neum eſt rationi & felicitatem à dijs ipſis dari.& eo magis:quo cæteris hu-
manis bonis eſt præſtabilius. Verum hoc ad aliam magis conſiderationẽ
43 forſitan pertinet. ❡ Videtur tamen etſi non à dijs immortalibus mittitur, ſed virtute
diſciplináve quadam vel exercitio comparatur: diuiniſſimum eſſe. Præmium enim, fi-
niſque virtutis: optimum & diuinum quiddam ac beatum eſſe videtur. fuerit etiam &
multum commune. fieri nanque poteſt vt diſciplina quadam ac diligentia ab vniuerſis
ijs comparetur: qui nullo principio labefacto, idonei ſunt ad conſequendam virtutem.
quod ſi melius eſt hoc modo quàm ob fortunam felicem eſſe: rem ita ſeſe habere con-
ſentaneum eſt rationi. ❡ Siquidem ea quæ ſunt ſecundum naturam: vt quamoptime
ſeſe habere poſſunt ſic ſe habent ſuapte natura,& ea ſimiliter quæ per artem conficiun
tur,atque à quacunq; proueniunt cauſa:& ea maxime quæ à præſtabiliſſima proficiſcun
tur. id autem quod maximũ atq; pulcherrimũ eſt fortunæ tribuere:valde erroneum eſt.
❡ Patet etiã ex ipſa ratione quod quæritur. Dicta eſt enim operatio animæ per virtutẽ.
44 ❡ Cæterorum autem bonorum alia ineſſe neceſſarium eſt:alia adiuuant ſúntq; vtilia,vt
inſtrumẽta. hæc & ijs conſona ſunt quæ in principio diximus. ipſum enim finẽ facultatis
ciuilis optimum ponebamus. hæc autem magnã adhibet diligentiã:vt ciues ipſos diſpo-
45 nat,bonóſq; faciat,& ad honeſtas res agẽdas idoneos reddat. ❡ Merito igitur nec bouẽ,
nec equum, nec aliud quicquã animantium dicimus felix. quippe cum fieri nequeat vt
ipſorum quicquã talis ſit particeps operationis. ❡ Hanc autem ob cauſam neq; puer eſt
felix. Nondum enim eſt idoneus ad res tales agendas propter ætatẽ. qui dicuntur feli-
ces:ob ſpem dicũtur. eſt enim opus (vt diximus) & perfecta virtute & perfecta etiã vita.
46 ❡ Multæ nanq; mutationes in vita fiunt:variæq; fortunæ. atq; fieri poteſt:vt is qui maxi-
me bonis abundat,in magnas incidat in ſenectute calamitates:vt in heroicis de Priamo
dicitur. eum autem qui tali fortuna eſt vſus,& miſerabiliter obijt:nemo felicem dicet.

43 ❡ Noni capitis notæ. ❡ Principia ſana atque non labefacta intelliguntur:cum quis aut morbo,aut naturali impedimento deſipiens delirúſve non ſit. Nullus ergo à ſummi boni poſſeſſione excluditur: qui mentis, ratio-
46 niſque compos exiſtat. ❡ Carmina heroica ſunt:quæ heroum facta continent. vt Æneis Maroniana,& Rhapſodia Homeri. ❡ Priamus Aſiæ imperator,& quondam Troianorum rex. Virgilius

Priami fatum. Hune 2. Æneid.
Pyrrhus Achilleides poſt funera viſa Polytis Priamus
Traxit,& in multo lapſantem ſanguine nati: Pyrrhus
Implicuitque comam læua,dextráque coruſcum Polytes

Extulit: ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Hic finis Priami fatorum. hic exitus illum
Sorte tulit: Troiam incenſam,& prolapſa videntem
Pergama,tot quondam populis,terriſque ſuperbum
Regnatorem Aſiæ. iacet ingens littore truncus
Auulſumque humeris caput,& ſine nomine corpus. Ex Marone.

¶ Nonum cap. vna quæſtione,tribus concluſionibus,& duobus corollarijs partitum eſt.
¶ Noni capitis cõmentarius ad literam. ¶ Quæſtio. Vtrum felicitas: diſciplina,conſuetudine,aut alio quopiam 42
exercitio acquiri poſſit? an diuinum potius munus ſit,an fortunæ munus? & volunt videri felicitatem, deorum
eſſe munus. nam ſi quicquam aliud hominibus deorum munus eſt: par eſt,atque conſentaneum & felicitatem à
dijs ipſis præſtari,& eo maxime quo cæteris humanis bonis præſtabilior eſt. præſtantur autem à dijs alia. igitur
tanto magis & ipſa felicitas. ſed hæc inquiſitio: alterius conſiderationis accommodatior eſt. ¶ Prima cõcluſio. 43
Etſi felicitas non cælitus hominibus immittitur, ſed diſciplina,virtute,exercitationeq; comparatur: quoddam
tamen diuinum eſt. Nam præmium,finiſque virtutis: optimum quoddam & diuinum, beatúmque eſſe videtur.
id autem felicitas eſt. Sed diſciplina,& exercitatione acquiri patet, primo. quia ſic felicitas bonum erit multũ
commune vt quod diſciplina quadam,vigilantiáque ab omnibus acquiri valebit: quorum principia ſana erunt.
at hoc modo felicitatem acquiri melius eſt: quàm temeritate quadam,& fortuna eſſe felicem. rationabile igi-
tur eſt felicitatem: quadam diſciplina & exercitatione acquiri. ¶ Secundo. videmus enim ea quæ ſecundum na
turam ſunt: vt quamoptime ſe habere poſſunt ita natura ſunt. & ſimiliter quæ ſecundum artem & omnem de-
terminatam cauſam: & maxime ita ſeſe habere quæ ſecundum optimam cauſam prodeunt. maximum autem
atque optimum fortunæ tribuere magna abſurditas eſt,atq; irrationabile plurimum. diſciplina igitur atq; exer-
citatione potius vendicatur acquiritúrque felicitas. ¶ Tertio. idem ex diffinitione felicitatis conſpicuum eſt.
nam dicta eſt animi operatio ſecundum virtutem virtus autem: diſciplina & exercitatione paratur. igitur & fe
licitas hoc pacto acquiritur. ſic itaque ratum eſt felicitatem diſciplina,conſuetudine,atque exercitio acquiri &
quiddam eſſe diuinum. ¶ Secunda concluſio. Reliqua bonorum præſto adeſſe neceſſarium eſt. Nam alia bona 44
felicitatem coadiuuant ſuntq; vtilia: vt ſua quædam inſtrumenta & id quidem conſonum ijs eſt quæ in princi-
pio iam dicta ſunt: ſummum ſcilicet bonum ciuilis facultatis eſſe finem, quæ magnam adhibet curam, vt ciues
præparet,bonóſq; efficiat & ad præclaras res agendas reddat idoneos. quæ minime facere poſſet: niſi ſibi alia
præſto adeſſent bona. ¶ Primum corollarium. Quo fit vt neq; bos nec equus,nec aliud quicquam animantium 45
felix eſſe queat. nam nullum tale: operationis ſecundum virtutem particeps eſſe poteſt. ¶ Secundum. Fit etiam
vt neque puer ſit felix. nam nondum ob ætatem ſecundum virtutem agere poteſt & ſi dicuntur felices: impro
prie & propter ſpem dicuntur. nam vt dictum eſt, vt felix ſit: virtute opus eſt atque vita perfecta. ¶ Tertia con 46
cluſio. Felicitas impediri valet. nam multæ mutationes in vita fieri poſſunt variæque fortunæ & omnino fieri
poteſt vt eum qui nunc maximis abundat bonis: magnæ in ſenectute obruant aduerſitatum procellæ quemad-
modum de Priamo in heroicis memorantur. at virum tanta proſperitate vſum, ſed vſqueadeo miſerabili finien
tem exitu: nullus dixerit eſſe beatum. valet igitur felicitas impediri.

Cap. X.

ESt'ne igitur nec vllus alius hominum felix quandiu viuit dicendus: ſed Solo- 47
nis ſententia finem ſpectare oportet? ¶ Quod ſi & ita ponendum eſt: túmne 48
felix eſt cum è vita diſceſſerit? an id abſurdum eſt penitus: nobiſipſis præſer-
tim qui felicitatem operationem quandam dicimus eſſe? Quòd ſi mortuum
felicem non dicimus, neq; Solon id vult: ſed tunc dici beatum hominem tuto poſſe, quia
iam eſt extra omnia mala, calamitatéſq;. ¶ Habet quidem & hoc controuerſiam quan-
dam. Mortuo nanque bonum & malum videtur aliquid eſſe. ſiquidem & viuenti non au
tem ſentienti: vt honores, infamiæ, & filiorum, poſterorúmque omnium proſperita-
tes, atque aduerſitates. Dubitationem autem & hæc afferunt. ei nanque qui ad ſene-
ctutem vſque beate vixit, ſecundúmque rationem deceſſit: multas circa poſteros accide-
re mutationes contingit. & alios ipſorum eſſe bonos, vitámque conſecutos eſſe pro di-
gnitate: alios contrá. conſtat autem & diſtantijs ad parentes: multis, variiſq; modis ipſos
ſeſe habere poſſe. abſurdum igitur eſt: ſi defunctus ſimul etiam mutaretur,& nunc felix
fieret, nunc miſer. abſurdum eſt etiam: & minime, nec aliquod ad tempus, poſterorum
ad parentes res pertinere. Sed redeundum eſt ad id quod prius eſt dubitatum. ex illo
nanque & id quod nunc quæritur fortaſſe perſpicietur. ſi igitur finem ſpectare oporte-
at,& tunc beatum dicere quenquam, non quia beatus tunc eſt ſed quòd prius erat: quo
pacto non eſt abſurdum, ſi cũ eſt felix non verè de ipſo dicetur quod ineſt? Quia viuen-
tes, dicere beatos ob mutationes nolumus: & quia felicitatem quidem ſtabile quiddam,
nullóq; modo facile mutabile eſſe putamus: fortunam autẽ in eiſdem ſæpe reuolui. nam
ſi fortunam ſequamur: ſæpenumero felicem ac miſerum eundem dicemus: Chamæleon-
tem quendam oſtendentes ipſum felicem eſſe, ac debiliter collocatum. ¶ An fortunã ſe- 49
qui nullo modo eſt rectũ? Non eſt enim in ipſa bene vel male viuere ſitum, ſed indiget
humana vita, ipſius, vt diximus. ¶ Operationũ autem eæ quidem quæ à virtute profici-
ſcuntur, felicitatis: eæ vero quæ ſunt cõtrariæ, contrarij dominæ ſunt. atteſtatur huic ſen-

tentiæ & id quod nunc dubitauimus. etenim nullis in operibus humanis tanta eſt fir-
mitas,quanta eſt in operationibus ijſce quæ à virtute proficiſcuntur. hæ nanque ſtabi-
liores & ſcientijs ipſis eſſe videntur.harum autem ipſarum,eæ quæ cæteris antecellunt:
maxime ſtabiles ſunt,propterea quòd in his ipſi beati,& maxime,& continuatiſſime vi-
uunt. Hoc enim ſimile eſt cauſæ: vt ipſarum non fiat obliuio. id igitur quod quæritur:
competet ipſi felici,& erit talis per vitam.nam ſemper aut maxime ea aget & contem-
plabitur quæ prodeũt à virtute,fortunámq; feret pulcherrime:& omni ex parte concin-
50 ne ac æquabiliter. quippe qui vere bonus atq; quadratus eſt ſine vituperatione. ¶ Cum
autem à fortuna multa eueniant, & magnitudine, paruitatéque differant: parua qui-
dem ſiue ſint ſecunda ſiue aduerſa,conſtat non facere vitæ momentum.grandia vero ac
multa: ſi ſecunda ſint, beatiorem vitam efficiunt, quippe cum ad decorandum ſint a-
pta, & vſus ipſorum pulcher,ſtudioſúſque fiat. ſin aduerſa: premunt, lædúntque vitam
beatam. afferunt enim dolores.& multas operationes impediunt. Attamen & in ijſipſis
pellucet ipſa honeſtas:cum multas quiſpiam ac magnas aduerſitates facile perfert:non
ob inſenſibilitatem,ſed quia generoſus eſt atque magnanimus. ¶ Quòd ſi operationes
dominæ ſunt(vt diximus)vitæ:nemo beatorum fuerit miſer. nunquam enim odioſum
quicquam atque improbum aget.eum enim qui vere bonus eſt,atq; prudens,fortunam
omnem decore perferre pro facultatéque rerum ſemper res pulcherrimas agere: vt &
ducem bonum præſentibus vti caſtris ad optime gerendum bellum, & bonum item ſu-
torem ex ſibi datis pellibus pulcherrimum conficere calceum,cæteróſque omnes iden-
tidem artifices arbitramur. quæ cum ita ſint: miſer quidem nunquam fuerit ipſe felix.
Beatus tamen non erit:ſi in Priami calamitates incideret.nec igitur varius,facíléq; mu-
tabilis erit.neq; enim ex felicitate facile aut à quibuſuis:ſed ab ingentibus & multis ad-
uerſitatibus dimouebitur: & ex talibus non in paruo ſed in longo quodam perfectóve
51 tempore rurſus fuerit felix: magnas in eo res, præclaráſq; nactus. ¶ Quid igitur obſtat
eum felicem dicere:qui per virtutem operatur perfectam, & bonis externis ſatis abun
dat,non quouis in tempore ſed in vita perfecta? An eſt addendũ,& ita eſt victurus & ſe-
cundum rationem moriturus?quippe cum futurum quidem incertum ſit nobis,felicita-
tem autem finem,& omnino perfectam omni ex parte ponamus?quod ſi ita ſit:viuen-
tium eos quibus ea quæ diximus & inſunt & inerunt, beatos dicemus, beatos autẽ ho-
mines.Sed de his quidem eouſque ſit definitum.

47 ¶ Decimi capitis notæ. ¶ Solon Athenienſis vnus in numero ſeptem ſapientum inſcriptus eſt.legiſlator fuit.ex quo poſtmodum id annotatum eſt, — Solon

Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt:diciq; beatus — Ouidius lib. 3 meta.
Ante obitum nemo, ſupremáq; funera debet.

Huius hæ ſunt moralea ſententiæ, Probitatem iuramẽto fideliorem cenſeto. Mentiri nolito. Præclara ſtudioſe meditator. Amicos ne cito acquirito. Acquiſitos reprobare caueto. Quæ proſunt,conſulito. Cum regi didiceris: regito. Rationem ducem ſequitor. Malis ne congreditor. Deos honorato. Parentes reueretor. Blandos ſermones cautior obſeruato. Ne quid nimis facito. Iuſſit quoque moriens ſuos cineres poſt
48 ſupremum eius obitum per Salamineam terram diſpergi,diſſeminarique. ¶ Filios à parentum probitate deuiare conſtat:vt de filio Scipio. Africani,qui cognominatus eſt ignobilis pater Africam, patruus Aſiam recuperauit. De filio Fabij Maximi.de filio itidem Hortenſij qui omnia cum ſcortis decoxit. ¶ Chamæleon circa Phaſin amnem & in India frequentius gignitur:animal(authore Plinio)figura & magnitudine lacerti,tardi motus, & oculos in receſſu cauo circunductiles habens,ſolus animalium nec cibo,nec potu,ſed ſolo aeris alimento viuens. qui quemcunque colorem proxime attigerit,toto corpore,oculis,caudáque reddit: præter rubrum, candidúmque & ſubinde colorem euarians. de quo meminit Ouidius, — Scipio Africanus. Fabius Hortenſius Chamæleon Pli. li. 8. ca. 33

Id quoq; quod ventis animal nutritur,& aura, — Ouidius li. 15 meta.
Protinus aſſimilat tetigit quoſcunque colores.

49 ¶ Operationes ſecundum virtutem dominas felicitatis eſſe, eſt in illis felicitatem conſiſtere, ipſáſq; felicitatis præcipuas eſſe cauſas. ¶ Atteſtatur huic ſententiæ: quòd actiones virtutum ſint dominæ præcipuæ que cauſæ. ¶ Id quod nũc dubitauimus. id quod dubitauimus de ſtabilitate firmitudinéq; felicitatis. ¶ Temeritas,fortuna. ¶ Quòd felix tetragonus ſine vituperatione appellatur:hoc Pythagoricum eſt:qui tetragonorum hoc eſt quadratorum numerorum ſummopere laudes efferunt.qui numeri cũ ab vnitate procedant,quæ ſumma eſt æqualitas:in laterum æqualitatem ſemper ſe porrigunt,neq; nimis, neque minus quicquam habentes. & veluti medio quodam tramite,ab ipſa ſumma monade ſua ſerie prodeũt,eadémq; vt quadam beatitudinis via in eãdem rerum omnium parentem recurrunt. Et vltrò,citróq; altera parte longiorum deuia:nũc abundantium,nũc vero deficientium conſtanter diffugiunt. & medio ſemper tramite incedentes nuſquam deflectunt: adeò vt nullus hos numeros vituperare poſſit. Quinimò plenam diuinitatis & maxime virtutis æmulam præ ſe ferunt natu-

Adiecta formula, viam tetragonorum declarat.									
1.	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4.	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9.	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16.	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25.	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36.	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49.	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64.	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81.	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100.

ram. ex quorum contemplatione Py-
thagorici multa de virtute diſſerere ſo-
lebant. ¶ Sutor eſt qui calceos efficit: 50
vt veſtiarius, qui veſtium eſt opifex.
¶ Decimum cap. vna quæſtione, tri- 47
bus concluſionibus & vna diffinitio-
ne partitum eſt.
¶ Decimi capitis commentarius ad li-
teram. ¶ Quæſtio. An aliquis dum vi- 48
uit dici nequeat felix: ſed iuxta Solo-
nem, finem vitæ atque terminum ex-
pectare oporteat? ¶ Prima concluſio.
Aliquis dum viuit poteſt dici felix. Pri-
mo. quia ſi exitus vitæ expectãdus eſ-
ſet: tum felix diceretur cum è vita de-
ceſſiſſet. ſed id ſentire abſurdum penitus nobis eſſet, præſertim cum iam felicitatem diffinierimus eſſe quan-
dam operationem. ſi ergo mortuum felicem non dicimus (neque hoc vult Solon) ſed tunc ſecure poſſe dici bea-
tum, cum iam extra mala, calamitatéſque exiſtat: poterit homo dum viuit non immerito dici felix. ¶ Secun-
do. hoc illis dubitationem incutit quòd mortuo aliquid malum accidere videtur: vt viuenti quidem, ſed non
ſentienti. vt ſunt honores, infamiæ filiorum, poſterorúmque proſperitates, aduerſitatéſque. fieri enim poteſt, vt
ei qui ad extremam vſque ſenectam beate vixerit, fatiſq; conceſſerit humanis: multa ac varia circa natos con-
tingant, alióſque probos eſſe, vitámq; cum dignitate exigere, alios autem contrà. certum eſt etenim filios lon-
go poſt interuallo multis, variiſque modis à vita parentum poſſe digredi. ſed abſurdum eſt ſi defunctus muta-
retur: & modo felix, & modo miſer eſſet. quod tamen accideret, ſi ipſum ponerent felicem. & abſurdum etiam
illis quoque videretur: ſi res poſterorum nihil penitus ad parentes ne ad aliquod tempus quidem pertinerent.
non igitur dicendi ſunt poſt mortem felices. ſed nunc an debeat dum viuit dici felix: reuertamur, & ex his for-
te veritas elucebit. nam ſi exitum ſpectare oportet, & tunc beatum dicere quenquam non quòd beatus tunc
ſit, ſed quòd prius erat beatus: quomodo abſurdum non videtur tunc cum eſt felix nos non vere poſſe felicem
appellare. id autem abſurdum. dum viuit igitur dici poteſt felix. Sed eſto dicant: beatos dicere viuentes nolu-
mus propter mutationes, & quòd felicitatem ſtabile quiddam, ac nequaquam leuiter mutabile putamus. at for-
tuna circa viuentes ſæpe reuoluitur mutatúrque. patet itaque ſi viuentes dum adhue fortunam ſequuntur, di-
ceremus felices: ſæpe eũdem felicem ac poſtea miſerum fateri cogeremur. tunc felicem neſcio quid Chamæ-
leonti perſimile effingentes: cito mutabile, debilitérque firmatum. ¶ Secunda concluſio. Felicitas bonum ſtabi-
le eſt atque firmum. ¶ Primo. nam felicem non æquum eſt fortunam ſequi: vt in qua neque bene, neque male 49
viuere ſitum eſt: quanuis vt & dictum eſt humanæ vitæ bonis fortunæ aliquo pacto ſit opus. ob cuius tamen
inconſtantiam, ac mobilitatem: felicitatem ipſam fugacem, mobilémque eſſe putant. nihil prohibet igitur fe-
licitatem bonum quiddam ſtabile eſſe, atque firmum. ¶ Secundo. Operationes ſecũdum virtutem dominæ ſunt
felicitatis & contrariæ contrarij: non autem fortuna, temeritáſque felicitatis domina. at quòd felicitas ſit per-
manens: id vel maxime atteſtatur, quòd nulla in re humana cõſtantia maior eſt: quàm in iis operationibus quę
à virtute proficiſcuntur. enimuero & virtutes & virtutum operationes ſtabiliores ipſis ſcientiis, ſuiſque opera-
tionibus eſſe videntur, & maxime eæ quæ cæteras antecellunt: eam ob rem quòd in ipſis beati & maxime &
iugiſſime viuunt atque verſantur & hæc cauſa eſſe videtur quo minus illarum fiat obliuio, recte igitur euenit,
vt felicitas bonum quiddam ſtabile ſit, atque firmum. ſitque felix talis: & ſtabilis, inconcuſſúſq; per vitam. nam
ea vel maxime omnium & aget & contemplabitur quæ à virtute manant. & fortunam omni ex parte optime
feret, atque decenter. felix enim vere bonus & tetragonus ſine vituperatione eſt. ¶ Tertia concluſio. Felices 50
facile ferunt fortunam. Primo. nam cum multa, variáque ſors afferat: ſi ea parua ſunt ſeu proſpera, ſeu aduerſa,
parui erunt admodum momenti & facile tolerabuntur. ſin grandia & multa: ſi proſpera ſunt, beatiorem vitam
efficient, cum eam exornare ſint idonea, & eorum vſus bonus, ſtudioſuſque exiſtat. ſin autem aduerſa: premunt,
lædúntque beatum. vt quæ triſtitiam afferant & multas ſecundum virtutem operationes impediant. attamen
in ipſis relucet ipſum bonum: cum ipſe & multas & magnas aduerſitates leuiter & æquo perfert animo, non
quidem ob inſenſibilitatem, ſed quia generoſus magnanimúſque ſit. feret igitur fortunam felix: & facile & vt
decet. ¶ Secundo. Si operationes virtutis dominæ ſunt vitæ vt diximus: nullus profecto felix fiet miſer vnquã.
nunquam enim quæ odioſa aut improba faciet. verum omnis qui perfecte bonus eſt atque prudens: fortunam
omnem generoſe perferet, & ſemper pro rerum facultate res optimas aget. quemadmodum & bonus dux præ-
ſentibus vtitur caſtris quamoptime bello condocit. & quemadmodum bonus ſutor ex datis ſibi pellibus quam-
optimũ calceum aſſuit. & eodẽ pacto cæteri artifices omnes. tanto magis igitur ipſe felix: omni ſibi oblata for-
tuna pro eius conditione recte vtitur, neque vnquam facile fiet miſer. quoniam vt dictum eſt facile perferet
fortunam. non tamen id aſſerere velim, quenquam dici beatum qui in calamitates Priami inciderit, ſed feli-
cem, neque varium, neq; cito mutabilem eſſe, quicquámve Chamæleonti ſimile. nam non facile, vt dictum eſt
à quibuſcunque fortunis, à felicitate dimouebitur, ſed admodum difficile, & ab ingentibus & multis aduerſita-
tibus. ex quibus neque paruo tempore reſurgeret ad felicitatem: ſed longo, perfectóque iam magnas in eo rẽſ-
que præclaras nactus. Ex his diffinitio felicis, hæc elici poterit. ¶ Diffinitio. Felix eſt qui ſecundum perfectam 51
virtutem operatur: externis bonis ſufficienter abundãs, & in vita perfecta. & cum nobis ſit incertum & felicitas
omni ex parte debeat eſſe perfecta: cenſent hanc addendam eſſe particulam, ſic quidem ſecundum virtutis ope-
rationem victurus, ſicq; moriturus. quapropter (ſi recte hæc dicta videbuntur) beatos viuentium dicemus qui-
bus inſunt, inerúntque prædicta: beatos autem homines. at de his hactenus.

Cap. XI.

FOrtunam autem poſterorum amicorúmque omnium nihil conferre: lon- 52
ge ab amicitiæ finibus diſcedere, & opinionibus contrarium eſſe videtur.
Cum vero multa ſint ea quæ eueniunt: variáſq; differentias habeant, & alia
magis alia minus conferant: in ſingula quidem ipſa diuidere prolixum, &

infinitum eſſe videtur.ſat autem erit fortaſſe:ſi de his ipſis vniuerſaliter, figuráque dicetur. Vt igitur aduerſitatum earum quæ beatis eueniunt aliæ pondus aliquod momentúmq; habent ad vitã,aliæ ſunt leuiores:ſic ſeſe habent & ea quæ circa amicos accidunt omnes.viuentibus autẽ,an mortuis calamitas accidat:multo magis refert,quàm res nefandæ,grauéſq; agantur,an in tragœdijs recitẽtur.animaduertenda eſt igitur differentia hoc etiã pacto.imò vero conſiderandum forſitan eſt:ſi cuiuſpiã boni vel mali participes ſint defuncti. Videtur igitur etiam ſi quippiã ex his ad ipſos perueniat ſiue bonum ſiue contrarium:exile quid ac paruũ,aut ſimpliciter aut illis eſſe.ſiquidem tantum ac tale vt neq; beatos eos efficiat qui beati non ſunt:neque beatitudinem auferat à beatis. videntur igitur tam proſperitates quàm aduerſitates amicorum:aliquid defunctis afferre.tale autem ac tantum vt nec felices haud felices:nec aliud quicquam huiuſmodi faciat.

51 ¶Vndecimi capitis notæ. ¶Tragœdia:eſt heroicę fortunæ in aduerſis comprehenſio.in qua ingentes inducuntur perſonæ,magni timores exprimuntur,exitus funeſti habentur.eius tranquilla ſuot prima,& turbulenta vltima,& fugiendam vitam exprimunt. vt Thyeſtis,Danai,Ægyſthi,Oreſtis,Alcmęoois & ſimilium. Et Euripides apud Græcos, Seneca vero apud latinos tragœdias ſcripſere. ¶Cum proſperitates aduerſitateſque amicorum ad defunctos pertinere concludit Ariſtoteles: plane animorum immortalitati conſentit. Et id antè Mercurius, Thales,Pythagoras,Socrates,Plato & vniuerſaliter omnes qui generoſe philoſophati ſunt aſſeruerũt,& quod maius eſt prophetæ omnes. & quod maximum eſt, dux virtutum omnium, dominúſque vitæ clamat, Lazare prodi foras:& quatriduanus iam fœtens & iam vermibus ſcatens ad potentem vocem continuo ſurgit ex tumulo, & rediuiuus multos poſt annos vtriuſque vitæ conſcius de immortalitate diſſerens: hanc impietatis maculam ab oculis mortalium ſalubriter exterſit. Et gentiles clamant,

Eſſe aliquos manes,& ſubterranea regna,
Et contum,& ſtygio ranas in gurgite oigras,
Nec pueri creduot:niſi qui noodum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit?& ambo
Scipiadæ? quid Fabritius, manéſque Camilli?
Qoid Cremeræ legio,& Cannis conſumpta iuuentus,
Tot bellorum animæ? quoties hinc talis ad illos
Vmbra venit cuperent luſtrari:ſiqua darentur
Sulphura cum tædis,& ſi foret humida laurus,
Illuc heu miſeri traducimur.

Thyeſtes
Danaus
Ægyſthus
Oreſtes
Alcmæon
Euripides
Seneca
Ariſtoteles
Mercurius
Thales
Pythagoras
Socrates
Plato
Prophetæ
Dominus
Lazarus
Iuuenalis ſaty. 2.

Sed O miſeri qui ſcelerum immanitate,animorũ immortalitatem reformidatis: ad verba Triſmegiſti amplius expaoeſcite,& præſentẽ etiam exhorreſcite lucem,audite iam,Cũ fuerit animæ à corpore facta diſceſſio:tunc arbitrium examénq; meriti eius tranſiliet in ſummi dæmonis poteſtatem.iſq; eam(cum piam, iuſtámq; præuiderit)in ſui competentibus locis manere permittet. Sinautem delictorũ illitam maculis vitijſq; oblitam viderit: deſuper ad ima deturbans,procellis turbinibúſq; aeris,ignis,& aquæ ſæpe diſcordantibus tradet. atq; inter cælum & terram mundanis fluctibus in diuerſa ſemper æternis pœnis agitata raptabitur.vt in hoc ei obſit animæ æternitas:q; ſit immortali ſententia æterno iudicio ſubiugata. Ergo ne his implicemur: verendum,timendum, cauẽdúmq; eſſe cognoſce. Incredibiles enim poſt delicta cogẽtur credere non verbis ſed exemplis:nec iniurijs ſed ipſa paſſione pœnarum. Hæc Triſmegiſtus. Et Homerus quo ſuæ tempeſtatis homines immortalitatis animorũ admoneret,& res humanas defunctis eſſe curæ: ita defunctũ Patroclum ad Achillem loquẽtem inducit,

Triſmegiſtus

Num dormis oblite mei? nunc negligis orbum
Luce,modo viuum quem ſic curaueris ante?
Me ſepeli propere:quo inferni ditis Achille
Tranſuehar ad portas.animi nam me eminus arcent
Extincti populi: ſecum tranare vetantes.
Eo vagor & fruſtra manes peto:porrige dextram,
Imploro.

Homerus

Sed quid hic opus eſt Homero: cum in libro vitæ æternæ diues ille qui exuritur inextinguibilibus flammis curam gerat quinque fratrum quos viuentes in ſeculo reliquerat? Quòd ſi res humanæ curæ ſunt miſeris defunctis,qui perpetuis deputati ſunt tormentis:tanto magis felicibus qui ad beatorum delicias euolarũt. Sed harum rerum non eſt admonendus Chriſtianus.

¶Vndecimum cap. vnam concluſionem complectitur.

52 ¶Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶Concluſio. Proſperitates, aduerſitatéſque amicorum ad defunctos aliquo pacto pertinere videntur. ſed non vt quæ felices non felices aut contrà efficere poſſint. Nam quòd poſterorum, amicorúmque fortunæ nihil ad nos pertineant, dicere: nimis durum eſt & longe à legibus amicitiæ diſcedens,opinionibúſque hominum contrarium.at cum quæ contingunt ſint multa,variáſque præbeant differentias, vt alia magis, & alia minus ad nos pertineant:ſingulatim ea diſtinguere prolixum,atq; immenſum nimis eſſet:& ſatis eſſe videbitur ſi ſummatim & figura quadam dicatur.itaque vt ad nos ipſos aduerſitates quæ contingunt quædam grandes ſunt, magnique ad vitam momenti, quædam vero leues: ita & circa amicos contingunt.ſed ea circa amicos viuos & circa defunctos contingere amplius refert:quàm nefanda grauiáque facta patrare,& perpetrata in tragœdijs recitare.hoc enim pacto differentia conſideranda eſt. quare ſi ad defunctos quicquam fortunarum amicorum pertineat ſeu proſperum ſit,ſiue ſit aduerſum:id admodum exile,atque paruum eſt,aut ſimpliciter quidem paruum, aut illis paruum. neque tantum, neque tale vt ipſos beatos efficere poſſit qui non ſunt. contrà autem neque miſeros:qui beati ſunt. videntur igitur proſperitates,aduerſitatéſque amicorum ad defunctos quoquo pacto pertinere: ſed non vt quæ felices non felices, aut contrà efficere que ant.

HIs autem determinatis: de felicitate conſideremus vtrum laudabile quid- 53
dam ſit an potius honorabile. ¶Conſtat enim potentiam non eſſe. omne 54
autem laudabile ex eo laudari videtur: quia eſt affectum aliqua qualitate,
& aliquo modo ſeſe habet ad aliquid. iuſtum enim, & fortem, & bonum om
nino virum, atque virtutem: ob opera laudamus, ac actiones. robuſtum eti-
am, idoneúmq; ad curſum hominem & cæterorum quenque ſimiliter laudamus, quòd
affectus eſt aliqua qualitate, & ad bonum aliquod, ſtudioſúmque refertur. id ita eſſe pa-
tet & ex deorū laudibus. nam cum ad nos referuntur: ridiculæ ſane videntur. quod qui-
dem ex eo fit, quia laudes (vt diximus) per relationē efficiuntur. quòd ſi laus talium eſt:
conſtat optimorum non eſſe laudem, ſed maius aliquid præſtabiliúſve, quemadmodum
& videtur. Nam & deos beatos, felicéſque dicimus: & virorū etiam eos qui maxime ſunt
diuini: & rerum bonarum ſimili modo. nemo nanque felicitatem laudat: vt iuſtitiam. ſed
vt diuinius quiddam præſtabiliúſve: rem dicit eſſe beatam. ¶Videtur autē & Eudoxus
recte voluptati primas defendiſſe partes. Id enim (voluptatem inquam quæ quidem
eſt bonum) non laudari: indicare putabat præſtabiliorem ipſam eſſe rebus laudabilibus
vniuerſis. talem autem deum & ſummum eſſe bonum dicebat. ad hæc enim cætera vni-
uerſa referri. Etenim laus quidem virtutis eſt. hac enim ad res honeſtas agendas idonei
fiunt. commendationes autem operum ſunt ſimili modo: tam corporis, quàm etiam ani
mæ. Verum hæc quidem exacte diſcutere: magis ad eos forſitan pertinet, qui circa com-
mendationes verſantur. nobis autem perſpicuum ex ijs quæ diximus fuerit: felicitatem
ex ijs eſſe quæ honorabilia ſunt & perfecta. ¶Videtur autem ex eo ſic ſe habere quia
principium eſt. cætera enim gratia eius agimus omnes. principium vero, cauſámq; bono-
rum: honorabile quiddam & diuinum dicimus eſſe.

¶Duodecimi capitis notæ. ¶Laudare eſt aliquid eius potentiam eiúſve opera cōmemorando extollere. Et lau 53
dabile: cuius potentiam potentiæve operationem memorantes extollimus. ¶Laudes deorum ad nos relatæ ic-
circo ridiculæ videntur: quòd illæ illis tribuuntur, eorum potentiam eorúmq; facta commemorando. quæ ſi ho
mini tribuuntur: perridicula videbuntur. cui enim virorum mortalium vnquam dicemus,

Mantuanus

Quicquid habet Phlegeton, quicquid caua viſcera terræ,
Quicquid ineſt pelago, quicquid ſecat aera pennis
Feciſti: & ſolus totum hoc opus ipſe gubernas.

Et quanquam reuera deus laudandus & honorandus eſt: potius tamen honorandus videtur. nam honor laude ſuperior eſt. ſiquidem honor interna reſpicit, laus autem reſpicit externa. ſed fragilitas laudatorum immenſæ diuinitatis facit: vt quæ & qualis in ſe ſit cogitare non poſſint. quapropter nos illius immenſæ bonitatis laudatorum vltimi ad ſua opera recurrimus: ex quibus eius laudes colligimus. vt qui dicit deum rerum optimum ſapientiſſimum ſuper omnem ſenſum, rationem, intellectum, ſupérque mētem omnem exaltatum in immenſum, & ſe tota mente propter ipſum ſolum ante tantam maieſtatem proſternit, quantum fragilitas admittit: deum honorat. qui vero eum dicit factorem cæli & terræ, viſibilium pariter & inuiſibilium: ipſum laudat. Itaque felicitatem quæ huius ſummi boni in hac mortali peregrinatione noſtra, veſtigium perfectiſſimum eſt: potius honorabile bonum cenſet Ariſtoteles, quàm laudabile. & felicem tum actiua felicitate inter actiuos, tum contemplatiua inter contemplatiuos, deo quidem inter mortales ſimillimum, chariſſimúmque: in ſimilitudinem ſummi boni valentiore iure honorabilem eſſe quàm laudabilem. Et honorem eſſe completi, abſolutique boni: laudem vero incepti hoc carmine declarat Mantuanus,

Mantuanus

Eſt honor: in portum cum puppis ab æquore venit.
Laudibus inceptum continuatur iter. Sed de his hactenus. ¶Aliqua qualitate affectum: habitum aut poten 54
tiam habens. ¶Dicitur ad aliquid laudabile: contemplatione ſcilicet operationum, habituum, potentiarúmve.

Eudoxus

¶Sub potentia, habitum comprehendimus. ¶Eudoxus Gnidius, Architæ fuit auditor, moribus modeſtus, pauper tenuiſque fortunæ, geometer, aſtronomus, medicus, philoſophus, legifer. voluptatem ſummum bonum aſſeruit. ¶Cauſa: cauſa gratia cuius, finis.
¶Duodecimum cap. vna quæſtione & vna concluſione partitum eſt.
¶Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶Quæſtio. An felicitas bonum ſit laudabile, an honorabile po 53
tius. ¶Concluſio. Felicitas: non laudabilis, ſed honorabilis eſt. Primo. nam omne laudabile aliqua qualitate affe- 54
ctum eſt, aut potentia ipſa eſt & ad aliquid ſemper dicitur laudabile. vt laudamus fortem, iuſtū, & omnem probum virum, ſimiliter robuſtum, & velocem: quòd qualitate afficiuntur per quam ad aliquid ſtudioſum bonúmve ſeſe habent. & etiam virtutem ipſam ob opera actionéſq; ipſas laudamus. Et quod ad alterum laudemus: ſatis ex deorum laudibus apparere poteſt. quæ ſi ad nos referantur: ridiculæ plane videbuntur. at felicitas potentia non eſt: neq; aliquid talium quorum diximus eſſe laudem. igitur optimorum non eſt laus, ſed aliquid laude ſuperius præſtantiúſq;. nec iniuria quidem. nam deos beatos felicéſque dicimus. & virorum eos qui maxime diuini ſunt: itidem beatos appellamus. & eodem modo de bonis. nemo enim felicitatem vt iuſtam laudat: ſed vt honorabilius quiddam atq; diuinius eam dicit, beatam. felicitas igitur laudabilis non eſt: ſed potius honorabilis. ¶Se-

cunde Per hoc probe videtur Eudoxus primas voluptatis defendiſſe partes,ipſámq; ſummum eſſe bonum con-
tendiſſe:quòd voluptatem nō ponebat laudabilem.per id indicare volens voluptatem bonū quiddam præſtabi
lius eſſe ſe putare:quàm ipſa ſunt laudabilia.qualem, deū & ſummum bonum eſſe dicebat.ad hæc enim cætera
omnia referri,non autē hæc ad alia. felicitas igitur non laudabilis,ſed honorabilis potius eſt. Et reuera laus vir-
tutis eſt:quòd ea ipſa ad agenda honeſta ſimus idonei.commendationes vero:operum tam corporis quàm ani-
mæ exiſtunt. Sed hæc diligentius diſcutere: forte magis ad eos pertinet qui circa commendationes ſtuduerūt.
❡Tertio. Felicitas principium eſt.eius enim gratia cætera agimus omnes,at principium atque cauſam:honora
bile potius quiddam,atque diuinum dicimus quàm laudabile. felicitas igitur non proprie laudabilis ſed honora-
bilis potius eſt.

Cap. XIII.

55 CVm autem felicitas animæ quædam per virtutem perfectam ſit operatio:
de virtute conſideremus oportet.Hoc enim pacto melius fortaſſe de felici-
tate etiam contemplabimur.❡Videtur autem & is qui vere ciuilis eſt: cir-
ca hanc maxime elaborare. vult enim ipſos ciues bonos efficere,legibúſque
obtemperantes . atque horum exemplum legumlatores tum Cretenſium,
tum Lacedæmoniorum habemus,& ſi qui alij tales fuere.quòd ſi hæc conſideratio,ciui
lis eſt facultatis:conſtat inquiſitionem hāc perinde vt ab initio propoſuimus ac inſtitui-
56 mus fore . ❡De virtute autem humana conſiderandum eſt . Bonum enim humanum
ac felicitatem quærebamus humanam. virtutem vero humanam dicimus nō eam quæ
corporis eſt : ſed eam quæ animæ . & felicitatem enim operationem animæ dicimus.
57 ❡Quæ cum ita ſint:patet ipſum ciuilē aliqua ex parte de anima ſcire oportere:quem-
admodum & eum qui curaturus eſt oculos, totúmque corpus, de ipſis ſcire oportet.&
eo magis: quo facultas ciuilis honorabilior eſt atque præſtabilior medicina . Elegantes
etiam medici multa plane circa cognitionem corporis tractant . & ciuilis igitur ipſe de
anima contempletur oportet. horum autē gratia & quoad ſatis eſt ad ea quæ hic quæ-
runtur.nam vlterius exactiúſve conſiderare : maius eſt opus difficiliúſve fortaſſe quàm
ea quæ proponuntur.dicuntur autem & in externis ſermonibus aliqua de ipſa ſufficien
58 ter,& vtendum eſt ipſis.❡Vt partium eius aliam ratione vacare:aliam rationem habe-
re.atque nihil in præſenti refert diſtincte ſint hæ perinde atque corporis partes.& om
ne partibile:an ratione quidem ſint duæ,re vero ſeiungi non poſſint. vt in circunferen-
59 tia ſeſe habent concauum & conuexum. ❡Partis autem ratione vacantis : alia quidem
communis eſt & vegetatiua.Loquor autem de ea quæ cauſa eſt:vt id quod ipſam habet
nutriatur,incrementáque ſuſcipiat.talem enim animæ potentiam:in vniuerſis quæ nu-
triuntur quiſpiam poſuerit, & in fœtibus, & hanc eandem etiam in perfectis. eſt enim
60 magis conſonum rationi hanc eandem quàm aliquam aliam ponere.❡Huius igitur vir-
tus communis quædam & non humana videtur . Nam hæc pars & potentia in ſomnis
videtur maxime operari.bonus autem & malus minime in ſomno diſcernitur.quapro-
pter inquiunt à miſeris felices in dimidio vitæ nihil differre.hoc autē recte accidit.ſom-
nus enim otiū eſt animæ tam ſtudioſæ quàm vitioſæ:niſi parumper motuum perueniāt
aliqui:atq; ita modeſtorū meliora,quàm quorumuis viſa fiant.Sed de his quidem hacte-
61 nus.& nutriendi potentia,cum expers ſit humanæ virtutis:omittenda eſt.❡Videtur au
tem & alia quædā eſſe natura animæ vacans ratione:aliqua tamen ex parte particeps ra
tionis.Continentis enim & incontinentis rationē idq; animæ ꝙ rationē habet:laudare ſo
lemus·recte nanq; & ad optimas res inuitat. in ipſis autē & aliud quid præter rationem
ineſſe videtur:quod quidem repugnat,reſiſtítq; rationi.Nam vt diſſolutæ corporis par-
tes,ſi ad dexteram mouere velis,in ſiniſtram feruntur:ſic plane fit & in anima.ad con-
traria enim,incontinentiū appetitiones feruntur:verū in corporibus quidem cernimus
ea quæ ad contrariam partē feruntur:in anima vero non cernimus.fortaſſe autē non mi-
nus & in anima putandū eſt eſſe aliquid præter rationē:quod huic aduerſatur & obuiat.
dicere vero quo modo eſt diuerſum:nihil refert.Videtur autē & hoc rationis(vti dixi-
mus)particeps eſſe.paret enim in ipſo continente rationi:& in temperante,ac forti ma-
gis forſitan eidem obtemperat.omnia enim in illis ſunt conſona rationi.Pars igitur ani-

mæ ratione vacans duplex eſſe videtur. Vegetatiua nanque: nullo modo rationis eſt particeps. ſed cupiendi vis,& omnino appetendi, rationis eſt quodam modo particeps: ea ratione qua obedit ipſi atque obtemperat. ſic & patris,& amicorum.& non vt rerum mathematicarum, dicimus rationem habere. hanc autem partem ratione vacantem rationi obtemperare: admonitiones, & increpationes & cohortationes etiam indicant.
¶Quòd ſi oporteat hanc quoque partem dicere rationem habere: duplex & ea pars 62
erit quæ rationem habet.& vna quidem proprie & in ſeipſa. altera vero vt is qui obtem-
perat patri. ¶Diuiditur autem & virtus hac differentia. Virtutum enim alias intelle- 63
ctiuas, alias morales dicimus eſſe. ſapientiam quidem & prudentiam & ſagacitatem intellectiuas: liberalitatem autem, & temperantiam, morales. nam cum de moribus cuiuſpiam loquimur: non ſapientem illum aut ſagacem, ſed mitem aut temperantem dicimus eſſe. laudamus autem,& ſapientem ob habitum. at habituum eos qui laudabiles ſunt: virtutes appellare ſolemus.

Minos
Lycurgus

¶Decimitertij capitis notæ. ¶Minos Cretenſibus leges tulit: & Lycurgus Lacedæmonijs. ¶Moralem philoſo- 55
phiam, ciuilem nominat facultatem, ab inſigniori eius inſtitutione. ¶In externis ſermonibus: alio io loco, in li- 57
bris de anima. ¶Viſa: ſomnia, apparitiones, quæ in ſomno intimo ſenſui ſe ingerunt. ¶Continens eſt qui vehe- 60 61
mentes guſtus ae tactus voluptates, ae triſtitias ſuperat. Iocontinens vero: qui horum ſenſuum delectationibus
atque triſtitijs ſuccumbit, ae ſuperatur. ¶Patris & amicorum rationem habere: eſt eorum obtemperate iuſſis 62
monitiſque. Rerum vero mathematicarum habere rationem: eſt concluſionum mathematicarum ex principijs
principióve cognitis cognoſcere demonſtrationem. ¶Quid ſcientia, intellectus, ſapientia, prudeotia & ars, ſimi 63
liter quid ſagacitas & ſententia quæ prudentiæ ſpecies ſunt: ex ſexto cognoſcendum eſt. Similiter quid fortitu
do, temperaotia, liberalitas, & quid vnaquæque reliquarum virtutum: ſequentes libri maoifeſtabnnt.
¶Decimumtertium cap. quatuor concluſionibus, vno corollario, & quatuor diuiſionibus partitum eſt.
¶Decimitertij capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. De virtute incumbit determinatio. Primo. 55
nam felicitas dicta eſt eſſe aoimi operatio ſecundum virtutem perfectam. igitur de virtute incumbit determi-
natio. ſie enim felicitatem melius intuebimur, cognoſcemúſque. ¶Secundo. is qui vere ciuilis eſt: plurimum cir-
ca virtutem elaborat, vúltque ipſos ciues efficere booos legibúſque obtemperare. vt nobis exemplo ſunt Cre-
tenſium Lacedæmoniorúmque legumlatores, quíque tales fuere. eſt igitur ciuilis: virtutem coofiderare. ciuilis
autem (vt ſuperius dictum eſt) finis eſt felicitas. igitur hie de virtute incumbit determinatio. ¶Secunda conclu 56
ſio. De virtute humana atque animæ: præſens ſuſcipienda eſt determinatio. Nam bonum humanum, felicita-
témque humanam: hoc in loco quærere nos propoſuimus. hæc autem animi operatio quædam eſſe dicta eſt, &
nō corporis. igitur de humana virtute atque animæ: præſens determinatio ſuſcipienda eſt. ¶Corollarium. Vn- 57
de fit vt moralis ciuiliſque diſciplinæ ſtudioſus: quoquo pacto de anima habeat conſiderare. nam qui curaturus
eſt oculum, totúmque corpus: ea quoquo pacto debet cognoſcere. igitur tanto magis moralis facultas, animū ip-
ſum (quem curandum ſuſcipit) habet conſiderare: quanto ea honorabilior, præſtantiórque quàm ipſa medicina
eſt. & ſi inſignes medici circa corporis cognitionem multum laborarunt: non æquum eſt ciuilem, moralémque
virum animam negligere. Sed hactenus animam cognoſcere ſufficiet: quoad ſatis erit ad ea quæ hic quærun-
tur, cogooſcenda. nam vlterius exactiuſque conſiderare: onerofius, difficiliúſque eſſet opus quàm præſens exi-
gat inſtitutum. & de illa amplius in alio quoque loco dictum eſt ſufficienter, & de illis illo io loco cognitis hic
vteodum eſt. ¶Prima diuiſio. Partium animæ quædam eſt rationis expers, quædam vero rationem habens. & 58
hoc in loco diſcutiendum non eſt an partes illæ re ipſa diſtinctæ ſiot: quemadmodum corporis, & cuiuſlibet di-
uiſibilis partes reipſa diſiunguntur. an ſola ratiooe doæ ſint: non autem re, ſubſtantiáque ipſa, quemadmodum
circunferentia ratione duo eſt, conuexum videlicet atque concauum. ¶Secunda diuiſio. Pars animæ rationis 59
eapers diducitur in vegetatiuam quæ communis eſt, & in appetitiuam. voco enim vegetatiuam quæ nutriendi
augendique eauſa eſt. quæ merito particula communis appellatur, quòd vniuerſis quæ nutriunrur aſſit, etiam in
embryis qui fœtus ſunt in vtero rudes, nondúmque abſoluti, in ipſiſque perfectis. & illis omnibus magis ratio-
ni conſonum eſt haoe particulam aſciſcere: quàm aliquarum aliarum vllam. ¶Tertia concluſio. Animæ virtus 60
vegetatrix: humanis actionibus accommoda non eſt. Nam hæc animæ particula potentiáque in ſomnis maxi-
me operari cognoſcitur. at bonus & malus minime per ſomnum, ſomniique operationes diſcernitur. virtus igi-
tur vegetatrix haudquaquam humanis actionibus eſt accommodanda. Et hine quoque aiunt felices à miſeris
nihil in dimidio vitæ diſtare. nee id quidem irrationabiliter. nam ſomnus quædam animi feriæ & otioſitas eſt:
tam ſtudioſorum quàm vitioſorum. tum igitur nihil differunt: neq; boni neq; mali quicquam agūt, niſi inquan-
tum quandoq; aliqui parumper ſurrepuot motus & quatenus interdum modeſtorū hominum meliora q̄ reliquo
rum occurrunt viſa. ſed de his hactenus & ſatis ſit hie virtutem vegetatiuam (cum humanæ virtutis prorſus ſit
expers) eſſe omittendam. ¶Quarta cōcluſio. Pars altera animæ quæ bruta irrationaliſq; eſt: quoquo pacto ra- 61
tionis eſt particeps. Nam in continente & in iocontinēte rationem & animæ partem rationalem laudamus. nec
ab re quidē. nam ea pars ſemper ad optima prouocat & in ipſis eiſdem eſt aliud quiddā quod rationi repugnat,
reſiſtit, reluctatúrq;. & periode vt cum paralyticas, remollitas reſolutáſq; corporis partes in dexteram mouere
volumus, reluctanrur, feruntúrq; in leuam: ſie in animo plane eſt, & incontinentes ſuis appetitionibus in contra-
ria rapiuntur. Verum hoc intereſt q̄ in corporibus ea quæ ad contrariam partem feruntur, nos ipſi cernimus: in
animo vero eernere nō valemus. attamen in particulis animæ nō minus cogitare debemus aliquid præter ratio
nem eſſe: quod illi reluctetur, ac obuiet, atq; eſt in corporibus. ſed dicere quo pacto ſit diuerſum: præſentis cu-
ræ non eſt atq; conſiderationis. ſed & id videtur eſſe (vt propoſitum eſt) particeps rationis. nam id in ipſo cōti-
nente: rationi paret, ae obedit. & intemperante forte magis atq; forti: magis rationi obſequitur ac obtemperat.
nam omnia in illis rationis ſunt cōſona. pars igitur altera animæ quæ irrationalis eſt: quoquo pacto rationis par-
ticeps eſt. colligere itaq; poſſumus cum pars animæ quæ rationis expers eſt duplex ſit: vegetandi ſcilicet, & cu
piendi, omninóq; appetendi virtus, & ea quæ vegetandi eſt: nullo modo rationis eſt particeps. ſed appetendi,

quodam modo particeps eſt:vt quantum rationi obedit,atque paret:quemadmodum & patris & amicorum ra-
tionem dicimur habere,& nō vt mathematicarum rerum dicimur habere rationem.& hanc appetitiuam, con-
65 cupiſcentémque partem rationi parêre: indicant ammonitiones,increpationes,cohortationéſque.¶ Tertia di-
uiſio. Si hanc appetendi partem aſſentimus habere rationem: duplex erit animæ pars quæ rationem habebit.
63 vna proprie & in ſeipſa:altera vero non in ſe,ſed quæ obtēperat perinde ac filius patri. ¶ Quarta diuiſio. Vir-
tutum altera intellectiua eſt,& altera moralis dicitur. intellectiua vt ſapientia,prudētia,ſagacitas. moralis vero
vt liberalitas,modeſtia,vnde cum loquimur de moribus,nunquam dicimus quòd ſapiens aut ſagax ſit:ſed quòd
aut liberalis,mitis,modeſtúſve aut ſimilium aliquid ſit:attamen & ſapiētem ſimiléſq; ob habitum laudamus: &
eos habitus omnes qui laudabiles ſunt,virtutes appellare ſolemus. Et de his hactenus.

¶ Secundus Ethicorum Ariſtotelis, Argyropylo interprete. Cap. I.

1 CVm autem virtus ſit duplex : intellectiua inquam atq; moralis:in-
tellectiua quidem plurimum ex doctrina generationem habet, &
2 incrementum.quapropter experientia indiget,temporéque.¶ Mo-
ralis autem ex conſuetudine comparatur,vnde & nomen habuit ta-
le.ex quo patet nullam fieri vitutem morum in nobis natura.¶ Ni
hil enim eorum quæ ſunt natura aliter aſſueſcit. vt lapis,cui quidē
natura competit ferri deorſum:nunquam aſſueſcet ferri ſurſum,ne-
que ſi millies ipſum aſſuefaciēdi cauſa quiſpiā ſurſum proijceret.ſimili modo nec ignis
ferri deorſum: nec aliud quicquam aliter quàm ſibi natura competet, aſſueſcet. neque
igitur natura, neque præter naturam in nobis virtutes efficiuntur . ſed idonei quidem
ad ſeipſas ſuſcipiendas ſumus natura.ſuſcipimus autem ipſas,atque perficimur per con
ſuetudinem.¶ Præterea eorum quæ in nobis fiunt natura: potentias prius accipimus,
deinde reddimus operationes, quod quidem in ipſis ſenſibus intueri licet. Non enim
ex eo quia vidimus vel audiuimus ſæpe: ſenſus accepimus.Sed contrà habentes,vſi ſu-
mus. non vſi:accepimus.at virtutes accepimus operati prius:quemadmodum & in arti-
bus.quæ nanque poſtea quàm didicerimus facere oportet: ea facientes diſcimus.ædifi-
catores etenim ædificantes,& citharœdi, pulſantes citharam fiunt: pari modo iuſta a-
gentes iuſti,& modeſta modeſti,fortiáque fortes efficimur. ¶ Teſtatur hoc: & id quod
in ciuitatibus fieri ſolet.Legum nanque latores ipſos ciues aſſuefacientes,bonos effici-
unt.atque omnis quidem legum latoris hæc eſt voluntas.qui vero non bene id faciunt:
3 peccant. atque hoc ipſo reſpublica bona: à mala republica differt.¶ Inſuper ex ijſdem
& per eadem omnis virtus & ars ſimiliter & fit,& corrumpitur.ex eo nanque quia pul
ſant citharam: & boni & mali fiunt citharœdi. ſimili ratione & ædificatores, & cæteri
omnes. nam ex eo quia bene ædificant, boni: & ex eo quia male, mali fiunt ædificato-
res & fabri. ¶ Quod niſi ita ſeſe haberet, non eſſet opus docente:ſed omnes boni fie-
rent aut mali.ſic igitur & in virtutibus res ſeſe habet.agentes enim ea quæ ſunt in com-
mercijs hominum:alij iuſti, alij iniuſti fiunt. agentes etiam ea quæ ſunt in terribilibus
rebus,timeréque aſſueſcentes,aut confidere:alij fortes,alij timidi fiunt. Idem & circa cu
piditates & iras euenire videtur. alij enim temperati ac mites fiunt. alij intemperati ac
iracundi: ex eo plane quia hoc in ipſis aut hoc modo verſantur. Atque (vt breuiter di-
cam) omnes habitus ex operationibus ſimilibus fiunt. ¶ Quapropter tales quaſdam
operationes reddere oportet. ipſarum nanque differentias habitus ipſi ſequuntur. non
igitur parum, ſed plurimum: quin potius totum refert, ſic an non ſic homines ab ado-
leſcentia conſueſcant.

1 ¶ Primi capitis notæ. ¶ Quòd intellectiua virtus experientia indigeat & tēpore:id de virtute intellectiua præ-
ſertim intelligitur,quæ inferioris partis mentis exiſtit. vt eſt prudentia & ſuæ ſpecies:de quibus amplius ſextus
2 huius exequitur. ¶ Aliquid natura nobis ineſſe:eſt à noſtris ortus principio aut ſine ſtudio: labore,induſtriáve no
ſtra,illud nobis adeſſe:cuiuſmodi ſunt naturales potētiæ omnes,ſuǽque impotentiæ. ¶ Mos:conſuetudo ¶ Ni-
hil eorum quæ natura aſſunt aliter aſſueſcere poſſe:eſt nulla alia parta acquiſitáq; qualitate nunquā ex ſola na
turali potentia quicquam prompte aliter effici poſſe quàm ſua fert natura.vt ſi virtutes nobis ineſſent à natura
(hoc eſt ſi naturales indoles naturaléſque potentiæ tantum eſſent,neque quicquam aliud acquireretur)nunquā
aſſueſceremus aliter q̄ noſtra ferret natura. vt neque lapis vnquā aſſueſcit emicare,mouerique ſurſum: ꝙ præ-
ter naturalem ruendi deorſum potentiam,nullum ſibi acquirat conſuetudinarium habitum. Quapropter nullus
diffidat ſe poſſe eſſe bonum.nam ſi mala conſuetudo inſitam potentiam, naturalémq; ad virtutes indolē ligat,

impedit,flectitq; ad deterius:tanto magis bona conſuetudo bonúſq; habitus impeditam etiam indolem ſuſpendit,& eius vitium in melius vertit ac emendat,quaſi Pæonica ope recuperata ſit redintegratáq;,perfecta mentis ſanitas. ℭ Natura ſumus idonei:cum in noſtra natura ſitum eſt. ℭ Si ars operationibus nõ gigneretur, omnes bonos aut malos eſſe artifices:eſt eos qui boni eſſent artifices,non poſſe eſſe malos.nã malis operationibus non deprauaretur ſua ars.nec cõtrã qui mali eſſent,poſſe eſſe bonos:quãdoquidem operationes nihil facerẽt vt ſuã artẽ redderent perfectiorẽ. ℭ Omnem habitũ ex operationibus ſimilibus gigni: eſt ex bonis operationibus bo- 3
num habitũ,& ex malis malũ nobis cõparari. Operationes tamen præcedẽtes,& ex quibus inchoatur ſtudioſus, habitus,imperfecta ſunt officia:quæ autem eum adultum perfectúmq; ſequũtur,perfecta ſunt officia. Refert in totũ hoc,vel illo modo ſtatim ab ineunte ætate ſic homines aſſueſcere. Nam recta educatio mores facit. & ſi à puero iacta ſunt virtutũ fundamẽta:ſolemus in bonitate perſeuerare,& beatam capeſſere vitam. Nam nobiſcũ adoleſcũt virtutes ipſæ. contrã vero mala educatio:vitiorũ fomes eſt. quæ vbi ab ineũte ætate cõbibimus,quaſi morbi quidam nobis congeniti quotidie adoleſcunt, ampliúſque ſumunt incrementa noſcendi . & nos tandem (niſi ſalubriter occurritur)ad extremam perducunt miſeriam. Ergo quod Horatius ammonet,ſalubre eſt adoleſcentes tenaci mente figere & ſæpe id ſibi præſens animo habere,

Horatius Nunc adhibe puro
epiſt.2. lib.1. Pectore verba puer,nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens:ſeruabit odorem
Teſta diu.

Et quibus diſciplinis iuuenilis adhuc formandus ſit animus:hinc diſce,

Interea muſis animus:dum mollior ætas
Et quæ mox imitere legas.nec deſinat vnquam
Tecum Graia loqui,tecum Romana vetuſtas:
Antiquos euolue duces,aſſueſce futuræ
Militiæ,Latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet:mirabere Brutum.
Perfidiam damnans,Metij ſatiabere pœnis.
Triſte rigor nimius: Torquati reſpice mores.
Mors impenſa bonum:Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat:te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles,Mutij te flamma docebit.
Quid mora proſpiciat,Fabius:quid rebus in artis
Dux gerat:oſtendet Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hic nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Reguli.ſucceſſus ſuperent aduerſa Catonis.
Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit.
Pauper erat Curius regem cum vinceret auro.
Pauper Fabritius Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Sordida Seranus flexit dictator aratra.
Luſtratæ lictore caſæ,faceſque ſaligna
Poſtibus affixa.collectæ conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.

Et hæc nihil aliud volunt niſi iuuenum animos pulchris exemplis eſſe formandos,& egregijs aliorum factis ad probitatem inflammãdos.Procul enim ab ipſis ſint exempla Catulli,procul molles cupidines,molles arcus,molléſq; pharetræ.molles elegiæ,epigrammata.& lenonũ comœdiæ,& omnino omnis ea lectura ad quam ſeuerus Cato minime ſuos admitteret liberos. ℭ Mores,virtutes morales.

ℭ Primum cap.tribus conclusionibus & vno corollario partitum eſt.

ℭ Primi capitis commentarius ad literam ℭ Prima concluſio Intellectiua virtus experientia indiget,& tempo- s
re. Nam cum duplex ſit virtus,intellectiua ſcilicet & moralis(vt paulo ante ſuperius dictum eſt)intellectiua plurimum ex doctrina generationem habet,atq; augmentum. eget igitur experientia,& tẽpore. ℭ Secunda conclu- a
ſio. Nulla virtutum moralium:natura nobis ineſt. Primo. nam virtus moralis omnis: ex conſuetudine comparatur. vnde & nomen ſuũ traxit perparum à more declinãs. nulla igitur talium nobis à natura ineſt. Secũdo nihil eorum quæ natura aſſunt:aliter aſſueſcit vt lapis cuius natura eſt deorſum ruere:nunquã aſſueſcit ſurſum ferri, etiam ſi millies illum aſſuefaciendi gratia ſurſum quis propellat. ſimili quoq; modo nec ignis deorſum ferri conſueſcet vnquam,nec aliud quicquã aliter aſſueſcet:quam in ſua natura ſitum eſt morales ergo virtutes minime nobis natura inſunt,imò neq; præter naturã:ſed ſumus ad illas ſuſcipiendas natura propenſiores.ac idonei,atq; conſuetudine perficiuntur moralis igitur virtus minime nobis à natura ineſt. ℭ Tertio.cũ quæ nobis natura aſſunt:eorum potentias prius accipimus,deinde operationes reddimus,vt plane licet in ſenſibus intueri. nõ enim quia vidimus audiuimuſve frequẽter: ſenſus accipimus. ſed contrã:quia ſenſus habemus,illis vtimur. at vero morales virtutes prius operati accipimus,quemadmodum & artes omnes. Nam in artibus poſteaquã acceperimus quæ facere oportet:ea faciẽdo addiſcimus. vt ædificando ædificatores efficiũtur,& citharã pulſando citharœdi.ita quoque & iuſta operãdo iuſti, & modeſta modeſti, & fortia fortes efficimur. moralis igitur virtus minime nobis à natura ineſt ℭ Quarto. legumlatores ipſos ciues aſſuetudine bonos efficiunt, & omnis legũlatoris hæc voluntãs,ſcilicet ciues bene aſſuefacere & qui bene id nõ egerint:peccãt. & per hoc ipſum bona reſpublica à republica male inſtituta differt. cõſtat igitur ex ijs quæ in ciuitatibus fieri ſolẽt: morales virtutes nobis natura nõ
adeſſe. ℭ Tertia concluſio. Virtus moralis ex operationibus gignitur. Primo. Nã omnis moralis virtus ex ſimili- 3
bus & ſimili modo & fit & corrũpitur vt ars. ars autẽ ex operationibus acquiritur. vt & rudes & prompti fiunt citharœdi: q eitharã pulſent. ſimili modo & ædificatores q ædificẽt,& cæteri artifices omnes ſed qui bene ædificant:boni ædificatores. qui vero perperã:mali euadunt ędificatores,atq; fabri igitur ſimili quoq; pacto & virtus moralis ex operationibus gignitur ℭ Secundo. niſi artes operationibus gignerentur,non eſſet opus docente qui operationẽ oſtenderet:ſed omnes boni aut mali eſſent artifices. igitur & ita eſt in virtute. nam & agẽtes ea quæ in cõmercijs ſunt hominũ,iuſti vel iniuſti euadimus. & circa pericula nos aſſuefaciẽtes confidere aut me-

tuere : euadimus fortes aut timidi. itidem circa cupiditates & iras, efficimur temperati, intemperati, mites aut iracundi: prout circa eas perturbationes aut hoc aut illo modo operamur. atque, vt paucis abſoluatur, omnis habitus ex operationibus ſimilibus gignitur. virtus igitur moralis ex operationibus gignitur. & non modo: ſed ex ſimilibus, atque bonis. ℂ Corollarium. Quapropter qui ſtudioſi futuri ſunt : bonas operationes facere ſtudere debent. nam quales operationes: tales futuri ſunt & habitus. ſequuntur enim habitus operationum differentias, atque naturas: vnde non parum ſed plurimum, imò vero in totum refert hoc vel illo modo ſtatim homines ab adoleſcentia conſueſcere.

Cap. II.

4 CVm autem præſens tractatio, non contemplationis ſit (vt cæteræ) gratia,
non enim vt ſciamus quidnam ſit virtus: ſed vt efficiamur boni conſidera-
mus (nam nulla ipſius eſſet vtilitas) de actibus quonam modo ſint agendi,
conſiderare neceſſe eſt. Hi nanque ſunt authores: vt tales quidam ipſi ha-
5 bitus fiant quemadmodum diximus. ℂ Agere igitur ratione recta commu-
ne eſt: & ſupponatur. poſterius autem de ipſo dicetur: & quid eſt ipſa recta ratio: & Numero tertio huius.
quomodo ad cæteras ſeſe habet virtutes. illud autem antea confiteamur oportet: o-
mnem ſermonem qui eſt de rebus agendis figura & non exacte fieri debere, quemad-
modum & ab initio diximus. rationes inquam vt materia poſtulat ſemper eſſe efflagi- Numero 37 primi.
tandas. ℂ Actiones autem, & ea quæ proſunt nullam habent ſtabilitatem: quemadmo-
dum neque ſalubria. atque cum talis ſit ſermo vniuerſalis: multo minus is ſermo certi-
tudinis habet, qui de ſingularibus eſt. nam neque ſub artem, neque ſub præceptionem
vllam cadunt. Sed oportet ipſos agentes ea ſemper conſiderare: quæ ad tempus ac-
6 commodantur. quemadmodum & in medicina fit, & in gubernandi etiã arte. ℂ Verum
etſi præſens ſermo talis eſt vti diximus: enitendum eſt tamen opem ac auxilium ferre.
primum igitur hoc contemplemur oportet: res iſtiuſmodi tales eſſe, vt ab exuperati-
one defectionéve corrumpantur, vt in viribus videmus, ac valitudine fieri. nam pro
rebus obſcuris, claris indicijs vtamur oportet. exuperatio nanque laborum, defectió-
que vires corrumpunt. ſimiliter potus, cibíque exuperantes atque deficientes valitudi-
nem auferunt: moderati vero faciunt, augent, & conſeruant. Sic igitur & in fortitudi-
ne ac temperantia, cæteríſque virtutibus res ſeſe habere videtur. qui nanque cuncta fu
git, atque formidat neque quicquam ſubire, perferréque patitur: is timidus fit. qui
nihil omnino timet ſed aggreditur omnia: is audax nimirum efficitur. ſimili modo qui
voluptate omni potitur, nec excipit vllam: intemperans. qui cunctas fugit, perinde
atque agreſtes homines: inſenſatus euadit. etenim tam temperantia quàm fortitudo
ab exuperatione quidem & defectu corrumpitur: à mediocritate autem conſeruatur.
ℂ At enim non ſolum ortus ac creationes, corruptionéſve ex eiſdem & ab eiſdem ef-
7 ficiuntur: ſed & operationes in eiſdem etiam erunt. Nam & in cæteris quæ ſunt mani-
feſta magis: res ita ſeſe habere videtur, vt in viribus. vires enim tam copia cibi quàm
multorum laborum tolerantia, comparantur. & robuſtus ipſe multum ſumere cibum,
& multos labores tolerare maxime poteſt. Sic fit & in virtutibus ipſis. nam abſtinen-
do à voluptatibus efficimur temperati. & facti iam temperati: maxime ab ipſis poſſu-
mus abſtinere. idem & in fortitudine fit. etenim aſſueſcendo formidoloſas res paruipen
dere, ſubiréque ipſas atque perferre: fortes euadimus, factíque fortes maxime res for-
midoloſas poterimus ferre.

5 ℂ Secundi capitis notæ ℂ Exacta diſcuſſio: demonſtratio. vt eæ quæ in arithmeticis, & geometricis fiunt.
ℂ Secundum cap. tribus concluſionibus & duabus ſuppoſitionibus partitum eſt.
4 ℂ Secundi capitis commentarius ad literam. ℂ Prima concluſio. Expedit quo pacto ad parandas virtutes opera
tiones ſint agendæ: hoc in loco conſiderare. Nam præſens negotium non contemplationis gratia ſuſcipitur: vt
pleraq; alia ſolent. nõ enim vt ſciamus quid virtus ſit: ſed vt boni efficiamur in hoc opere ſtudere oportet. alio-
quin huius operis nulla expectetur vtilitas. actus enim authores ſunt habituũ (quemadmodũ dictũ eſt) vt qua-
les & ipſi ſunt: tales & habitus ipſi fiant. expedit igitur quo pacto ad virtutes parãdas: operationes ſint agendæ
5 hoc in loco conſiderare. ℂ Duæ ſuppoſitiones. Prima. Omnibus cõmune eſt moralibus virtutibus: ab operatio-
nibus quæ ex recta ratione proficiſcuntur naſci. ſed quid recta ratio, & quo modo ad omnes virtutes ſe habeat:
poſtea futurus eſt ſermo. ℂ Secunda. Vniuerſus de rebus agendis ſermo: figura quadam & non exacta diſcuſſio-
ne expetẽdus eſt. nec id præter rationem euenit. nam vt diximus ſermones ſecundum materiã ſubiectam ſunt
exigendi. & in rebus agendis nihil firmum, nihil ſtabile: vt neq; in ſalubribus. & cum in illis ſermo vniuerſalis ta
lis ſit: multo fortius parum ſolidæ certitudinis erit is ſermo, qui de ſingularibus exiſtit, quandoquidem ſingula-
ria neq; ſub artem neque ſub præceptionem aliquam cadunt. ſed opus eſt eos qui agunt: ſemper ea conſiderare

quæ tempori ſunt accõmodanda. quemadmodum in medicina & gubernandi arte fit. ❡ Secunda concluſio. Ex- 6
ceſſus & defectus: mores corrumpunt. quanuis enim ſuſcipiendus ſermo, talis ſit qualem diximus: anniteodum
tamen eſt opem, ſuppetiáſq; ferre. & pro rebus obſcurioribus dinoſcendis: clarioribus vtendũ eſt indicijs. vt vir-
tutes ipſas exceſſibus. defectionibúſque aboleri: perinde ae virium robur, ae valitudinem videmus. Nam labo-
rum exuperatio defectióque: vires eneruant ae corrumpunt. itidem potus. & cibi aut exuperantes, aot deficien-
tes valitudinem tollunt. at moderati præſtant, augent, & cuſtodiũt. ſic igitur erit io fortitudine, temperantia, ac
alijs virtutibus. qui enim cuncta fugit, cunctáque reformidat nihil ſufferre valens: is timidus fit & contrà qui ni-
hil omnino timet, ſed aduerſus omnia ruit impauidus: temerarius eſt atque audax. ſimili quoque modo qui om-
ni voluptate potitur à nulla prorſus abſtinens: is intẽperans eſt. & qui omnes horret atq; refugit inſtar agreſtiũ:
inſenſibilis quidem eſt. corrũpitur itaq; & fortitudo, & temperantia ab exceſſu, defectuq;: & à mediocritate ſal-
uatur. & de cæteris virtutibus ſimile eſt. exceſſus igitur, & defectus: virtutes morales corrumpunt. & id non ſo-
lum verum ſit: ſed moderati actus atque in mediocritate conſiſtentes, eas ſaluant atque cuſtodiũt. ❡ Tertia con 7
cluſio. Virtutes morales non modo ex ſimilibus moderatiſq; operationibus gignuntur ſuáq; ſumunt incremen-
ta & ſua delẽtur oppoſita: ſed genitæ, cõſimiles efficiunt operationes. Nam id in ſimilibus, ſed manifeſtioribus
ita eſſe comperitur. vt in viribus ipſis. fiunt enim vires tam copia cibi quàm multorum laborum tolerãtia. & cũ
quis hoc pacto robuſtus factus eſt: tum maxime multum cibum ſumere, & multos tolerare labores poteſt. ſic fit
& in virtutibus ipſis. nam abſtinendo à voluptatibus efficimur temperati: facti autẽ vel maxime abſtinere poſ-
ſumus. ſic & in fortitudine. nam aſſuefaciendo terribilia contemnere, inconcuſſéq; aggredi, & ſuſtinere: fortes
euadimus. facti autem fortes: maxime terribilia poterimus perferre. & in cæteris virtutibus ſimiliter. igitur non
modo virtutes ex ſimilibus gignuntur. ae in mediocritate conſtitutis operationibus, incrementáq; ſumunt: ſed
genitæ: ſimiles efficiunt operationes, ſed & longe promptius ac perfectiores.

Cap. III.

AT qui ſignum habituum ſit oportet ea voluptas quæ ipſis actionibus adue- 8
nit: & identidem dolor. Qui nanque à corporis abſtinet voluptatibus: ſi hoc
ipſo gaudet, temperans eſt. ſin moleſte fert: intemperans. Rurſus qui pe-
ricula ſubit & gaudet, aut ſaltem non dolet: fortis. qui vero dolet: timidus
eſt. moralis nanq; virtus circa voluptates doloréſque verſatur. ❡ Ob voluptatem enim
res improbas agimus: ob dolorem vero res poſthabemus honeſtas. ❡ Quapropter ho- 9
Plato mines ab ipſa ſtatim adoleſcentia (vt inquit Plato) ita inſtitutos eſſe oportet: vt ijs gau-
deant, doleántque, quibus gaudere doleréque oportet. hæc eſt enim educatio, ac erudi-
tio recta. ❡ Præterea ſi virtutes ſunt circa actiones, atq; affectus, omnem vero affectum,
& actionem omnem, voluptas ſequitur aut dolor: virtus ob idipſum etiam circa volu-
ptates, doloréſque verſatur. ❡ Indicant id ita eſſe & pœnæ: quippe cum per ipſos fiant
dolores. ſunt enim medicamenta quædã. medicamenta vero per contrária fiunt. ❡ Præ-
terea omnis habitus animi (vt & antea diximus) ad ea & circa ea naturam habet: à qui-
bus deterior, melió rque efficitur. at ob voluptates doloréſve, praui habitus fiunt: ex eo
ſane quia perſequuntur homines atque fugiunt aut quas, & quos non oportet, aut cum
non oportet, aut quemadmodum non oportet, aut quot modis alijs à ratione, talia de-
finiuntur. Quapropter & ſunt qui diffinientes virtutes: affectuum ipſas inquiunt eſſe va-
cuitates, tranquillitatéſve quaſdam. ſed non recte, quia ſimpliciter dicunt: & nõ addunt
vt oportet, & quando oportet, & cætera quæ adduntur. virtus ergo talis ſupponitur cir-
ca voluptates atque dolores: optimarum eſſe rerum actiua. vitium autem contrarium.
❡ Fuerit autem nobis de ipſis & ex his etiam manifeſtum. Nam cum tria ſint ob quæ
quiſpiam expetit, honeſtum, vtile, iucundum: & tria illis contraria ob quæ fugit, turpe,
inutile, atque moleſtum: bonus quidem vir circa hæc omnia recte agit. malus autem
peccat: & maxime circa voluptatem. ❡ Hæc enim & communis eſt animalibus: & om-
nia quæ in expetitionem cadunt comitari videtur: quippe cum & honeſtum, & vtile vi-
deatur eſſe iucundum. ❡ Præterea cunctis vnà cum hominibus ab ipſis incunabulis eſt
enutrita. quapropter arduum eſt hunc affectum inſitum vitæ extrudere. ❡ Iudicamus
etiam & actiones ipſas alij magis alij minus: voluptate atque dolore. idcirco totum ip-
ſum negotium circa hæc eſſe neceſſe eſt. non enim parum poteſt ad actus, bene aut ma-
Heraclitus le, gaudere aut dolere. ❡ Difficilius eſt etiam (vt Heraclito placet) voluptati repugnare
quàm iræ: at circa difficilius ſemper & ars fit & virtus. id enim quod in hoc efficitur be-
ne: præſtabilius eſt. quare propter hoc etiam circa voluptates, doloréſque totum nego-
tium eſt, & ipſius virtutis & ciuilis etiam facultatis. qui nanque bene his vtitur, bonus
erit. qui vero male, malus. ❡ Dictum ſit igitur virtutem circa voluptates, doloréſq; ver-
ſari: & ex quibus fit, ab ijs ipſis augeri, & cum non eodem modo fiunt corrumpi, & cir-
ca illa etiam operari ex quibus eſt orta.

8 ¶ Tertij capitis notæ. ¶ Virtus moralis verſatur primo circa voluptates & dolores: vt circa ſigna per quæ deprehenditur. ſecũdo vt circa perturbationes: quas aut penitus amputet, aut moderetur. alioquin nos perſæpe ad turpia raptant, deuoluũtq; præcipites. Et Cato ſuos milites ita hortari ſolebat, Si quid per laborem recte facitis: labor cito recedit, benefactũ remanet. ſi quid autem per voluptatem nequiter feceritis: voluptas cito abibit, nequiter autem factũ, perpetuo remanebit. Et vt Crates Thebanus dicere ſolebat, Optima vitæ præcepta partim vtilitas, partim voluptas, partim praua cooſuetudo eripit. At qui voluptates ſequuntur, blanditiáſque vitiorum, virtute relicta: meminerint hanc vitam eſſe momentum. quod autẽ ſequitur: eſſe aut æternum ad palmã, aut æternum ad tormentum. & cum ſatis io voluptatibus debacchati fuerint quòd (vt admonet Horatius) Cato Crates Horatius epiſto. 6. lib. 1.

Ire tamen reſtat Numa quò deuenit, & Ancus. Numa Ancus

Sed audi eius conſilium,

Si latus aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugam morbi. vis recte viuere? quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare: fortis, omiſſis
Hoc age delitijs.

9 ¶ Affectus: ſunt timor, fiducia, voluptas, concupiſcentia, triſtitia, commiſeratio, cupiditas, ira, amor, odium, inuidia, faſtidium, & ſimilia. ¶ Affectus, perturbatio. ¶ Actus, operatio. ¶ Medicinæ, medicamenta. ¶ Iucundum, delectabile. Si voluptates aut dolores excreſcuot: iudicia humanarum actionum peruertunt impediũtq; & quanto magis tanto amplius id faciunt.

¶ Tertium cap. vna concluſione, & vno corollario partitum eſt.

8 ¶ Tertij capitis commentarius ad literam. ¶ Concluſio. Virtus moralis circa voluptates ac dolores verſatur. ¶ Primo. quia voluptas & dolor ipſas habituum comitãtur operationes, & quales ipſi ſint habitus: certum præbent indicium. vt qui ex parto habitu à corporeis abſtineat illecebris & hoc ipſo ipſe gaudet: temperans eſt. ſin vero moleſte fert: intemperans. ſimiliter qui pericula ſubit & gaudet, aut ſaltẽ non dolet: fortis eſt. qui vero dolet: timidus. Virtus igitur moralis: circa voluptates ac dolores non ab re verſari putabitur. ¶ Secundo. propter voluptatem plerunq; res improbas facimus: & propter dolorẽ res omittimus honeſtas. igitur virtus moralis cau-
9 ta circa hæc inuigilare debet, atq; verſari. ¶ Corollariũ. Quapropter nos ſtatim ab adoleſcentia conuenit inſtitui (vt & inquit Plato) quibus gaudere, quibuſve dolere oportet. hæc enim recta educatio atq; diſciplina. ¶ Tertio. Virtus moralis circa actus atq; affectus verſatur. omnem autem actum atque affectum voluptas comitatur, aut dolor: igitur & virtus moralis omnis circa voluptatem verſabitur atq; dolorem. ¶ Quarto ob voluptates ſuſceptas pœnæ nonnunquam infliguntur: tanquam dolores ſint quædam illarum perturbationum medicinæ: medicinæ vero per cõtraria fiunt. igitur virtutis moralis quæ huiuſmodi pœnarum moderatrix exiſtit: eſt voluptates atq; dolores cõſiderare. verſatur igitur virtus moralis circa voluptates atq; dolores. ¶ Quinto. omnis habitus aut ad illa eſt & circa illa verſatur à quibus, aut melior, aut deterior efficitur. ſed à voluptatibus & doloribus praui fiunt habitus: ſequẽdo aut fugiẽdo voluptates, aut dolores quos non oportet, quãdo noo oportet, aut non quemadmodum oportet, vel aliquo alio modo quàm à recta ratione præſcriptũ ſit. verſatur igitur moralis virtus circa voluptates atq; dolores. ¶ Sexto. propter idipſum ꝙ ob voluptates atq; dolores: prauos habitus fieri videbant, diffiniueruot virtutes morales eſſe huiuſmodi affectuũ vacuitates, tranquillitatéſq; quaſdam. ſed id non ſufficienter. nam noo adiecerunt vt oportet, & reliquas particulas à prudentia determinatas. & ſupponitur virtus talis: vt ſit quod oportet, quãdo oportet, & hoc pacto de reliquis circa voluptates ac dolores optimarum rerum. vitium autẽ contra. verſatur igitur virtus circa voluptates ac dolores. ¶ Septimo. tria ſunt ob quæ quicquam eapetimus: honeſtum, vtile, atq; iucundum & tria ob quæ quicquam fugimus: turpe, inutile, atq; moleſtũ. & vir boous circa hæc omnia recte agit, & malus oberrat, & præcipue circa iucundum ipſum ipſámq; voluptatem. verſatur igitur virtus circa voluptates atq; dolores. ¶ Octauo. Omnibus animalibus communis eſt voluptas. & omnia quæ expetuntur comitatur. nam & honeſta iucuoda eſſe videotur. verſatur igitur virtus circa voluptates & dolores. ¶ Nono. cunctis hominibus ab ipſa pueritia, ipſiſq; cunabulis: vnà enutrita eſt ipſa voluptas. eſt igitur arduum hanc affectionem vitæ noſtræ penitus inſitam quaodo oportet extrudere. tanto magis igitur virtus ipſa circa eam ſedula verſari debet, atq; circa dolorem, ſuum quidem oppoſitum. ¶ Decimo. iudicamus actiones ipſas alij magis, alij minus ob voluptatem atq; dolorem. negotium igitur hoc totum: circa voluptates ac dolores non immerito intentum eſſe debet, & ipſa virtus circa ea verſari. non enim bene aut male gaudere ad operationes ipſas paruum affert momentum. ¶ Vndecimo. difficilius eſt (vt Heraclito placet) voluptati repugnare quàm iræ. circa autem difficilius ſemper ars, virtuſq; conſiſtit. & ſi quod eſt circa difficilius bene operamur: præſtãtius eſt. non ergo immerito totum hoc negotium & virtus ipſa moralis, imò & tota ciuilis facultas: circa voluptates, doloréſq; inuigilat, verſaturq; & reuera qui bene his vtitur bonus erit: & qui male malus. Sed dictum iam ſit ſufficienter ex quibus ſit virtus: ab illis eiſdem ſaluari atq; augeri, ex diſſimilibus corrumpi, & ſimilia ijs operari ex quibus genita eſt: atq; eam ipſam circa voluptates doloreſq; verſari. Heraclitus

Cap. IIII.

10 DVbitauerit autem quiſpiam: quonam modo dicimus iuſta agentes iuſtos: & temperata temperatos fieri oportere? Nam ſi iuſta, temperatáq; agunt: iam iuſti ſunt & temperati, perinde atq; ſi grammatica, muſicáve faciũt: grammatici ſunt atq; muſici. an nec in artibus res ita ſe habet? ¶ Fieri nanq; poteſt vt grammaticum aliquid quiſpiam faciat: & fortuna & alio admonente. at tunc erit grammaticus: cum & grammaticum quippiam, & grammatice faciet, id eſt ſecũdum eam (quæ eſt in ipſo) grãmaticam artẽ. ¶ Præterea nec ſimile in artibus, & in virtutibus eſt. nam ea quæ ab artibus fiũt: bonum ipſum in ſeipſis habẽt. ſufficit igitur: ſi ipſa aliquo modo ſeſe habentia fiant. at ea quæ à virtutibus fiunt, non iuſte aut temperate aguntur, ſi ſint iuſta aut temperata: ſed ſi & agens ſicſe habens agat, primo quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens propter ipſa, tertio ſi firmo animo ac immutabili agat. Hæc autem ad habitus quidem cæteros habendos non requiruntur præter ipſum ſcire, ad virtutes autem ſcire

quidem parum aut nihil poteſt: cætera vero non parum ſed totum poſſunt. Quæ quidem ex eo quia perſæpe res iuſte temperatéque aguntur proueniunt. res igitur iuſtæ temperatæ'que dicuntur:cum ſunt tales quales vir iuſtus ageret aut temperatus. Iuſtus autem ac temperatus eſt:non is qui has agit,ſed qui ſic etiam agit vt iuſti temperatiq; agunt. recte igitur dicitur iuſtum fieri agentem iuſta,& temperatum etiam temperata. qui vero hæc non agit,nunquam euaſurus eſt bonus. Verum plerique hæc quidem non agunt. Ad ſermones autem confugientes:ſeſe philoſophari putant & ſtudioſos hoc fore modo,atq; perinde vt ægroti faciunt:qui medicos quidem diligẽter audiunt,nihil autẽ eorum agunt quæ præcipiuntur ab illis. vt igitur illis corpus bene non ſeſe habebit ſi ita curantur:ſic nec his animus plane,ſi ita philoſophantur.

¶Quarti capitis notæ. ¶Nomen artis hic ad ſeruilem,& ad liberalem eatenditur. ¶Scire,cognoſcere. 10
¶Sic agimus vt iuſti,temperati & omnino vt ſtudioſi:cum ſcienter,ex electione,& certo conſtantique propoſito agimus.

¶Quartum cap. continet vnam quæſtionem & eius dilutionem.

¶Quarti capitis commentarius ad literam. ¶Quæſtio. Quomodo dicimus iuſta operando iuſtos fieri oportere,& temperata temperatos?cum ſi iuſta & temperata agunt:iam iuſtos & temperatos eſſe oporteat. quemadmodum qui grammatica,& muſica faciunt,iam grammatici,aut muſici ſunt. an hoc & io artibus non ſimiliter ſeſe habet? ¶Reſponſio. Simile eſt in hoc,& in artibus ipſiſq; virtutibus. neq; id plane verum eſt ſi quis grammaticum aliquid,aut muſicum agit:vt ipſe iccirco grãmaticus ſit aut muſicus. Nam plane fieri poteſt,vt grammaticum quid agatur fortuito,aut altero præmõſtrante. eo videlicet qui agit penitus rudi atq; ignaro. ſed tum putaodus eſt grammaticus cum grammaticum quicquam & grammatice faciet: hoc eſt ſecundum eum ipſum habitum,artémq; grammaticam quæ in ipſo eſt. Item neq; ſimile eſſe oportet in artibus ipſiſq; virtutibus. nam ea quæ ab artibus fiunt:bonum ipſum io ſeipſis habent. quare & bene fieri nihil prohibet ſi ſic ſe habẽtia fiant. in virtutibus autem non iuſte,aut temperate fiunt icciroo, ſi iuſta fiunt,aut temperata. ſed vt bene fiant,vt iuſte,aut temperate: primo,ipſe agens ſcienter agere debet. ſecundo,ex electiooe: ea ſcilicet propter ſe & boni gratia eligens. tertio,certo cooſtantiq; propoſito. ſed hæc ad cæteras artes non requiruntur præter ipſum ſcire. ad virtutes autem ſcire quidem requiritur: ſed parum vel nihil poteſt,cætera vero non parum,ſed totum poſſe videntur. quæ quidem virtutes quòd frequenter hoc pacto res iuſte atq; temperate fiunt: tandem proueniunt. Iuſta ergo & temperata dicuntur quando ſunt talia qualia iuſtus & temperatus operaretur. ſed iuſtus aut temperatus non omnis eſt qui hæc agit:ſed qui ea agit vt iuſti temperatiq; agunt. Non igitur perperam aſſertum eſt: agẽdo iuſta quempiam iuſtum fieri, & temperata temperatum. & qui hæc noo aget: nulla illi vt bonus euadat omnino cura eſt. & reuera multi ſunt qui hæc non agunt: ſed ad ſermones confugiunt ſeſe putantes philoſophari ſufficienter,& hoc pacto fore ſtudioſos. atq; rem ægrotis perſimilem faciunt: qui medicos quidem audiunt diligeoter, faciuot autem nihil eorum quæ præcipiuntur. vt ijs igitur corpus non recte valebit qui ita curari petunt:ita quoq; neq; illorum animus qui ita philoſophantur.

Cap. V.

POſt hæc autem quidnam ſit ipſa virtus conſideremus oportet. Cum igitur 11 tria ſint quæ fiunt in anima:affectus,potẽtiæ,habitus: horum aliquid ipſam virtutem eſſe neceſſe eſt. atq; affectus quidem voco:cupiditatem, iram,metum,fiduciam,inuidiam,gaudium,amicitiam, odium,deſiderium, æmulationem,miſericordiam, & ea omnino quæ voluptas ſequitur aut dolor. potentias autem eas quibus ad hos affectus ſuſcipiendos idonei dicimur eſſe. vt quibus dolere poſſumus vel iraſci vel miſereri. at habitus eas:quibus bene vel male nos ad affectus ipſos habemus. vt ad iraſcendum ſi vehemẽter aut remiſſe ſimus diſpoſiti: male habemus. ſi mediocriter:bene. & ad cæteros affectus ſimili modo. ¶Virtutes igitur vitiáq; nõ 12 ſunt affectus. Nam affectibus quidẽ ſtudioſi vel vitioſi nõ dicimur. virtutibus autẽ & vitijs dicimur. Et ob affectus neq; laudamur neq; vituperamur. nõ enim qui metuit aut iraſcitur laudatur. neq; qui ſimpliciter ſed qui modo quodam iraſcitur: vituperatur. at ob virtutes vitiáque laudamur atq; vituperamur. ¶Præterea iraſcimur quidem & timemus ſine electione,virtutes aut electiones ſunt quædam:aut non ſunt ſine electione. Inſuper affectibus quidem moueri dicimur:virtutibus autẽ aut vitijs non moueri,ſed aliquo modo diſponi. ¶Propter hæc eadem neq; potẽtiæ ſunt. Nam neq; boni vel mali di 13 cimur neque laudamur aut vituperamur: quia poſſumus iraſci vel timere ſimpliciter. ¶Et inſuper potẽtes quidem ſumus natura, boni vero non efficimur aut mali natura, quemadmodum antea diximus. ¶Quòd ſi virtutes neq; affectus ſunt neq; potentiæ: re- 14 ſtat ipſas habitus eſſe. quid igitur ſit ipſa virtus: genere diximus.

Numero ſecundo huius.

¶Quinti capitis notæ. ¶Virtus: virtus moralis. ¶Affectus, appetitus. ¶Potẽtia: potentia naturalis. ¶Sub habi- 15 tu: diſpoſitionem comprehendimus. Neq; hic vult omnia enumerare Ariſtoteles quæ ſunt in anima (nam non ſolum hæc tria: affectus, potẽtia, & habitus circa animã fiunt, ſed & hæc diſpoſitiones, operationes, & naturales

impotentiæ)verum ea duntaxat enumerat quorum aliquod maxime videtur eſſe virtus.non enim videtur vir
12 tus diſpoſitio,aut operatio,aut naturalis imperfectio,impotentiáve naturæ. ¶Mediocriter:neq; amplius quàm
decet,neque minus. ¶Quodam modo,certo modo:ex praua conſuetudine atque habitu. ¶Ab ijs quæ natu-
ra aſſunt nullus debet aut laudari, aut vituperari. Nam qui ob talia vituperaret: aut naturam,aut naturæ opi-
ficem in ſuo opere vituperaret. Nefas autem naturam(quæ ſemper ad optima contendit,perficitq; quamopti-
me poteſt non impedita) vituperare. & tanto magis nefas eſt optimum naturæ parentem accuſare, & piacu-
lum nullo ſatis vnquam digno ſupplicio piandum.
¶Quintum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.
11 ¶Quinti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Expedit quid virtus ſit inquirere. Nam cum
tria ſint quæ circa animam contingunt:ſcilicet affectus,potentiæ,habitus: virtutem horum aliquod eſſe opor-
tet.expedit igitur quid id ſit inquirere.& affectus hic dicimus:appetitus quoſdam vt ſunt cupiditas,ira,metus,
fiducia,lętitia,amor,odium,deſiderium,æmulatio,miſericordia,& vniuerſaliter appetitus quos voluptas ſequi-
tur atque dolor. Potentiæ: ſunt inſitæ vires, vt quibus ad prædicta ſuſcipienda ſumus idonei. vt potentia qua
valemus dolere, iraſci,aut miſereri: & non modo ad dicta ſuſcipienda, ſed & conſimili modo ad habitus ipſos
nobis comparandos.habitus autẽ ſunt acquiſitæ qualitates,vt quibus ad ipſos affectus, bene vel male nos ipſos
habemus.vt ſi nos comparauerimus ad vehementer & ad plus quàm oportet iraſcendum, aut remiſſe,minúſq;
quàm oporteat: habitum habemus ad male iraſcendum. ſi autem nos ad mediocriter iraſcendum comparaue-
rimus:habitum tum habemus ad bene iraſcendum.& circa reliquos affectus conſimiliter eſſet dicendum. ¶Se-
12 conda concluſio. Neque virtutes,neque vitia ſunt affectus. ¶Primo. nam affectibus neque ſtudioſi,neque vi-
tioſi dicimur.at virtutibus & vitijs ſtudioſi vitioſique dicimur.non ſunt igitur virtutes & vitia affectus. ¶Secũ-
do.ob affectus neque laudamur,neque vituperamur. non enim qui metuit iraſcitúrve laudandus eſt:neque vi-
tuperatur qui ſimpliciter iraſcitur,ſed qui certo modo. at ob virtutes atque vitia & laudamur & vituperamur.
non ſunt igitur virtutes & vitia:affectus. ¶Tertio. iraſcimur, timemus: ſicque in reliquis affectibus ſine ele-
ctione. at virtutes ipſæ: electiones quædam ſunt, aut non ſine electione,& ita de vitijs igitur virtutes & vitia
affectus minime ſunt. ¶Quarto. affectibus mouemur,& virtutibus & vitijs non mouemur, verum aliquo mo-
13 do diſpoſiti ſumus. non erunt igitur virtutes & vitia:affectus. ¶Tertia concluſio. Virtutes & vitia identidem
potentiæ non ſunt. Aliquibus eiſdem cum ſuperioribus patet rationibus.Primo quidem virtutes & vitia poten
tiæ non erunt. nam à potentijs: neque boni,neque mali dicimur.id autem à virtutibus & vitijs nobiſipſis con-
tingit. Secundo.ob potentias neque laudamur,neque vituperamur. nullus enim quia poſſumus ſimpliciter ira-
ſci vel timere:nos vituperabit.ſed vt dictum eſt ob virtutes & vitia laudamur,aut vituperamur. Tertio, liceret
addere:quòd potentiæ ſine electione ſunt.Quarto.potentiæ nobis natura aſſunt: non autem virtutes & vitia.
non enim boni,aut mali natura efficimur,ſed aſſuetudine atque vſu quemadmodum iam dictum eſt. ¶Quar-
14 ta concluſio. Virtutes & vitia ſunt habitus.nam neque affectus ſunt,neque potentiæ vt iam quoque monſtra-
tum eſt.relinquuntur igitur eſſe habitus.& de virtutis genere tantum dictum ſatis ſit.

Cap. VI.

15 OPortet autem non ſolum ita dicere virtutem habitum eſſe:ſed etiam qualiſ-
nam habitus ſit. Dicendum eſt igitur omnem virtutem: & id ipſum cuius
eſt virtus bene ſeſe habere facere & opus ipſius reddere bene. Oculi nan-
que virtus:& oculum,& opus ipſius ſtudioſum facit,quippe cum videamus
virtute oculi bene. virtus itidem equi: ſtudioſum efficit equum, & bonum ad curren-
dum,portandúmque equitem, & expectandum etiam hoſtem.quòd ſi idipſum ita ſeſe
habet in vniuerſis: & virtus ipſius etiam hominis habitus is erit, à quo bonus efficitur
homo, & quo bene ſuum opus ipſe reddet, efficiétque.Quo modo autem id erit:& an-
tea quidem diximus.& nunc etiam magis patebit:ſi contemplabimur qualiſnam ſit ip- Numero 7 bnius.
16 ſius virtutis natura. ¶In omni itaque re continua diuiſibilique: aliud plus, aliud mi-
17 nus,aliud æquale. ¶Vel ex parte ipſius rei:vel reſpectu noſtri accipi poteſt. Aequale
autem:medium eſt quoddam inter exuperationem atque defectum.Atque rei quidem
ipſius medium id eſſe dico:quod æque ab extremorum vtroque diſtat. idque eſt apud
omnes vnum & idem. Reſpectu autem noſtri: quod neque exuperat neque deficit.id-
que non eſt apud omnes vnum & idem. vt ſi decem ſint multa & duo pauca: ſex ipſi-
us rei media capiuntur . æque nanque excedunt & exceduntur. atque hoc in arithme-
tica comparatione rationum medium eſſe conſtat . at id quod eſt noſtra ex parte me-
dium, non eodem ſumendum eſt modo. Non enim ſi cui decem quidem minas come-
dere nimium eſt, duas autem parum: ſex ei minas ludi magiſter præcipiet.eſt enim &
hoc fortaſſe multum ei qui accepturus eſt aut parum. Miloni nanque parum. incipien-
ti vero ſeſe exercere:nimium eſt.Simili modo res ſeſe habet in curſu,ac in palæſtra.hoc
igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atque defectum:medium au
18 tem quærit & expetit, non quidem rei,ſed quod ad nos medium dicitur. ¶Quòd ſi o-
mnis ſcientia ſuum hoc modo bene conficit opus , ad medium ipſum reſpiciens, & in
hoc ſua redigens opera,vnde & dici ſolet in ijs quæ bene ſeſe habent operibus, nec au-
ferri quicquam nec addi poſſe: propterea quòd exuperatio quidem & defectio bonum
ipſum corrumpunt, mediocritas vero conſeruat, atque boni artifices ad hoc reſpicien-

tes(vt diximus)operantur: virtus autem omni arte exactior eſt & præſtantior, quemadmodum & natura:ipſa profecto virtus medij ipſius eſt coniectatrix. Loquor autem de morum virtute. hæc enim circa affectus,actúſq; verſatur:in quibus eſt exuperatio,& defectus, & medium. fit enim vt magis & minus quiſpiam & metuat & confidat: & cupiat & abhorreat,& iraſcatur & miſereatur,& omnino delectetur ac doleat, & vtroq; modo non bene. & etiam quando oportet,& pro quibus,& ad quos,cuius gratia,& vt oportet. hoc autem medium eſt & optimum quod eſt ipſius virtutis. ſimiliter circa actus exuperatio eſt & defectus,& medium. virtus autem circa affectus,actúſque verſatur,in quibus exuperatio quidem peccatum eſt: & defectus vituperatur, medium autem laudatur & recte conficitur, quorum vtrunq; virtutis ipſius eſt. virtus igitur mediocritas eſt quædam:cum ſit ipſius medij coniectatrix. ❡Præterea peccare quidem multis modis contingit. Malum enim eſt infiniti(vt Pythagorici putant)bonum vero finiti. at recte agere,vnice. quapropter & alterum facile,alterum difficile eſt. ❡Facile quidem non attingere ſignum:difficile autem illud attingere. Et ob hoc igitur exuperatio quidem atque defectio vitij eſt. mediocritas vero virtutis. 19

Vno nanque modo bonus eſt:multíſque nefandus.

❡Eſt igitur virtus habitus electiuus:in mediocritate cõſiſtens,ea quæ eſt ad nos definita ratione:& vt definierit ipſe prudens. Mediocritas autem duorum eſt vitiorum:vnius per exuperationem,alterius per defectum. & ex eo etiam:quia illa quidem partim deficiunt, partim exuperant id quod oportet,& in affectibus,& in actibus. virtus autẽ medium ipſum & inuenit & expetit. Quapropter ipſa virtus, ſubſtantia quidem & ratione quid eſt dicente:mediocritas eſt. at optimi reſpectu & bene ſeſe habentis extremitas. 20

❡Non autẽ omnis actus nec omnis affectus ſuſcipit mediocritatem. Sunt enim affectus nonnulli:qui continuo nomine ſuo ſunt cum prauitate connexi. vt maliuolentia, impudentia, inuidentia:& actus identidem, vt adulterium, furtum, homicidiũ. hæc enim vniuerſa,& talia ita dicuntur:quia ipſa ſunt praua,ſed non exuperationes ipſorum atq; defectiones. circa igitur talia:nullum eſt tempus recte agendi,ſed ſemper delinquitur. neque fit vt quiſquam bene vel male talium quicquam agat:qui cumoportet,& quando, & vt oportet adulterium committendo. ſed ſimpliciter quicquid iſtorum efficiatur delinquitur. Simile igitur eſt & circa iniuſtitiam, timiditatem,& luxuriam:mediocritatem ac exuperationem & defectionem eſſe cenſere. hoc enim pacto: exuperationis & defectionis erit vtique mediocritas: & exuperationis exuperatio,& defectionis item defectio. ſed vt temperantiæ, fortitudiníſve non eſt exuperatio atq; defectio: quia medium ipſum eſt modo quodam extremum:ſic nec illorum eſt mediocritas nec exuperatio & defectio. ſed vtcunque agantur ſemper delinquitur. omnino nanq; nec exuperationis & defectionis eſt mediocritas:nec mediocritatis exuperatio & defectio. 21

❡Sexti capitis notæ. ❡Qui opus ſuum bene reddit: is & opus bonum & ex bono habitu depromit, efficitq;. 15
❡Medium rei:medium arithmeticum. éſtque quod ad extrema, æqualia ſortitur interualla. extrema ſunt maius & minus. vt ſenarij & binarij:medium rei, quatuor. & denarij atque binarij:ſex. nam mediorum ad extrema differentiæ, exceſſus interualláque ſunt æqualia. & hæc ex ſubiecta deſcriptione cognoſcuntur. 17

Extremum maius	6	inter-	10	inter-	16	inter-	18	inter-
Medium rei	4	2 2	6	4 4	10	6 6	12	6 6
Extremum minus	2	ualla	2	ualla	4	ualla	6	ualla

❡Id neq; exuperat,neq; deficit:quod omnes prudẽtiæ circunſtantias obſeruat. ❡Mna græcũ eſt,pro quo latini Mina dicũt: & eſt libra. ❡Milo Crotoniates pugil fortiſſimus fuit,qui ictu nudæ manus,taurũ ſternebat,& humeris impoſitum,per ſtadium retento ſpiritu portabat,quem & totum vno die comedebat:qui tãdem male viribus vſus,per ſyluam tranſiẽs acceptos magnæ arboris bifidæ ramos vi brachiorum diſiunxit. qui vbi ſubito ſe reiunxere,clauſus in fiſſura Milo,longa inedia & fame confectus:tandẽ ſylueſtribus feris pabulũ præbuit. ❡Palæſtra,luctatio:qua pugiles & certare & ſe exercitare ſolebãt. ❡Scientiæ nomen ad artẽ extenditur. ❡Vno modo,tenendo mediũ. ❡Vbiq; virtus moralis duorum vitiorum eſt medietas,niſi in iuſtitia quæ medietas eſt inter exceſſum & defectum:plus ſcilicet & minus,quorum non ſemper oportet vtrunq; eſſe vitium,vt ex quinto

Milo

18 19 20

21 huius cognoſcetur. ℂ Subſtantia & ratione quid eſt dicente: ſubiecto, réq; ipſa. ℂ Circunſtātiæ prudentiæ nullū
locum in maliuolentia, impudentia, inuidia, adulterio, furto, homicidio & ſimilibus habēt: vt neq; in temeritate,
intemperantia, auaritia, prodigalitate & ſimilibus malitijs. & vt hæc nominata, vitiū ſtatim important: ita quo-
que & illa ſibi annexam prauitatem. ℂ Et cum totus hic ſecundus de morali virtute diſſerat, quæ officiorū acti-
uæ, adminiſtratiuæq; felicitatis parens eſt: hoc in capite primu eam diffinit quam tantopere omnis philoſopho-
rum ſchola cōmendat, tanquā ſemitam in medio collocatam: quæ ducit ad vitam. & eius extrema vno ore dam-
nant: tanquam viā illam ampliſſimā, latiſſimúmq; deuium: quod ducit ad perditionem. Et proinde ex eorum te
ſtimonijs hic nonnihil adducere conſentaneum videtur: quo ad virtutis ſtadium (vt ad omniū optimum) ampli-
us inflammentur animi. ℂ Demetrius Phalereus Ptolemæum Ægypti regem ammonere ſolebat: vt nunquā li- Demetrius
bros in quibus probi cōtinentur mores & beatæ vitę exempla e manibus dimitteret. nec iniuria. nam vt oculo Ptolemæus
ſano nihil ſole delectabilius: ita animo qui non ægrotat, in agendis rebus, nihil virtute, virtutíſq; officio amœ-
nius. ℂ Et Pythagoras adoleſcentiam arbori comparabat, quæ ducta vno robore in duos ramos ſcinditur: in quo- Pythagoras
rum altero virtus, in altero vero voluptas oſtenditur. Virtus enim ex igniculis animi nobis à natura inſitis pullu-
lat. voluptas autem ex appetituum illecebris. & reuera illi duo Pythagorici rami apud Ariſtotelem ſunt appeti- Ariſtoteles
tus ſenſualis atque brutus, & ratio rationaliſq; voluntas. Sequenda eſt ergo ratio: & bruta deſerenda voluptas,
ſi virtutem vitæ dominā & ſemper virentis animi ramum nobis aſciſcere cupimus. ℂ Prodicus ſophiſta ſcribit Prodicus
duas deas olim in ſomnijs Herculi apparuiſſe: quarum vni nomē virtus, alteri vero voluptas fuerat. hæc ſolaria Hercules
in hac vita promittebat, ſed quæ in fine perpetuus luctus occupet: illa vero duros in hac momētanea vita labo-
res, quos perpetua terminent gaudia. Ergo vel eligite cum voluptate in momento delicias: & perpetuū in futu-
ro luctum, vel cum virtute vno momento dolores, ſempiternáque gaudia. ℂ Probantur ſummopere Lacones ꝙ Lacones
tantiſper rus liberos ablegabant: dum optimis ſub morum præceptoribus eruditi pariter corpore, pariterque ani
mo exercitati valerent, & ciuitati decori eſſe poſſent. pulcherrima enim omnium ciuitati ducebant ſuorum li-
berorum virtutum ornamenta. ℂ Et Lycurgus in hoc nō parum commendatur quòd legem tulerit quæ pueros Lycurgus
in agrū deduci iuberet: vt foro & vrbanis delicijs carerēt. & ne illis prima pubertas, luxuria aut nequitijs deflue-
ret: in opera & labore exerceri volebat, & ſomni gratia nihil illis ſubſternere, quo duriores fierent. nec libebat
prius in vrbem redire quàm viri facti vrbi decus afferrēt. neque poteſt quoquā in loco is non afferre decus: qui
virtutem ſibi pararit comitem. ℂ Et de virtute audite Horatium,

Vilius argentum eſt auro: virtutibus aurum. Horatius li. 1. epiſtol. 1.

Audite Iuuenalem,

Tota licet veteres exornent vndique ceræ Iuuenalis ſaty. 8.
Atria: nobilitas eſt ſola atque vnica virtus.

Audite Heſiodum,

Quàm facile innumeras vitiorum amplectimur artes. Heſiodus
Haud procul illa habitant, breuis eſt via qua ſit eundum,
Eſt via virtutis: contraria, ſudor anhelus
Hanc ſequitur, quæ ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longum prorumpit iter. riget aſpera primo
Ingreſſus: leuis eſt poſtquam alta cacumina tanges.

ℂ Et Socrates clamabat ridiculū eſſe nos mancipiū (vbi nō habemus diligēter inquirere) virtutē autem neglige- Socrates
re, & paſſim permittere perire. Ergo ne viuite ridiculi: cibū, potū, calceos & reliqua minuta corpori neceſſaria vt
pueri diligēter perquirentes: & negligētes virtutē & officia, magna vitæ bona & ſummopere animę neceſſaria.
ℂ Sextum cap. quatuor concluſionibus, duabus diuiſionibus & vna diffinitione partitum eſt.

15 ℂ Sexti capitis commentarius ad literam. ℂ Prima concluſio. Hominis virtus: eſt habitus qui hominem bonum
efficit, eiúſq; opus bene reddit. nō enim ſatis erat cognoſcere ꝙ virtus habitus ſit, ſed qualis ſit etiam cognoſce-
re oportet. ꝙ autem talis ſit habitus: patet. nam omnem virtutē talem eſſe videmus, & cuiuſlibet naturam eſſe:
facere idipſum cuius eſt virtus, bene ſeſe habere. & ipſam idipſum efficere: eſt bene opus ſuū reddere. vt virtus:
oculi ipſum oculum perficit, facitq; oculum bene ſeſe habere. facit & præterea vt oculus bene opus ſuū efficiat:
virtute enim oculi bene videmus. ſimiliter virtus equi ipſum equum bene ſeſe habentem efficit, & vt opus ſuū
bene efficiat: vt bene currat, bene equitē vehat, expectétq; impauide hoſtem, & in cæteris ſimiliter cōperitur.
non immerito igitur hominis virtus: is erit habitus à quo bonus homo efficitur, & quo ſuum opus bene reddit,
efficitq; bene. & quo pacto is habitus acquiretur: quodam modo ſuperius dictum eſt. ſed & id ex contēplatione
16 naturæ virtutis licebit amplius cognoſcere. ℂ Prima diuiſio. In continuo & cuius natura diuiſibilis intelligitur:
17 plus, minus, & æquale reperitur. ℂ Secūda diuiſio. Æquale bifariam dicitur. vno modo reſpectu rei, altero modo
reſpectu noſtri. Æquale eſt medium: inter exuperationem, atq; defectum. Æquale rei eſt medium quod ab vtro-
que extremo æque diſtat. & apud omnes vnum & idem eſt. Æquale vero reſpectu noſtri, noſtráq; ex parte: eſt
medium quod neq; exuperat neq; deficit. & id apud omnes non vnum & idem eſt. vt datis extremis decē qui-
dem extremo maiore, & duobus extremo minore, ſex æquale mediū eſt rei: nam æqualiter diſtat ab extremis.
ſex enim æqualiter exceduntur à decem atq; excedunt duo. nam vtrolibet quaternario. & id etiā medium rei
aliàs appellatur medium comparationis rationū arithmeticæ. ſed hoc pacto non capitur æquale, mediúmq; ad
nos: vt & in ſe ad ludorū certamina diſponentibus conſtat. nam nō oportet cui decem minas comedere nimiū
eſt & duas parū, vt ſex minas ludi magiſter protinus capere præcipiat. nam id accepturo aut plus aut minus q̃
oportet eſſe poteſt. vt Miloni parum forte eſſet: & rudi adhuc tyroni ſeq; primum exercere incipienti multū. &
eodem modo in curſu, & in palæſtra, & omni arte eſt. & omnis artifex exuperationē fugit atq; defectū: & me-
18 dium quærit, non quidem rei ſed quod mediū ad nos dicitur. ℂ Secūda concluſio. Virtus ipſum ad nos medium
deſiderat: & eſt ipſius coniectatrix. Nam omnis ars bene ſuum perficit opus ad medium proſpiciens, ſuáque ad
ipſum redigēs opera. & hinc dici ſolet in operibus quæ bene ſeſe habent: neq; auferri, neq; addi quicquā poſſe,
ꝙ exuperatio & defectio bonū ipſum corrumpāt, mediocritas autem ſaluet. Et boni artifices id medium (vt ſu-
pra intendebatur) reſpicientes operātur. at virtus omni arte exactior, præſtantiórq; eſt: quemadmodū & natu-
ra præſtat arte, tanto magis igitur virtus medium ipſum deſiderat, eritq; eius coniectatrix. & de morali virtute
quæ dicta ſunt intelligūtur: quæ circa affectus, operationéſq; verſatur, in quibus exuperatio, defectus, & mediū
reperiuntur. vt cū quis metuit, cōfidit, concupiſcit, cōtemnit, iraſcitur, miſereſcit, & omnino cū quis delectatur
aut dolet: cōtingit horū vnumquodq; & amplius & minus fieri q̃ oportet. & vtroq; horū modorum male fiunt.
ſimiliter & vnumquodq; fieri quādo oportet, pro quibus oportet, gratia cuius oportet, & omnino vt oportet. &

hoc eſt ipſum aſſequi mediũ quod in virtute optimũ. & vt circa affectus declaratũ eſt:ita & circa actus exupe-
ratio defectus & mediũ reperiũtur. & virtus circa affectus atq; actus verſatur io quibus exceſſus vitioſus eſt, &
defectus vituperatur,mediũ autem probatur,efficiturq; recte. ſed hæc vtraq; & probari & recte perfici virtutis
ſunt.oimirũ igitur ſi virtus mediocritas quædã ponatur:cũ & ipſius medij ſit coniectatrix. ❡Tertia concluſio. 19
Virtutem aſſequi difficile eſt:facile autẽ in vitia prolabi.❡Primo.nam multifariã nos delinquere cõtingit:vno
autem modo bene agere.eſt enim malum(vt Pythagorici volunt)infiniti,bonum vero finiti. facile igitur in ma
lum prolabimur,ruimúſq; in vitia:in bonũ vero difficile.❡Secundo.facile eſt non attingere ſignum:at illud at-
tingere difficile eſt.ob id igitur ꝙ extrema exceſſus atq; defectus vitij ſunt,medium autẽ virtutis:non eſt diffi-
cile intelligere virtutẽ acquiri difficile eſſe,at nos facile in vitia prolabi.fiũt enim boni ſemper vno modo:mul
tifariam autem mali.❡Diffinitio. Ex dictis ferme moralis virtutis diffinitionem ponere valebimus hoc pacto. 20
Virtus moralis:eſt habitus electiuus in mediocritate cõſiſtens ea quæ ad nos eſt,definita ratione,& vt definiret
ipſe prudens.& moralis virtus mediocritas eſt duorum vitiorum vnius per exuperationem,& alterius per defe-
ctũ.& omnino quia alia excedunt,& alia deficiũt magis ꝗ oportet & in affectibus & in actibus noſtris,& virtus
mediũ ipſum inuenit atq; diligit:mediocritas dicitur.Quapropter ipſa virtus ſubſtãtia(hoc eſt ratione quæ res
ipſa eſt dicente)mediocritas eſt.at ſi ſola bona reſpicimus,& ea quæ bene ſeſe habent: virtus extremũ quoddã
eſt.❡Quarta concluſio. Non omnis actus,neq; omnis affectus mediocritatẽ recipit. Nam ſunt affectus quidam 21
pariter & actus: qui continuo nominati connexam prauitatẽ declarant. io affectibus quidem vt maliuolentia,
impudentia,inuidentia.io actibus vt adulterium,furtum,homicidiũ. hæc enim omnia & ſimilia ita dicũtur pra-
ua,nõ ob id ipſum ꝙ ipſorum ſint exuperationes aut defectiones:neq; circa talia tempus vllum vnquam eſt re-
cte ageodi, ſed ſemper delinquitur. Nec quiſquam circa talia bene aut nõ bene operabitur vnquam per hoc ꝙ
ſeruet aut particulas omittat cum quo oportet,quando oportet,& vt oportet. vt adulterium committendo. ſed
ſimpliciter quicquid horũ cõmittatur:delinquitur. & hæc circa iſta exiſtimare ſimile eſt,ac ſi quis circa iniuſti-
tiam,timiditatem,& intemperantiam:mediocritatem,exuperationem & defectum exiſtimaret, hoc pacto ab-
ſurde faciens exuperationis,& defectioois quandam mediocritatem,& exuperationis exuperationem,& defe-
ctionis defectionem . & reuera ſicut fortitudinis & temperaotiæ in eis ipſis non eſt exuperatio atque defectio,
quia media ſuot,& medium eſt quodam modo(vt iam dictũ eſt)extremum:ſic nec illorum mediocritas,exupe-
ratio , aut defectio eſt,ſed quomodocuoque agantur,ſemper delinquitur. & omnino neq; exuperationis,neque
defectionis:eſt mediocritas. neque mediocritatis exuperatio,defectióque. non igitur omnis actus,omniſve affe
ctus mediocritatem recipit.

Cap. VII.

ETenim id ipſum non ſolũ vniuerſaliter dicere:ſed ad ipſa ſingula etiã accómo- 22
dare oportet.Sermonũ enim eorum qui circa actus verſantur vniuerſales qui-
dem magis cõmunes:particulares vero magis ſunt veri.actus nanq; circa ſin-
gularia ſunt:quibus oportet ſermones conſentaneos eſſe.❡Hæc igitur ex de- 23
ſcriptione ſumenda ſunt.Circa timores itaq; fiduciáſq;, mediocritas quidem eſt fortitu-
do.at exuperantiũ is quidẽ qui non timendo exuperat,nomine caret.ſunt autẽ complu-
ra qui nominibus vacãt.is autẽ qui cõfitendo exuperat:audax eſt.at is qui timendo qui-
dem exuperat,cõfitendo autẽ deficit:timidus.Circa voluptates atq; dolores,non omnes
quidẽ,& minus circa dolores.mediocritas quidẽ eſt temperãtia:exuperatio autẽ intem-
perantia.At deficientes circa voluptates perpauci fiunt,quapropter nec his eſt poſitũ
nomen,ſed inſenſati vocentur.Circa dandas capiẽdáſq; pecunias:mediocritas quidẽ eſt
liberalitas.Exuperatio autem & defectio:prodigalitas,atq; illiberalitas,quibus cõtrario
modo exuperant & deficiunt homines.prodigus enim in erogando exuperat:in capien
do deficit.at illiberalis atq; auarus in capiẽdo exuperat:in erogando deficit.Atq; de hiſce
nunc quidẽ figura loquimur & in ſumma,hoc ipſo cõtenti:poſtea vero exactius de ipſis
determinabimus.Sunt & aliæ circa pecunias diſpoſitiones.& mediocritas quidẽ eſt ma-
gnificẽtia.Differt enim hoc à liberali magnificus:ꝙ hic circa magna,ille circa parua ver-
ſatur.exuperatio autẽ ruditas circa decorum,atq; ſorditas. & defectus circa decorum
puſillitas.Atq; hæc differunt ab ijs quæ circa liberalitatem diximus eſſe.& differentiam
poſterius explicabimus.Circa honorẽ & eius oppoſitũ,mediocritas quidem eſt magna-
nimitas:exuperatio vero lentitudo quædam,& defectio puſillanimitas dicitur.Vt autẽ
ad magnificentiã ſeſe habere diximus liberalitatẽ, hoc differentem ab illa ꝙ circa par-
ua verſatur:ſic ſeſe habet & ad magnanimitatẽ(quæ quidem circa honorẽ magnum ver
ſatur)alia quædam diſpoſitio,quæ circa paruũ verſatur.fit enim vt appetatur honor vt
oportet & magis ꝗ oportet,& minus.atq; is quidem qui in honorũ exuperat appetitio-
ne:ambitioſus vocatur. is autẽ qui deficit:appetitione vacans honoris.& medius nomi-
ne caret.Diſpoſitiones etiã ipſæ præter vnã,nomine carẽt.ambitioſi nanq; ambitio voci-
tatur.Quocirca fit:vt extremi de medio loco decertent.nos quoq; medium hunc:modo
ambitioſum,modo vacantẽ honoris appetitione vocamus. & nunc ipſum ambitioſum
nunc alterum laudamus.quam autẽ ob cauſam id facimus:in ſequentibus explanabitur.

Libro quarto numero 75.

Nunc de cæteris eundem ſeruantes modum dicamus. Eſt igitur & circa iram mediocri-
tas, & exuperatio & defectio. atq; cum fere nominibus careant: mediũ manſuetum di-
centes, mediocritatem manſuetudinẽ appellabimus. extremorum autem is quidem qui
exuperat, iracundus: & vitium, iracundia vocitetur. is vero qui deficit, ira vacans: & defe-
ctio, iræ vacuitas nuncupetur. Sunt & aliæ tres mediocritates, quæ tametſi ſimilitudinẽ
quandam & conuenientiã inter ſeſe habent: differunt tamen. Omnes enim ſunt circa ver
borum, actuúmve communẽ vſum. ſed differunt ꝙ earum vna circa verum quod eſt in
ipſis, cæteræ circa iucundum verſantur: quod quidẽ partim eſt in ioco, partim in cæteris
cógreſſionibus vniuerſis. & de his igitur eſt dicendum: vt magis cernamus in vniuerſis
mediocritatem quidẽ laudabilem eſſe, extrema vero, neq; recta, neq; laudabilia, ſed vi-
tuperabilia eſſe. Atq; horum etiam pleraq; nominibus carent. verum enitendum eſt &
his (perinde atq; cæteris) ponere nomina: diluciditatis gratia, vt facile ſequi poſſimus.
Circa verũ igitur medius quidem verax quidã: & mediocritas veritas appelletur. fictio
vero: ſi ad maiora pergat, arrogantia: & arrogans qui ipſam habet dicatur. ſin ad minora,
diſſimulatio nũcupetur: & qui habet ipſam, diſſimulator. Circa iucundũ quod in ioco có-
ſiſtit, medius quidem comis ac vrbanus: & diſpoſitio comitas atq; vrbanitas appelletur.
exuperatio autem ſcurrilitas: & qui ipſam habet, ſcurra. & qui deficit, ruſticus quidem: &
habitus, ruſticitas nuncupetur. Circa vero reliquũ iucundum quod eſt in vita: is quidem
qui eſt vt oportet iucundus, amicus dicatur, & mediocritas amicitia. Is autẽ qui exupe-
rat: ſi nullius gratia rei, placidus: ſin ſui emolumenti cauſa, adulator eſt appellandus. At
24 is qui deficit & in cunctis eſt iniucundus: cótentioſus quidem, difficiliſq; dicatur. ❡Sunt
& in affectibus & in ijs quæ ſunt circa affectus: mediocritates. Verecundia nanq;, virtus
quidem non eſt. laudatur tamen & ipſe etiam verecundus. nam & hic dicitur eſſe me-
dius & exuperans atq; deficiens. & exuperat quidem is qui in vniuerſis verecundatur:
qualis eſt ipſe pauidus. qui vero deficit, aut nulla in re verecundatur, appellatur impu-
dens: medius vero dicitur verecundus. ❡Indignatio autẽ mediocritas eſt inuidiæ, & ma-
liuolentiæ. verſantur autem circa dolorem & voluptatem, quæ oriuntur ex ijs quæ pro-
ximis accidunt. indignans enim dolet: cum aliqui proſperitate fortunæ indigne fruuntur.
inuidus autem hunc exuperans de omnibus dolet. ſed maliuolus adeo deficit in dolen-
do vt gaudeat. Verum de his erit & alio loco tempus dicendi. ❡De iuſtitia vero poſtea In fine tertij.
pertractabimus. atque cum non dicatur ſimpliciter: diſtinguemus ipſam, & de vtraq; di- In quarto &
cemus quo modo mediocritas eſt. & ſimiliter de rationis virtutibus. quinto huius.

23 ❡Septimi capitis notæ. ❡Qui non timendo excedunt: intimidi, impauidiq; (dum aptius ſuccurrat vocabulũ) vocentur. ❡Cum vtrunque vitiorum extremum quoquo pacto ſuperet, & quoquo pacto deficiat: illud tamen quod in agendo ſuperat etſi patiendo deficiat, in ſuperabundantia & non defectu poni ſolet. quod vero in agẽdo deficit etſi ſuperet patiendo: ponitur in defectu. ❡Circa decorum ruditas: ſordiditas, inexplebilitas, vulgaris ventoſitas. ❡Circa decorum puſillitas: modicitas. ❡Lentitudo, inflatio, ſuperbia. ❡Honoris vacuitas, remiſſio. honoris appetitione vacans: remiſſus. ❡Veritas, grauitas. verax, grauis. ❡Arrogantia, vanitas, iactantia. arrogans, vanus, iactator. ❡Diſſimulatio, ironia. diſſimulator, ironicus. ❡Hic amicitiæ nomine ipſam de-
24 notamus affabilitatem. ❡Iniucundus, contentioſus, difficilis, moroſus, inhumanus. ❡Pauidus, ſtupidus. ❡Vtraque iuſtitia, diſtributiua & commutatiua.

❡Mediocritates, ſuperabundantiæ, & defectus hac ſubiecta formula deprehenduntur.

Exceſſus	Mediocritas	Defectus
Audacia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Inſenſibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decorum ruditas	Magnificentia	Puſillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Puſillanimitas
Ambitio	Modeſtia	Honoris vacuitas
Iracundia	Manſuetudo	Iræ vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Veritas	Diſſimulatio
Scurrilitas	Comitas	Ruſticitas
Plus	Iuſtitia	Minus

Exceſſus	Mediocritas	Defectus
Indulgentia	Amicitia	Inimicitia
Stupor	Verecundia	Impudentia
Inuidia	Indignatio	Maliuolentia

❡De indignatinne quæ dolendi & gaudendi media quædam paſſio eſt:de bonorum enim proſperitatibus gau 24
det,& de aduerſis triſtatur.& contrà de proſperitatibus aduerſitatibúſque malorum,& de inuidia & maliuolen
tia ſermonem contrahit Ariſtoteles.& quia ad recte gaudendum & triſtandum inſtituta debet eſſe noſtra vi-
ta,& maxime cauta aduerſus inuidiam & maliuolentiam,quæ nmnium virtutum ſepiunt aditum ſi illas ſemel
admittimus: ideo licet de illis paucula adijcere. Inuidia: dolor eſt de bonorum proſperitatibus, quæ torquet,
ſiccat,affilat,exoſſātque inuidentes: quaſi tortor quidam ex tartareis vltoribus ad mortalium exterminia miſ-
ſus. Sed diſcant inuidi(qui aliorum felicitate torquentur)ex Naſone quæ domus ſit inuidiæ,

Ouidius lib. 2 meta.

Domus eſt imis in vallibus antri
Abdita,ſole carens,non vlli peruia vento:
Triſtis,& ignaui pleniſſima frigoris,& quæ
Igne vacet ſemper: caligine ſemper abundet.
Hoſpes quis?ſi forte rogas,habet intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſunrum
Inuidiam.monſtri nunc audi quæ ſit imago:
Pallor in nre ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies,liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent,lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt: niſi quem viſi fecere dolores,
Nec fruitur ſomno,vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos,intabeſcitque videndo
Succeſſus bnminum,carpitque,& carpitur vnà,
Suppliciùmque ſuum eſt. Et paulo poſt,
Qnacunque ingreditur florentia poterit arua,
Exuritque herbas & ſumma papauera carpit:
Afflatúque ſun populos,vrbéſque,domóſque
Polluit.

Saphocles

Hoc inuidi monſtrum medio in pectore geritis.neq; aliam eſſe putetis inuidiæ domum.recte enim
Sophoclea ait,Ad habentē inuidia ſerpit.hanc(ſi ſapitis)& vobis & humano generi plurimū inimicam excuti-
te viperam:quę ſociam ſemper habet maliuolentiam,germanam,indiuiduámq; ſororem,diras nocte,erebóque
genitas.& ſolent hæ peſtes in ciuitatibus incubare aliorū felicitatibus & gloriæ venenato dente,obliquo oculo,

Cnnon
Iphicrates
Timotheus
Cbabrias
Phocinn
Timon
Plutarchus

felleóq; pectore inſidiantes.quas multi vt fugerent:patrias,locáq; deſeruere.quas inquam vt fugerent:Conon
diutius Cypri peregrinus vixit,Iphicrates apud Tbracas,Timotheus apud Leſbos,& Chabrias in Ægypto. Et
nmnibus ſeculis Phocion & Timon Athenienſes maliuolentiæ nota poſteritati redduntur infames. Phocinn
enim authore Plutarcho neq; flere,neq; ridere vnquam viſus eſt.cum ſemper ſentiret contra reliquos conciuea
ſuos omnea.conſulentibus autē in rerum difficultate oraculum, Atbenienſibus reſponſum redditum eſt:vnū eſſe
in vrbe ciuem qui omniū voluntati,opinioniq; aduerſaretur. clamabant Athenienſes hunc ciuem quærendum
eſſe ac grauiter eſſe plectendū.Phocion autem alta voce ſeſe eum eſſe ait cui nihil vnquam eorū placeret quæ
populus Athenienſis decerneret ac ageret:qua fiducia maliuolus Phocinn nihilominus iudicium euaſit.& Ti-

Alcibiades
Epimantus

mon Athenienſis:hominū,ſuiq; generis oſor,congreſſus hominū atq; colloquia fugitabat,& ſnlum Alcibiadem
forma & eloquio præſtantem amplexabatur,exnſculabatúrq;. interrogatus autē ab Epimanto quid ita ageret:
reſpondit,ꝙ intelligeret eum multorū malorum Athenienſibus cauſam fore. Et ſemel cū magna populi Athe-
nienſis expectatione cōcionatus eſt Timon:admiratione ſuſpenſi quidnam dicturus eſſet.qui in media corona
cōſtitutus retulit tandē ſe hortulū habere:in quo magna adoleuiſſet ficus à qua multi ciues laquen pepēdiſſent.
& quoniam eo loci parietem neceſſario erat ædificaturus,&npus eſſet arborē reſcindere:proinde diſtulit,& re-
ferre voluit,vt ſi qui ſe ſuſpendere vellent feſtinarent dum arbos extaret. hæc Timonis oratio,& hæc pulchra
maliuolorum exempla vt cautiores hæc paſſionū portenta fugiatis.ſerpunt enim bæc anguium more,& ſenſim
pectorū penetralibus ſe ingerūt,ſuáq; venena fundnnt.& præſtaret multo magis terras omnes ſerpētes aphroa
nutrire:q̃ huiuſmodi peſtes mortalium animis admittere. Eſt enim nmni corporis tormento maior & grauior,
cruciatus animi ex inuidia,quo ſeipſum conſumit & conficit animus.quod ab Horatio ſcite admodum dictum,

Horatius lib. primo, epi. 2

Inuidus alterius macreſcit rebus npimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum. Proinde ſalubriter admoniti,cauete.

❡Septimum cap. duabus concluſionibus & mediocritatum,exceſſuum & defectuum moralium, virtutum aſſi-
gnatione partitum eſt.

❡Septimi capitis cōmentarius ad literam. ❡Prima cōcluſio. Expedit quoquo pacto virtus extremorū exceden 22
tiū atq; deficientiū mediocritas ſit:non modo vniuerſaliter,ſed & particulariter declarare. Nam ſermonū(quos
de actibus agitamus)vniuerſales etſi cōmuniores:inefficacinrea tamē ſunt.particulares autē magis veri,atq; ac-
cōmodatiores.nam actus circa ſingularia verſantur:quibus par eſt ſermones ipſos cōſnnare.expedit Igitur hoc
pacto virtutem duorū hinc & inde deficientiū extremorū mediocritatē eſſe:nſtendere.quæ comprehēdemus,
declarabimúſq; hoc modo. ❡Extrema & mediocritates virtutū moraliū. Circa timores & fiducias mediocritas: 23
eſt fortitudo.excedentiū vero qui non timēdo excedit,nnmine caret. ſunt enim pleraq; quæ nnminibus vacāt,
& is qui confidendo exuperat:audax,temerariúſq; dicitur. qui in timēdo excedit & cōfidendo deficit:timidus.
circa voluptates & dolores non omnes,ſed guſtus ac tactus:mediocritas eſt temperātia,quæ eſt magis circa vo
luptates,minus vero circa dolores verſatur.exceſſus eſt intemperātia. & quia circa voluptates qui deficiāt per-
quā pauci ſunt:icciroo defectui nomen poſitū non eſt,ſed interim vocentur inſenſati,inſenſibiléſq;. Circa elar-
giendas,accipiendáſq; pecunias:mediocritas eſt liberalitas. exuperatio vero ac defectus:prodigalitas atq; auari-
tia. his attamen cōtrario modo exuperant & deficiūt homines.nam prodigus in erogādo exuperat & accipien
do deficit:illiberalis autē atq; auarus in capiēdo exuperat & in erogādn deficit. ſed hoc in loco rudi quadā præ-

paratione, & ſummatim ſunt accipienda: aliâs tamen exactius proprijs in locis diſcutienda. Et iterũ circa pecuniarũ elargitiooes eſt mediocritas, quæ magnificẽtia oũcupatur. exceſſus circa decorũ ruditas, & defectus puſillitas. & differt magnificus à liberali, ꝙ liberalis circa parua: magnificus vero circa magna verſatur. ſed & amplius quo pacto differant extrema huius ab extremis liberalitatis: poſtea dicetur. Circa honorẽ & inhonorationẽ mediocritas eſt magnanimitas: exuperatio, lẽtitudo. defectio vero puſillanimitas. & magnanimitas circa magnum honorẽ verſatur: quemadmodũ & magnificentia circa magnas erogationes, in boc differens à liberalitate: ꝙ circa paruas exiſtat. & quemadmodũ circa paruas erogatiooes mediocritas eſt liberalitas: ita & circa paruos honores quædã virtus & mediocritas quæ nomine caret. & exceſſus eſt ambitio: & defectus honoris vacuitas. fit enim vt huiuſmodi honores expetantur vt oportet, pluſquã oportet, minuſq; ꝙ̃ oportet. & qui huiuſmodi honoris cupiditate excedit: ambitioſus dicitur. qui deficit: bonoris appetitione vacuus. medius innominatus eſt. nam & habitus ipſi & in medio, & extremis nomine carẽt: niſi in ambitioſo cuius diſpoſitio nominatur ambitio. quo fit vt extremi de medio contendant. hinc nos mediũ quandoq; ambitioſum, quandoq; honoris appetitione vacantem dicimus. & nunc hunc, nunc illum laudamus. ſed cur id accidat: ex ſequentibus eſt deſiderandũ. nunc autem ad cætera pergamus, & de reliquis explicemus. Circa iram: mediocritas eſt mãſuetudo, exceſſus iracũdia, defectus iræ vacuitas: & medius mãſuetus dicitur & extremi iracũdus, & iræ vacuus. ſed fere nomioa deſunt. ſunt & aliȩ tres mediocritates: vt affabilitas, veritas, comitas: quæ inter ſe ſimilitudinem habent, diuerſæ tamen ſunt. ſimilitudinem quidem habent quòd omnes circa verborum & actuum humanorũ communicationem verſantur. differunt autem qoòd vna earum circa verũ exiſtit, aliæ circa delectabile: hæc in ioco, illa vero in cunctis quæ ad vitã pertinent, quæ & apertius ſunt declarandæ: vt io omnibus medium laudabile cognoſcamus. extrema vero neque recta, neq; laudabilia eſſe ſed reprehenſione digniſſima. & licet in pleriſque nomina deſint: licebit tamen vt in cæteris declarationis gratia, & bonæ faciliſque ſequentium apprehenſionis nomina fingere. circa verum igitur mediocritas: nominetur veritas exuperatio, arrogantia. defectio, diſſimulatio. medius verax, extremi vero arrogans & diſſimulator. circa delectabile in ioco mediũ comitas: & vrbanitas dicitur, exuperatio ſcurrilitas. defectus: ruſticitas. medius: comis, & vrbanus. extremi ſcurra, & ruſticus. circa reliquũ iucundum quod eſt in vita: mediocritas, amicitia quædam eſt. exceſſus: placiditas, adulatio. defectus conteotio atque inhumanitas. medius cuius vt oportet iucũda conſuetudo eſt, amicus. extremi qui nullius rei gratia excedit: placidus. emolumẽti gra-
24 tia: adulator. qui deficit iniucundus, contentioſus, atq; difficilis. ❡ Secunda concluſio. Non modo in virtutibus laudãda mediocritas reperitur, & extrema vituperãda: ſed & in ipſis affectibus. Vt verecũdia quæ virtus nõ eſt ſed affectio: laudatur pariter & verecundus. & verecundia mediocritas quædam eſt, & verecundus medius. ſed abundat pauidus: qui in omnibus verecũdatur. & deficit impudens: qui quidẽ nulla in re verecũdatur. Similiter indignatio affectio quædam media eſt inuidia exceſſus, maliuolẽtia defectus: quæ verſantur circa dolorẽ. & voluptatem ex ijs ipſis prouenientem, quæ proximis accidunt. & indignans medius eſt: qui dolet cum qui indigni ſunt, proſperitatibus euehuntur. inuidus excedit de omoibus dolens. maliuolus deficit etiam de bonorum aduerſitatibus gaudens. ſed de ijs & de vtraq; iuſtitia diſtributiua inquam & cõmutatiua quo pacto medietas: de intellectualibus virtutibus poſterior habendus eſt ſermo.

Cap. VIII.

25 CVm autem tres ſint diſpoſitiones & duæ quidem ſint vitia quorum alterum in exuperatione alterum in defectione conſiſtit, vna autem virtus quæ quidem eſt mediocritas: omnes inter ſe etſi non æque ſuſcipiunt oppoſitionem. Extremæ nanque: cum mediæ tum inter ſeſe contrariæ ſunt. media vero extremis. Nam vt æquale maius quidem eſt cum comparatur ad minus, minus autem cum comparatur ad maius: ſic & habitus medij reſpectu quidem defectionum exuperant, reſpectu autẽ exuperationum deficiunt, tam in affectibus quàm etiam in actibus. fortis enim cum ad timidum comparatur audax: cum ad audacem timidus eſſe videtur. pari modo temperans reſpectu quidem inſenſati intemperans: reſpectu autem intemperantis, inſenſatus videtur. Liberalis etiam prodigus videtur ſi ad illiberalem: illiberalis, ſi cum prodigo conferatur. Quapropter & extremorum vterque medium ipſum ab ſe compellit ad alterum. atque fortem, audax quidem timidum:
26 timidus autem audacem appellat. & in cæteris ſimili modo. ❡ Hæc cum hoc pacto inter ſeſe opponantur: maior eſt vtiq; contrarietas extremorum inter ſeſe quàm ad medium. Longius enim hæc inter ſeſe quàm à medio diſtant. & perinde, atque magnum magis à paruo paruũmque à magno quàm ab æquali vtrunque diſtat. Extremis inſuper nonnullis ad medium ſimilitudo quædam eſſe videtur. vt audaciæ ad fortitudinẽ: & prodigalitati ad liberalitatem. at extremorum inter ſeſe maxima eſt diſſimilitudo. atque ea quæ plurimum inter ſe diſtant diffinientes: contraria dicunt. quo fit vt ea quæ ma-
27 gis diſtant, magis contraria ſint. ❡ At vero medio in quibuſdam exuperatio: in quibuſdam defectio magis opponitur. Fortitudini nanque non audacia quæ eſt exuperatio: ſed timiditas quæ eſt defectio magis opponitur. Temperantiæ vero non inſenſibilitas quæ quidem eſt defectio: ſed intemperantia quæ eſt exuperatio magis opponitur. ❡ Id aũtem ob duas accidit cauſas. atque vna quidem eſt ex ipſius rei natura. nam quia propinquius atque ſimilius eſt extremorum alterum medio: ideo non hoc ipſi, ſed contrarium oppoſitum eſſe magis aſſerimus. vt cum audacia quidem ſimilius fortitudini vi-

deatur atque propinquius eſſe, timiditas autem diſſimilius: hanc illi magis oppoſitam
eſſe cenſemus. etenim ea quæ plus à medio diſtant:eidem contraria magis eſſe viden-
tur. hæc igitur vna eſt cauſa:quæ quidem eſt ex ipſius rei natura. Altera autem ex nobis
ſumitur ipſis.ea nanque medio contraria magis eſſe videntur:ad quæ nos ipſi quodam
modo natura ſumus propenſiores.nos enim ipſi quia magis ad voluptates ſumus pro-
cliues:icc irco facilius ad intemperantiam quàm modeſtiam inclinamur.hæc igitur ma-
gis contraria dicimus:ad quæ fit magis accretio.& propterea intemperátia quæ eſt exu-
peratio:magis eſt contraria temperantiæ.

¶Octaui capitis notæ. ¶Diſpoſitio:habitus. ¶Contrarietas eſt extremorum aut extremi & medij repugnãtia. 25
¶Contraria ſunt quæ ſub eodem genere poſita ſunt:maxime á ſeinuicẽ diſtãt. & eidẽ ſubiecto viciſſim aſſunt
á quo mutuo ſe expellunt. & cũ particula maxime, non apponitur: omnibus contrarijs conuenit, tum extremis
& maxime talibus, tum non maxime contrarijs. cum autem illa particula adijcitur:conuenit quidem contrarijs,
ſed ſolum maxime talibus. ¶Æquale: medium rei æquámque ad extrema differentiam ſeruans.

¶Octauum ca. tribus concluſionibus partitum eſt.

¶Octaui capitis cõmẽtarius ad literam. ¶Prima cõcluſio. Et mediũ extremis,& extrema inter ſeſe quodã mo 25
do opponuntur. Sunt enim(vt dictũ eſt)tres diſpoſitiones quarũ duæ vitia ſunt,vnũ in exuperatione, & alterũ
in defectu: & tertia virtus eſt,quæ & mediocritas quædam eſt. ſed media diſpoſitio extremis contrariatur. nam
quemadmodũ æquale cũ comparatur ad minus,maius eſſe videtur: & cum cõparatur ad maius,videtur eſſe mi-
nus. ſic mediæ ipſæ diſpoſitiones medij q; habitus: reſpectu defectionum exuperare videntur. at reſpectu exupe
rationum videntur deficere. & ita in actibus, atq; affectionibus. io habitibus quidẽ. vt fortis ſi ad timidum cõpa-
retur:audax apparet. ſi ad audacẽ: protinus apparet timidus. Itidem ſi temperans ad inſenſibilem cõparetur: in-
temperans. ad intemperãtem vero comparatus:inſenſibilis eſſe videbitur. & ſi liberalis ad illiberalem,auarumq;
comparetur: prodigus apparebit. ſi ad prodigum: illiberalis. & in cæteris ſimili modo. ſed extrema illa vt audax,
timidus, intẽperans, inſenſibilis: manifeſte ioter ſe contrariari dinoſcũtur. igitur & medij illi habitus extremis.
reijcit enim ab ſe extremorũ vnumquodq; ipſum mediũ xd alterũ hinc audax fortẽ nominat timidum,& timi-
dus eundẽ nominat audacem: & ita in reliquis. mediũ igitur extremis,& extrema inter ſeſe quodã modo oppo-
nuntur. nã quodam modo cõtrariantur. Et hæc concluſio cõmunis eſt ad habitus, actus & affectiones. ¶Secũda 26
cõcluſio. Cum hoc pacto medium extremis,& extrema inter ſeſe opponantur:extremorũ tamen inter ſe oppo
ſitio maior eſt. ¶Primo. quia extrema inter ſe magis diſtant q̃ diſtent á medio: quemadmodũ magnũ & paruũ
inter ſe magis diſtant q̃ ab æquali. cum igitur oppoãtur extrema: magis inter ſe q̃ ipſi medio opponũtur. ¶Se
cundo. plerorũq; extremorũ ad mediũ ſimilitudo quædam eſt. vt audaciæ ad fortitudinem,& prodigalitatis ad
liberalitatem. & extremorũ inter ſe maxima diſſimilitudo eſt. magis igitur extrema inter ſe diſtabũt. ſiquidem
diffiniuntur cõtraria per plurimũ diſtare. extrema igitur quæ magis diſtãt: & inter ſe magis ſunt cõtraria. extre
morum igitur inter ſe oppoſitio maior eſt q̃ ipſorũ ad mediũ. ¶Tertia cooclusio. In aliquibus exuperatio & in 27
aliquibus defectio: magis ipſi medio oppoſita eſt. vt intẽperantia quæ exuperatio eſt: magis oppoſita eſt tẽpe-
rantiæ, q̃ inſenſibilitas quæ quidẽ eſt defectio. & timiditas quæ defectio eſt: magis oppoſita fortitudini, q̃ auda
cia quæ exuperatio eſt. Et id ob duas quidẽ cauſas euenit. Prima enim: ex parte rei. altera: ex parte noſtri ſumi-
tur. Ex parte autem rei. nam cum vnũ extremorũ medio propinquius atq; ſimilius ſit: tunc non ipſum ſed ſuum
oppoſitum ipſi medio magis oppoſitum eſt vt quoniã audacia propinquior atq; ſimilior fortitudini: timiditas
vero quæ eſt defectio remotior diſſimiliórq;: proinde timiditas magis fortitudini oppoſita eſt. quæ enim á me-
dio magis diſtant: & eidem bono iure magis contrarix ſunt. Secũda vero cauſa quæ ex parte noſtri eſt: extrema
illa medio magis contraria eſſe videbuntur ad quæ natura procliuiores ſumus. vt nos procliuiores ſumus ad vo
luptates q̃ ad voluptatum abſtioentiam. icc irco intemperantia quæ eſt exuperatio: magis contraria eſt tempe-
rantiæ, q̃ inſenſibilitas. magis enim iure ea extrema medio ſunt contraria: ad quæ magis fit augmentum, á me-
dioq; diſceſſus. in aliquibus igitur exuperatio,& in aliquibus defectio: magis ipſi medio oppoſita eſt.

Cap. IX.

VIrtutem igitur moris mediocritatem eſſe,& quomodo ſit,& vitiorum duo- 26
rum mediocritatem eſſe, vnius per exuperationem, alterius per defectionẽ,
& talem eſſe propterea q conie cturatrix eſt eius medij quod in affectibus eſt
atq; actibus: ſatis iam diximus. Quapropter difficile eſt ſtudioſum eſſe. eſt e-
nim difficile in vnoquoq; medium capere. vt circuli medium inuenire: non cuiuſlibet, ſed
ſcientis eſt tantum. Pari modo iraſci quidem, & dare argentum ſumptúſve facere: cuiuſ-
libet eſt & facile. ſed cui,& quantum,& quando,& quomodo,& gratia cuius oportet: non
cuiuſlibet eſt, neq; facile. quod quidem eſt ipſum rectum: & eſt perrarum,& laudabile,&
perpulchrum. ¶Icc irco eum qui medium ipſum coniectat. primum quidem à magis 27
contrario diſcedere oportet. & perinde, atq; Circe monebat:
Extra vndam & fumum longe compelle carinam.
Extremorum enim altero magis: altero minus delinquitur. Cum igitur conſequi me-
dium ſumme ſit difficile: ſecunda (vt inquiunt) nauigatione minima malorum ſunt
capienda. Idque erit hoc maxime modo quem diximus. ¶Conſiderare autem opor-
tet & ad quæ nos ſumus propenſiores. nam alij ad alia natura ſumus procliues. quod
quidem ex voluptate, doloréve inde proueniente percipietur. atq; noſipſos ad contra-
rium oportet retrahere. Longe nanque à delinquendo ſecedentes: ad ipſum tandem me-

dium accedemus.vt ſolent ij facere:qui lignorũ ea quæ ſunt obliqua ad rectitudinẽ redigunt.❡In vniuerſis autẽ cauendum eſt maxime à voluptatė.non enim incorrupti iudicamus de ipſa.Vt ergo Troianorum ſenes erga Helenam ſeſe habuerunt:ſic & nos ad voluptatem ipſam eſſe affectos,in omnibúſque illorum dicere vocem oportet.hoc enim pacto remouentes à nobis ipſam:minus peccabimus.hæc igitur facientes(vt in ſumma dicam)maxime mediũ attingere,conſequíve poterimus.❡Id autem ipſum difficile eſt fortaſſe:& in ſingularibus maxime.Nõ enim facile determinari poteſt,quo modo,& quibus,& pro quibus:& quãto in tẽpore iraſcendũ eſt.etenim nos interdũ eos qui deficiunt laudamus:& mites dicimus eſſe.interdũ ipſos infenſos appellamus viriles. Verum qui parum à recto exorbitat non carpitur:ſiue ad defectionẽ,ſiue ad exuperationẽ ſe flectat. qui vero multũ:vituperatur.non enim latet egreſſus.Facile autem non eſt excipere ratione:quouſq; & ad quantum à recto quiſpiam egreſſus,carpendus eſt. neq; enim aliud quicquam ſenſibilium determinari facile poteſt.talia vero in ſingularibus ſunt:& iudicium eſt in ſenſu.Verum illud eſt manifeſtũ:medium habitum in vniuerſis laudabilem eſſe.Oportet autem nunc ad exuperationem nunc ad defectionem declinare.hoc enim pacto facillime medium ipſum & rectum attingemus,ac aſſequemur.

29 ❡Noni capitis notæ. ❡Præcepta Circes ad Vlyſſem ex Odyſſea Homeri cognoſcuntur.in exẽplari Græco pro Circe,Calypſo ponitur. Et decreta ſeniorum Troianorum pro reſtituenda Helena cognoſcuntur ex Iliade Homeri ❡Singularia,circunſtantiæ prudentiæ.Quòd hic nos admonet Ariſtoteles eſſe cautos in altero vitiorum fugiendo ne recidamus in alterum:id ſummopere Stoici curant.quod & hoc carmine notauit Horatius,

In vitium ducit culpæ fuga:ſi caret arte. — Horatius in arte poetica.

Et illo quod eſt ſatyra ſecunda primi ſermonum,

Dum vitant ſtulti vitia:in contraria currunt.
Non ego auarum — Idem Saty. 1. lib. 1. ſer.
Cum veto te fieri:vappam iubeo ac nebulonem.
Eſt inter Tanaim quiddam,ſocerúmq; Viſelli.
Eſt modus in rebus:ſunt certi deniq; fines,
Quos vltra citráq;,nequit conſiſtere rectum.

Notauit item(quod & Ariſtoteles frequenter)nos cautiores attendere : ne nos ſpecie virtutum,vitia deludant. vt dũ conamur veram virtutem ſequi:in vicina virtuti vitia incidamus.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis,& vmbra:
Cum ſit triſte habitu,vultúq; & veſte ſeuerum.
Nec dubie tanquam frugi laudatur auarus:
Tanquam parcus homo,& rerum tutela ſuarum.

❡Nonum cap.vna concluſione & tribus documentis partitum eſt.

BIBLIO ROMA VITTORIO

30 ❡Noni capitis commentarius ad literam. ❡Cõcluſio. Difficile eſt ſtudioſum eſſe. ❡Primo.nam iam ſatis dictũ eſt virtutem moralem mediocritatem eſſe duorum vitiorum:huius per exuperationẽ, alterius per defectum, & idcirco virtutẽ coniectatricẽ eſſe medij . & in affectibus & in actibus & in vnoquoq; mediũ capere difficile eſt: vt circuli medium capere non eſt cuiuſlibet,ſed ſcientis tantũ. ſimili quoq; pacto iraſci,pecuniam dare, & ſumptum facere cuiuſlibet eſt,& facile: ſed cui,quãtum,quando,quo modo,& gratia cuius, non amplius cuiuſlibet
29 neq; facile eſt.quod enim rectum eſt:& rarum,& laudabile,& præclarum eſt. ❡Tria documẽta. Primum documẽtum. Volenti ipſum aſſequi medium,ſummopere nitendum eſt:magis fugere vitium quod ipſi medio magis eſt oppoſitum.ſed caute tamen,ne rurſus in alterum proruamus vitiũ: quemadmodum & Circe hoc pacto monebat Vlyſſem: Extra vndam & fumum lõge compelle carinam. Et eſi non ſit ſemper poſſibile mediũ attingere ob ſui difficultatem:tum minima malorũ (quemadmodum in proſpera nauigatione aiunt) ſuſcipienda erũt, minimiq; à medio diſceſſus.& cum contrariorũ alterum altero magis peccet id maxime fiet:ſi magis id deuitabimus(vt iam dictũ eſt)quod deterius eſt,& ipſi medio magis oppoſitum. ❡Secundum documentum. Conſiderare oportet vitia ad quæ natura ſumus propẽſiores,& nos ad oppoſita retrahere:& tandem longe ab ijs in quibus delinquere ſolebamus euadentes,in medium recidemus.more eorum qui curua ligna ad rectitudinem dirigunt.neq; omnes ad eadem vitia natura ſunt propenſi,ſed alij ad alia. quod ex voluptate & dolore percipitur. nam pleriſque in quibus voluptas ipſa eſt:in ijs alijs adeſt dolor. ❡Tertium documentum. In vniuerſis agendis ſummopere cauendum eſt à voluptate.nam nos ea nondum tentati:iudicium de illa nõ ferimus , nos ſcilicet illam perturbaturos.& nos ad voluptatem ipſam ſic affectos eſſe oportet: vt Troianorũ ſeniores ſeſe habuerunt ad Helenam,& in omnibus illorum imitari vocẽ. ſic enim à nobiſipſis voluptatem repellentes,minus peccabimus.& hæc præcepta(vt paucis abſoluatur)obſeruantes:medium ipſum vel maxime aſſequi valebimus. ❡Secũdo.ob idipſum difficile eſt ſtudioſum eſſe: quòd maxime difficile eſt mediũ in ſingularibus obſeruare. nõ enim determinare facile eſt:quo modo,& quibus,& pro quibus,& quanto tempore iraſcendum ſit. nam nos interdum eos qui deficiunt laudamus,mitéſq; dicimus. interdum vero infenſos, excandeſcentéſque : nominamus viriles. ſed id animaduerſione dignum eſt:eum qui parum à recto deuiat,ſiue ad exuperationem, ſiue defectionẽ, non vituperari. qui vero plurimum labitur: vituperari. nam tunc latere non poteſt egreſſus deuiatióq; à recto . attamen non eſt facile ſermone explicare,quouſq; & ad quantum à recto egreſſus: quiſquam vituperandus eſt.nec quicquam aliud ſenſibilium prompte determinari poteſt nam talia in ſingularibus ſita ſunt, & eorum iudicium in ſenſu eſt.nihil igitur mirũ videatur:ſi difficile ſit fieri ſtudioſum.ſed id in ſingulis pro certo, exploratóq; haberi debet:medium habitum laudabilem eſſe,& nunc ad exuperationem,nunc ad defectionem declinare oportere:quo facilius medium ipſum,ipſumq; rectum adipiſcamur.

❡Secundi Ethicorum Ariſtotelis Finis.

❡Tertius Ethicorum Ariſtotelis interprete Argytopylo. Cap. I.

CVm autem virtus circa affectus, actúſque verſetur:& in ijs quidem 1
quæ ſua ſponte quis agit,laudes & vituperationes,in ijs autem quæ
inuitus facit,venia nonnunquam & miſericordia locum habeat:eos
forſitan qui de virtute conſiderant,& de eo quod ſua ſponte quis fa
cit atq; inuitus,determinare neceſſe eſt.vtilis eſt etiam legumlatori
bus hæc ſane conſideratio:ad præmia pœnáſque inſtituendas.❡Vi- 2
detur itaque ea inuitus facere quiſpiam:quæ violentia vel per igno-
rationem facit. Id autem eſt violentum: cuius principium eſt foris,in quod nihil is qui
agit, aut patitur confert,vt ſi ventus aliquò tulerit aut homines poteſtatem habentes.
❡At ea quæ ob maiorum metum malorum,aut ob aliquod bonum aguntur , vt ſi ty- 3
rannus quempiam aliquid agere turpe iuberet,habens in poteſtate & parentes & libe-
ros,hac lege vt ſi illud agat,illi ſint incolumes,ſi non agat,diſpereant:controuerſiam ha-
bere videntur vtrum hæc inuiti an ſponte faciant homines.❡Tale etiam quid accidit 4
& circa iactus eos:qui in tempeſtatibus fiunt.Simpliciter enim nemo ſuas fortunas eij-
cit ſponte . ſed omnes propter ſuam cæterorúmque ſalutem eijciunt : modo ſint men-
tis ſanæ. tales igitur actus mixti quidem ſunt.Iis autem magis ſunt ſimiles quos ſpon-
te homines agunt.Expetuntur enim tum cum aguntur:atque finis actionis in temporis
conditione conſiſtit. & ſponte igitur & inuitum vnumquenq; dicendum eſt agere cum
agit . agit autem ſua ſponte . ❡Eſt enim in ipſo principium mouendi partes eas quæ
ſunt in huiuſcemodi actibus inſtrumenta . at quorum principium eſt in ipſo : ea agere
vel non agere in ipſo eſt ſitum.talia igitur ſua ſponte quiſq; agit.At ſimpliciter fortaſ-
ſis inuitus.nemo nanq; talium quicquam per ſe expeteret vnquam.❡In actibus autem 5
huiuſcemodi nonnunquam homines & laudantur : cum pro magnis & honeſtis rebus
aliquid turpe ferunt aut moleſtum . ſi vero contrà faciunt vituperantur . eſt enim im-
probi pro nulla re honeſta vel mediocri:res turpiſſimas ferre.In quibuſdam autem laus
quidem non fit:ſed venia locum habet,cum ea quæ non agere oportet quiſpiam egerit
ob huiuſcemodi res , quæ naturam humanam ſuperant , nemóque perferret . Sunt au-
tem quædam: ad quæ forſitan non licet quenquam eſſe compulſum , ſed potius opor-
tet ſumma perpeſſum tormenta mortem obire . Ridicula nanque videntur ea quæ ad
Alcmæon Euripides necem matris Alcmæonem Euripidis compulerunt. Eſt autem interdum difficile qua-
le pro quali ſit expetendum: & quid pro quo ſuſtinendum diſcernete. difficilius etiam
eſt:poſteaquam cognoueris in ſententia permanere.Fit enim plerunque,vt ea quidem
quæ expetantur moleſta : ea vero ad quæ cogimur turpia ſint , vnde laudantur atque
vituperantur ij qui fuerunt aut non fuerunt compulſi.❡Quænam igitur dicenda ſunt
violenta?An ea quidem ſimpliciter inuitus quiſpiam agit quorum externa eſt cauſa &
ipſe agens nihil omnino confert ? quæ vero per ſe quidem inuitus facit , ſed nunc &
pro his expetuntur , principium'que eſt in ipſo agente : ea per ſe quidem inuitus fa-
cit,nunc autem & pro his ſponte agit?magis autem iis ſimilia ſunt quæ ſua ſponte quis
agit. actus enim ſunt circa ipſa ſingula:quæ quidem ſponte facit. Qualia vero pro qua-
libus expetenda ſunt: non facile aſſignare poſſumus. quippe cum in ipſis ſingulis com-
plures ſint differentiæ. ❡Quòd ſi quiſpiam ideo iucunda & bona,violenta dixerit eſſe 6
quia & extra ſunt & compellunt:omnia erunt eius ſententia violenta: horum enim gra-
tia omnes omnia agunt.Atque qui violentia, inuitíque agunt,ij cum dolore. qui ob iu-
cundum : ij cum voluptate agunt . Eſt autem ridiculum externa quempiam accuſare:
ſed non ſeipſum , qui quidem ab huiuſmodi rebus facile capitur , & honeſtorum qui-
dem ſe, turpium autem ea quæ afferunt voluptatem cenſere cauſam eſſe.id igitur vio-
lentum eſſe videtur, cuius principium eſt foris: nihil prorſus eo conferente cui vis eſt
allata.❡Omne autem quod ob ignorationem eſt actum:non ſponte quidem eſt actum. 7
Ab inuito tamen id effectum eſt omne pro quo dolet qui egit : ipſum'que pœnitentia
ſubit.qui nanque ob ignorationem aliquid agit & non fert moleſte ſe illud egiſſe:ſpon-

te quidem ſua non egit quod neſciebat. Non tamen erit inuitus: quippe cum non dole-
at ob idipſum. Qui igitur ob ignorationem quippiam egit: ſi ipſum pœniteat, inuitus ſe
egiſſe videtur. ſi non pœniteat cum is alius ſit: non ſponte dicatur egiſſe. cum enim diffe-
8 rat: melius eſt vt proprium habeat nomen. ¶ At enim hæc etiam ipſa: ob ignorationem
inquam agere, & ignorantē agere, diuerſa eſſe videntur. Nam ebrius aut iratus non vi-
detur ob ignoratione agere: ſed ob aliquid eorū quæ dicta ſunt nō ſciens, ſed ignorans.
omnis igitur prauus ignorat quæ agere oportet, & à quibus eſt abſtinendum. Et ob hu-
9 iuſcemodi errorē: iniuſti homines, maliq; omnino fiunt. ¶ Inuitus autē dicitur quiſpiam
agere: non ſi ignorat id quod conducit. nō enim ea ignoratio quæ facta eſt electione, cau
ſa eſt vt aliquid inuitus quiſpiā faciat: ſed prauitatis. nec etiam ea quæ eſt vniuerſalis. ho
mines enim propter hanc ipſam reprehenduntur. Sed ea quæ eſt ſingulorū in quibus &
circa quæ eſt ipſa actio. in his enim & cōmiſeratio locū habet & venia. qui nanq; aliquid
10 eorum ignorat: inuitus agit. ¶ Forſitan igitur non ab re fuerit: ſi quæ & quot ſunt ipſa
determinabimus. Quis itaq;, quid, & circa quid, vel in quo agit, nonnunquā & quo vt in-
11 ſtrumento. & cuius gratia, vt ſalutis. & quo modo: vt ſenſim vel vehementer. ¶ Vniuer-
ſa igitur hæc, nemo ignorauerit: modo non ſit inſanus. Patet autem neq; enim ipſum a-
gentem. quo nanq; pacto ſe ignorabit? Ignorauerit autem quiſpiam id quod agit. vt in-
quiunt dicentes excidiſſe ſibi, aut neſciſſe arcana eſſe: quemadmodū Aeſchylus ipſa ar- Æſchylus
cana cæteris, aut oſtendere volentes immiſiſſe: vt qui telum immiſit. Putauerit autem
quiſpiam & filium hoſtē eſſe. vt Merope putauit. & haſtam cuſpidem habentem ea care- Merope
re. & lapidem, pumicem eſſe. Et interfecerit quiſpiam ſalutis percuſſum cauſa & mōſtra-
re volens (vt faciunt qui manibus extremis luctantur) percuſſerit. Cum igitur circa hæc
omnia in quibus eſt ipſe actus ſit ignoratio: qui horum aliquid ignorauit, is inuitus e-
giſſe videtur. & maxime in præcipuis. hæc autem ea videntur eſſe in quibus eſt ipſe a-
ctus: & id cuius gratia. Eius igitur quod ab inuito ob ignorationem talem dicitur eſſe fa
12 ctum: oportet actionē, dolorem inſuper, pœnitentiámque afferre. ¶ Cum autem id inui
tus quiſpiam agat, quod vi & ob ignorationem agitur: id ſua profecto ſponte quiſpiam
videbitur agere, cuius principium eſt in ipſo agēte ſciente ſingula in quibus eſt ipſe a-
13 ctus. ¶ Forſitan enim nō recte dicitur, ea fieri ab inuitis: quæ per iram aut cupiditatem
aguntur. ¶ Primo nanque nulla belua ſponte aget: neque pueri. ¶ Deinde. vtrum nihil
eorum ſponte agamus quæ cupiditate vel ira agimus: an honeſta quidem ſponte, turpia
vero inuiti? An ridiculum eſt: cum vna ſit cauſa? ¶ Abſurdum eſt etiam forſitan ea ab
inuitis agi cenſere: quæ oportet appetere. oportet autem & iraſci pro quibuſdam, & cu
pere nonnullas res: vt ſanitatem atq; diſciplinam. ¶ Videntur etiam ea quidem quæ ab
inuitis fiunt, dolorem: ea vero quæ cupiditate aguntur, voluptatem afferre. ¶ Præterea
quid intereſt inter ea quæ per rationem & quæ per iram peccantur, hoc ipſo quòd ab
inuitis agantur? etenim fugienda quidem ſunt ambo. affectus autem rationis expertes:
non minus humani eſſe videntur. & actus ipſius hominis ab ira cupiditateq; fiunt. Ab-
ſurdum eſt igitur hæc ab inuitis agi cenſere.

a ¶ Primi capitis notæ. ¶ Nihil cōfert, nihil coadiuuat. ¶ Volūtarium, cuius principiū in ipſo operāte eſt: opera-
tionis cognoſcēte ſingula. Inuoluntariū: quod per vim, aut ignorantiā factum imputabile non eſt. Inuite factū,
5 per igoorātiam factū: quod cognitum pœnitudinem inducit. ¶ Turpe, probrum, cōtumelioſum, ignominioſum
aut ſimile. Probrū ferre pro patria in filio non recuſauit Manlius: qui filium literis & forma inter ſuos æquales Manlius
præſtātem ꝙ malo conſilio, Catilinæ familiaritati adhæſerat: in medio itinere aſſecutus, abſtractū vltimæ pœ- Catilina
næ ſupplicio affici voluit dicēs, ſe non Catilinæ aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam filiū genuiſſe.
¶ Per ſe inuoluntaria ſunt, quæ nulla vrgente oeceſſitate, nullus vnquam probæ mētis admitteret: niſi aut igno
6 rans, aut vi ſuperante coactus. ¶ Omnes agunt horū gratia quæ extra ſunt, quod agant horum gratia quæ non-
dum cōſecuta ſunt. Inuitus agit, inuoluntarius agit. Et cū Ariſtoteles diffinit inuitum agere, non appooit parti-
culam per violentiam: ꝙ prius poſita eſt, ſed ſecundam particulam quæ certam requirebat intelligētiam. itaq;
9 diffinitio hic: diffinitionem inuoluntarij prius poſitam emendat. ¶ Quòd homines ignorantes quæ agenda &
fugienda ſint ob huiuſmodi errorem omnino mali ſint: hoc ideo eſt, ꝙ cum non decernāt à quibus ſit abhorren
dum, ea non deuitant, ſed ea ſine diſcrimine faciunt. ¶ Ignorantia vniuerſalis: eſt ignorātia earum rerum, quas
homo ſcire tenetur. Ignorātia alicuius particularium circunſtātiarum: miſeratione, veniáq; tunc digna eſt, cum
11 quis agit per ignorantiam talis circunſtātiæ, quamminime ſcire tenetur. ¶ Acinacis, harpe, machęra, dolones,
haſta, conti, pila, geſa, ſpata, tragula, falarica, miſſilia, catapulta: telorum bellicorum ſunt nomina. & catapulta

Plaotus etiam inſtrumētum eſt:quo tela tricubitalia emitti ſoleot. Plautus, Te neruo torquebo vt catapultæ ſolent. Sed
Vegetius qui telorum genera & deſcriptiones deſiderant:legant Vegetium de re militari. illic enim inuenient cruenti ar
mamentaria Martis. ¶Pumex:lapis leuis, ſpoogioſus, eroſus, poliendis libris, & leuigādis lignis aptiſſimus. Æo
liæ inſulæ mittunt. vim illi refrigerandi maximam putauit ineſſe Theophraſtus: ꝙ feruere muſta deſinant, pu
mice adiecto. ¶Bruta voluntarie agere dicūtur:ſed non proprie vt homines. verum ſuo modo, & ſuo modo ſin
gula cognoſcunt. Senſitiuus enim illis appetitus: in hominibus eſt voluntas. ¶Euripides Athenienſis, tragœdia
rum ſcriptor haud ignobilis, dramata multa reliquit. inter quæ ſcripſit Alcmæonem Amphiarei filium matrem
Eriphyleo in vltionem necis paternæ interemiſſe. ¶Æſchylus ſcriptor tragicus reprehenſus aliquando fuit &
ductus ad Areopagum: ꝙ myſtica quædam de ſacris choreis publicauerit quæ noo licebat vulgo eſſe cognita.
ille autem ſe id per ignorātiam feciſſe aſſerebat. de eo Quintilianus & Aulus Gellius. ¶Quod adducit de Me
rope: ſimile noſtri memorantur de Pentheo, qui à matre & matertera vt hoſtis decerptus eſt. de quo Ouidius,

Ouidius libro tertio meta. Pentheus

Prima ſuum miſſo violauit Peothea Thyrſo
Mater: & ô geminæ clamauit adeſte ſorores.
Ille aper in noſtris regnat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis io vnum
Turba furens, cunctæ coeunt, trepidúmq; ſequuntur.
Trunca ſed oſtendens deiectis vulnera membris

Agaue

Aſpice mater ait. viſis vlulauit Agaue:
Colláque iactauit, crinémq; per aera mouit,
Auulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: Io comites, opus hoc victoria noſtra eſt.

¶Primum cap. octo cooclusionibus, duabus diffinitionibus, vna quæſtione, vna diuiſione, & vno corollario partitum eſt.

¶Primi capitis commentarius ad literam ¶Prima concluſio. Expedit de virtute tractantibus: de voluntario & 1
inuoluntario diſcutere. ¶Primo. quia virtus circa affectus, actúſq; verſatur: atq; in his dum operamur voluota
rie: laudamur, aut vituperamur. dum autem inuoluotarie: plerunq; venia, miſericordiáq; locū habent. igitur par
eſt virtutis conſiderationem ſuſcipientibus: de voluntario & iouoluntario determinare. ¶Secundo. quia volun
tarij & inuolōtarij cōſideratio legiſlatoribus vtilis eſt: vt rite præmia, aut pœnas ioſtituāt. conſiderāti igitur de
virtute, cōſentanea eſt hæc determinatio. ¶Diffinitio. Inuolūtaria ſuot quæ per violētiam aut per ignorātiam 2
ſunt facta. Violentū, eſt cuius principium eſt extra: cui is qui violentia aut agit, aut patitur nihil prorſus cōfert
ac conducit. vt ſi veotus aliquem ſuſtulerit: id violentū eſt. ſimiliter ſi homines poteotiores hoſtem pertrahant,
rapténtq; totis viribus, totóq; niſu reluctantem: id violentū eſt. ¶Quæſtio. An ea quæ ob metum maioris mali 3
fiunt, aut propter bonum aliquod: voluntaria ſint, an inuoluntaria? verbi cauſa tyrannus habens alicuius paren
tes & liberos io ſua poteſtate, iubet illum turpe aliquid cōmittere hac cōditione, vt ſi id non admittat facinus,
enecantur parētes, & liberi: ſi admittat, ſaluantur. quam rem is metu mortis parentum & liberorum, & gratia ſa
lutis eorum committat: an id factum voluntarium ſit, an inuoluntarium? ¶Secunda concluſio. Ea quæ ob huiuſ 4
modi mali metum, aut bonum aliquod fiūt: oeq; omnino voluntaria, neq; inuoluntaria ſunt, ſed mixta & magis
quidem voluntarijs ſimilia. ¶Primo. Similia ſunt hæc ijs qui fluctibus iactati opes ſuas deuoluunt. at nullus qui
mente ſit incolumi, ſanóq; animo ſuas opes omnino voluntarie deijcit: ſed omnes ob ſuam, ſuorúmq; ſalutē fa
ciunt. talia igitur non omnino voluntaria ſunt. & cum non per violentiam (nam in ipſis illarum operationū prin
cipium eſt) neq; per ignorātiam fiant: ea non ſunt omnino iouoluntaria. ſunt igitur mixta. Sed ꝙ voluotarijs ſi
miliora ſint: patet. ¶Primo. quia talia eliguotur tunc fieri cum fiunt. fiunt igitur tunc voluntarie. & finis opera
tionis, ex cōditione temporis metitur: & vnumquodq; dicendū eſt voluntarium aut inuoluntarium ſi tunc cum
agitur tale eſt. talia igitur voluntarijs euadunt ſimiliora. ¶Secundo. io huiuſmodi operātibus eſt tunc principiū
mouendi ſuas partes: quæ ſunt talium operationum inſtrumēta at quibus talium agendi principium hoc pacto
ineſt: in ſua poteſtate agere vel noo agere ſitum eſt ſunt igitur talia magis voluntaria. ſed nihil prohiberet talia
per ſe, nullaq; tali interueniente occaſione nūquam fieri niſi inuoluotaria. nullus enim quicquam talium per ſe,
nulláq; intercedente grandi oeceſſitate: eligeret vnquā ¶Diuiſio. veruntamen talium actuū ſunt aliqui io qui 5
bus laudantur homines: quando pro magnis, & honeſtis rebus probra, moleſtáq; ferunt. nam probroſiſſima pro
nullo honeſto etiam mediocri perferre poſſe: improbi eſt. qui autem ſecus faciuot vitio dantur. ſuot tamen alia
in quibus laus oulla cadit, ſed venia locum habet: cū ea perpetrāt quæ etiam noo oportet, quaodo ea ob eas res
perpetrant: quæ naturam ſuperant humanā & quas nemo perferret. ſunt & quædam ad quæ nemo cogi debet:
ſed potius extrema omoia ſuſtinere, mortémq; ipſam perferre. nam quæ apud Euripidē compulerūt Alcmæo
nem ad necem matris: ridicula eſſe videntur. non tamen facile interdum iudicare eſt: quale pro quali, & quid ex
quo ſuſtinendū ſit. atq; vbi cognoueris: difficilius eſt in propoſito, ſententiáq; manere. nam plerunq; quæ expe
ctantur: triſtia, moleſtáq; ſunt & ea ad quæ compelluntur turpia. vnde laudes, vituperationéſq; peodunt: tum &
ijs qui compelluntur, tum ijs qui talia agūt non compulſi. ¶Tertio. violēta ſunt quādo cauſa externa eſt: & qui
ea agit omnino nihil confert. at eorum quæ per ſe inuoluotaria ſont, ſed nuoc & pro his ſuſcipienda, cauſa ex
terna noo eſt: ſed in ipſo agente, qui circa ſingula agit. igitur talia per ſe inuoluntaria omnia: nūc autem volun
taria, & magis ipſis ſimpliciter voluntarijs ſimilia quæ noo violenta agit, verſatus circa ſingula. actus enim ſpon
te, voluntarieque agentium: circa ſingularia exiſtunt quanuis qualia & pro qualibus ſuſcipienda ſint: aſſignare
promptum, faciléq; non ſit, cum in ipſis ſingulis complura ſint diſcrimina, variæque differentiæ. ¶Tertia con 6
cluſio. Iucunda & honeſta inuolontaria non ſunt. ¶Primo. oam hæc violēta noo ſunt: oeq; ſuccurrit vt dicatur
extra eſſe quæ compellunt. nam ita dicētium: ſententiam cōſequitur, omnia eſſe violenta. agūt enim omnes ho
rum gratia quæ extra ſunt. ¶Secundo. quæ violentia homines agunt: ea cū dolore agunt. qui autem iucūdum,
aut honeſtum: cū voluptate agunt. igitur talia non ſuot violenta ¶Tertio. ridiculō eſt accuſare externa, & non
ſeipſum potius: qui facile ab huiuſmodi externis capiatur. ridiculum item eſt ſeipſum honeſtorū cauſam dicere:
turpium autem voluptatem. talia igitur violenta non ſunt. ¶Quarto. violentum eſt cuius principium extra eſt:
nihil prorſus eo conferente cui vis allata eſt. oon igitur qui iucuoda aut honeſta agunt: violentia agunt, & cum
minus eadem per ignorantiam facta videantur. igitur iucunda & honeſta, inuoluntaria noo ſunt. ¶Quarta con 7
cluſio. Non omne per ignorantiam factum: volūtarium eſt. nam eſt aliquid per ignorantiam factum: quod poſt
ea cognitum, nobis pœnitudinem, mœſtitiámq; inducit & id non voluntarium eſt: verum potius iouolōtarium.
non tameo omne quod quis per ignorātiam agit cognitum pœnitudinem inducit, aut poſtea ſe feciſſe dolet: &

id quidem non inuoluntariū,cum ob idipſum poſteaquam cognitum eſt non doleat. neq; quidem voluntarium:
nullus enim quæ neſcit voluntarie agit,ſed dici poterit non ſponte actum. nos itaq; hunc in modum poterimus
diffinire inuite agere,& nō ſponte agere. Inuitus agit qui aut vi aut ignorantia quicquam agit: quod poſtea co-
gnitum pœnitudinem,triſtitiámq; inducit. non ſponte autē agit: qui ignorantia quicquam agit quod poſtea co-
gnitum pœnitudinem,triſtitiámq; non inducit. & cum idem non ſit inuite agere & non ſponte agere: ſatius eſt
8 illis hoc pacto peculiaria nomina indidiſſe. ℂQuinta cōcluſio. Non penitus idem eſt quicquā per ignorantiam
facere,& ignorantē facere. Nam ebrius aut iratus non videtur per ignorantiam facere,ſed potius ob temulen-
tiam,aut iram. attamen ebrius & iratus non ſciens ſed ignorans agit. non igitur penitus idem eſt quicquam per
ignorantiam & ignorantē facere. verum enimuero omnis prauus,flagitioſuſq; ignorat quæ agere oportet: & à
9 quibus abhorrendum abſtinendúmq; eſt. & ob huiuſmodi errorē iniuſti homines,maliq; omnino fiunt. ℂSexta
concluſio. Non omnis ignorantia inuoluntariū facit. Non enim icc irco dicitur quis inuitus,inuoluntarieq; age-
re: quia ignoret quod cōducit, vtiléq; eſt. nam ignorantia quæ ex electione prouenit: non inuoluntarij ſed praui
tatis cauſa eſt. ſimiliter & ignorantia vniuerſalis: quandoquidem ob eam ignorātiam homines reprehenduntur.
non igitur omnis ignorantia inuoluntariū facit. ſed ignorantia alicuius particularū eorum circa quæ noſtra ver-
ſatur actio,interdum inuoluntariū cauſat,& interdum in talibus commiſeratio & venia locum habent: cū quis
10 aliquid eorum ignorat,inuitúſq; agit. ℂCorollarium. Quapropter non ab re fuerit has particulas, háſq; parti-
culares circunſtantias enumerare. ſunt enim hæ. quis,quid,circa quid,in quo,quo vt inſtrumēto,gratia cuius vt
11 ſalutis gratia,quo modo vt ſenſim vel vehementer. ℂSeptima cōcluſio. Harū circunſtantiarū aliquas ignorare
contingit: omnes autē impoſſibile eſt. Nam nullus ſeipſum qui agit ignorat. ſed ignorare quoquo modo poteſt,
quid agit. quemadmodū aiunt aliquid excidiſſe ſibi: vel neſciſſe arcana fuiſſe. quemadmodū Æſchylus cum ar-
cana cæteris retexit,aut cū quis catapultam oſtendere vult: eā dimittit. poteſt & ignorare circa quid & in quo.
vt quis putare filium eſſe hoſtem: vt Merope putauit. poteſt & quis ignorare quo inſtrumento: vt putare haſtā
cuſpide carentem,aut lapidem eſſe pumicem. quo cū caſtigationis cauſa aliquē percuſſerit,enecabit. aut percu
tiet aliquis alterū,illum in iucta medijs brachijs amplecti volens. & hoc pacto de reliquis. cōtingit itaq; harum
circunſtantiarū aliquas ignorare,etſi non omnes. & qui agens earū aliquam ignorat: præſertim earum aliquam
præcipuam,quæ poſtea cognita dolorē,pœnitudinémq; afferat: inuitus agere dicetur. principaliſſima autē om-
12 nium noſtrarū actionum circunſtantia: eſt gratia cuius,& eſt circunſtantia finis. ℂDiffinitio. Cū inuoluntarium
diffiniuerimus quod vi aut ignorantia eſt factū: merito diffinire poſſumus voluntariū,cuius principium in agen
13 te eſt operationis ſingula cognoſcēte. ℂOctaua concluſio. Quæ ob iram aut concupiſcentiā fiunt: non ſatis re-
cte fieri inuoluntarie dicuntur. ℂPrimo. quia neq; belua,neq; pueri: quicquā ſponte facerent, vtpote qui ex ira
aut cōcupiſcentia operentur omnia. ℂSecundo. id quærendum eſt an ex ira aut cōcupiſcentia noſipſi nihil aga
mus: vel an ſolū honeſta voluntarie,& turpia inuolūtarie admittamus. quæ ſi abſurda videbuntur cum & hone-
ſtorū & turpium eadem eſt cauſa: non ſatis recte inuoluntaria eſſe aſſerentur quæ ob iram aut cōcupiſcentiam
cōmittūtur. ℂTertio. nō minus abſurdū eſt nos ea exiſtimare inuitos agere,quæ debemus bono iure appetere:
debemus autē pro quibuſdā iraſci & cupere nōnulla vt ſanitatē,vt diſciplinam. non igitur talia ſunt inuolunta-
ria. ℂQuarto. quæ inuoluntaria ſunt dolorē afferunt. quæ autē ob cupiditatem aguntur,voluptate afficiunt,nō
ſunt igitur inuoluntaria. ℂQuinto. quæ ratio potior eſt vt ea quibus per rationē delinquimus volūtaria dicātur:
quibus vero per iram inuoluntaria? fugienda enim vtraq; ſunt. at quæ per rationē delinquimus: voluntaria ſunt.
igitur & quæ per irā,& alios affectus. nō enim actus rationis expertes minus hominis eſſe videntur. & hominis
actus ab ira: & cupiditate proficiſcūtur. abſurdū eſt igitur talia quæ per irā & cōcupiſcētiā fiūt: eſſe inuolūtaria.

Cap. II.

14 DEterminatis autem his: eo inquam quod ſponte,& eo quod inuitus quiſpiā
agit: conſequens eſt vt de electione dicamus. Ipſa nanque virtuti eſſe fami-
liariſſima,& magis quàm ipſi actus diiudicare mores videtur. electio itaque
15 ſponte quidem noſtra videtur fieri. ℂNon tamen eſt idem quod illud quod
ſponte fit. Sed quod fit ſponte ad plura ſeſe extendit: eſt enim cum pueris
& animalibus cæteris nobis commune. electio vero non eſt cōmunis. ℂEt ea quæ à no-
16 bis repente fiunt,ſponte quidē noſtra fieri dicimus: electione vero non dicimus. ℂQui
vero dicunt ipſam eſſe cupiditatem,vel iram,vel voluntatem,vel opinionem quandam:
non recte dicere videntur. etenim electio non eſt commune homini cum rationis ex-
pertibus. at cupiditas eſt,& ira. ℂEt incontinens cupiens quidem: non tamen eligens
agit. continens autem contrà: eligens quidem,at nō cupiens agit. ℂEt cupiditas quidem
aduerſatur electioni: cupiditati vero cupiditas non repugnat. ℂCupiditas præterea iu-
cundi eſt & moleſti. electio vero neque moleſti neque iucundi. ℂIra etiam minus eſſe
videtur. quippe cum ea quæ fiunt ira: minime per electionem fieri videantur. ℂAt vero
neque voluntas eſt: tametſi finitima hæc eſſe videntur. electio nanq; non eſt eorum quæ
fieri nequeunt. quòd ſi quis eligere dixerit ea: amens eſſe videbitur. voluntas autem eſt:
vt immortalitatis. ℂEt voluntas quidem eſt & circa ea quæ per ipſum qui vult,nequa-
quam agerentur. Volumus enim hiſtrionem aliquem vincere certamen. at eligit talia
nemo,ſed ea quæ per ſeipſum exiſtimat fore poſſe. ℂPræterea voluntas quidem magis
eſt finis ipſius: electio autem eorum quæ ferūt ad finem. Vt ſani quidem eſſe volumus:
eligimus autem ea quibus erimus ſani. & felices quidem eſſe volumus,atq; ita dicimus:
eligimus autem non conuenit dicere. Atq; omnino circa ea verſari videtur electio: quæ

in noſtra ſunt poteſtate. ¶Opinio quoque non eſt. Opinatio nanque circa vniuerſa videtur eſſe. nec minus circa æterna & ea quæ fieri nequeunt: quàm circa ea quæ noſtra in poteſtate ſunt collocata. ¶Et falſo, veróque diuiditur: non malo, bonóque. electio autem hiſce magis. ¶Electionem igitur idem eſſe & opinationem omnino, nemo forſitan dicit. at nec etiam eſt idem quod opinatio quædam. eligendo nanq; bona vel mala quales quidem ſumus: opinando autem non ſumus. ¶Et eligimus quidem capere aliquid aut fugere, aut aliquid talium. opinamur autem quidnam ſit vel cui conferat: vel quo pacto conducat. ſed capere aut fugere non nimium opinamur. ¶Et electio quidem laudatur ex eo: quia eſt eius quod oportet magis, vel quia eſt recta. opinio vero ex eo quia eſt vera. & eligimus quidem quæ maxime ſcimus eſſe bona: opinamur autē ea quæ non nimium ſcimus. ¶Videntur præterea non ijdem homines eligere optima, atque etiam opinari. ſed quidam opinari quidem melius: ob vitium autem non ea quæ oportet eligere. Nihil autem refert ſi antecedat electionem aut comitetur opinio. non enim idipſum nunc perſcrutamur: ſed ſi idem ſit electio quod opinatio quædam. ¶Quid igitur 17
aut quale quid ſit electio: cum nihil ſit eorum quæ diximus? Videtur itaq; ſponte quidem à nobis fieri. attamen non omne quod ſponte agimus: eſt eligibile. ſed id cuius conſultatio anteceſſit. electio nanque cum ratione eſt atque mente. Subſignificare autem id & nomen videtur: innuens ipſum ex alijs legibile eſſe.

¶Secundi capitis notæ. ¶Cupiditas, cōcupiſceotia. & eſt affectus perturbatióq; delectabilis aſſequēdi ¶De im 16
mortalitate ſecundum vitā ſenſibilem, & qua in hoc ſenſibili mundo vegetamus intelligatur dictū Ariſtotelis.
¶Secundum cap. tribus concluſionibus & vna diffinitione partitum eſt.

¶Secundi capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Poſt determinationē de voluntario & inuolun 14
tario abſolutam: cooſequēs de electione determinatio ſuſcipienda eſt. ¶Primo. quia electio virtuti familiariſſima eſt, & magis virtutes ipſas quàm ipſi actus declarans. ¶Secūdo. electio ſponte noſtra fit, voluntariáque eſt.
igitur nō alienum eſt poſt volūtarij inuoluntariiq; determinationem eius determinatiooē ſuſcipere. ¶Secunda 15
concluſio. Electio & voluntariū non prorſus idem ſunt. ¶Primo. nam voluntariū latius ſe fundit atq; cōmunius eſt, vt quod pueris & alijs animātibus omnibus nobiſcum cōmune eſt. electio vero noo: ſed ſolis hominibus ad
dicta coouenit. ¶Tertia concluſio. Non recte ſentiunt qui electionem, cupiditatē, iram, voluptatem vel opinio 16
nem quandam eſſe dicunt. ¶Primo. quia electio cōmunis hominibus cū beluis non habetur. at cupiditas, & ira: hoc pacto communes habeotur. ¶Secuodo. quia incōtinens: cupiens agit, non autē eligens. & cootra, continēs electione agit: nō autē cupiditate. ¶Tertio. cupiditas aduerſatur electiooi. at cupiditas nō repugnat cupiditati. ¶Quarto. cupiditatis eſt proſeqni iucundum atq; delectabile: & moleſtum fugere. at electionis non hæc ſunt. igitur electio non recte diceretur cupiditas. & taoto minus electio ſtatuenda eſt eſſe ira: cū ea quæ perturbatione iræ perpetrātur manifeſte ab electiooe oon procedere cognoſcātur. Quòd autē non ſit voluntas tametſi voluntati finitima ſit: patet primo, quia electio non eſt impoſſibilium. q ſi quis impoſſibilium electionē eſſe dicat: plane deſipere videatur. voluntas autē impoſſibilium eſt vt volunt homines immortales viuere. ¶Secundo. voluntas eſt circa ea quæ minime ſunt io poteſtate volentis. vt volumus plerunque aliquē vt hiſtrionē in certamine vincere: quod in noſtra poteſtate ſitum oon eſt. at quæ in noſtra non ſunt poteſtate, nemo eligit: ſed ea quæ per ipſum exiſtimat fieri poſſe. ¶Tertio. voluntas potius ipſius eſt finis: electio vero mediorū in finem. vt ſani eſſe volumus: eligimus autem ea per quæ ſani efficiamur. & felices eſſe volumus: at non apte dicimus, eligimus eſſe felices. igitur non recte electio: voluntas eſſe dicatur. omnino tamen electio circa ea quæ in noſtra ſunt poteſtate verſatur. ex quo rurſum patet electionē non eſſe opiniooē. quia opinio circa omnia verſatur, & æque circa æterna, impoſſibilia, & ea quæ io noſtra ſunt poteſtate. ¶Secundo. opinio vero & falſo diuiditur: non bono aut malo. at electio bono, malóq; potius dirimitur. ¶Tertio. quanuis nemo forte electionem & opinionem omnino idem eſſe ſentiat: ſed ne opioio quidem quædam ſentienda eſt. nam propter electionem bonorum vel malorum: tales ipſi ſumus. at propter bonorum, malorúmve opinionem: neq; boni neq; mali euadimus. ¶Quarto. eligimus aliquid proſequi aut fugere, aut aliquid ſimile. at nos quid aliquid ſit opinamur: & quo conducat modo quáq; ratione ſit vtile. proſequi vero aut fugere: noo multū opinamur. ¶Quinto. electio laudatur, & eo amplius: quo magis quod oportet elegerit, & quia rectum elegerit. at opinio non propter id: ſed propter veritatem laudatur. ¶Sexto. eligimus ea quæ maxime ſcimus eſſe bona: quæ autē opinamur, nos ea minime ſcimus. ¶Septimo. nec videntur ijdem homines eligere, & opinari optima. ſed opinātur melius: propter autem prauitatem, deteriora ſequūtur, ac eligunt. nec refert an opinio electionē præcedat, an ſequatur. nec id hoc in loco petitur:
ſed an electio ſit opinio quædam. ¶Diffinitio. Cum electio non ſit aliquid prædictorum, ſi efflagitetur quid 17
nam & quale ea ipſa ſit: adhiberi poteſt reſponſio, quòd ſit quid voluntarium at non omne, ſed id voluntarium cuius conſultatio præceſſit. eſt enim electio cū ratione, & mente. & ad hoc nomen ipſum alludere videtur: quaſi ratione, intellectúque vnum ex alijs ſeligatur ſegregetúrque ex alijs.

Cap. III.

ET éſtne de omnibus conſultatio, & omne quoduis eſt conſultabile: an de 18
quibuſdam non eſt conſultatio? ¶Atque dicendum eſt forſitan conſulta 19
bile non id eſſe de quo quiſpiam inſipiens, vel mēte captus, ſed id de quo ſanæ mentis quilibet conſultaret. ¶De æternis autem nemo conſultat. vt de mundo: vel de diametri, laterísque incommenſurabilitate. Sed neque de ijs quæ conſiſtunt quidem in motu: ſemper autem fiunt eodem modo. ſiue neceſſita-

te,ſiue natura,ſiue propter aliquā aliam cauſam.vt de ſolſtitijs atq; ortu.Neq; de ijs quæ
aliter ſeſe habēt.vt de ſiccitatibus,imbribúſve.Nec item de ijs quæ eueniunt à fortuna.
vt de theſauri inuētione.Sed neq; de humanis omnibus rebus.nam quonā pacto reſpu
blica Scytharū optime gubernaretur:nemo Lacedæmoniorū conſultat.nihil enim horū
20 per noſipſos fieri poteſt. ¶Conſultamus autē de ijs rebus agendis: quæ in noſtra ſunt
poteſtate. hæ etenim reſtant. Cauſæ nanque videntur eſſe:natura,neceſſitas,fortuna &
mens inſuper,ac omne quod per hominē efficit.hominum autem quiſq; de ijs conſultat
21 quæ agi per ipſum poſſunt.¶Atq; circa exactas quidem ſcientias & ſufficientes:nō eſt
conſultatio,vt de literis.non enim ambigimus quonā pacto literæ ſint ſcribendæ.Sed de
ijs conſultamus quæ fiunt quidem à nobis:non tamē ſemper eodem modo.vt de agen-
dis per medicinam vel pecuniariam artē:& eo magis circa gubernandi facultatē,quàm
exercendi artem deliberamus quo minus exacta eſt.& de cæteris ſimili modo.Atq; ma
gis circa artes quàm circa ſcientias.nam circa ipſas magis ambigimus.Conſultatio autē
in ijs verſatur:quæ plerunq; quidē fieri poſſunt:incerta tamen ſunt quonā euenient pa-
cto,& in quibus eſt indeterminatio.Atq; cum magnis de rebus deliberare volumus:ſu-
mimus & alios ad conſiliū,diffidentes nobiſipſis,tanquam non ſufficientibus ad diſcer-
nendum.¶Conſultamus autem non de finibus:ſed de ijs quæ ad fines ipſos perducunt.
Nec enim medicus ſi ſanabit,nec orator ſi perſuadebit,nec reipublicæ gubernator ſi be-
ne,rectéq; legibus ciuitatē inſtituet,nec deniq; cæterorum quiſquā de fine deliberat:ſed
omnes poſito quodam fine,quemadmodum & per quæ fiet ille,conſiderant.Atq; ſi per
plura poſſe fieri videtur,per quod illorum facillime optiméque fiet:perquirunt.ſin per
vnum:quonam pacto per illud fiet,& illud item per quid efficietur conſiderant.ídq; fa-
ciunt:donec ad primam perueniant cauſam:quæ quidem in inuentione eſt vltimū.Qui
nanq; conſultat,is quærere videtur: dictóq; modo perinde atq; deſignationem linearū
22 reſoluere.¶Non autē omnis perquiſitio,conſultatio eſſe videtur.Mathematicæ nanque
perquiſitiones:cōſultationes non ſunt.omnis autem conſultatio eſt cōtinuo perquiſitio.
ídq; quod vltimū eſt in reſolutione:primū eſſe conſtat in generatione. Atq; ſi conſultan-
tes in aliquid inciderint,quod quidem fieri nequeat:deſiſtunt.vt ſi ſit pecunijs opus:has
autē habere non poſſint. quod ſi videatur fieri poſſe:tunc agere aggrediuntur. Ea vero
dicimus fieri poſſe:quæ per noſipſos fieri poſſunt.nā ea quæ per amicos fiunt,per noſip-
ſos quodam modo fiunt:quippe cum principiū ſit in nobis.Quæruntur autē quandoq;
quidem inſtrumenta:quandoq; autē vſus ipſorum.& in reliquis ſimili modo.Interdum
per quod,interdum quomodo,aut per quem modum.Videtur igitur(vt dictum)homo
principium actuū eſſe:& de ijs eſſe conſilium,quæ agi ab ipſo poſſunt,& actus aliorū eſſe
23 gratia.finis igitur non erit conſultabilis:ſed ea quæ ducunt ad fines.¶Nec etiam ſingu-
24 laria:vt ſi panis ſit hoc,vel confectū ſit vt oportet.hæc enim:ſenſus ipſius ſunt.¶Quòd
ſi ſemper quiſpiam conſultauerit:in infinitum abibit.cōſultabile autem & eligibile idem
eſt.ipſum tamen eligibile definitum iam eſt.Quod enim cæteris ex conſultatione præ-
tulimus,id eligibile eſt.definit enim tunc demum vnuſquiſq; perquirere quonam aget
pacto:cum in ſeipſum principium redigit,& in id ſui ipſius quod antecedit.hoc eſt enim
quod eligit.Patet hoc ita eſſe & ex vetuſtiſſimis rebus publicis:quas imitabatur Home-
rus.quæ nanq; reges eligerent: ea populo renuntiabant. Cum igitur ipſum eligibile ſit
conſultabile:appetibile ex ijs quæ in noſtra ſunt poteſtate:& ipſa electio deliberatiua ap
petitio rerum erit,earum quæ in noſtra ſunt poteſtate.nam ſimul atq; diiudicauimus ex
conſultatione:affectamus deliberatione.Quid eſt igitur electio:figura ſit dictum.& circa
quæ verſatur:& eorum eſſe quibus ad ipſos fines,acceditur.

Pax
Coonubium
Dos,Patria
Numerata
pecunia.

19 18 ¶Tertij capitis notæ. ¶Conſultatio,conſilium. ¶Quid ſolſtitia,ſoliſq; conuerſiones ſint, & quid ſignorū vnū-
quodque: aſtronomi eſt cognoſcere. Neceſſitas,vis,violentia. ¶Scythæ:populi ſunt Mæotidis paludis accolæ.
20 ¶Hæc in noſtra ſunt poteſtate quæ ſi volum⁹ facimus:& quæ eadem ſi facere nolumus,facimus minime. ¶Sub
21 fortuna,caſus cōprehenditur. ¶Quod per hominem efficit:eſt potentia,affectus,habitus & ſimilia. ¶Facultas
exercendi,gymnaſtica quæ multis perficitur:ſaltu,curſu,lucta,iactu & ſimilibus. ¶Deliberare,conſultare,conſi-
lio inquirere. ¶Perſuadere:in ſuam ſententiam auditoria animū dicendo inducere:eſt oratoris officium. ¶Dia-
grāma eſt geometrica linearū deſignatio. & eſt menſula Pythagoræ ex Panepiſtemon Politiani. ¶Geometer

Quòd finis primũ ſit in inquiſitione: & vltimũ in aſſequutione.

lineas deſignat:quarum demonſtrationẽ reſoluendo in principia,aut ex principijs cognita perquirit. Reſoluere,
de vno in aliud inquirendo procedere. ¶Mathematici:qui quadriuiũ aut eius partiũ aliquã ſunt adepti. ¶Qua-
driuium eſt Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia . ¶Quo pacto id quod in inquiſitionis reſolutione
vltimũ eſt:generatione atq; ad ipſum peragendum negotium primũ ſit:hoc exemplo deprehenditur. Propoſi-
tus eſt finis:pax.conſultatur quo pacto haberi queat. compertum eſt matrimonio,& id vnum mediũ eſſe conue
nientiſſimũ:mox conſultatur quo medio id fieri poſſit. comperitur ſi certa patria pro dote dabitur. pergitur cõ-
ſultando quo pacto ea patria dos dari poſſit. conſilio cõperitur ſi patriæ præfecto numerabuntur pecuniæ,quod
& facto facile occurrit. Vltimum in hac reſolutione,conſilij'q; perueſtigatione repertũ: eſt pecuniarum nume-
ratio,& ab hac pro illa pace conſequenda inchoandum eſt,& primũ præfecto patriæ numerandę ſunt pecuniæ.
mox patria in dotem proponenda. hinc firmanda connubia: & vltimum finis eſt,atq; ciuiũ in optata pace tran-
quillitas. Quòd ſi vltimum,vt numerandæ pecuniæ,haberi non poſſet:deſiſterent protinus à conſultatione:de
optati finis conſecutione deſperantes. ¶Singularia,indiuidua. ¶Eorum quæ ſenſu cognita ſunt: iccirco cõſiliũ 23 24
eſſe non ponitur,quòd in conſultando principia ſint. ſi itaque de ipſis conſultaremus:haberent principia,& eo-
dem iure illa iterum principia,abirètque hoc in infinitum. ¶Principium primum,prima(à qua in noſtris agen-
dis incipimus)cauſa.

¶Tertium cap. vna quæſtione & ſex concluſionibus partitum eſt.

¶Tertij capitis commentarius ad literam. ¶Quæſtio. Vtrum omnium ſit conſultatio:atq; omne,conſultabile. 18
an quorundam potius conſultatio nulla ſit. ¶Prima concluſio. Non omnium eſt conſultatio. ¶Primo. quia con- 19
ſentaneum non eſt eius conſultationem ponere de quo inſipiens aut amens quæreret : ſed de quo ſanæ mentis
rationiſque compos conſultaret. ¶Secundo. nemo conſultat de æternis: vt de mundo,de quadrati & eius coſtę
incõmenſurabilitate. de ijs quæ ſempiterno motu eodem tenore iugiter permanere viſuntur: vt de ſolis conuer-
ſionibus ſignorúmque ortu,neq; de ijs quæ neceſſitate aut natura fiunt,aut propter aliam ſimilem cauſam,item
neque de omnibus ijs:quæ aliàs aliter ſeſe habent vt de ſiccitatibus,& imbribus. neq; de ijs conſultamus:quæ à
fortuna contingunt,vt de theſauri inuentione:imò vero neq; de omnibus rebus cõſultamus humanis. nam quo
pacto Scytharum reſpublica optime gubernetur:nemo Lacedæmoniorum cõſultat. prædictorum enim omniũ
per nos nihil agi poteſt. conſtat igitur non omnium conſultationem eſſe,quódque non omne, ſit conſultabile.
¶Secunda concluſio. Conſultatio earum rerum eſt:quę à nobis agi poſſunt,& quæ in noſtra poteſtate exiſtũt. 20
Quoniam hæ ſolę reſtant in quibus conſultationẽ collocemus. nam operationum cauſæ ſunt natura,neceſſitas,
fortuna,mens,& omne quod per hominem efficit. at nõ conſultamus de ijs quæ aut natura,neceſſitate,aut for-
tuna fiunt,ſed conſultat quiſque de ijs quæ per ipſum agi queunt. conſultatio igitur earum rerum eſt: quæ à no
bis agi poſſunt & quæ in noſtra poteſtate ſunt. ¶Tertia concluſio. Non de omnibus quæ à nobis agi poſſunt & 21
quæ in noſtra poteſtate iacent,ſitáque ſunt:cõſultamus. ¶Primo. quia circa exactas, per certáſque diſciplinas,
& ſufficientes:non conſultamus. vt de literis in grammaticis. non enim ambigimus quo pacto literæ ſint ſcribẽ-
dæ. ſed nos de ijs conſilium capimus,quæ à nobis quidem fiunt:ſed non ſemper eodem modo. vt de ijs quæ ad
medicinam,& rem pecuniariam pertineat,& de gubernandi facultate, & exercendi. ſed eo amplius de guber-
nandi facultate quàm exercendi:quo magis gubernandi facultas indeterminatior,incertiórque habetur. & pa-
ri quoq; modo de cæteris conſimilibus & magis circa artes deliberamus,quàm circa ſcientias:quòd circa artes
ipſas magis ambigimus. etenim conſultatio in ijs ipſis verſari videtur:quæ vt frequẽter accidunt. attamen quæ
incerta quo euentura ſint modo:indeterminata,incognitáque ſunt. at cum de arduis rebus & quæ pondus ha-
bent deliberare volumus: aſciſcimus & alios nobiſcum ad conſilium non ſatis nobiſipſis confidentes, tanquam
ad diſcernendũ inſufficientioribus. ¶Secundo. non cõſultamus de finibus ſed de ijs quæ nos ad fines ipſos per-
ducunt. non enim medicus cõſultat ſi ſanabit,nec orator ſi perſuadebit,nec reipublicæ gubernator ſi bene atq;
tranquille ciuitatem legibus inſtituet ac moderabit,nec aliorum quiſq; de fine deliberat,ſed omnes ſtatuto fine
primo conſiderant:quo pacto an vno,an pluribus medijs ad ipſum perueniatur. ſecundo. ſi pluribus deueniri po
teſt medijs quo illorum facillime, atque optime deuenietur. tertio . ſi vnico deueniendum eſt medio: quo pa-
cto id fiet,& per quid id aſſequemur medium, quouſque ad primam deueniamus cauſam, quæ inuentione vlti-
ma eſt. qui enim conſultat:quærere videtur,ac reſoluere perinde atque ille qui lineas deſignat. ¶Quarta con- 22
cluſio. Tametſi omnis conſultatio perquiſitio quædam ſit:nõ omnis tamen perquiſitio cõſultatio eſt. Nam ma-
thematici perquirunt. huiuſmodi autẽ perquiſitiones:conſultationes non ſunt. attamen vt dictum eſt,omnis cõ-
ſultatio perquiſitio eſt. & quod in huiuſmodi reſolutione,perquiſitioneq; vltimum eſt: id in negotio conficien-
do primum eſt. & ſi conſultantes reſoluendo in aliquid inciderint(vt ſunt pecuniæ)quod haberi non poſſit: hoc
modo conſultare deſiſtunt. ſi autem poſſit:tunc ab illo aggrediũtur opus. & hoc in loco dicimus nos poſſe quæ
per nos ipſos poſſumus:& quæ per amicos poſſumus,per nos ipſos poſſe reputamus. nam principiũ in nobis eſt.
& in hac conſultatoria inueſtigatione:quandoq; quæruntur inſtrumẽta,quandoq; inſtrumentorũ vſus,quãdoq;
per quod fit quod intenditur,quandoq; quo modo fit & per quẽ modum,quóve mediante fit. & homo(vt dictũ
eſt)ſuarum actionũ principiũ eſt: & de ijs conſultat ſemper quæ ſunt aliorum gratia. quapropter rurſum ipſius
finis conſultatio non eſt:ſed eorũ quæ nos in ipſum finẽ perducunt. ¶Quinta cõcluſio. Singulariũ non eſt con- 23
ſultatio. Nam hæc:ipſius ſunt ſenſus. vt nemo conſultat an hoc ſit panis,an ſit concoctũ vt oportet. ¶Sexta cõ 24
cluſio. Conſultatio finitorũ eſt. nam ſi in infinitum conſultatur:hoc in infinitũ abibit. id autem eſſe nequit. nam
cõſultabile,& eligibile idem ſunt. quid tamen ſit eligibile:prius determinatũ eſt. & reuera id eligibile eſt: quod
ex cõſultatione cæteris prætulerimus. ſi itaq; conſultatio in immenſum ſine termino progrederetur: nihil eſſet
eligibile,ꝙ nihil eſſet cæteris prælatũ. finitorũ igitur conſultatio eſt. quinimo & tunc deſinit vnuſquiſq; cõſulta
re quonã pacto aget:cũ principiũ in ſeipſum redigit,& quicquid ipſius cõſultationis præceſſerit in id ipſum. &
id quidẽ quod præceſſit eligibile eſt. quod & patet ex vetuſtiſſimis inſtitutis quæ Homerus ſectatus eſt: vbi in-
ducit reges quæ elegerãt denuntiare in populũ. quo fit cũ eligibile iterum eſſe cognoſcatur conſultabile quod-
dam affectabile eorũ quæ in noſtra ſunt poteſtate:vt electio identidem ſit conſulta quædam affectio,eorũ quę
in noſtra poteſtate ſunt. ita ex cõſultatione enim iudicantes: ſecundum conſiliũ affectare dicitur. Sed hactenus
de electione,circa quę exiſtat,& ꝙ circa ea quę nos ad finẽ perducũt,vt & ipſa cõſultatio: dictũ putetur abũde.

Cap. IIII.

VOluntatem autem finis quidem ipſius eſſe:iam paulo antea diximus. Sed vi- 25
detur alijs quidem eſſe veri boni:alijs apparentis boni. Atq; ſit ſententia qui-

dem eorum qui verum bonum id eſſe cenſent quod eſt affectabile voluntate:vt id non
ſit affectabile voluntate quod is qui non recte expetit,vult.Nam ſi ſit: erit & continuo
bonū.at erat forte malum.Sententiā autē eorum qui bonū apparens inquiunt eſſe quod
eſt affectabile voluntate,vt nihil ſit prorſus quod ſuapte natura ſit affectabile volunta-
te:ſed id quod vnicuiq; videtur.at aliud alij videtur:& repugnātia forte.❡Quòd ſi hæc
non placent:dicendum eſt ſimpliciter quidem & reuera verū bonum eſſe affectabile vo-
26 luntate:vnicuiq; vero id quod vnicuiq; videtur.❡Studioſo igitur id eſt affectabile volun
tate,quod vere eſt bonū:vitioſo vero,quicquid contigerit. Fitq; hoc perinde atq; in cor-
poribus ipſis.his enim quorum corpora bene ſeſe habent:ſalubria ſunt ea quæ vere ta-
lia ſunt.ijs autem quorum corpora ſunt ægrota:non hæc ipſa,ſed alia.ſimiliter & amara
ac dulcia,& calida,atq; grauia:& ſingula cæterorum.❡Studioſus enim homo recte ſin-
gula iudicat:& ſingulis in rebus id ipſi videtur quod vere eſt tale. in vnoquoq; enim ha
bitu ſunt propria quædam honeſta atque iucunda.atque in ſingulis plurimum fortaſſe
præſtat vir ſtudioſus, in dinoſcendis ijs quæ vere talia ſunt: propterea quòd eſt vt nor-
ma quædam atq; menſura ipſorum.Multitudo vero decipi videtur ob voluptatem,ipſa
nanque bonum quidem non eſt: bonum tamen eſſe videtur. proſequuntur igitur ipſam
tanquam bonum:dolorem autem fugiunt tanquam malum.

26 25 ❡Quarti capitis notæ.Prima opinionum:quorundam Socraticorum eſt,& ſecunda Academicorum. ❡Studioſus circa agenda vitæ,recte iudicat:& vnuſquiſq; artifex eorum quæ nouit.& in facilitate iudicij maxime errare ſolent homines:quod Anacharſis Scytha admirari ſolebat,& vehementer carpere: cum apud Græcos certarent artifices,iudicarēt qui opifices non eſſent. Et Hieronymo cōmode ea de re ſcriptū eſt,Felices,inquit Fabius,eſſent artes,ſi de illis ſoli artifices iudicarēt. Poetam non poteſt noſſe,niſi qui verſum poteſt inſtruere. Philoſophos non intelligit,niſi qui ſcit dogmatū varietates.manufacta & oculis patentia magis probant artifices. ❡Quartum cap. duabus opinionibus, & vna concluſione partitum eſt.

Socratici
Academici
Anacharſis
Hieronymus

25 ❡Quarti capitis commētarius ad literam. ❡Duæ opiniones. Voluntatem eſſe ipſius finis iam diximus:ſed eius ſunt duæ opiniones. Vna eſt ponentium voluntatem eſſe ſolius veri boni. & iccirco hi diffiniunt verum bonum: quod eſt voluntate affectabile,voluntq; nos ea non velle quæ non recte cupimus,nam ea mala ſunt. nos autem (vt eorum fert opinio)nihil niſi bonum volumus. quare protinus ſi ea vellemus,bona eſſent: mala autem ſunt. Secunda eſt ponentium voluntatem ſolum eſſe apparentis boni. & iccirco eorum ſententia diffinitur apparens bonum,quod eſt voluntate affectabile, volúntque nihil eſſe quod ſuapte natura bonum ſit, voluntatéque affectabile:ſed vnicuique id bonum dici volunt,quod vnicuique videtur. ſed cum vnum vni videatur,& alterum alteri:contingent de eodem contraria. nam cum vnum alicui apparet bonum:eorum ſentētia bonum eſt. & cum idem alteri apparet malum:eorum itidem ſententia malum eſt. idem igitur & bonum & malum. quæ ſunt contraria. quæ ſi abſurda videntur atq; nimirum diſplicent:diffiniri poterit ſimpliciter & reuera bonum quod ſim-
26 pliciter voluntate affectabile eſt. ſecundum quid vero,& vnicuique bonum:quod cuique videtur. ❡Concluſio. Quod ſtudioſo eſt voluntate affectabile,ſimpliciter,& reuera bonum eſt:quod vero vitioſo,ſecundum quid bonum,& quicquid contigerit. ❡Primo.quia in ijs bonorum affectationibus: ſtudioſus & vitioſus perinde ſe habent ac corpora ipſa ad ſua bona. atqui quorum corpora recte valent, ſanáque ſunt: hi quæ vere ſalubria ſunt appetunt. illi vero quorum corpora inualitudine languent, non quæ vere ſalubria, ſed quæ ſibi ſalubria apparent:nunc ſine vllo diſcrimine amara, nunc dulcia, nunc calida, nunc grauia & cætera id genus. igitur ſtudioſus voluntate affectat quod vere bonum eſt:vitioſus vero contra,non id ſed quod ſibi apparet. ❡Secundo. ſtudioſus ſingula recte iudicat: & in ſingulis quod vere tale eſt agnoſcit. ſecundum enim vnumquenque habitum propria quædam ſunt,honeſta & iucunda. atque in ſingulis rite dinoſcendis quæ vere talia ſint longe antecellit ſtudioſus: quòd vere bonorum quædam regula ſit ac menſura. nihil mirum igitur ſi quod vere bonum eſt, voluntate affectat ſtudioſus:vitioſus vero non id ſed quod illi ipſi apparet. multitudo enim vitioſorúmque turba,vt conſtat voluptate decipitur. nam voluptas bonum non eſt. at bonum illis eſſe videtur. proſequuntur itaq; illam tanquam ea bonum ſit:dolorémque tanquam malum horrent,& fugiunt.

Cap. V.

27 CVm igitur finis quidem ſit affectabilis voluntate,ea vero quibus itur ad fi-
nem, conſultabilia ſint atque eligibilia: ſit vt actus ij qui circa hæc verſan-
28 tur,ab electione proficiſcantur,noſtráque ſponte efficiātur.❡At operatio-
nes virtutum circa hæc ipſa verſantur.noſtra igitur in poteſtate ipſæ virtu-
tes: & identidem vitia collocantur. Quibus enim in rebus noſtra in pote-
ſtate ſitum eſt agere:in ijs & non agere.& in quibus non agere:in ijs eſt & agere.quare ſi
agere bonum(quod honeſtum eſt)in nobis eſt ſitum: & non agere(quod eſt turpe)in
nobis eſt collocatum. & ſi non agere malum(quod eſt honeſtum) in noſtra eſt poteſta-
te:& agere(quod eſt turpe)in nobis eſt ſitum. ſi in nobis eſt ſitum tam honeſta quàm
turpia agere: & ſimili modo non agere, hoc autem erat bonos & malos eſſe; in nobis
29 certe eſt ſitum nos probos & improbos eſſe. ❡Dicere autem ſua ſponte neminem pra
uum, nec inuitum quenquam beatum eſſe: alterum falſo eſt ſimile alterum vero. Nam

beatus quidem nemo eſt inuitus:ſponte autem noſtra prauitas comparatur.vel obſtandum eſt ijs quæ modo ſunt dicta: & hominem non eſſe principium eſt dicendum neq; procreatorem actuum perinde ac liberorum.quòd ſi hæc vera videntur,nec in alia vlla, principia actuum quàm in ea quæ ſunt in nobis, reducere poſſumus: quorum principia ſunt in nobis, ea quoque in nobis ſunt ſita, ſpontéque à nobis fiunt. ❡Hæc ita eſſe, teſtes ſunt & priuatim ſinguli homines:& ipſi legumlatores. nam eos quidem qui praua faciunt, ſi modo non vi, nec ob ignorationem eam cuius ipſi non fuerint cauſa, illa agant caſtigant ac puniunt. ijs autem qui honeſta agunt: honores inſtituunt:vt homines partim hortentur, partim prohibeant. At ad ea agenda quæ nec in noſtra ſunt poteſtate, nec noſtra ſponte efficiuntur, nemo prorſus hortatur: quippe cum vanum ſit perſuaſum eſſe cuipiam non calere aut non dolere,aut non eſurire,aut quiduis aliud tale. nam nihilominus hæc ipſa patietur. Etenim pro ignoratione etiam ipſa: pœnas

Ebrietatis multá duplex

inſtituunt, ſi quiſpiam ignorationis eſſe ſibi cauſa videretur.ebrios nanque duplici pœna afficiendos eſſe putarunt. principium enim in ipſis eſt: quippe cum in ipſorum ſit poteſtate ebrietatem vitare,quæ quidem ignorationis eſt cauſa.Puniunt etiam eos qui aliquid eorum ignorant quæ legibus continentur:quæ quidem ſcire oportet, nec ſunt difficilia cognitu. ſimiliter & in alijs quæcunque per negligentiam homines ignorare videntur: ex eo plane quia in ipſis eſt non ignorare.eſt enim in ipſorum poteſtate diligentiam adhibere. at fortaſſe tales ſunt quidam vt diligentiam non adhibeant.❡At vt tales fierent,& iniuſti, aut intemperantes: ipſi ſunt ſane cauſa diſſolute viuentes, & res iniuſtas agentes,& potui, & rebus talibus indulgentes. operationes enim quæ ſunt circa ſingula: tales efficiunt. Quod quidem ex ijs patet qui cuiuis ludo vel actui ſtudent: perſeuerant enim in operando. Ignorare igitur ex operationibus quæ fiunt circa res ſingulas,habitus ipſos emergere.nimium hebetis hominis eſt. ❡Præterea metas rationis egreditur: iniurias facientem hominem aut intemperate agentem, nolle ſe iniuſtum aut intemperatum eſſe. quòd ſi quis non ignorans agit ea ex quibus erit iniuſtus: is ſua ſponte erit iniuſtus.❡Non tamen ſi vult,cum eſt iniuſtus,definet eſſe talis:ac iu- 30
ſtus erit.Nec enim qui ægrotat:ſi vult, erit ſanus.& forte ſua ſponte ægrotat:ſi incontinenter viuebat,& præcepta medicorũ negligebat. tunc igitur licebat ipſi non ægrotare. ſed poſteaquam valetudinẽ prodidit ſuam:non licet.Sicut neq; fit vt quiſquã reſumat lapidem quem proiecit.erat tamen in ipſo ſitum ſumere ipſum atq; proijcere.principium enim erat in ipſo.Modo eodem & iniuſto,& intemperanti licebat quidẽ ab initio talem non fore.quapropter ſua ſponte eſt talis.ſed poſteaquã talis eſt factus:non licet ipſi non eſſe talem.❡Non ſolum autem animi vitia, noſtra ſponte fiunt:ſed corporis etiam interdum à nonnullis identidem comparantur. Quos quidem & increpamus. eos enim qui natura ſunt turpes,reprehendit profecto nemo.ſed eos qui per inertiam tales atq; otium euaſerũt.Idem & circa imbecillitatem euenire videtur.& cum quiſpiã membris eſt captus.nemo nanq; exprobrabit cuiquã id ipſum:ſi ſit aut natura,aut ægritudine,aut vulnere cæcus,ſed potius miſerebitur. Quòd ſi ebrietate,vel aliquo alio flagitio captus ſit oculis:omnes vtiq; carpẽt,ac increpabũt.vitiorum igitur corporis:ea quidem quæ in noſtra ſunt poteſtate,reprehenduntur.ea vero quæ non ſunt,non increpantur.hæc cum ita ſint:& in cæteris ea vitia quæ increpantur, noſtra in poteſtate ſunt collocata.❡Sed 31
fortaſſe quiſpiam dicet vniuerſos quidem homines id affectare ſemper: quod bonum apparet.ipſius tamen apparentiæ dominos ipſos non eſſe.Sed qualis tandem vnuſquiſque eſt: talem & finem ipſi videri.at ſi habitus ipſius aliquo modo ſibi quiſque eſt cauſa: erit & apparentiæ ipſe ſibi quodam modo cauſa.ſin vero nemo eſt ſibi mala agendi cauſa,ſed hæc ob ignorationem finis ipſius agit putans per ea ſe ſummum bonum conſecuturum: affectatióque finis non in noſtra eſt poteſtate.ſed ita natum eſſe oportet, vt habeat quaſi viſum,quo quidem recte diſcernet,& id expetet quod vere eſt bonum.atque is eſt ingenio bono: cui id ipſum bene ſeſe habet natura(id enim quod maximum eſt atque pulcherrimum, & quod fieri non poteſt vt ab alio accipiat atque diſcat:quale

eſt ortum natura , tale habebit) atque hoc recte natura beneq; ortum eſſe ipſa eſt habi-
32 litas perfecta,veráq; naturæ.¶Si igitur hæc vera ſunt: cur magis virtus ſponte noſtra
quàm vitium comparabitur? Ambobus enim ſimiliter tam bono quàm malo finis ipſe
natura aut quouis modo videtur ac ponitur.cætera autem agunt quouis modo:ea ipſa
referentes ad illum.ſiue igitur finis non natura talis vnicuique videatur,ſed ſit aliquid
etiam apud ipſum ſiue quidem finis ſit naturalis,quia vero ſua ſponte vir ſtudioſus cæ-
tera agit,virtus ſponte comparetur ac acquiratur : vitium quoque non minus compa-
rabitur ſponte.Et homini nanque malo eadem competunt:& actuum,& finis reſpectu.
Si igitur(vt dicitur)noſtra ſponte comparantur virtutes(ipſorum enim habituum nos
ipſi concauſæ quodam modo ſumus : finémque talem ex eo ponimus , quia nos tales
ſumus) vitia quoque ſponte ab hominibus acquirentur. ſimiles enim ſubeunt modos.
33 ¶Communiter igitur dictum eſt de virtutibus : & genus ipſum figura , mediocritates
inquam ipſas eſſe ac habitus . Et à quibus fiunt, & principia eſſe illa per ſe agendi, no-
ſtráque in poteſtate collocatas eſſe & noſtra fieri ſponte:atque ita vt ipſa recta ratio iu-
bet. Verum non ſimiliter noſtra ſponte actus ac habitus fiunt. actuum enim à princi-
pio vſque ad finem domini ſumus: ipſa ſingula cognoſcentes.habituum vero principij.
Singulorum autem additio non eſt nota:quemadmodum & in aduerſa fit valitudine.ſed
noſtra ſponte ideo fiunt:quia noſtra erat in poteſtate ſic aut non ſic agere atque vti.At
nunc repetentes: de ſingulis dicamus virtutibus, quænam ſint, & circa quæ verſantur:
& quo etiam modo. ex quibus & illud ſimul emerget quot ſunt ipſæ virtutes.atque de
fortitudine primum dicamus.

29 ¶Quinti capitis notæ. ¶Quorũ cauſæ in noſtra ſunt poteſtate:pariter & ipſi effectus. ¶In nobis,in noſtra po-
teſtate. ¶Cauſa,cauſa volũtaria. ¶Chryſippus,& qui omnia fato & neceſſitate quadam venire ponũt:neq; vir-
tutes,neque vitia in noſtra poteſtate relinquunt . ſed vt Pyrrhonea ſecta: ita horum impia deliramenta dudum
31 exploſa ſunt. ¶Boni,finem bonum ſtatuunt,eſt'q; finis eorum bonus:corrupti vero atque vitioſi,finem malum.
eſt'que quales & ipſi ſunt,finis eorum malus:tametſi illis bonus appareat.
¶Quintum cap. quinque concluſionibus,vna inſtantia,& vna reſponſione partitum eſt.
27 ¶Quinti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Actus eorum qui ad finẽ ſunt:ſecũdum electio-
nem,& in noſtra ſunt poteſtate. Nam voluntas ipſius eſt finis.finis ipſe voluntate affectabilis.identidem & con
ſultatio & electio eorũ ſunt:quæ ſunt ad finem igitur talium actus ſecundum electionẽ exiſtunt, atq; in noſtra
28 poteſtate ſunt. ¶Secũda cõcluſio. Virtus,pariter & vitia:in noſtra poteſtate ſita ſunt. ¶Primo.quia virtutes &
vitia ex operationibus ſecundum electionem eorũ quæ ſunt in finem gignũtur. at illæ in noſtra poteſtate ſunt.
igitur virtutes & vitia in noſtra poteſtate ſunt ſita. ¶Secũdo.in quibuſcunq; enim rebus in noſtra poteſtate col
locatũ eſt agere:in eiſdem in noſtra poteſtate eſt non agere. & in quibus non agere:eſt in noſtra poteſtate itidẽ
& agere. quare ſi bonũ,honeſtumq; agere in noſtra poteſtate ſitum eſt: itidem nõ agere quod quidem turpe eſt
in noſtra poteſtate iacet,collocatumq; eſt. & ſi non agere turpe(quod quidẽ eſt honeſtũ)in noſtra poteſtate eſt:
& agere turpe in noſtra poteſtate ſitũ eſt. & ſi in noſtra poteſtate ſitum eſt tam honeſta q̃ turpia agere : ſimili
modo & non agere,ſitũ autẽ id eſt. & hoc eſt bonos & malos nos euadere . bonos igitur & malos eſſe in noſtra
29 poteſtate ſitũ eſt. ſunt itaq; virtutes & vitia in noſtra poteſtate ſita. ¶Tertia concluſio. Virtutes & vitia:volun-
taria ſunt. ¶Primo. Nam dicere neminem ſua voluntate prauum eſſe, neq; inuitum quenquam eſſe felicẽ:pri-
mum profecto falſum eſt,& ſecundum veritati conſentaneum.nemo enim inuitus felix. ſed prauitas ipſa ſpon-
te noſtra comparatur:alioqui reclamandum eſt ijs quæ modo adduximus,atq; dicendum hominẽ non eſſe prin
cipium,effectorémq; ſuorũ operum tanquam liberorum. quòd ſi ſuperius adducta vera videntur: nec in alia nos
vlla principia,q̃ in nos ipſos noſtras operationes referre valemus: & virtutes & vitia in noſtra poteſtate erunt,
atq; voluntaria. quorũ enim principia in nobis ſunt:& ea quoq; in noſtra poteſtate ſunt,atque voluntarie à no-
bis ipſis fiunt. ¶Secũdo. harum rerum teſtes eſſe videntur,cum priuati homines tum legum adminiſtratores atq;
publici. nam legum adminiſtratores,eos qui praua faciunt, ſi neque vi neq; ignorantia cuius ipſi cauſa non ſint
ea perpetrent,ac admittant:corripiunt,pœniſque afficiunt. at eos qui honeſta agunt: præmijs, honoribúſq; do-
nant atq; afficiunt,tanq̃ hos ad præclara prouocantes, illos autem à prauis deterrentes. atqui ad ea peragenda
quæ neq; in noſtra poteſtate neque voluntaria ſunt: non prouocat quiſquam, aut abſterret. cum id quidem va-
num eſſet:perinde ac vanum eſt cuiquam ſuadere non calere,non dolere,non eſurire aut aliquid ſimile. nã ſua-
deat,hortetur,deterreat aut non:nihilo ſecius hæc omnia patietur. ſunt igitur virtutes & vitia in noſtra poteſta
te,atq; voluntaria. Et cũ illi qui ignorantia peccant ſuę ignorãtiæ cauſa ſunt:pœnas eis inſtituunt. ceu ebrioſos
duplici pœna afficiendos lege diſcernunt. nec iniuria. nam principium in ipſis eſt, cum in ipſorum poteſtate ſi-
tum ſit ebrietatẽ vitare. quæ ignorãtiæ cauſa eſt. ſimiliter puniũt & eos qui peccant ignorantia eorũ: quæ ſcire
tenentur. vt ſunt aliqua eorum quæ legibus continentur,& quæ cognitu facilia ſunt, cõſimiliq; modo in alijs in
quibus per negligentiam ignorantia peccant,ac delinquunt. nam in eorũ poteſtate eſt diligentiã adhibere. ſunt
etenim tales qui diligentiam adhibeant. ¶Tertio. qui cuiuis ſtudio,exercitationiq; ſe addicũt:& in eo perſeue-
rant operando,ſic diſſolute viuentes vt tales euadant & iniuſti,& intẽperati:ſibijpſis cauſa ſunt flagitia cõmit-
tentes,& potui ſimilibúſq; rebus indulgentes. quales enim operationes circa ſingula exiſtentes,tales & ipſi eua-
dunt. ignorare autem ex actibus habitus fieri:minimũ hebetis eſt,atq; obtuſi. ¶Quarto. à ratione alienum eſt di-
cere iniuriantem nolle eſſe iniuſtum,neque intemperate viuentem eſſe intemperatum. at ſi quis non ignorans
agit ea ex quibus ſit iniuſtus:ſponte atq; voluntarie euadit iniuſtus. vitia igitur voluntaria erunt. quare & virtu
30 tes. de ipſis enim minus ambigitur. ¶Quarta cõcluſio. Vitia à principio in noſtra ſunt poteſtate vt ea ipſa vite-

mus:poſteaquam vero parta ac cõtracta ſunt,non amplius noſtræ poteſtatis eſt,vt illa non habeamus. ¶Primo.
quia cum quis iam eſt iniuſtus:non iccirco ſi vult,protinus deſinet eſſe iniuſtus,eritq; iuſtus. ¶Secundo. ſi quis
ægrotans iacet:non ſuæ poteſtatis eſt vt ſtatim ſi vult, ſanus incolumiſq; fiat, tametſi ita contingere poſſit, vt
ſponte ſua ægrotet,vtpote qui voluntarie incontinenter vixerit,ſalubriaque medicorum præcepta contempſe-
rit.licebat enim tum ipſi non ægrotare. ſed poſteaquã valitudine pulſa ægrotat:non amplius licet ſi vult. vt ne-
que qui lapidem emiſit,ſuæ poteſtatis amplius eſt reſumere euntem,atq; ſiſtere cum vult:ſed in ipſo ſitum erat
ipſum non proijcere,verum ſumptum retinere. principium enim in ipſo erat. ſimili quoq; modo & iniuſtum, &
intemperatum à principio licebat talem non fieri:iccirco ſua ſponte talis eſt. poſteaquã vero talis factus euaſit
iniuſtus,intemperatus,aut aliquid huiuſmodi:non amplius licet ipſi ſi vult talem non eſſe. vitia igitur à princi-
pio nimirum in noſtra ſunt poteſtate:ſed non amplius noſtræ poteſtatis eſt ſi parta ſunt,illis ſi volumus carere.
¶Tertio. quid hoc mirum eſt:ſi animi vitia noſtra ſponte fiant,ſintq; in principio in noſtra poteſtate,cum cor-
poris vitia ita nonnunquam in pleriſq; fieri videamus, quos iccirco redarguimus, atq; increpamus. nemo enim
eos qui natura deformes ſunt iure reprehendit:ſed eos qui per ſecordiam, atq; incuriam tales euaſere. & idem
euenit circa corporis imbecillitatem. cum quiſquã aliquo membro captus ſit. nam nemo exprobrat cæco:ſi na-
tura cæcus ſit,aut ægritudine,aut fortuito vulnere,verum miſerebitur potius. at ſi ebrietate, aut quoquam alio
flagitio oculis ſit orbatus:omnes paſſim carpent, increpabũtq; omnes. ergo corporis vitia quæ in noſtra ſunt
poteſtate reprehenduntur:quæ autem in noſtra poteſtate non ſunt,minime. cum igitur hæc ita ſint ea vitia re-
prehenduntur quæ in noſtra ſunt poteſtate. ¶Inſtantia. Dicet forſitan quiſpiam omnes homines ſemper id affe- 31
ctare:quod ſibi bonum apparet. at talis apparentiæ domini non ſunt:ſed qualis vnuſquiſque natura eſt, talis &
ipſi finis videtur. quapropter ſuæ poteſtatis non eſt id non ſequi:quod ipſum tanquam ſummum bonum trahit.
¶Secundo. ſi vnuſquiſque ſui habitus aliquo modo vt voluntarie cauſa eſt:erit & ipſius apparentiæ eodem mo-
do cauſa. non autem ſi vult ſic apparet. non igitur ſponte ſuorum habituũ cauſa eſt. ¶Tertio. ſi nemo ſibi mala
agendi cauſa eſt, ſed ignorantia finis propter quam agit,ſic arbitratus agendo ſummum bonum conſecutũ iri,
& affectatio finis non in noſtra ſit poteſtate:nemo ſponte malus. at nemo ſibi mala agẽdi cauſa eſt:ſed ignoran
tia finis cuius affectatio atq; deſiderium in noſtra poteſtate non eſt. ſed qui optimum bonum ſit appetiturus ſic
natura inſtitutum eſſe oportet:quaſi viſum habeat quo recte decernat,& id expetat quod vere bonum eſt. & is
generoſus,bonóque ingenio eſt:cui id à natura feliciter obtigerit, rem optimam, rẽmque pulcherrimam(qua-
lem nec ab alio accipere,nec diſcere poteſt)initijs naturæ ductam poſſidens. & hæc eſt vera,perfectáq; naturæ
habilitas. ¶Reſponſio. Si hæc vera concludunt:cur potius virtus ſponte noſtra paretur quàm vitium:idem pro- 32
fecto iudiciũ. nam ambobus & bono & malo finis natura,aut quouis conſimili modo eſſe videtur,ac ponitur:&
reliqua omnia agunt homines ad ipſum referentes. ſiue igitur finis non vnicuique natura appareat,ſed talis ap-
parentiæ domini exiſtant,habeántque aliquid quod illius apparentiæ ſit cauſa,ſiue finis natura conſtet neq; ſit
affectatio libera atq; ſpontanea:quia tamen ſua ſponte vir ſtudioſus ipſius finis gratia cætera agit & virtus ſpõ
te comparatur ac requiritur:eodem modo,iure & vitium ſponte comparatur. neque ſua quod volunt conficiũt
argumenta. nam conſimiliter homini malo cuncta competunt,tum actuum. tum ipſius finis conſideratione ha-
bita Si ergo(vt recte conceditur)noſtra ſponte virtutes parentur, quòd ipſorum habituum quoquo pacto nos-
ipſi concauſæ ſumus,& talem finem ſtatuimus quales noſipſi ſumus:identidem vitia,noſtra ſponte parabuntur.
ſimiles enim vtrorumq; modi ¶Quinta concluſio. Non prorſus conſimili modo actus atque habitus volunta- 33
rij ſunt. Nam ipſi actus à principio ad finem vſque prorſus voluntarij ſunt,atq; in noſtra poteſtate ſingula cog-
noſcentũ. habitus autẽ ſolum à principio in noſtra poteſtate ſunt:neq; ſingula quæ ipſis habitibus partis acqui-
ſitiſque addemus,cognoſcemus,vt neq; is qui aduerſa valitudine laborat ſed iccirco noſtra poteſtate fieri dicũ-
tur:quia in noſtra poteſtate ſitum eſt ſic aut non ſic agere,atque vti. ſed generaliter de virtute ſatis dictum eſt:
quid eius genus vt mediocritas vel habitus à quibus per ſe fluũt principijs. nam ab operationibus recta ratione
moderatis,& illas eſſe in noſtra poteſtate atque ita comparari vt recta ratio iubet. nunc autẽ ſpecialiter de ſin-
gulis virtutibus diſcutiendum eſt,quænam ſint,circa quæ verſentur,& quomodo parentur, & quot ſunt & pri-
mo de fortitudine aggrediendum eſt.

Cap. VI.

FOrtitudinem itaque circa metus mediocritatem eſſe, fiduciáſque : perſpi- 34
cuum iam euaſit. metuimus autem ea quæ terribilia ſunt. atque hæc ſim-
pliciter dicendo ſunt mala. quapropter & veteres metum diffinientes:ex-
pectationem inquiunt eſſe mali. Metuimus igitur omnia mala: vt infami-
am, paupertatem, morbos, inimicitias, mortem. at non circa hæc omnia
vir fortis eſſe videtur. ſunt etenim nonnulla mala, quæ quidem metuere oportet & ho
neſtum eſt : & non metuere turpe. infamiam nanque qui timet,eſt probus & verecun-
dus:qui non timet, impudens. fortis tamen tranſlatione dicitur à quibuſdam : quippe
cum aliquid ſimile videatur habere. eſt enim & ipſe fortis interritus quidam. paupertatem autem metuere forſitan non oportet, nec morbum, nec omnino quicquam eo-
rum quæ nec à vitio,nec à nobiſipſis proueniũt. nec tamen is eſt fortis qui hæc non me-
tuit:ſed hunc etiam fortem ſimilitudine quadam vocamus. nonnulli enim homines in
bellicis quidem periculis meticuloſi ſunt. liberales autem ſunt & ad erogandas pecu-
nias animoſe ſe habent. At neque ſi quis pro filiorum atque vxoris pudicitia timet,aut
inuidiam metuit,aut aliquid tale: timidus eſt. Neque etiam fortis:ſi cum eſt verberibus
cædendus,confidit. ¶Circa quæ igitur terribilia vir fortis verſatur? An circa ea quæ ſint 35
maxima? etenim nemo tolerantior eſt malorum homine forti. mors autem maxime
omnium eſt terribile. eſt enim vltimum vitæ:& nihil pòſt, homini mortuo aut bonum,

36 aut malum eſſe videtur.❡At enim neq; circa omne genus mortis vir fortis eſſe videtur.
Non enim circa mortem eam quæ fit in mari:aut euenit morbis.circa quam ergo mor
tem vir fortis erit?An circa eam quæ eſt pulcherrima? talis auté eſt ea quæ fit in bello.
in maximo nanq; fit & pulcherrimo profecto periculo.Eódem accedunt & ipſi honores:
37 qui tum à ciuitatibus,tum à regibus ſunt inſtituti.❡Is igitur homo fortis proprie dici-
tur:qui circa honeſtam mortem,& ea omnia quæ repente eueniunt atq; afferunt ipſam,
interritus eſt.huiuſmodi vero ſunt ea quæ in bello cótingunt.Quinetiam & in mari:&
in ipſis morbis vir fortis timore vacat.non tamen ita vt nautæ.fortes enim & de ſalute
ſua deſperant,& genus tale mortis moleſte ferunt: illi vero ſpe propter experientiam
ſunt freti. Simul autem & viriliter, fortitérq; agunt in quibus vires habent locum, aut
honeſtum eſt mori:quorum neutrum eſt in tali genere mortis.

34 ❡Sexti capitis notæ.❡Metum eſſe expectationem mali:eſt ipſum perturbationē, affectúmq; eſſe,quo malum
35 futurum atq; imminens reformidamus.❡Nihil mirum ſi mors in hoc mundo omnium terribiliſſimum dicatur:
quandoquidem terribile ſit propter quod omnia alia in hoc mundo terribilia formidantur, & vltimum terribi-
lium eſt,poſt quod neq; bonum,neq; malum amplius in hoc mundo expectantur. de bonis autem aut malis al-
terius vitæ, alteriúſve mundi periculis nihil hic intelligitur, vbi de ijs bonis aut malis ſolum agitur quæ ad hu-
ius vitæ felicitatem perducunt,aut miſeriam.& conſimilem ſententiam hoc dialogo exprimit Horatius, Horatius
Vir bonus & ſapiens audebit dicere:Pentheu epiſt.17
Rector Thebarum quid me perferre,patique V. vir bonus
Indignum coges? P. adimam bona. V. nempe pecus,rem, P. Penthous
Lectos,argentum tollas licet. P. In manicis &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
V. Ipſe deus ſimul atque volam,me ſoluet.P. opinor
Hæc ſentit. V. moriar, mors vltima linea rerum eſt.
37 ❡In mari:in periculis tempeſtatibúſque maris.❡De fortitudine primo officiorum fonte conſequenter exequi-
tur Ariſtoteles:quæ ad parentes,ad patriam,& ad diuinum cultum pietatis officia ſeruat. Ad parentes. vt Æmy- Æmylius
lius Lepidus apud Ticinum iuuenis admodum cótra Annibalem:captũ patrem liberat & hoſtem interficit,qua Annibal
in parentem ſeruata fortitudinis pietate,memorabilem ſtatuam emeruit.❡In patriam.Leonides Spartanorum Leonidea
rex(authore Iuſtino)cum quatuor millibus hominum in anguſtijs Thermopylarũ ſpatio trium dierum innume- Iuſtinus
ræ multitudini copiarum Xerxis Perſarum regis obſtitit:& perſuaſit tandem pius patriæ quàm vitæ debere,ac Xerxes
mori cum gloria,quàm patria ſub tyranni iugo poſita ſuperuiuere: ſexcenti viri in caſtra ſexcentorum millium po
ſtremo irruperunt,& inter ſtragem,& cadauerũ aceruos inedia,vigilijs,& labore longæ cædis feſſi cũ ſuo duce
ceu leones fortiſſimi inuictas tandem emiſerunt animas:pulchræ pietatis in patriam habendæ ſua morte poſte
ris exemplum relinquentes. ❡In cultum diuinum. In ſacris literis Dauid puer inermis, impauidus aggreditur Dauid
gigantem:hamata lorica,multiplicique telo,tumentem:nudus occupat armatum, occupatum obtruncat. vnus
puer fortis decem millia cedere cogit: ecce quid pro cultu diuino generoſæ mentis virtus,infractaque fortitu-
do valere debeat: cui ſemper virtutum dominus & fortiſſimus rerum aſpirat ab alto. Et ſi hæc vel ſola nunc in-
ter Chriſtianos principes regnaret virtus:non eſſet tam paruum nunc Chriſti ſaluatoris regnum,& in tantis an-
guſtijs nomen eius contractum: qui ex duodecim fortibus totum ſibi conquiſierat orbem. Vbi nunc Cæſar qui Cæſar
pro Chriſto vexilla portet, & qui pro Chriſto fortiter mori non timeat: qui pro nobis omnibus (vt viueremus
omnes)mortuus eſt? Cæſar inquam ille qui quinquagies & bis ſignis collatis cum hoſte conflixit, & qui vnde-
cies centenorum quinquaginta millium hoſtium,ſuperba colla contriuit.de quo Poeta,
Si veris magna paratur
Fama bonis,& ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur virtus:quicquid laudamus in illo
Maiorum fortuna fuit. quis Marte ſecundo,
Quis meruit tantum populorum ſanguine nomen?
Ecce parens patriæ verus, digniſſimus aris
Roma tuis:per quem nunquam iurare pudebit.
Et Xenophon philoſophus cum coronatus rem ſacram faceret,& inter ſacrificandum nuntiatum eſſet,Grillum Xenophon
filium ſuum in bello cecidiſſe: lauream depoſuit. at cum dictum eſſet fortiter egiſſe:ad fortitudinis nomen re- Grillus
ſpirans,coronam reſumpſit,nec lachrymari quidē viſus eſt. Plorandi enim non ſunt:quos clara virtus ad æthe-
ra euexit.❡Et de Thraſybulo Lacedæmonio,qui fortiſſime dimicans occubuit,in eius memorandæ fortitudi- Thraſybulus
nis argumentum:hoc inſigne epigramma reliquit Auſonius, Auſonius
Excipis aduerſo quòd pectore vulnera ſeptem,
Arma ſuperueheris quòd Thraſybule tua:
Non dolor hic patris Pitani, ſed gloria maior:
Rarum tam pulchro funere poſſe frui.
Quem poſtquam mœſto ſocij poſuere ſepulchro:
Talia magnanimus ædidit ore pater,
Flete alios: natus lachrymis non indiget vllis,
Et meus,& talis,& Lacedæmonius.
Ergo ô Chriſtiani principes fortia facta maiorum:generoſa corda excitēt,& temeritas omnis, & ſocordia pro-
cul abſit,atq; nunc viuite fortes,fortiáque aduerſis opponite pectora rebus.& rogate dominum fortitudinis vt
vnum inter vos ſuſcitet fortem:qui res Chriſtianorum labefactas reſtituat diuinæ bonitatis inſtrumentum for-
tiſſimúſq; pugil,quas dudum principum Chriſtianorum in ſemuicem ſtygio Marte debacchantium temeritas,
& in aggrediendis religionis hoſtibus ſegnicies ac tarditas,ad tantas anguſtias redigi paſſa eſt.Quòd ſi eſt ali-
quis(vt creditur)diuina iam pietate delectus,qui mundum extreme laborantem reformet,& ad meliorem vir-
tutũ ſtatum,& ad puriorem dei cultum inſtituat & religionis hoſtes humiliet, ſuperbos conterat, mites autem

(deo præſtante victoriam, rebúſque ſuccurrente lapſis) ſub dulce fidei iugum mittatiomnes Chriſtiani gratijs
habitis,& pijs ad deum veræ fortitudinis parentem profuſis lachrymis conclament,

Baptiſta

Surge: tuo pater enſe tuos defende nepotes.
Quam geris aduerſas feriat rhomphæa cohortes.
Cappadoces, Phrygij: virides vbi flumine ripas
Curuat: & argutos audit Mæander olores,
Et veteres Eneti, Cares vbi dicitur ortum
Auguriam,Lycij,Pontus,Bithynia diues
Annibalis tumulo inſignis,Lydique:vetuſtum
Vnde genus Tuſcis,fuluas vbi voluit arenas
Diuitibus Pactolus aquis:hæc omnia noſtris
Hoſtibus,& rigido parent inuita tyranno.
I decus ô regum tantóque accinge labori:
Præteritiſque nouam meritis hanc adijce laudem,
Quam delere ſequens annis labentibus ætas
Nulla queat,quæ cælo ipſo ſcribatur & aſtris.
Parce tamen miſeris:nec te fortuna ſuperbum
Eleuet,& caſu virtus dominetur in omni.

Hæc de fortitudine:quæ ſola regnorum lapſas(aſpirante deo)releuat ruinas.

¶ Sextum cap. tribus concluſionibus,& vna diffinitione partitum eſt.

¶ Sexti capitis commẽtarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Etſi fortitudo circa metus & fiducias verſetur:non 34
tamen circa metus omnes atque fiducias verſatur. Nam fortitudinem mediocritatem eſſe circa metus & fidu-
cias: prius perſpicuum euaſit, at metuimus terribilia atque(vt apertius dicamus)metuimus mala. quapropter
veteres metum diffiniuere:expectationem eſſe mali.metuimus ergo omnia mala vt infamiam,egeſtatem,mor-
bos,inimicitias,mortem,& id genus ſimilia.ſed non circa omnia hæc verſatur fortitudo.nam iſtorũ ſunt quæ-
dam vt infamia:quæ ſemper metuere honeſtum eſt,& non metuere turpe.qui enim infamiam timet:probus &
verecundus eſt. qui vero non timet: impudens. attamen non timentem infamiam tranſlatitie & ſimilitudine
quadam fortem appellauere nonnulli:quód vterq; eſt impauidus. item eſſe poteſt vt paupertas metuenda non
ſit,neque morbus. atque(vt ſummatim dicatur)neque omnino quæ neque ab improbitate, neque à nobis pro-
ueniunt attamen qui hæc non metuit:non proprie fortis appellatur,niſi ſimilitudine quadam ita vocetur. nam
hominũ plurimi in bellicis periculis timidi ſunt:iccirco minime fortes,qui liberales pecunias audacter erogant,
neque paupertatem,neque morbum metuentes. ſimiliter ſi quis pro liberorum atque vxoris pudicitia timet,ſi
inuidiam metuit,aut aliquid ſimile: non proprie timidus eſt. neque fortis ſi virgis cædendus: non terretur,ſed
confidit. manifeſtum itaque eſt fortitudinem non circa omnes metus,atque fiducias verſari. ¶ Secunda conclu- 35
ſio. Fortitudo circa mortis pericula verſatur. Nam viro forti nemo malorum tolerantior eſt.terribiliſſimum ve-
ro omnium mors. eſt enim vitæ vltimum: poſt quam mortalibus neque bonum, neque malum quicquam eſſe
videtur.merito igitur fortitudo circa mortis pericula verſatur. ¶ Tertia concluſio. Non circa omne genus mor- 36
tis, ſed circa eam mortem quæ in bello contingit: vir fortis eſſe dicitur. Nam vir fortis minime dicetur circa
mortẽ quæ euenit in mari, aut ex morbis confectis: ſed vir fortis erit circa pulcherrimam mortem & in maxi-
mo, pulcherrimóque periculo. hæc autem mors eſt quæ contingit in bello:quod teſtantur honores,tum à ciui-
tatibus, tum à regibus inſtituti: ijs qui generoſe atque fortiter talia adoriuntur pericula. non igitur circa om-
nem mortem,ſed circa eam quæ in bello eſt:vir fortis eſſe dicitur. ¶ Diffinitio. Hinc homo proprie fortis diffi- 37
niri poteſt qui circa honeſtam mortem,& ea omnia quæ repente eueniunt,ipſámque afferunt: interritus eſt. &
ea quæ repente eueniunt,ipſámque afferunt: ſummopere pericula mortis exiſtunt in bello. & non ſolummodo
circa honeſtam mortem in bello impauidus eſt: ſed & in mari & in morbis vir fortis inconcuſſus eſt, atque ti-
more vacat. non tamen vt nautæ, nam fortes de ſua ſalute deſperantes:tale genus mortis moleſte ferunt. nau-
tæ vero ob experientiam:ſpem euadendi retinent,ac confidunt. item fortes viriliter & fortiter agunt: quoties
viribus ſuis & locus,& honeſtæ mortis præbetur occaſio. ſed in dicto genere mortis: neque locus,neque hone-
ſtæ mortis præbetur occaſio. hinc eam mortem tametſi animo inconſternati:moleſte ferunt.

Cap. VII.

NOn eſt autem idem vniuerſis terribile. Et dicimus etiam aliquid eſſe quod 38
facultatem ſuperat hominis. id igitur vnicuique terribile eſt homini ſanæ
mentis. At ea quæ metas facultatis non egrediuntur humanæ: magnitu-
ne differunt,& intenſione,remiſſionéque. ſimiliter autem & ea quibus con-
fidimus. ¶ Fortis itaque impauidus eſt vt homo: atque timebit quidem 39
& huiuſcemodi res formidoloſas. verum vt oportet & vt dictat ratio, tolerabit: hone-
ſtatis cauſa. hæc enim ipſius virtutis eſt finis. ¶ Fit autem vt hæc & magis & minus ti-
meant homines. & etiam vt ea quæ non terribilia ſunt:vt terribilia metuant. atque de-
linquitur:cum metuunt aut ea quæ non oportet metuere, aut non quemadmodum o-
portet,aut non quando oportet, aut aliquid talium. ſimiliter peccatur & circa ea quibus
confidimus. Qui igitur & ea quæ oportet,& gratia cuius oportet,& vt oportet,& quan-
do oportet,fert & metuit, & identidem confidit:is homo eſt fortis. fortis enim pro di-
gnitate,& vt ipſa ratio iubet:tam patitur quàm etiam agit. ¶ Finis autem operationis 40
omnis is eſt:qui accommodatur habitui. & viro etiam forti honeſtũ eſt ipſa fortitudo.
Talis igitur & ipſius eſt finis. ſingula nanque ſuo fine definiuntur. Fortis igitur honeſti
cauſa:ſubit & agit ea quæ ad ipſam fortitudinem pertinent. ¶ Exuperantium autem is 41

quidem qui in non metuendo exuperat:nomine caret. atque dictum eſt antea nominibus complura vacare.at vocari poteſt inſanus quidem vel ſtupidus:ſi nihil omnino neq; motus terræ,neq; fluctus(vt de Celtis dicitur)metuat.Sed is qui circa res formidoloſas exuperat confidendo:audax eſt. videtur autem ipſe audax & arrogans eſſe & fortitudinis ſimulator. Qualis igitur eſt fortis circa res ipſas formidoloſas: talis & ipſe videri vult.itaq; imitatur illum in quibus poteſt. Quapropter & complures ipſorum audaces ſunt ſimul & timidi.in his enim audentes res formidoloſas non ſuſtinent. Is autem qui metuendo exuperat: timidus eſt.Nam timet ea quæ non oportet, & vt non oportet,&
42 omnia talia ipſum ſequuntur.deficit autem & in confidendo.¶Sed in doloribus exuperans magis eſt manifeſtus. meticuloſus igitur male ſeſe habet circa ſpem,quippe cum vniuerſa metuat fortis vero contrà ſeſe habet.confidere nanq;bene ſperantis hominis
43 eſt.¶Circa igitur hæc verſatur & audax, & meticuloſus & fortis. Sed diuerſo modo ad hæc ſeſe habent.Illi nanq; exuperant & deficiunt. at hic mediocriter ſeſe habet:& vt oportet. Et audaces quidem præcipites ſunt ante ipſa pericula & volunt ea: ſed cum in ipſis ſunt,tergiuerſantur.Fortes autem in ipſis quidem operibus feruidi ſunt antea vero quieti.Vt igitur dictum eſt: fortitudo mediocritas eſt circa ea quibus confidimus,& ea quæ terribilia ſunt,in iis quæ diximus.& eligit atque fert ipſa:quia eſt honeſtum, &
44 quia eſt turpe non ſubire atque perferre.¶Mortem autem ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem,aut amorem aut moleſtum aliquid:non fortis eſt hominis,ſed potius timidi.Eſt enim mollitudinis laborioſa fugere. atque non quia res eſt honeſta, oppetit mortem:ſed quia malum,fugit.Fortitudo igitur tale aliquid eſt.

40 38 ¶Septimi capitis notæ. ¶Auſus,fiducia. ¶Finis virtutis proximus eſt: ſecundum rectam rationem ſingula aut
41 agere aut pati honeſti gratia,aut eius boni quod eſt ſupra omne honeſtum. ¶Celtæ,populi Hiſpaniæ,qui olim omni immanitate vſi creduntur.de Celtis ita Herodotus in Euterpe,Celtæ autem ſunt extra cyppos Herculis, Cyneſijs finitimi:omnium in Europa ad occaſum habitantium vltimis. Sunt & qui Celtas,Gallos interpretãtur. vt Aretinus ſeptimo Politicorũ,capite ſecundo. ¶Audax,temerarius,ferox. Audax eſt vt ſophiſta fortiũ ¶Audax & abundat & deficit.abundat enim confidendo:deficit autem metuendo.ſed ſimpliciter abundare dicitur: quòd ad agendum abundet. Similiter timidus & abundat,& deficit.abundat enim metuendo,& deficit cõfidendo.verũtamen ſimpliciter deficere dicitur:quòd deficiat ad agendum.

Celtæ
Herodotus
Cyneſij
Galli
Aretinus

¶Septimum cap.quinq; concluſionibus,tribus diffinitionibus,& vno documento partitum eſt.

38 ¶Septimi capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Terribilia non in omnibus vno exiſtunt modo. Nam terribilium aliquod eſt quod hominis facultatem ſuperat:& id vnicuiq;(qui ſanæ mentis eſt)terribile eſt. aliud eſt quod facultatis humanæ modum non ſuperat. & rurſus talia quæ facultatem non ſupergrediuntur humanam:magnitudine,paruitate,intentione & remiſſione inter ſe differunt. terribilia igitur nõ in omnibus vno
39 exiſtunt modo.& ſimiliter auſus varijs quoque exiſtunt modis. ¶Secunda concluſio. Fortis non omnino impauidus eſſe debet,& nihil prorſus metuens. ¶Primo. nam vir fortis impauidus eſt vt homo: timens quidem humana terribilia,formidoloſaq; vt oportet, & vt recta ratio dictat ea tolerans & honeſtatis cauſa. hoc enim virtutis finis eſt. non igitur fortis omnino impauidus eſſe debet, nihilque prorſus metuens. ¶Secundo. fit vt homines terribilia magis quàm oportet timendo ſuperent: & minus quàm oportet ea metuendo, deficiant. imò fit vt ea quæ minime terribilia ſunt: perinde ac terribilia metuant. at delinquunt cum metuunt ea quæ metuere non oportet,aut non quemadmodum oportet,aut quando non oportet,aut aliquid talium: neque plane fortes eſſe poſſunt. & ſimili quoque modo non metuendo, aut confidendo. ſed qui terribilia quæ oportet, gratia cuius oportet, vt oportet, & quando oportet tolerat, metuit, ac confidit: vir fortis eſt. fortis enim pro digni-
40 tate & vt ſana ratio iubet: tam patitur quàm etiam agit. ¶Tertia concluſio. Viro forti ſuus finis honeſtus eſt. Nam omnis operationis talis finis eſſe debet: qui ſuo habitui conſentaneus ſit. atqui viro forti ſuus habitus, ſuáque fortitudo honeſta eſt. talis igitur & viro forti finis eſt. nec iniuria quidem: nam ſingula à ſuo fine de-
41 terminantur. vir itaque fortis: opera fortitudinis gratia aggreditur, ſuſtinetque, atque agit. ¶Diffinitiones. Ex iis extremorum diffinitiones colligere poſſumus. Inſanus atque ſtupidus vocari poteſt: qui prorſus non metuendo ſuperat: vt qui nihil omnino neque terræ ſuccuſſiones atque motus, neque fluctus vt de Celtis dicitur: ſed proprie nomine caret. ſunt enim pleraque (vt dictum iam eſt) quæ nomine vacant. Audax: eſt qui circa humana pericula confidendo ſuperat & is ſuperbus,atque elatus eſt. & fortis æmulator. qualis enim fortis circa pericula: talis & ipſe audax videri deſiderat: atque fortem quoad poteſt imitatur. vnde fit vt audacium complures ſint timidi. nam temerarie confidentes pericula adoriuntur: quæ (vbi difficultas ingruit)cedentes non ſuſtinent. Timidus, eſt qui metuendo exuperat, & confidendo deficit. is enim timet quæ non oportet,vt non
42 oportet: & cætera ſimilia timidum conſequuntur. ¶Documentum cognoſcendi timidi. In moleſtiis & doloribus maxime deprehenditur.nam timidus ferme circa vniuerſa mala ſpe deſtituitur: fortis autem contrà be-
43 ne ſperat,ac confidit. Confidere enim: bene ſperantis hominis eſt. ¶Quarta concluſio. Audax, timidus,& fortis circa eadem ſed vario modo verſantur. Nam & audax & timidus & fortis circa timorea & fiducias (vt dictũ eſt) verſantur: hic mediocriter ſeſe habens vt oportet, illi vero abundantes & deficientes. audaces enim ante pericula admodum ad ea proni ſunt & valenti animo: ſed cum pericula aſſunt, minus valent,tergáque vertũt. & fortes ante aggreſſionem periculorũ quieti ſunt,atque in opera ipſa feruidi ac valentes. eſt enim(vt dictum eſt)fortitudo mediocritas circa terribilia, & metuendo & confidendo:ea eligens & perferens honeſti gratia,&
44 quòd etiam turpe eſt ea nõ ſubire atque perferre. ¶Quinta concluſio. Qui mortẽ ſibi conſciſcunt ad inopiam

fugiendam,amorem,aut aliquid in vita moleſtum: fortes non ſunt,quin potius timidi, atque molles. ❡Primo. quia mollities quædam & effœminatio eſt:laborioſa fugere,& non fortitudo. ❡Secundo. mortem non ſubeunt honeſti gratia,ſed vt malum, faſtidientémque moleſtiam deuitent. hoc pacto igitur mortē ſibi conſciſcere nō fortitudo eſt,quæ ſemper honeſti eſt gratia:ſed mollities quædam eſt & diuturnioris mali timor.

Cap. VIII.

Fortitudo ciuilis

Dicuntur autem & aliæ fortitudines quinque modis. Atque prima eſt ipſa 45
ciuilis. maxime autem ſimilis eſt.ciues enim ob increpationes quæ ſunt ex
legibus, & opprobria honoréſve, pericula ſubire videntur. & propterea
fortiſſimi videtur eſſe: apud quos timidi quidem infames ſunt.fortes au-
tem afficiuntur honore. Tales & Homerus affert: vt Diomedem ac He-

Homerus
Hector
Polydamas
Diomedes

ctorem.dicit enim Hector,
Nam me Polydamas ante omnes ipſe reprehendet. Et Diomedes,
Inter enim dicet Troianos optimus Hector:
Titydes metuens puppes confugit ad altas.
Hæc autem ex eo maxime ſimilis eſt ei de qua ſupra diximus:quæ fit ob virtutem.Ob
pudorem enim & appetitionem honeſtæ rei, honoris inquam, & ob fugiendam repre-
henſionem:quæ quidem eſt turpis. in eodem poſuerit quiſpiam & eos qui compellun-
tur à magiſtratibus. Verum deteriores eo ſunt:quòd non ob pudorem,ſed ob metum
id faciunt. & fugiunt non rem turpem:ſed rem moleſtam. cogunt enim ij qui poteſta-
tem habent.vt Hector,
Quem procul à pugna trepidantem forte videbo:
Is canibus fiet,fiet quoque vulturis eſca.
Idem faciunt & qui alijs imperant. etſi recedunt: verberibus afficiunt. & qui ante mu-
ros, foſſas, & huiuſmodi conſtruunt aciem.omnes enim cogunt. At non neceſſitate: ſed

Fortitudo militaris
Socrates

quia res eſt honeſta, fortem eſſe oportet. ❡Videtur etiam & ipſa ſingularum rerum 46
peritia fortitudo eſſe.quapropter & Socrates fortitudinem ſcientiam eſſe putauit. Ta-
les autem alij quidem in alijs ſunt.in rebus autē bellicis milites.ſunt enim in bello com
plures res vanæ,quæ quidem maxime ipſis ſunt notæ.atque ideo fortes videntur:quia
quales ſunt illæ,alij neſciunt. Deinde & aduerſarios offendere,& ſeipſos tueri maxime
experientia poſſunt, & euitare hoſtis conatus, & illum percutere, cum armis vti poſ-
ſint, & talia habeant: vt & ad faciendum ſint & ad non patiendum aptiſſima. quibus
efficitur,vt ipſi tanquam aduerſus inermes armati:& tanquam aduerſus rudes ludima-
giſtri decertent.etenim in huiuſmodi certaminibus non ij ſunt pugnaciſſimi,qui fortiſ-
ſimi ſunt,ſed ij qui vires ampliſſimas habent,& optime ſeſe habent corporibus.At vero
milites tunc timidi fiunt: cum excreſcit periculum, & inferiores ſunt copijs ac appa-
ratu.primi nanque fugam arripiunt.vrbanæ vero copiæ manent,atque intereunt.quod
quidem & in Hermeo accidit.Hæ nanque turpe fugere: & mortem tali ſaluti præferen
dam eſſe cenſent. illi vero vt ſuperiores ab initio ſeſe obiectant periculis: re autem in-
tellecta, fugam arripiunt, mortem magis quàm dedecus formidantes. Sed vir fortis

Ob iram

non eſt talis.❡Atqui iram etiam ad fortitudinem referunt. Fortes enim & ij videntur 47
qui ob iram feruntur, perinde atque feræ: in eos qui ipſos vulnere affecerunt. quia &
fortes concitantur ira. eſt enim ira res impetuoſiſſima ad aggredienda pericula. qua-
propter & Homerus dixit,Vires iniecit iræ: & animum ira concitauit. & acuta per na-
res vis: & efferbuit ſanguis. Hæc enim vniuerſa iræ concitationem impetúmve ſignifi-
care videntur.fortes igitur ob honeſtatem agunt:& ipſa ira ſubminiſtrat.feræ autem ob
dolorem, quia nanque vulnus acceperunt: vel quia timent. nam ſi ſuis in luſtris ſint:
non inuadunt. Non igitur ſunt fortes: propterea quòd à dolore concitati ac ira,ad pe-
riculum irruunt, nihil præuidentes malorum.nam hoc pacto & ipſi aſini cum eſuriunt
fortes eſſent. non enim à pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoque propter li-
bidinem multa audent.non igitur fortes ſunt qui ob dolorem ac iram ad pericula com-
pelluntur. Maxime autem naturalis ea eſſe videtur, quæ eſt ob iram: & eſſe fortitudo
electione ſumpta finéque. & ipſi etiam homines: cum iraſcuntur dolent, cum vlciſcun-

tur capiunt voluptatem.qui autē propter hæc agunt:pugnaces quidem ſunt,at non for-
tes.non enim ob honeſtatem agunt nec vt ratio præcipit,ſed ob ipſum affectum.aliqua
48 tamen ex parte ſunt ſimiles fortibus.¶Nec etiam ij qui ſunt ſpe freti,ſunt fortes:nam Ob ſpem
ex eo quia ſæpe,multóſq; vicerunt:fiduciam in periculis habent.Sunt autē ſimiles forti-
bus,quia vtriq; confidunt.ſed fortes quidē ob eas res quas paulo antea diximus.illi vero
quia ſe ſuperiores eſſe putant,& nihil viciſſim ſuſcepturos mali:tale & ipſi ebrij faciunt.
ſperant enim omnia ſibi proſpere euenire.cum vero non eueniunt ipſis talia:fugam ar-
ripiūt.At viri fortis erat,res eas quæ ſunt hominibus & videtur formidoloſæ,ferre:quia
honeſtum eſt ferre,& turpe eſt non ferre.Quam ob rem & magis fortis eſſe videtur ſu-
bitis potius in terroribus interritum eſſe ac ſine turbatione:quàm in præuiſis.eſt enim
ab habitu magis aut minus ex apparatu. nam antea viſa:cogitatione & ratione quiſpiā
49 eliget.at ea quæ repente eueniunt: habitu.¶Fortes etiam eſſe videntur & qui ignorāt. Ob ignorātiā
Et ſunt non longe ab ijs,qui ſpe freti confidunt.deteriores autem ſunt:quantum digni-
tatis nihil habent.illi autem habēt.Quapropter & aliquo tempore manent.hi vero de-
cepti,ſi cognouerint,vel ſuſpicati fuerint aliud eſſe quàm putabant:fugiunt. Quod qui-
dem Argiuis contigit cum in Lacedæmonios tanquam in Sicyonios incidiſſent.Dictum
eſt igitur qualeſnam ſint ipſi fortes:& ij rurſus qui fortes eſſe videntur.

45 ¶Octaui capitis notæ. ¶Agger:terreus aceruus,q̃ ex terra effoſſa aggeratur. & eſt proprie terra illa quæ con-
ſtitutu vallo,aceruatur.valli ſunt pali,fuſtéſq; in furcillatam figuram denſati:in portarum,murorum,locorúmq;
46 defenſionem. ¶Homerus,in Iliade,Socrates in Lacete de fortitudine diſputat & ad hoc quód ſcientia ſit per- Homerus
ducit:non omnino exequitur,ſed rem ancipitē relinquit.& in Protagora virtutes:prudentias,ſapientiáſq; eſſe. Socrates
¶Bruta per iram naturaliter fiunt fortiora.& in hominibus fit aliquid ſimillimum:cum ob iram ebulliunt,fiúnt-
que pugnaciores. ¶Illi:fortes propter fiduciam,hi propter ignorantiam fortes. ¶Hermeum:loci nomen in Eu-
boia,in quo cū in ciuitate obſiderent Athenienſes, vbi ceperunt arcem,Charon dux Thebanorum in ſubſidiū
miſſus,bello occubuit.qua re cognita,milites eius deiectis animis & de belli ſucceſſu male ſperantes,fugam cor
49 ripuerunt. Vrbanæ vero copiæ,quæ ſecutæ erant interierūt. ¶De dolo Lacedæmoniorum cum Sicyonijs eorū
armis mutatis,& Argiuis:aiunt Xenophontem hiſtoriam reliquiſſe.
¶Octauum cap.quinq; modis non veræ fortitudinis partitum eſt.
45 ¶Octaui capitis commentarius ad literam.¶Quinq; aliarum fortitudinum modi quæ veræ fortitudini(de qua
iam diſcuſſum eſt)aſſimilantur. ¶Primus modus eſt fortitudo ciuilis, quæ eſt cū ciues ſtrenue pericula ſubeūt
metu increpationis & opprobriorum quæ ex legibus eueniūt,& ſpe conſequendorum honorum.& propterea vi-
deri quàm fortiſſimi laborant,apud quos timidi infames:fortes vero,in honore,pretióque habentur. quales af-
fert Homerus Diomedem & Hectorem,cum ita introducit Hectora loquentem,
Nam me Polydamas ipſe:ante coarguet omnes.
Et Diomedem ita.
Inter Troianos dicet fortiſſimus Hector:
Titydes metuens puppes confugit ad altas.
Et hæc fortitudo maxime ſimilis eſt ſuperiori fortitudini:quam ob virtutem fieri diximus.ſed hæc non ob virtu
tem prouenit,ſed ex pudore,& cupiditate rei decoræ,honoris ſcilicet gratia:ad fugiendam vituperationē quæ
turpis eſt.& huic fortitudini annumeramus eā:quæ eſt eorum qui à magiſtratibus compelluntur.quæ ideo,mo-
do dicta deterior eſt:quód non pudore ſed metu fit,& non ad dedecus fugiendum ſed pœnā.coguntur enim ab
ijs qui ſuperiores ſunt,poteſtatémq; habent:quemadmodum Homerus inducit Hectora hoc modo,
Si procul à pugna trepidantem quenq; videbo:
Ille canum fiet,fiet quoq; vulturis eſca.
Et præfecti bellorum eos qui à pugna recedunt:verberibus affectos redire cogunt. cogunt & eos qui ante mu-
ros,foſſas,aggeres & huiuſmodi præparamenta muniunt.ſed tales,fortes non ſunt.nam nō neceſſitate ſed quia
46 fortitudo res ſit honeſta:fortem eſſe oportet.¶Secūdus modus eſt fortitudo militaris:quæ eſt cum milites ipſi
ob peritiam ſingularum rerum quæ in bello contingunt, adoriuntur pericula. hinc Socrates fortitudinē ſcien-
tiam eſſe credidit.& quemadmodum in alijs ſunt alij qui ſingula callent ac cognoſcunt : ita & in bello milites.
& bellum multos ac varios habet errores: & illos quidem agnoſcunt milites. & ideo fortes videntur, quoniam
alij qualia ſunt illa quæ timentur:ignorant.fortes etiam videntur:quód aduerſarios lædere & ſeipſos tueri ex-
perientia docti, maxime poſſint:quódque ad hoſtium conatus repellendos, & hoſtes ſternendos armis vtantur
aptiſſimis. itáque fit vt ipſi tanquam armati aduerſus inermes: & tanquam ludi magiſtri aduerſus rudes decer-
tent. & reuera in huiuſmodi certaminibus non ij pugnaciſſimi ſunt qui fortiſſimi ſunt : ſed ij qui præpotentio-
res vires habent, robuſtiſſimáque corpora. Sed huiuſmodi milites: fortes non ſunt. nam tunc timidi fugitant
cum increbreſcit periculum : & inferiores ſunt, deiectiorique animo vrbanis copijs , reliquóque belli appara-
tu. nam vrbanæ copiæ manent, atque intereunt: quod & apud Hermeum accidit. eſt enim vrbanis ciuilibúſq;
copijs turpe: fugere, & mors illis, potius huiuſmodi per fugam partæ ſaluti præferenda:contra vero milites ab
initio vt ſuperiores ſeſe periculis obiectant: re autem intellecta,fugam corripiunt,mortem magis quàm dede-
47 cus formidantes. talis autem vir: fortis non eſt. ¶Tertius modus eſt fortitudo quæ obuenit ob iram : quæ eſt,
cum ira perciti, ferarum more in eos feruntur,qui ipſos aliquo vulnere affecerunt. qui iccirco fortes videntur:
quód fortes ira acriores fiunt. etenim iræ, furoriſque concitatio,ad aggrediunda pericula: impetuoſiſſima res
eſt.hinc illud apud Homerum,
Et vires addidit iræ.
Ira corripuitque animum,vis ferbuit acris
Naribus,& ſanguis.

Sed hæc omnia ſignificare videntur: iræ concitationem, atq; impetum. ſed hi proprie fortes non ſunt. ¶Primo
quidem. nam fortes propter honeſtatem agunt: & ira eos coadiuuat. ſed feræ ob dolorē agunt vt quia vulnera-
tæ ſunt, aut metuunt. nam ſi ſuis in latibulis eſſent vt in ſylua, aut palude: neq; quenquā inuaderent. igitur ſimili
pacto fortes non erunt: qui dolore concitati pariter & ira, in periculum irruunt nihil præuidētes malorum. ¶Se
cundo. nam ſic & aſini fortes dici mererentur: cum eſurientes ne verberibus quidem à pabulo deſiſtunt, & adul-
teri propter libidinem multa audent. non igitur fortes erunt qui ob dolorem & iram: ab huiuſmodi periculis nō
dimouentur, & in pericula feruntur. ¶Tertio. fortitudo ob iram maxime ei accedit quæ fit ſecūdum naturam:
electionem præueniens. at vera fortitudo ſine electione, & fine non eſt. eſt enim honeſti gratia. ¶Quarto cum 48
homines iraſcuntur, dolent: & cum vlciſcuntur, voluptate afficiuntur, & horum gratia agunt. qui autem propter
hæc agunt, non fortes dicantur: ſed potius pugnaces. non enim ob honeſtatem agunt, nec vt recta præcipit ra-
tio, ſed ob perturbationem atque affectum. non igitur tales ſunt fortes, ſunt tamen aliquo pacto fortibus aſſimi-
les. ¶Quartus modus eſt fortitudo propter ſpem: quæ eſt cum ſpe victoriæ freti, pericula aggrediuntur. vt qui-
bus vincendo ſæpe ſecunda arriſerit fortuna, & hinc in periculis fiduciam ſumunt. & hi quidem fortibus ſunt ſi-
miles: quia vtriq; confidunt. verū fortes non ſunt: ſimiles ferme ob cauſas iis quæ paulo ante adductæ ſunt. nam
illi qui ſe ſuperiores ſperant nec illis vices mali rependi: ſimile aliquid faciunt ebrijs. ſperant enim omnia ſibi
proſpere ceſſura: quæ cum proſpere non cedunt, corripiunt fugam. at viri fortis eſt quæ hominibus ſunt atque
videntur terribilia: illa honeſtatis gratia ferre. quia ſcilicet illa ferre honeſtum eſt: non ferre vero turpe. Quo fit
vt magis fortis eſſe videatur: qui in ſubitis terroribus intrepidus, interritúſque, ac inconcuſſus ſine perturbatio-
ne manet, quàm qui in præuiſis. quandoquidem ſubitis in terroribus interritus magis ab habitu, minúſque ex
præparatione manet. nam antea præuiſa, cogitatione & electione perferre quis eliget: repentina vero habitu.
¶Quintus modus eſt fortitudo ob ignorantiam: quæ eſt cum qui (quia illa ignorant) periculis ſe committunt. & 49
ſatis hi affines ſunt ijs fortibus qui propter ſpem, atque fiduciam audent: ſed illis tanto deteriores quanto hi di-
gnitatis nihil habent, illi autem habent. nam hi non exiſtimatione vt illi: ſed ſola ignorantia audent. hinc fit vt
illi ad aliquod tempus ſuſtineant, ſed ſimul atque hi aliud eſſe intelligunt quàm ipſi rati erant: fugiunt. quod
Argiuis accidit cum in Lacedæmonios, tāquam in Sicyonios incidiſſent. Sed qui fortes ſunt & qui fortibus ſi-
miles abunde iam dictum eſt.

Cap. IX.

QVanquam autem circa fiducias, metúſque fortitudo verſatur, tamen non ſi- 50
mili modo circa vtrunque: ſed magis circa res formidoloſas verſatur. qui nan-
que in hiſce non turbatur, atq; ſe habet circa has vt oportet: magis eſt fortis
quàm is qui circa ea in quibus confiditur, ſe habet vt oportet. ¶Fortes igitur
ex eo dicuntur: quia res (vt dictum eſt) inferentes dolores tolerant. iccirco fortitudo do-
lores affert: & non iniuria laudatur. ¶Difficilius enim eſt dolores ferre: quàm à volupta-
tibus abſtinere. ¶Enimuero fortitudinis finis iucundus eſſe videtur. verum ab euenien- 51
tibus doloribus obfuſcatur. vt & in certaminibus fieri ſolet. nam pugilibus finis quidem
ipſe iucundus eſt gratia cuius certant, coronæ inquam atq; honores. ſed cædi moleſtum
eſt: cum ſint è carne, doloréſq; affert, & omnis omnino labor. Atq; quia hæc ſunt multa:
ideo id gratia cuius certant, cum ſit res parua, nihil iucundi videtur habere. quòd ſi ta-
le & circa fortitudinem eſt: mors quidem atq; vulnera forti viro moleſta erunt, atq; in-
uito. feret tamen: quòd honeſtum eſt ea ferre, vel turpe non ferre. ¶Atque quo magis 52
omni virtute pollet & felicior eſt: eo magis ob mortem ſane dolebit. vir enim talis ma-
xime dignus eſt vita, maximíſq; bonis priuatur, id ipſum ſciens, quod quidem dolorem
affert. verum nihilominus eſt fortis. & eo magis fortaſſe quòd honeſtatem, quæ eſt in
bello: his anteponit. ¶Nec fit vt omnibus in virtutibus cum voluptate operemur: ni- 53
ſi quoad attingitur finis. ¶Nihil autem fortaſſe vetat: non eos qui tales ſunt præſtan- 54
tiſſimos milites eſſe. ſed eos qui minus quidem ſunt fortes: nullum autem aliud bonum
habent. hi nanq; parati ſunt ſeſe periculis obiectare: vitámque pro paruo emolumento
perdunt. De fortitudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat. Quid autem eſt: ex ijs quæ di-
ximus non eſt difficile comprehendere, ac aſſignare figura.

¶Noni capitis notæ. ¶Circa id ſemper magis dicetur verſari virtus: circa quod magis cautos, intētos vigiléſq; 50
nos eſſe oportet.

¶Nonum cap. quatuor concluſionibus & vno corollario partitum eſt.

¶Noni capitis cōmentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Quanuis fortitudo circa timores & fiducias verſe- 50
tur: non tamen æque circa vtrunque verſatur, ſed magis circa terribilia. ¶Primo. nam qui in terribilibus incon-
cuſſus, imperturbatúſq; habetur, in illis ſeſe habens vt oportet: magis eo fortis eſt, qui id agit in ijs quæ fiduciam
præ ſe ferunt, ac promittunt. verſatur igitur magis circa terribilia. ¶Secundo. fortes ex eo dicuntur: quòd res
aſperas, atq; triſtes tolerant. & iccirco quòd fortitudo, quicquā aſperum atque graue affert, taliáque eam comi-
tantur: merito laudatur. id autē circa terribilia magis fit: quàm vbi ſe fiducia præbet. ¶Tertio. difficilius eſt do
lores perferre: quàm à voluptatibus abſtinere, & virtus magis circa difficile verſatur. igitur fortitudo magis cir-
ca terribilia verſatur, & quæ dolorem afferunt: quàm circa fiducias quæ afferunt voluptatem. ¶Secunda cōclu- 51
ſio. Finis fortitudinis dulcis, atque iucundus eſt: tametſi à ſuperuenientibus doloribus obſcuretur. Nam quem-
admodum in certaminibus eſſe ſolet: vbi pugilibus finis (gratia cuius certant) dulcis, & iucundus eſt, coronē ſci
licet atque honores: ſed cædi illis moleſtum eſt, cum carnei ſint, pariter & quicquid dolorem affert, & omnis la-

bor res moleſta eſt: & cum hæc, plagæ inquam, dolorem afferentia, & labor multa ſint, & id gratia cuius cer-
tant res ſit admodum exigua: finis voluptas obſcuratur, & nihil iucundum habere videtur. conſimili pene mo-
do circa fortitudinem accidit. nam mors ac vulnera doloroſa ſunt, eáque nollet: perfert tamen quoniam hone-
52 ſtum eſt ea perferre, aut turpe non perferre. ¶ Tertia concluſio. Quanto magis vir fortis omni virtute pollet,
feliciórque eſt: tanto amplius in morte dolebit. Nam huiuſmodi vir maxime vita dignus eſt, maximiſque pri-
uatur bonis & id quoque ſcit. mors igitur illi moleſta eſt: doloréinque affert. neque iccirco minus fortis eſt: ve-
rum enimuero forſitan & magis, quòd honeſtatem quæ pro iuſtæ rei defenſione in bello eſt, longe illis antepo-
53 nit. ¶ Corollarium. Quo fit vt non omnibus in virtutibus ſemper cum voluptate operemur: niſi quatenus finem
54 attingimus, ipſiúſque contemplatione. ¶ Quarta concluſio. Nihil prohibet eos qui fortes non ſunt præſtantiſ-
ſimos eſſe milites: ſed cum fortes non ſint, aliud bonum non habēt. Nam ſunt qui parati ſunt periculis ſeſe ob-
iectare, & vitam paruo ſtipendio emolumentóque perdere. igitur ij valentiſſimi ſunt milites: ſed cum virtu-
tem non habeant præter id, eo in facto aliud bonum non habent. ſed de fortitudine hactenus, & quid ea voce-
tur: non eſt difficile ex ijs quæ dicta ſunt vtcunque aſſignare.

Cap. X.

55 POſt hanc autem de temperantia dicamus. Hæ nanque virtutes partium ea-
rum eſſe videntur quæ ſunt rationis expertes. Atq; temperantiam circa vo
luptates mediocritatem eſſe iam antea diximus. minus enim, & non ſimi-
liter circa dolores verſatur. In eiſdem autem & intemperantia eſſe vide-
56 tur. ſed nunc circa quas eſt voluptates determinemus oportet. ¶ Diuidan-
tur igitur animæ atque corporis voluptates: vt honoris cupiditas, & auiditas diſcipli-
næ. nam tam ambitioſus quàm auidus diſciplinæ eo gaudet cuius eſt auidus. & cor-
pus nihil: ſed mens potius patitur. atque ij qui voluptatibus huiuſcemodi alliciuntur:
nec temperãtes nec intemperantes dicuntur. Pari modo neque qui circa cæteras vo-
luptates quæ non attribuuntur corpori occupantur. eos enim qui fabulis, & narratio-
nibus delectantur, & circa talia dies conſumunt, verboſos quidem atque deliros: in-
temperantes autem non conſueuimus appellare. Nec eos etiam: qui pecuniarum vel
amicorum cauſa dolent. temperantia igitur non circa animæ: ſed circa corporis volu-
57 ptates verſatur. ¶ Non tamen & circa has ipſas omnes. Qui nanq; rebus ijs gaudent
quæ viſu percipiuntur, vt coloribus, figuris, pictura: nec temperantes nec intemperan-
tes dicuntur. etſi videntur & his homines & vt oportet, & magis quàm oportet, & mi-
nus etiam gaudere. Simili modo neq; qui rebus ijs gaudent quæ auditu percipiuntur.
nemo enim aut eos qui cantu vel hiſtrionis gaudent voce pluſquam oportet, intempe-
rantes, aut eos qui vt oportet eiſdem gaudent temperantes appellat. Nec etiam ij qui
circa odores gaudent: niſi per accidens. non enim eos qui malorum aut roſarum, aut va
porum, ſed eos potius qui vnguentorum aut epularum odoribus delectantur: intempe-
rantes dicimus eſſe. his enim intemperantes ex eo gaudent: quia per hos ipſis rerum
earum, quas cupiunt, recordatio fit. Videre etiam licet & cæteros, cum eſuriunt: epu-
larum gaudentes odore. at his delectari intemperantis eſt: quippe cum eius hæc obij-
ciantur cupiditati. ¶ Atqui neq; cætera animalia voluptatem: niſi per accidens, per hoſce
capiunt ſenſus. Neq; enim odore léporum, ſed eſu gaudent canes: odor autem ſenſum
ferit. neque voce bouis leo: ſed eſu. per vocem autem ſenſit illum eſſe propinquum: at-
que hoc ipſo gaudere videtur. Pari modo neque ſi vidit aut inuenit ceruum, aut feram
capram, hoc ipſo gaudet: ſed quia cibum habebit. circa voluptates igitur tales tempe-
rantia intemperantiáque verſatur, quæ quidem & cæteris animalibus ſunt communes.
58 ¶ Quocirca ſeruiles & ferales eſſe videntur. hæ autem ſunt quæ tactu, guſtúq; ſuſcipi-
59 untur. ¶ Atenim & guſtu intemperantes parum, vel minime vti videntur. guſtus enim
officium, ſaporum iudicium eſt. quod quidem ij faciant qui vina probant: & epulas con-
diunt. non nimium autem hiſce gaudent intemperantes, ſed voluptate, quæ fit omnis
per tactum, & in eſculentis, ac poculentis, & in ijſce quæ venerea nuncupantur. Quapro
pter & quidem voluptatibus deditus epularum (Philoxenus quidam Eryxius) precatus
60 eſt: vt longius ſibi guttur quàm gruis fieret, propterea ꝙ tactu delectabatur. ¶ Senſuum
igitur maxime communis eſt is: circa quem intemperantia verſatur. Atq; propterea iure
vituperanda eſſe videtur: quòd hominibus non ratione qua homines ſunt, ſed qua ani-
malia, accidit. talibus igitur gaudere, maximéque talia amare: ferale eſt. Etenim libera-
liſſimæ voluptates quæ per tactum proueniunt: exceptæ ſunt. Vt eæ quæ in ludis ac cer-

tem diſponebat: facta ſuis conuiuis in loco poteſtate vomendi: qui minus ſtomacho valerent. nihil enim illis tur
pe ducitur: quibus turpis imperat ingluuies. ſed quàm ſeruile ſit intẽperantiæ gulæ indulgere: Iuuenalis te cau-
tionem reddere debet,

Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris: — Iuuenal. ſat. 5
Captum te nidore ſuæ putat eſſe culinæ.

Nec male coniectat. Sed operæpretium eſt cognoſcere: quæ ſunt Epicureorũ præcepta quibus ad ſuũ honeſtũ, — Epicureorum præcepta.
ſuámq; honeſtatem voluptatem perducere moliũtur. vt multi ſe eſſe de Epicuri ſchola cognoſcãt: qui frugalem
creduot ſe ducere vitam. Epicureorum ergo ſummũ bonum, honeſta voluptas: ad quã bis cõtendunt præceptis.
Primum. Ouorum ſit longa facies. nam ſucci ſunt melioris. ſint candida, ſint calloſa. duriora enim tenaciorem,
maſculumq; vitellum promittunt. Secundũ. Caulem eligito qui ſiccioribus io locis adoleuerit. nam dulcior eſt:
in ſuburbanis autem irriguiſque locis elutior, inſipidiórq;. Tertium. Si veſpertinus hoſpes ad te aduentarit: me-
mento viuam adhuc gallinam mixto merſare falerno, ne duriuſcula delicatum offendat palatũ. ſic enim eo te-
nerrimam efficies ingenio. Quartum. Fungorum pratẽſium natura optima eſt: cæteris autem malefida creditur.
Quintum. Iis qui nigris moris prandia finiunt: æſtates ſalubres Epicurei promittunt. Sextum. Forti falerno mel
admiſcendum iubet Aufidius. Nam vacuis venis nihil niſi dulce committere præcepit Epicurus. Septimũ. Mu- — Aufidius
gilus & viles conchæ probantur: ꝙ ſubducant aluum. quo beneficio, præceptorum Epicuri obſeruatoribus: fre-
quenter eſt opus. Herbę rumicis ad idem quoq; mirifice commendant vſum. Octauũ. Conchylia creſcente luna
capi debere: apud eos eſt aphoriſmus. nam lubrica naſcentes implent conchylia lunæ. Nonũ. Hæ ſine problema
te in tota Epicureorũ ſchola probatę ſunt ſententiæ, quaſi dignitates & axiomata. Murex Locrinus Baiano me
lior eſt. E circeis oſtrea probantur. E piſceno probaotur echini. Probatos pectines mittit tibi molle Tarentum.
Decimum. Nullus artem cœnarum arroget: qui exactam ſubtili ratione, ſaporum non teneat rationem. Vndeci
mum. Tenet quiſq; Epicureæ ſcholæ diſcipulus: quæ in iure elixa præſtãtiora, & quæ aſſa ſunt meliora. Duode-
cimum. Aper iligna glande nutritus eligendus: vitandus autem paluſtribus vluis arundinéque ſaginatus. Deci-
mumtertium. Fœcundi léporis armos: ſectari debet Epicureus ſapiens. & talia id genus deliramenta, quæ Mar-
cus Catius Epicureus in ſatyra Horatiana commeminit, & quæ Democritus ridebat: quoties à limine moueret — Catius.
vnum, extuleràtq; pedem: hic in cõtemptum gulæ adducta putentur. quis enim eos probaret philoſophos: qui- — Democritus
bus tota philoſophia in palato adhæret, errauí non philoſophos, ſed philopotas Epicureos. Et noſtra tempeſta-
te Epicureos ridens Platina libellum ſcripſit de honeſta voluptate. Sed dic iterũ ô Epicuree cui (vt inquit Flac- — Platina
cus) veoter aqualiculus protenſo ſeſquipede extat, — Perſius

Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca? — Horatius ſat. 8. lib. 2
In primis Lucanus aper: leni fuit auſtro
Captus, vt aiebat cœnæ pater, acria circum
Rapula, lactucæ, radices: qualia laſſum
Peruellunt ſtomachum, ſiſer, alec, fæcula Coa.
Nos inquam cœnamus aues, conchylia, piſces
Longe diſſimilem noto cælantia ſuccum
Nos, niſi damnoſe bibimus: moriemur inulti.

Sed audi Epicuree quàm ſis miſer,

Non horam tecum eſſe potes, non otia recte — Horatius ſat. 7. libro 2
Ponere, téque ipſum vitas fugitiuus, vt erro,
Iam vino quærens, iam ſomno fallere curam.
Tandem inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ,
Illuſi'que pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus.

¶ Res ridicula ſane ſed digna guloſis. mos apud Scythas olim inoleuit vt cum ſuis regibus qui molli- — Scythæ
culi, intemperantéſq; vixerant, pincernas, cocos, pellicéſq; ſepelirent: ne forte apud inferos eorum egerent offi
cio. ſi Epicurus illic docuiſſet, aut multi qui apud nos huius artis ſunt inſignes: proculdubio cum eorũ regibus
in honore iam ſepulti iacerent. ¶ Intemperantia potus, Lacedęmonij ſeruos olim ſuæ menſæ aliquãdo aſſiſtere — Lacedęmonij
iubebant: quos vinoſiores eſſe cognoſcerẽt, quibus facta libere bibendi poteſtate: ebrij illudebãt, vt ſic filios ex
ſeruorum turpitudine conſpecta, ſobrios eſſe docerẽt. Et Anacharſis Scytha admonebat nos ebrioſorũ turpes, — Anacharſis
indecoróſq; motus cooſiderare: vt temperate, honeſtéq; viueremus. Sed hæc exempla principes debent redde-
re cautiores ſi legant aliquãdo quæ Alexander Macedo ebrietate cõmiſit flagitia: quæ vbi ex vini demẽtia fa — Alexander
ctus eſſet ſanior ſe feciſſe plorabat, execrabat & ſe vnquã admiſiſſe dolebat. Si cõſiderent reginæ Thomyridia — Thomyris
filiũ, vino, ſomnóq; ſepultum: vnã cũ ſuo toto exercitu ſua intemperantia perijſſe. Nec aliter ꝙ intemperantia — Annibal
potus excogitauit Pœnus Annibal expugnare Afros: quos cognoſceret vino indulgentiores. cum enim vinum — Aphri.
mandragora iofeciſſet: leui prælio ex induſtria commiſſo leuiter ceſſit, omiſſis quibuſdam ſarcinulis omniq; vi
no: fugam ſimulans at barbari occupatis caſtris in gaudium effuſi vinũ immoderate hauriũt, & io modum de-
functorum aſternuntur humi. reuocans autem pedem Annibal obtruncat omnes. ſic enim plerunq; pereũt: qui
modum non habentes intemperantiæ ſuccumbunt & non ſolum hæc debacchatio agreſtiũ meotes faſcinat: ſed
ſacros muſarum choros inuadit, facitq; plerunq; (quod irridet Flaccus) plane furere poetas, & cantores.

Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ, — Horatius epiſtola 20
Laudibus arguitur vini, vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma — Ennius
Proſilijt dicenda. forum, puteálque Libonis
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit, nec ceſſauere poetæ — Verba Ennij
Nocturno certare mero, putere diurno.

Sed aduertant ex eodem authore quali tententur inſania, & ſaniores reſipiſcant,

Quid noo ebrietas deſignat? operta recludit: — Horatius epiſtola 5.
Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Sed vt intemperãtiam potus concludamus: dignum ſupplicium luit qui apud Scythas vinum (vt lucrũ faceret)

intulit. vbi autē Scythæ incautius tentarent: vacillantes & gradum firmare non valentes quaſi ſenſu,& ratione
capti,in præſentia charorum plane delirabant. videntes autem corū amici,illum:venenū propinaſſe arbitrātes,
ſubito virū adimunt,lacerant,minutatimq; decerpunt. ſed nūc hoc exitiale maiū more Scytharū à nobis fugiē-
dum:reddidit nobis intemperantia domeſticū. ¶ Intemperantia venereorū. Alterum eſt intēperantiæ monſtrū
quod longe proſerpit,& fœdiſſima lues:hoc gula & otioſæ vitæ licentia ſecum trahunt. de quo Iuuenalis,

Iuuenalis ſaty. 6.

Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondam,nec vitijs contingi parua ſinebant
Tecta:labor ſomnique breues,& vellere thuſco
Vexatæ,duræ'que manus,ac proximus vrbi
Annibal,& ſtantes Collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala:ſæuior armis
Luxuria incubuit,victumq; vlciſcitur orbem.

Et hæc libidinis perturbatio primum iuuenilia pectora tētat,& mollia corda prætitillat inſanus amor: quæ res,
vt inquit Horatius,

Horatius ſaty. 3. lib. 2.

Nec modum habet,neque conſilium:ratione modóque
Tractari non vult. in amore hæc ſunt mala:bellum,
Pax rurſum. hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia & cæca fluitantia ſorte laboret
Reddere certa ſibi:nihilo plus explicet,ac ſi
Inſanire paret certa ratione,modóque.

Homerus Circe
Plutarchus de claris mulieribus.

Et qui ſe illo cœno obuoluunt: Homerus facit immundos Circes,hoc eſt intemperātiæ porcos. Sed quia proci,
qui aliorum lectos ſolicitant,ſola literæ tranſpoſitione à porcis diſtant:libet hic memorabile exēplum adduce-
re. Memoriæ proditū eſt apud Galatas Synorigem,caſtum Synati eius loci cōciuis ſolicitaſſe torum, qui Cam-
mæ Synati caſtiſſimæ cōiugis ardoris impatiens,miſere deperibat: & cum nullis pollicitationibus poſſet Cam-
mam ad facinus adducere:virum eius Synatum dolo malo ſuſtulit. quo extincto: per ſuam potētiam Cammam
à ſuis neceſſarijs,vt ſecum nuberet,compellere ſatagit. ſimulat autem ipſa aſſenſum.& ante aram Dianæ quam
connubij authorē inuocabat:phialam tenens quaſi ſacrificium factura,partem poculi hauſit, partémque Syno-
rigi porrexit. erat autem mulſum veneno permixtum:quam ſimulátque ipſe ebibit, Dianam hoc pacto depre-
cata eſt matrona, Teſtor te dearum præclariſſima me huius vltionis gratia Synatu viro meo ſuperuixiſſe, nunc
autem libens,volénſque ad eum deſcendo:tibi autem Synorix pro thalamo ſepulchrum relinquo,& tibi pro nu-
ptijs tui funus parabunt amici. Synorix autem dolore ſimul ac furore percitus,lectica ſe auferri iubet, nihil ve-
nenatæ peſti remedium afferre valet,& magno cum dolore emigrat è vita. Camma vero defunctū Synorigem
accipiens: prompto,hilarique vultu deſcendit ad maritum. & hi iuſti putantur, temerariæ veneris euentus. Et
hæc de intemperantia pro ammonitione noſtra vt eam tanquam peſtiferam tabem fugiamus:amplectamur au-
tem deo gratam temperantiæ puritatem.

¶ Decimum cap. quinq; concluſionibus & vno corollario partitum eſt.

¶ Decimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Poſtquam de fortitudine exactum eſt:ſupereſt 55
de temperantia determinandi locus. Nam hæ virtutes partium irrationalium,rationiſq; expertium eſſe viden-
tur.& prius dictum eſt temperātiam circa voluptates mediocritatem eſſe atq; triſtitias:licet minus & non æque
circa triſtitias verſetur,circa quæ ſimiliter verſabitur intemperantia. expedit igitur hoc in loco de temperātia,
& circa quas voluptatum ſtatuatur:determinare. ¶ Secunda concluſio. Non omnium voluptatum,pariter & do 56
lorum temperantia eſt. Nam voluptatū quædam ſunt animæ,& quædam corporis: vt honoris cupiditas pariter
& diſciplinæ ſunt animæ.& vterq; eorum,honoris ſcilicet cupidus,& cupidus diſciplinæ eo ipſo gaudet cuius a-
uidus eſt.& eo gaudio nihil corpus ſed mēs potius patitur afficiturq; voluptate. at qui huiuſmodi voluptatibus
tenentur:neq; temperantes,neq; intemperantes dicuntur.& ſimili quoq; pacto neq; qui in cæteris voluptatibus
quæ corporis non ſunt : detinentur. vt eos qui fabellis & narrationibus delectantur , & qui in talibus totos dies
deterunt:verboſos quidem at intemperatos dicere haudquaquam cōſueuimus. neq; eos etiam qui pecuniarum,
aut amicorum cauſa dolent,ac triſtantur. non igitur omnium voluptatum pariter & dolorum temperantia eſt.
¶ Tertia concluſio. Temperātia voluptatum corporis exiſtit:at non omniū. Nam circa voluptates animæ non 57
eſſe,iam monſtrata eſt. relinquitur ergo circa voluptates corporis exiſtere.& ꝙ non circa omnes tales verſetur:
ſtatim cognitum eſſe poteſt. nam qui ijs rebus oblectantur,quas oculi hauriunt,vt coloribus,figuris,picturiſque
& ſimilibus:eos nec temperatos nec intēperatos nemo dixerit, etſi fieri poteſt vt huiuſce rebus homines quan-
tum oportet,& magis,& minus quàm oportet delectētur. ſimiliter in voluptatibus earum rerum quæ auditum
ciunt:non conſiſtit aut temperantia aut intemperantia. nemo enim dixerit eos qui modulatione,aut efficta hi-
ſtrionis voce gaudent vt oportet,aut amplius quàm oportet temperatos aut intemperatos eſſe. identidem neq;
in voluptatibus rerum quæ odoratu capiuntur conſiſtit aut temperantia aut intemperantia,niſi ſecundum acci
dens. vt qui ſuaue fragrantium malorum, roſarum,aut ſuffituum odoribus gaudent : non intemperati ſunt, ſed
illi potius qui vnguentorum,epularúmq; gaudent nidoribus. per accidens tamen dici queunt ꝙ per illos ſenſus
earum rerum quas intemperantes concupiſcunt: renouetur memoria.& non modo intemperātes,ſed & cæteri
cum eſuriunt:epularum gaudent odore. ſed his epulis delectari intemperantia eſt:cum illis quidem illarum ſuæ
voluptatis explendæ copia facta eſt. ¶ Secūdo. Cætera animalia per hos ſenſus viſum ſcilicet,auditū & odoratū
voluptatē nō niſi per accidens capiunt. nō enim odore leporū,ſed eorū eſu gaudet canis:etſi odor,canis ſenſum
feriat. neq; mugitu bouis gaudet leo:ſed ipſius bouis paſtu,niſi forte quantū ſua voce proditur bos propinquus.
& hoc ipſo quaſi paratu:& ferme ad os cibo gaudet leo. ſimiliter nō hoc ipſo gaudet leo:ꝙ ceruā,ſylueſtrémve
caprā aut viderit,aut inuenerit:ſed quia ſibi futura ſit eſca. circa illorū igitur ſenſuū voluptates nō verſatur tē-
perantia,aut intemperantia niſi ſecundum accidens: ſed circa eas quæ & cæteris animantibus ſunt communes.
¶ Corollarium. Quo fit vt intemperantiæ voluptates: ſeruiles ſint atq; brutæ. & reuera hæ ſunt quæ guſtu, ta- 58
ctúq; ſuſcipiuntur. non igitur omnium voluptatum corporis:temperantia aut intemperantia eſt. ¶ Quarta con- 59
cluſio. Ad intemperantiam,ipſius guſtus perpaucus aut ferme nullus eſt vſus:tactus autem plurimum. Nam gu-
ſtus officium,eſt ſapores iudicare, quod faciunt qui pitiſſando vina probant, & qui epulas condiunt ac præpa-
rant. ſed in hiſce rebus non multū delectantur intemperantes : ſed ea voluptate quæ in cibis & potibus conta-
ctu paratur,& in rebus venereis. hinc quoque voluptatibus defluens epularum, atque pultiuorax quidam Philo
xenus Eryxius deos traditur precatus:vt longius ſibi guttur quàm gruis fieret , ob idipſum quod tactu delecta-

60 batur. perparum igitur ad intemperantiam conducit ipſius guſtus vſus: tactus vero plurimum. ❡Quinta concluſio. Intemperantia vitium maxime vile eſt, reprehenſibile, & ab hominis natura alienum quamplurimum. Nam is ſenſus, per quem intemperantia fit: ſenſuum communiſſimus eſt: omnibus animalibus rationis expertibus conueniens. non ergo iniuria vile, reprehenſibile, & ab hominis natura alienum vitium eſt: vt quod hominibus non qua homines ſunt, ſed qua ſunt animalia competit. talibus ergo gaudere, atque deditum eſſe: maxime brutum, atque beſtiale eſt. ſed liberrimas corporum voluptates quæ per tactū eueniunt ſemper excipimus: vt quæ in ludis & certaminibus per ſudorum exterſionem, & quæ per calefactionem fiunt. Nam non omnis tactus circa vniuerſum corpus intemperantis: ſed duntaxat circa quaſdam corporis eſt particulas.

Cap. XI.

61 CVpiditatum autem aliæ communes eſſe videntur: aliæ propriæ atque adiunctæ. Alimenti nanque cupiditas: naturalis eſt. omnes enim cum indigent nutrimento, ſiccum aut humidum alimentum, & nonnunquam vtrunque cupiunt. cubile etiam cupit (vt inquit Homerus) iuuenis atque vigens. Non autem omnes tale vel tale, vel eadem cupiunt. quocirca noſtrum ipſum eſſe videtur. habet tamen & aliquid naturale. Alios enim alia delectant: & quæ-
62 dam quibuſdam magis (quàm alia quæcunque) ſunt voluptati. ❡Hæc cum ita ſint: in naturalibus quidem cupiditatibus pauci peccant, & ad vnum, ad ipſum inquam plus. Cum enim quiſpiam quæuis comedit, aut bibit donec impleatur ſuperfluo: fit tum rei naturalis exuperatio multitudine. ipſa nanque naturalis cupiditas: indigentiæ eſt repletio. quapropter hi furentes circa ventrem dicuntur: quia vltra quàm oportet ipſum implent atque refarciunt. Tales autem ij fiunt qui mancipijs ſunt perſimiles. At circa proprias cupiditates, complures hominum, multiſq; modis delinquunt. Nam cum talium amatores ex eo dicantur: quia vel gaudent quibus non oportet, vel magis quàm vt ipſi multi, vel non vt oportet, in vniuerſis intemperantes excedunt. gaudent enim quibuſdam quibus non oportet gaudere: quippe cum ſint odio digna. & ſi talium quibuſdam oporteat gaudere: magis illis gaudent quàm oportet, & quàm vt ipſa gaudet
63 multitudo. ❡Eam igitur exuperationem quæ eſt circa voluptates: intemperantiam eſſe, & vituperabilem, conſtat. Circa vero dolores: non vt in fortitudine, ſic in ipſa temperantia fit. vt temperans quidem dicatur quiſpiam ferendo dolores: intemperans autem non ferendo. ſed intemperans quidem ex eo dicitur, quia dolet magis quàm oportet: cum voluptate non potitur. atque ipſum dolorem affert ei ipſa voluptas. temperans autem ex eo quia abſentia rerum earum quæ efficiunt voluptatem non dolet, illiſque abſtinet. Intemperatus igitur ea omnia quæ afferunt voluptatem, vel ea quæ maxime concupiſcit. & à cupiditate adeò ducitur: vt illa cæteris omnibus anteponat. quapropter & non adipiſcens & cupiens dolet. cupiditas enim, eſt cum dolore. Abſurdo autem eſt
64 perſimile ob voluptatem dolere. ❡Atqui deficientes in voluptatibus & minus gaudentes homines quàm oportet: non nimium fiunt. Non eſt enim inſenſibilitas talis humana. etenim animalia cætera cibos diſcernunt: & quibuſdam quidem gaudent, à quibuſdam vero abhorrent. quòd ſi quis ſit cui nullus prorſus eſt voluptati, nec vllus ab alio differt: is longe ab homine diſtat. nomen autem non habuit talis: quia non facile fit.
65 ❡Vir autem temperans in his mediocriter ſeſe habet. Nec enim ijs gaudet, quibus intemperans maxime delectatur: ſed potius moleſte fert, nec ijs omnino quibus delectari non decet, nec vehementer vllis rebus huiuſcemodi delectatur, neque ſi abſint dolet, neque cupit, niſi mediocriter ſemper. nec magis quàm oportet, nec quando non oportet: vlla res omnino talis ipſum delectat. mediocriter autem & vt oportet eas res appetit, quæ voluptate quidem afficiunt: ad ſanitatem autem & bonam corporis habitudinem conferunt. & res cæteras voluptatis effectrices identidem: ſi nec impedimento ſint dictis habitibus corporis nec honeſtatis cancellos, nec facultatum metas egrediantur. Nam qui ita ſeſe habet magis quàm dignum eſt: eiuſmodi voluptates amare videtur. at temperans non eſt talis. ſed ita ſeſe habet: vt ipſa ratio recta præſcribit.

62 ❡Vndecimi capitis notæ. ❡Cupiditates, præſertim gulæ. ❡Ad plus, pluri, amplius accipiēdo q̄ par eſt. ❡Quæ-
63 dam cōmunis cupiditas eſt: ſit à communi cupiditate. ❡Voluptas affert dolorem intemperato: perinde ac amicus affert dolorem amico cū ipſe deſideratus aliquo in loco procul abſiſtat. ❡Sic ridiculum eſt ob voluptatem

Atiſtippus dolere: vt ob conſequendum calorem frigere. ¶ Ariſtippus qui de intemperantia, & prodigalitate auro in via
effuſo notatur: iuſſit perdicem quinquaginta drachmis emi. & cum diceret aſſiſtenti: tu hanc obolo non eme-
res: annuente illo, mihi enim (inquit) tantum ſunt quinquaginta drachmæ.
¶ Vndecimum cap. vna diuiſione, tribus concluſionibus, & vna diffinitione partitum eſt.
¶ Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Diuiſio. Cupiditatum quædam ſunt communes: aliæ vero pro- 61
priæ, atque adiunctæ. communes: vt naturalis cibi cupiditas. omnes enim nutrimento aut ſicco qui cibus, aut
humido qui potus eſt: interdum indigent, & interdum vtrunq; cupiunt, & cubile etiam cupit (vt ait Homerus)
iunior atque vigens. propriæ, quod non omnes deſiderant: ſed quod vnicuique tale eſſe videtur, tametſi aliquid
naturale habeat. non enim omnes tale, vel tale, vel eadem cupiunt: ſed alios alia delectant, & quædam quibuſ-
dam magis placent, ſuntque voluptati. ¶ Prima concluſio. Circa communes cupiditates pauci peccant & vno 62
modo vt pluri: circa vero proprias multi delinquunt, compluribuſq; modis. Nam cum quiſquam bibit & com-
edit quæcunque, donec ſuperfluo repleatur: fit tum exceſſus cupiditatis communis pluſquam decet accipien-
di. nam repletio naturalis indigentiæ, quædam cõmunis cupiditas eſt. icc irco qui ſe hoc pacto vltra quàm de-
bitum eſt implent ac refarciunt: dediti ventri, circáque ventrem furentes dicuntur. & qui tales fiunt: ſunt man
cipijs, pecoribuſque perſimiles, quos conſtat eſſe paucos, & circa maiores alimentorum copias peccare. ſed qui
proprias cupiditates ſequuntur, earúmq; ſunt amatores: peccant gaudendo quibus non oportet aut magis quàm
oportet, vt magis quàm pleriq;, vt temperati vel vt non oportet, & in ſingulis his intemperantes euadunt. nam
plerunque gaudent ijs, quæ potius odio digna ſunt: & quibus potius triſtandum eſt. & ſi gaudent ijs quibus gau
dere oportet: ijs magis gaudent quàm liceat, & quàm plerique gaudeant. at, qui his modis peccant: multi ſunt.
circa igitur proprias cupiditates multi peccant, atque pluribus modis. ¶ Secunda concluſio. Non ſimili modo 63
temperantia aut intemperantia dicitur circa dolores, vt ipſa fortitudo. Nam fortis eſt ferendo dolores: timi-
dus autem non ferendo. at temperans non eſt quis ferendo dolores: intemperans autem non ferendo. verum
intemperans potius ex eo dicitur, quia magis doleat quàm oportet: quoties voluptate non potitur. dolorem
enim illi affert ipſa voluptas. & contrà: temperans eo ipſo quòd abſentia voluptatum non torquetur, quódque
illis præſentibus abſtinet. item intemperans omnia voluptatem afferentia vel eam maxime afferentia concu-
piſcit, & adeo voluptate ducitur captiuus: vt maxime voluptatem afferentia cæteris anteponat. Quo fit, vt con
tinuo duplici pœna afficiatur: & quòd ea nòn adipiſcitur, & quòd ea concupiſcit. concupiſcentia enim dolori
coniuncta eſt. ſed ridiculo perſimile videtur: ob voluptatem dolere. ¶ Tertia concluſio. In voluptatibus defi- 64
cientes homines, & in ijs minus quàm oportet gaudentes: vix reperiuntur vlli. Nam huiuſmodi inſenſibilitas
humana non eſt: cum cætera animalia cibos diſcernant, & quibuſdam gaudeant, & aliquibus abſtineant, tanto
magis igitur homo. quòd ſi quis reperitur, cui nullus cibus voluptati ſit, nec vllum alijs vllo pacto præponat:
hic longe ab humano more eſt. & icc irco nihil mirum videri debet, ſi talis nondum nomen ſortitus ſit. cum &
qui ita viuat non facile comperiatur. ¶ Diffinitio. Ex his quid ſit temperans non difficile eſt deprehēdere. Tem 65
perans: eſt qui in hiſce voluptatibus, ac doloribus mediocriter ſeſe habet. nam omnino non gaudet quibus gau
dere nõ oportet, vt quibus intemperans maxime delectatur: verum potius moleſte fert. & ſi gaudendum eſt:
non vehementer illis delectatur, nec amplius quàm par eſt, atque honeſtum. quæ ſi abſint: neque dolet, neque
ea capit, niſi ſemper moderate, atque mediocriter, non magis quàm oportet, nec quando non oportet, nec om-
nino vlla res talis ipſum delectat ſecus quàm oportet. & delectabilia quæ ad bonam valitudinẽ, & bonam cor-
poris habitudinem conducunt, appetit quidem, ſed moderate, atque vt oportet. & res cæteras delectabiles quæ
bonis corporis habitibus non aduerſantur, impedimentóque non veniunt: nec honeſtatem offendunt, nec facul
tatum noſtrarum terminos excedunt. nam qui in ijs ſe habet magis quàm dignum eſt: nimium voluptatem am
plecti videtur. neque talis temperans eſt: ſed vt dictum eſt, & vt ipſa ratio dictat.

Cap. X I I.

NOſtra autem ſponte: magis intemperantia quàm timiditas comparatur, 66
Hæc enim ob voluptatem: timiditas fit ob dolorem. quorum alterum ex-
petimus: alterum fugimus. & dolor quidem diſtrahit, atque corrumpit
naturam eius, qui habet ipſum: voluptas autem nil tale facit. magis igitur
intemperantia noſtra ſponte: quàm timiditas comparatur. ¶ Quapropter 67
& reprehenſione magis eſt digna. Nam ad res afficientes voluptate: facilius eſt aſſue-
ſcere. ſunt enim complures tales in vita. & aſſuefactio fit ſine periculo. in rebus autem
formidoloſis: contrà. ¶ Videbitur etiam timiditas non perinde atque ſingula: ſponte
agendi principio ſubijci. Hæc enim non affert dolorem. ſed illa adeo dolore diſtrahunt:
vt & arma proijcere, & cætera contra decus agere compellant. quapropter & violen-
ta eſſe videntur. At intemperantia fit contrà. ſingula nanque ſponte agendi principio:
magis ſubijciuntur, quippe cum intemperans ea percupiat atque affectet. totum au-
tem minus. nemo enim cupit intemperans eſſe. ¶ Nomen autem intemperantiæ: & 68
ad puerilia delicta ferre ſolemus. habent enim ſimilitudinem quandam. Vtrum au-
tem ab vtro dicatur: nihil ad præſentem refert ſermonem. conſtat tamen à priore: po-
ſterius dici. atque non abſurde videtur eſſe tranſlatum. Eſt enim caſtigandum & tem-
perandum id omne: quod turpia concupiſcit & incrementum ſuſcipit magnum, atque
luxuriat. talis autem eſt ipſa cupiditas maxime, atque puer. nam & pueri cupiditate vi-
uunt. & in ijs ipſis maxime viget appetitio rerũ earum: quæ voluptate afficiunt. ſi igitur
non obtemperet, neq; ſubijci patiatur: nimium efferetur. eſt enim voluptatum appetitio
inſatiabilis, & operatio cupiditatis omni ex parte ipſi amenti id quod eſt ſibi affine ex-

auget. quòd ſi magnæ ſint vehementéſque cupiditates: rationem quoque extrudunt,
69 atque exijciunt. ¶ Quam ob rem mediocres ſint ipſæ & perpaucæ, & rationi non ad-
uerſentur oportet. Atque id quod eſt tale: obediens, & temperatum, caſtigatúmque vo-
camus. Vt viuere autem puerum ſub pædagogi præceptis oportet: ſic & cupiendi vis
cupere debet, perinde atque ratio iubet. iccirco temperati vim cupiendi: concordem eſ-
ſe cum ratione oportet. nam vtriuſque propoſitum eſt honeſtas. Atque vir temperans
ea cupit quæ cupere oportet, & vt oportet, & quando oportet. hoc autem pacto: & ipſa
ratio dictat. hæc igitur ſunt de temperantia dicta.

69 ¶ Duodecimi capitis notæ. ¶ Pædagogus: puerorum inſtitutor. græcum eſt. quòd pueros agat, ducátque ita παιδαγωγός
68 dictus. ¶ Et intemperátiam à puerilibus delictis traxiſſe nomen: plane volunt qui cupidinem ſemper puerum
eſſe fingunt. quod quidem (cum in cæteris de dijs prophane ſcripſerit Marullus) quodam epigrámate cum ele- Marullus.
ganti, tum vero hunc in modum non inſcite reliquit,

Quis puer hic? Veneris. Plenæque cauſa pharetræ?
Non bene prouiſus certa quòd arma mouet.
Cur ſine veſte deus? mollis puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quòd facit ipſe ſenes.
Quis pennas humeris dedit? inconſtantia. quare
Nulla deo frons eſt? ſigna inimica fugit.
Quæ ſors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? vigilis cura, dolórque facit.
Quis ſecum præit? ebrietas, ſopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, opprobrium.
Qui cælo dignati? homines. quæ cauſa coegit?
Mitior authore credita culpa deo.
Heu curuum genus & veri corda inſcia. quo ius
Fáſque? ſcelus miſeri ſi ſcelere abluimus.

¶ Duodecimum cap. tribus concluſionibus, & vno corollario partitum eſt.
66 ¶ Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Intemperantia magis quàm timidas vo-
luntarium vitium eſt. ¶ Primo. quia intemperantia eſt ob voluptatem quam expetimus: & timiditas ob dolo-
rem quem refugimus. ¶ Secundo. dolor retrahit, & naturam corrumpit habentis: & voluptas nihil tale facit, ve
67 rum contrà allicit, neque corrumpit. magis igitur voluntaria intemperantia eſt quàm ipſa timiditas. ¶ Secun-
da concluſio. Intemperantia vitium reprehenſione dignius eſt: ipſa timiditate. ¶ Primo. nam vitium quo ma-
gis voluntarium: eo magis vituperatione dignum eſt. intemperantia autem magis timiditate voluntaria eſt.
¶ Secundo. facilius eſt intemperantiam quàm timiditatem vitare. nam facilius eſt ſe aſſuefacere ad oppoſita
eorum quæ intemperantiam faciunt. occurrunt enim hæc in vita frequentia, & ſine periculo: terrores autem
qui timiditatem aggignũt raro occurrunt, & non ſine periculo. ¶ Tertio. etſi timiditas voluntaria ſit: non ta-
men perinde, ac intemperantia. nam in intemperantia ſingula dolorem non afferunt quæ agendi principium
diſturbent: timiditatis autem ſingula dolorem afferunt, agentíſque voluntatem diſturbant, adeóque dolore diſ-
trahunt, vt arma proijcere, & cætera contra decus patrare compellant. vnde euenit vt timiditas potius violen-
tia eſſe videatur, & intemperantia voluntaria: vtpote cuius intemperatorum voluntati ſingula intemperantiam
efficientia magis obſequantur, & qui ea percupiat & affectet, etſi totum minus affectet. nam nemo intempe-
68 rans eſſe cupit. eſt itaque manifeſtum intemperantiam ipſa timiditate eſſe reprehenſibiliorem. ¶ Tertia con-
cluſio. Intemperantia vitium puerile, puerorúmque vitijs ſimile eſt. Nam intemperantiæ nomen ad puerilia de-
licta transferimus: propter intemperatorum, puerorúmque ſimilitudinem. at vero vtrum ab vtro, an intempe-
rans à puero, an ab intemperante puer, intemperantiæ nomẽ primum contraxerit: nihil hic refert. veruntamen
hoc in loco ab intemperante puerilia delicta intemperantiæ dicuntur. nec abſurde quidem hoc pacto nomen
tranſlatum eſſe videtur. nam caſtigandum, temperandúmque omne id eſt, quod turpia concupiſcit, & incre-
mentum mali ſuſcipit, atque luxuriat. talis autem maxime intemperantia, atque puer. nam pueri ſecundum con
cupiſcentiam viuunt, plurimáque illis innata adeſt voluptatum cupido. ſi itaque puer moderanti non obtem-
peret, ſi ſibi dominari non patiatur: longius ſerpet abibitque voluptatum licentia. nam voluptatum inſatiabi-
lis eſt appetitus. & vndique voluptatibus furenti: voluptatum ſurgunt appetitus, & ſuæ concupiſcentiæ execu-
tio innatam auget cupiditatem. quòd ſi hæ perturbationes magnæ ſint & vehementes: mentem extrudunt, &
69 prorſus à recta ratione dimouent. ¶ Corollarium. Quapropter vt concupiſcentiæ mediocres ſint oportet, per-
paucæ, atque rationi non obſeruantes. Nam talem, moderatámque concupiſcentiam, quid bene obſequens tem
peratum, caſtigatúmque vocamus. vt enim puerum ſecundum pædagogi præcepta viuere oportet: ita quoque
cupiditas parere debet, obedireque rationi, idque ſolum cupiẽdum eſt: quod recta ratio iubet. Quo fit iterum:
vt viri temperati concupiſcentia rationi diſcordare non debeat, ſed conformem, concordémque ſe præſtare.
Nam vtriuſque propoſitum debet eſſe honeſtas. temperatus enim ea cupit quæ oportet, vt oportet, quando
oportet & omnino quemadmodum recta ratio dictat, atque iubet. Sed de temperantia abunde dictum ſit.

Tertij Ethicorum Ariſtotelis finis.

Quartus Ethicorum Ariſtotelis Argyropylo interprete. Cap. I.

D Einceps autem, de liberalitate dicamus. videtur autem mediocri- 1
tas circa pecunias eſſe. Non enim bellicis in rebus ipſe vir libera-
lis: nec in quibus laudatur vir temperans, nec etiam in iudicijs, ſed
in dandis capiendíſve, & magis in dandis pecunijs laudatur. Atque
pecunias ea dicimus vniuerſa: quorum æſtimatio menſuratur nu-
mo. ¶ Eſt autem & circa pecunias exuperatio quidem prodigalitas, 2
defectio autem illiberalitas. & illiberalitatem quidem ac auaritiam
ijs ſemper accommodamus: qui magis quàm oportet pecunijs ſtudent. ¶ Prodigali- 3
tatem autem, nectentes nonnunquam afferimus. Nam eos homines qui ſunt inconti-
nentes, & ob intemperantiam pecunias profligant: prodigos vocitamus. quapropter
& flagitioſiſſimi tales homines eſſe videntur. multa nanque vitia ſimul habent. ¶ At 4
non proprie tali nomine nuncupantur. eſt enim prodigus qui malum vnum aliquod
habet: corrumpere inquam patrimonium. prodigus enim eſt qui ob ſeipſum perditur.
videtur autem & patrimonij diſſipatio interitus quidam ipſius eſſe: propterea quòd pa
trimonio ac facultatibus viuitur. Hoc igitur modo prodigalitatem accipimus. ¶ Re- 5
bus autem ijs quarum eſt aliquis vſus: & bene vti & male etiam poſſumus. At diuitiæ
res ſunt tales. is autem optime re quauis vtitur: qui eam virtutem habet, quæ ad rem
illam accommodatur. & diuitijs igitur optime is vtetur qui virtutem eam habet, quæ
ad pecunias attinet. hic autem, eſt ipſe vir liberalis. ¶ Atqui ſumptus quidem, datió- 6
que pecuniarum: vſus earum, acceptio vero conſeruatióque, poſſeſſio potius eſſe vide-
tur. quocirca viri liberalis eſt potius dare quibus oportet: quàm capere vnde oportet,
& non capere vnde non oportet. ¶ Eſt enim ipſius virtutis: beneficia potius conferre,
quàm ſuſcipere. & honeſta potius agere: quàm non agere turpia. non eſt autem obſcu-
rum, cum das quidem: ſequi vt beneficia conferas, honeſtáq; agas. cum capis vero: vt ſu-
ſcipias, aut non turpia agas. ¶ Gratia præterea ſequitur eum qui dat: non eum qui capit.
¶ Et laus etiam magis. ¶ Facilius eſt etiam non accipere: quàm dare. homines enim mul
to minus erogant ſua: quàm non accipiunt aliena. ¶ Ii quoque qui dant: liberales dicun-
tur. ſed qui non accipiunt: non ob liberalitatẽ, ſed ob iuſtitiam potius laudantur. qui vero
capiunt: non laudantur valde. ¶ Liberales inſuper homines: maxime omnium fere ſtu- 7
dioſorum amantur, proſunt enim. at id conſiſtit in dando. ¶ Omnes autem actus virtu-
tum: honeſti ſunt, & honeſtatis cauſa fiunt. Et liberalis igitur honeſtatis cauſa dabit. ¶ Et 8
recte. dabit enim quibus oportet, & quod oportet, & cum oportet: cæteráq; omnia obſer
uabit, quæ dandi actum rectũ ſequuntur. ¶ Et etiam cum voluptate: vel ſine vllo dolore. 9
Id enim quod per virtutem efficitur: afficit voluptate, aut fit cum indolentia ſane: mini-
me vero affert dolorem. At is qui dat quibus non oportet, aut non honeſtatis gratia, ſed
ob aliquam aliam cauſam: non liberalis, ſed alius quidam dicetur. Et itidem is qui dan-
do dolet. honeſtis enim actibus talis pecunias anteponet. quod quidem non eſt libera-
lis. ¶ At vero neq; capiet vnde non oportet. Talis enim acceptio: non eſt eius qui pecu- 10
nias non magnifacit. nec etiam ad poſtulandum propenſus erit. facile nanque ſuſcipere
beneficia: non eſt hominis beneficia conferentis. ¶ Verum vnde oportet accipiet: ex 11
proprijs inquam rebus. non quia idipſum honeſtum ſit: ſed quòd neceſſarium vt do-
nare poſſit. ¶ At neque ſuas negliget: quippe cum per illas quibuſdam affectet opem 12
afferre. neque quibuſuis dabit: vt quibus oportet, & quando & vbi eſt honeſtum largiri
poſſit ¶ Attinet etiam nimirum ad hominem liberalem: vt in dando adeo exuperet, vt 13
ſibijpſi pauciora relinquat. Eſt enim liberalis: non ad ſeipſum reſpicere. ¶ At enim pro 14
facultatibus ipſa liberalitas dicitur. liberalis enim actio non in multitudine rerum quæ
dantur, ſed in habitu dantis conſiſtit. hic autem pro facultatibus erogat. nihil igitur pro-
hibet, eum magis eſſe liberalem qui pauciora largitur: ſi modo minores ei ſint faculta-
tes. ¶ Magis autem ij liberales eſſe videntur: qui non compararunt ſibi facultates, ſed ab 15
alijs acceperunt. Nec enim experti ſunt indigentiam, & opera omnes ſua amant: vt pa-

16 rentes,atque poetæ.❡At vero facile non eſt liberalem diuitem eſſe.Quippe cum non
ſit ad capiendum & conſeruandum, ſed ad erogandum procliuis: neque magni per ſe
faciat ipſas pecunias, ſed cauſa dandi. Quapropter & accuſatur fortuna: quòd homi-
nes ij qui maxime ſunt digni, minime ſunt locupletes. Accidit autem idipſum non ſi-
ne ratione. Fieri enim non poteſt vt is pecunias habeat: qui non adhibet diligentiam
vt habeat ipſas. quemadmodum & cæteris in rebus fieri ſolet. attamen non dabit qui-
bus non oportet, neque quando non oportet. & de cæteris talibus ſimili modo. non
enim ageret liberalitatis ipſius lege. & conſumptis ad hæc ipſa fortunis: ad ea quæ o-
portet, & cum oportet ſumptis facere, dare'que non poſſet. Etenim is eſt (vt paulo
17 antea diximus)liberalis: qui pro facultatibus erogat, & in quibus oportet. ❡Qui ve-
ro exuperat:prodigus eſt. Quocirca tyrannos prodigos non dicimus. non enim facile
18 videtur eſſe:dando ac erogando,tantam rerum quas habent copiam exuperare.❡Cum
igitur liberalitas mediocritas ſit circa dandas, capiendáſque pecunias: liberalis dabit
in quibus oportet, & quod oportet, tam in paruis quàm etiam in magnis, atque cum
voluptate. & accipiet vnde oportet, & quod oportet. nam cum virtus circa vtrunque
ſit mediocritas: vtrunque faciet vt oportet. ſequitur enim dationem bonam: talis ac-
ceptio. ea vero quæ non eſt talis: contraria eſt. Eæ igitur quæ ſequuntur: fiunt in eo-
19 dem ſimul. contrariæ vero non fiunt. ❡Quòd ſi præter id quod oportet & bene ſeſe
habet, contigerit ipſum pecunias erogare: dolebit ſane. moderate tamen, & vt opor-
tet. ad virtutem enim pertinet:vt pro quibus oportet, & vt oportet voluptas fiat, ac
20 dolor. ❡Eſt etiam in rebus pecuniarijs lenis ſocius ipſe vir liberalis. Poteſt enim in-
iuriam pati:quandoquidem pecunias non multifacit.magíſque moleſte fert,ſi quid cum
oporteret nó erogauerit:quàm dolet ſi quid cum nó oporteret erogauerit,Simonidíſq;
ſententiam non probat. Prodigus autem & in hiſipſis delinquit. nec enim lætatur nec
dolet pro quibus oportet, & vt oportet. atque hoc magis patebit per ea quæ deinceps
21 dicemus.❡Diximus autem exuperationem quidem eſſe prodigalitatem,defectum au-
tem illiberalitatem, & in his duobus: in datione atque acceptione. & ſumptum enim
in datione ponimus. prodigalitas igitur in dando quidem: & non in capiendo exupe-
rat, in capiendo autem deficit. at illiberalitas, ac auaritia: deficit quidem in dando, ex-
22 uperat autem in capiendo, in paruis tamen. ❡Prodigalitatis igitur illa duo non nimi-
um ſimul perſiſtunt. Non eſt enim facile, nulla ex parte capientem: cunctis largiri. ci-
to nanque deficiunt patrimonia priuatorum hominum erogantium:qui quidem & pro-
23 digi eſſe videntur. ❡Atque talis non paulo melior videbitur eſſe illiberali. Et ab æta-
te enim & ab egeſtate facile curari: & ad mediocritatem accedere poteſt. ❡Nam ha-
bet ea quæ ſunt hominis liberalis. dat enim & non accipit: quanquam neutrum facit
vt oportet, ac recte. quòd ſi ad hoc aſſueſcat, vel aliquo alio modo mutetur: euadit
vtique liberalis. Etenim dabit quibus oportet: & capiet vnde oportet. Quapropter &
videtur non eſſe moribus prauus. non eſt enim improbi, nec ingenerofi tam in dando
quàm in non capiendo exuperare:ſtolidi tamen.qui vero hoc modo eſt prodigus:mul-
to melior videtur eſſe illiberali atque auaro. ❡Cum ob ea quæ dicta ſunt: tum etiam
quia prodigus quidem compluribus prodeſt. illiberalis autem nemini: ne ſibi quidem
ipſi. Sed plerique prodigorum (vt dictum eſt) & accipiunt vnde non oportet: & ſunt
hoc ipſo illiberales. ad capiendum autem proni fiunt: quia cupiunt quidem erogare.
hoc autem facile nequeunt facere: cum cito facultates ipſis deficiunt. itaque ex alienis
dare coguntur. & ſimul quia nulla eſt eis honeſtatis cura: ſine vllo diſcrimine, & vn-
dique capiunt. dare nanque percupiunt. quonam autem modo aut vnde: nullum eſt
apud ipſos diſcrimen.❡Quapropter nec dationes ipſorum ſunt liberales.nó enim ſunt
honeſtæ:nec honeſtatis gratia,nec vt oportet efficiuntur.Sed interdum quos oportet eſ-
ſe pauperes, eos diuites faciunt. & ijs quidem qui moderati ſunt moribus: nihil dant.
adulatoribus autem multa:aut quampiam aliam afferentibus voluptatem.❡Quam ob
rem & plerique ipſorum intemperantes ſunt.nam cum facile erogent:proni ſunt & ad

ſumptus in flagitijs faciendos.atque quia non ad honeſtatem viuunt:ad voluptates de-
clinant. ❡Prodigus igitur ſi nullam prorſus habeat emendationem, ad hæc tranſgre- 24
ditur. cura vero,diligentiáque adhibita: ad medium & id quod oportet tandem deue-
nerit. ❡At illiberalitas ac auaritia:incurabilis eſt. Etenim & ſenectus, & imbecillitas o- 25
mnis: auaros videtur efficere. Eſtque hominibus inſita magis quàm prodigalitas.ple-
rique nanque cupidi ſunt magis pecuniarum: quàm ad dandum procliues. ❡Extendi-
tur præterea longe: & plures ſpecies ſubit. complures enim eſſe videntur illiberalita-
tis ac auaritiæ modi. Nam cum in duobus hiſce conſiſtat, in defectione inquam dan-
di, & exuperatione accipiendi:non omnibus ineſt tota, ſed interdum ſeiungitur.& qui-
dam in capiendo exuperant: quidam in dando deficiunt. Qui nanque talibus appella-
tionibus, nuncupantur, parci, tenaces, aridi: omnes in dando deficiunt, aliena vero non
appetunt, neque accipere volunt. Quidam enim in dando deficiunt: propter mode-
ſtiam quandam, turpiúmque rerum cautionem. videntur enim nonnulli, vel ſaltem
aiunt, ob eam rem ſua conſeruare: ne compellerentur aliquando turpe aliquid agere.
Ex his eſt & ipſe cumini ſector, & quiuis talis: qui quidem ab exuperatione non dandi
cuiquam, nomen habuit tale. Quidam vero ob metum abſtinent alienis. quippe cum
non facile ſit ipſos aliena:& non alios res ipſorum accipere. itaq; nec accipere ipſis,nec
dare placet. Quidam autem in capiendo exuperant:vndique,& quiduis capientes. Qua-
les ſunt ij qui operationes illiberales exercent: vt lenones, & omnes tales,& fœnerato-
res, & qui dant parua pro magnis. hi nanque omnes: vnde non oportet; & quantum
non oportet accipiunt. commune autem ipſis omnibus eſſe videtur turpis compara-
tio lucri. vniuerſi nanque gratia lucri, & huiuſce quidem praui probra ſuſtinent. Eos e-
nim qui grandia vnde non oportet & quæ non oportet accipiunt,vt tyrannos ciuitates
expugnantes & templa ſpoliantes:non illiberales,ſed pernicioſos, ſed impios,ſed iniu-
ſtos potius appellamus. ❡Aleatores tamen, & fures atque latrones: illiberales ſunt. 16
Turpi enim verſantur in lucro.omnia nanque cauſa quæſtus agunt,& ſuſtinent probra.
atque fures quidem capiendi gratia: maxima pericula ſubeunt. aleatores autem ab a-
micis quibus dare oportet, lucrantur. vtrique igitur vnde non oportet lucrari volen-
tes,turpi in lucro verſantur. & omnes tales accipiendi actus:illiberales ſunt. ❡Merito 17
autem illiberalitas liberalitati contraria dicitur. Nam & maius eſt malum quàm pro-
digalitas:& homines magis hac ipſa peccant, quàm ea quam diximus prodigalitate. De
liberalitate igitur & vitijs ipſi contrarijs: hæc dicta ſufficiant.

❡Ptimi capitis notæ. ❡Illiberalitas,auaritia. ❡Res quibus vtimur,rea ſolum vtiles, ſolum autẽ dicimus: quæ ſi- a 5
mul non ſunt honeſtæ. ❡Beoeficia conferre, bene agere. ❡Moleſtia,triſtitia. ❡Qui dat vt honeſtis periculis ſe 6 9
exponere nõ cogatur: timidus nominatur. qui explendarum concupiſcentiarum gratia: intẽperãs. & hoc pacto
in reliquis. ❡Pro facultatibus, pro potẽtia, viribúſq; dantis. vidit enim dominus Ieſus cuius nomen eſt ſuper om 14
ne nomen, quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo in gazophylacium,& dixit:vere dico vo
bis quia vidua hæc pauper, plus quàm omnea miſit. nàm omnes hi ex abũdaoti ſibi miſerũt in munera dei: hæc
autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum quem habuit miſit. Lucas. ❡Ea quæ ſequuntur dationẽ & ac- 18
ceptionem: bonum & malum. Et cum ipſius habitus ſit attendere non ſolum dationem ſed & ſimul acceptionẽ
(nam attendit quod,& cui dat, hoc eſt qui recipit) ideo ſi datio liberalis, ac bona eſt:& acceptio pariter bona e-
rit. & contrà, ſi acceptio mala,& datio quoq; mala. nã ſi datio bona eſſet & acceptio mala: cõtraria ſimul eſſent,
aſſererẽtúrq; ſimul de eodem. nam cũ datio bona eſſet:& acceptio bona eſſet. atqui poſita eſſent ſimul mala. &
rurſum cum acceptio mala, igitur & datio mala: ſimul autem poſita eſſet bona, cõtraria igitur ſimul fierent, aſſe
rerentúrq; de eodem. hoc autem impoſſibile. Quòd ſi liberalis aliorum acceptionẽ curat eſſe bonam: tanto ma-
gis ſuam talem eſſe curabit, accipiétq; vnde oportebit. ❡Liberalem interdum cõtingit quicquã erogare quibus 19
non oportet, aut amplius, aut minus quàm oportet per excuſabilem ignorãtiam: ꝙ circunſtantia particularis ali-
qua eum latebat, quam ſcire neq; poterat, neq; tenebatur. quod ſi poſtea reſciſcat, dolet: ſed moderate tamen &
vt oportet. ❡Simonidis poetæ ſententia fuit: magis eſſe doleodũ ſi quid erogetur indignis, quàm ſi non eroge- 20
tur dignũ. ❡In paruis illiberaliter capiũdis: potius notatur auarus. nã ꝙ illis nõ exiſtimet ſe obligatum ad parẽ 21
gratiam referendam: capit. magna autem non capit ꝙ reddere & gratiã recognoſcere, cogeretur. Item qui ma-
gna capiunt vt tyranni: noo illiberales ſed potius pernicioſi, impij, iniuſtiq; dicũtur. vt Dionyſius Syracuſanus.
qui vbi auro & magnificis oblationibus templa deorũ ſpoliauerat: in diuos iocul abatur, cachinnóſq; mouebat.
❡Dicunt Terentiũ deſiderio comœdiarũ quæ in flumen ceciderant: ſe iam tædio vitæ affectũ in flumen præ- 15
cipitaſſe. tantum ſua deperibat poemata. ❡Tales qui cõnumeratas alias malitias habent: neq; proprie prodigi, 25
neq; proprie illiberales, ſed vtriuſq; oonnihil habent. nam dant vt prodigi,& accipiunt vt auari. nam ſi prodiga-
litas & illiberalitas proprie capiantur, vt in viceſimaprima concluſione: contraria, atq; oppoſita ſunt. ❡Inſana-
bile, incurabile, difficulter admodum ſanabile, difficultérq; curabile. ❡Cyminon Græci dicunt: Latini cuminũ.
legumen eſt quod ſtomacho, torminibus, morbis oculorũ,& comitiali morbo (authore Plinio) medetur. ❡Le-
nones, qui ſpe quæſtus turpiter meritoria exercẽt. ❡Nebulones, id genus leuium hominum, aliorũ fæx,& no-

ſtri generis dedecus. ℭFœneratores qui dant ad fœnus,hoc eſt ad vſuram,& quorum nummi nummos pariunt.
ℭQui dant parua pro magnis: quidam qui paruas merces exponunt vænales,& ab incautis duplum, triplum,
16 quadruplúmve recipiunt. ℭAleator:qui quæſtus cauſa illiberalibus ludis vt iactibus aleæ operam præſtat. ℭFur:
qui res aufert alienas. ℭLatro:qui tenebrarum opportunitate nacta,aliorum bona diripit. ℭDe liberalitate hic
proſequitur Ariſtoteles:quæ circa pecuniæ dationem acceptionémq; virtus eſt fidiſſima diſpenſatrix. cuius of-
ficia ſunt viſitare infirmos,potare ſitientes,cibare famelicos,redimere captiuos, operire nudos, colligere pere-
grinos,& ſepelire mortuos:virtus ad miſericordiam nata,& nata miſericordiam conſequi.quam pauculis mani-
feſtemus exemplis.Camillus de liberalitate commendatur:cui cum á Gallis oblatum eſſet aurum, generoſe re- Camillus.
futauit,inquiens Ferro non auro patriam eſſe ſeruandam.itaque liberalitas patriam ſeruauit, quam illiberalitas Galli.
auro corrupta perdere potuiſſet. eſt enim liberalitati fides, illiberalitati vero comes perfidia.Darius Xerxis pa- Darius.
ter,in periculis dubiiſque rebus cum pecunia opus eſſet:prouinciarum præſides,principéſque accerſiri iubebat,
rogabátq; grauiáne tributa irrogarentur? reſpondentibus vero ea mediocriter ſe habere:dimidium vt ex quæ-
ſtoribus ſoluerent,præcepit.pluris enim populorum gratiam:quàm pecuniæ magnitudinem faciebat.nam libe-
ralitas nullum niſi gratum pectus inhabitat. Phocion qui quinquies & quadrageſies imperatoriam dignitatem Phocion.
legitur magna cum laude iniiſſe,perpetuo pauper fuit: cū facile propter dignitates ſibi á populo traditas diues
eſſe potuiſſet. cui cum multæ pecuniæ á Philippo rege dono mitterentur, nequaquam accipere voluit. & hor- Philippus.
tantibus oratoribus vt ſi iis facile carere poſſet,filiis tamen acciperet, quibus difficile eſſet in tanta paupertate,
paternam dignitatem tueri.reſpondit,Si ſimiles mihi erunt liberi:hic idem agellus qui me ad hanc dignitatem
euexit,illos educabit. ſin diſſimiles:nolo his opibus eorum luxuriam alere. Et hic exemplo eſt:liberales facile di
teſcere non poſſe, & plus gaudere aliis ſua diſpenſare quàm aliena recipere. Et ad liberalitatem paruas admo-
dum rerum copias credidit ſatis eſſe Satyricus:ita quoque inquiens, Iuuenalis ſatyra. 14.

Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus,ſi quis me conſulat,ædam:
Inquantum ſitis atque fames,& frigora poſcunt.
Quaotum Socratici ceperunt ante penates.
Nunquam aliud natura,aliud ſapiens tibi dicet.

Sed nunc Iuuenalis ſatyra. 5.
Nemo petit, modicia quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piſo bonus,quæ Cotta ſolebat
Largiri.nanque & titulis & faſcibus olim
Maior habebatur donandi gloria. ſolum
Poſcimus,vt cœnes ciuiliter. hoc face,& eſto,
Eſto(vt nunc multi)diues tibi,pauper amicis.

Sed audite qui præceptis liberalitatis indigetis quàm ſana vobis Stoici præparant documenta,vt cum libera-
litate liberi viuatis,vos prius apologo equi & cerui præmonentes,ſubiuogentéſq;, Horatius epiſt. 10.

Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret: dominum vehet improbus,atq;
Seruiet æternum qui paruo neſciet vti.
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique.

Tolle querelas:
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit vſus. Horatius epiſt. 12.
Si capiti bene,ſi lateri eſt,pedibúſve tuis:nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Cœna breuis iuuat,& prope riuum ſomnus in herba. Horatius epiſt. 14.
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat,non odio obſcuro morſúque venenat.

Archeſilaus philoſophus ſuæ liberalitatis,literariæ poſteritati pulchrum reliquit exemplum: qui cum Cteſibius Archeſilaus.
ægrotaret,rerúmq; inopia præanguſtiaretur:ipſum viſitãs plenū nummis ſacculū clam eius puluino ſubiecit. quo Cteſibius.
inuēto,Archeſilai(inquit)hic ludus eſt.liberalis enim admodū erat Archeſilaus,volebátq; gratiam latere.& di-
cere ſolebat ſe malle liberalitatem ꝗ auream argēteámq; ſupellectilem.& vtiná nūc omnes Archeſilai voto vi-
uerent. Zeno Cittiæus adeo liberalis in recognoſcendis ſuorū præceptorum laboribus extitit:vt cum cētum pe Zeno
terēt,ducenta tribueret. Simonides poeta cæteris argumento eſſe poteſt:huius præclaræ virtutis officia,nūquā Simonides.
digno fruſtrari poſſe præmio. Nam cum iter ageret,forte vidit mortuū quendam ignotum,humi iacentem:ali-
tibus,feriſq; expoſitum.eum vero quamprimū inhumari dilig ēter curauit. verum cum nauem conſcenſurus eſ-
ſet:vidit per quietem quem ſepelierat,ipſum ammonentem ne id omnino faceret,alioqui naufragio periturum.
quod ſomniū:cum ſociis recitaſſet Simonides,irriſus eſt,ſolúſq; in litore ipſe māſit relictus. at eius ſocii cū pau-
lulum á terra receſſiſſent,tēpeſtate ſuborta,amiſſis armamētis,fractáq; naue omnes periere. ſic itaq; Simonides
pro beneficio ſepulturæ:vitæ beneficium recepit. Sed hæc virtus aduerſus duo ſæuiſſima vitiorum monſtra pu-
gnat:prodigalitatem ſcilicet,& auaritiam. ℭProdigalitas. Apud poetas per Belides quæ terebratis vrnis aquas Belides.
hauriunt:deſignari volunt prodigos.qui quærunt quidem, ſed per luxum omnia prodige fundunt. & ſanabilem
morbū eſſe prodigalitatem:ſacra de filio prodigo fidem facit hiſtoria.fidē facit & Themiſtocles & Fabius ma-
ximus. Themiſtocles enim in iuuēta adeo perditæ adoleſcētiæ fuit:vt eius mater laqueo ſibi mortē cōſciuerit. Themiſtocles
Pater autē eius Neocles eum exhæredem fecit. at hac patris ignominia ita ad bene viuendū emēdatus eſt The Neocles.
miſtocles,ratus non ſine ſumma induſtria & laude,huius infamiæ notam extingui poſſe, vt ſe totū hinc virtuti
dedicarit,& omni ſtudio reipublicæ operá ſuam nauauerit, omnibus obſequioſus,officioſus omnibus. & officio
ſuo ſtatim adeo errata prioris ætatis emēdauit: vt ei nullus anteferretur,& clariſſimus vixit officiis. Identidem
Fabius maximus in adoleſcentia corruptiſſimus vixit:cū autem ad ætatē peruenit, nihil ei defuit quod ad per- Fabius.
fectū virum pertineret.ergo ô iuuenes ſi quis veſtrū in prodigalitatem ceciderit:exemplum reſurgendi diſcat.
Virtus enim,humana eſt:quæ ad ſeſe venientes blande in ſuos ſinus receptat. alioqui poetam audite,

Prodigus & ſtultus donat quæ ſpernit, & odit. Horatius epiſt. 7.
Hæc ſeges ingratos tulit,& feret omnibus annis.
Vir bonus & ſapiens dignis ſe ait eſſe paratum,
Nec tamen ignorat:quid diſtent æra lupinis.

Arimaſpi. ¶ Auaritia. Hæc longe triſtior peſtis aduerſus liberalitatem pugnat: quæ primum Arimaſpos in Pōto vno ocu-
Gryphes. lo in media fronte deformes cum gryphibus aurum cuſtodientibus armat.& cōtinue bella gerere cogit. Horum
autem monſtrorum pulchrum certamen auari,& eadem quoque pro cauſa ſe ſentiant imitari: & Arimaſporum
Serpens heſperidum. gryphiúmque ſe glorientur ſocios. vel quærant á poetis quos ipſi efficiant auaros:reſpondebunt protinus perui-
gilem ſerpentem heſperidum,vel ſi malint in Stygia palude Tantalum.ſi de eorum ſtatu interrogent ſatyricum:
Tantalus. ſtatim ſuam audiant inſaniam,
Iuuenalis ſatyra.14. Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Cum furor haud dubius,cum ſit manifeſta phreneſis,
Vt locuples moriaris,egenti viuere fato.
Interea pleno cum turget ſacculus ore:
Creſcit amor nummi,quantum ipſa pecunia creſcit.
Et minus hanc optat qui non habet.
Inde fere ſcelerum cauſæ:nec plura venena
Miſcuit,aut ferro graſſatur ſæpius vllum
Humanæ mentis vitium,quàm ſæua libido
Indomiti cenſus.nam diues qui fieri vult,
Et cito vult fieri.ſed quæ reuerentia legum?
Quis metus,aut pudor eſt vnquam properantis auari?
Et maiore domus gemitu,maiore tumultu
Planguntur nummi quàm funera.nemo dolores
Fingit in occaſu.
Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris. Et non modo ploratur,ſed plerunq; curritur ad necē. O auari animad-
uertite:elegantem poetam habetis Auſonium Gallum,veſtrum fatum deſcribentem,
Auſonius. Qui laqueum collo nectebat,repperit aurum:
Theſaurique loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat:poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum.
¶ Ita certe digna mulcta pereunt:quos auri ſacra fames continue ſtrangulat.& nihil ad tantam miſeriam finien-
dam facete deeſſe putauit Auſonius:præter laqueum.& nimirum forte dicet aliquis: habent enim quē in ſacris
literis imitentur Iudam auarum,cuius fauces laquei conſtrinxerunt,& cuius media crepātis viſcera lapſa fluxe-
runt,dignum profecto auari ſpeculum.quibus enim adempti ſunt virtutis oculi:illis relicti ſunt ad omnia turpia
ſenſus. Et hoc monſtrum,principum venatur capita,& nunc in eſca nunc in poculis toxica miſcet.per deum im
Pandora. mortalem,ô principes hanc ſæuiſſimam beluam,hanc Pandoram omnium vitiorum parentē ab omnibus regnis
pellite.hæc enim victoria vobis ſecuram vitam relinquet.vitam reſtituetis pupillis,vitam orphanis,pauperibúſ-
que viduis.ſed cauete ſummopere ne ſuum virus in penetralia pectorum veſtrorum inſtillet, inſanabile malū.&
Craſſus. occurrat vobis frequenter cogitandus Craſſus.magnus ille Craſſus, qui auaritiæ virus afflatus, Parthiæ ſitiebat
aurum.qui cum hoſti ſuccubuiſſet:reciſum eius caput cerebro vacuato plumbo oppletum eſt.tantúmq; auri qui
Aquilius. caput Craſſi obtulerat:á rege Parthorū recepit. Et cum Mithridates cognouiſſet Aquilium ducem contra ſe ob
Plinius. auaritiam bellum ſuſcepiſſe:capto Aquilio aurum in os eius liquauit. Author Plinius.
Argumenta auarorum. ¶ Sed auari quibuſdam argumentis,fucatiſq; ſentētijs nituntur ſuum morbum defendere. Dicunt enim primo,
Lucri bonus eſt odor,ex re
Iuuenalis ſatyra.14. Qualibet.illa tuo ſententia ſemper in ore.
Sed diſcant cui ſatis eſt quod habet:ſatis illum conſtat habere.
Horatius. Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ:
Narrares medicis,quòd quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis: nulline faterier audes? Secundo dicunt,
Horatius ſatyra.1.lib.1. Exemplo eſt nobis magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit aceruo.
Sed formicæ naturam quæ torpentes inſtruere debet,non autem auaros: non ſatis exploratam habent auari.
Quæ(ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum)
Non vſquam prorepit: & illis vtitur ante
Quæſitis patiens. cum te neque feruidus æſtus
Dimoueat lucro,neque hyems,ignis,mare,ferrum. Tertio dicunt,
At ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
Sed audi auriculate Myda,
Ouidius libro 11.meta. Copia nulla famem releuat, ſitis arida guttur
Vrit, & inuiſo merito torqueris ab auro.
Pingue ſed ingenium manſit:nociturâque vt ante
Rurſus erunt domino ſtultæ præcordia mentis.
Nam qui tantuli eget quantum eſt opus:his neque limo
Turbatam haurit aquam,neque vitam amittit in vndis. Quarto dicunt,
Horatius ſatyra.1.lib.1. Nil ſatis eſt aiunt: quia tantum(quantum habeas)ſis.
Sed audi medicum te incurabili morbo tentatum: deſtituentem.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter
Quatenus id facit.vt quidam memoratur Athenis
Sordidus,ac diues,populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca. Audi inſuper,
Tantalus á labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Quinto ſacrum vatem afferunt Heſiodum ita eos(vt volunt)ammonentem,
Heſiodus. Adde parum paruo, paruo ſuperadde puſillum,
Fiet & hoc magnum: infelix pelletur egeſtas.

Sed ô homines emedullati cerebri, vos Heſiodus vetat eſſe deſides: nõ autem iubet eſſe auaros. quid? Heſiodum non videtis, vos adhortantem propter vſum diuitias eſſe quærendas? ſed nunc oculos virtutis reſumite, atq; percipite Heſiodum,

Hymnos cane, thura miniſtra
Vt tibi dij faueant, immenſáque copia rerum
Hinc tibi naſcatur: multis vt egentibus ipſe
Subuenias. hæc Heſiodus. Et Horatius. Horatius.
Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe: quare
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?

Sed ſatis infirma deprehenſa iam ſunt auarorum argumenta. & nunc grata deo largitas: victrix exulta, mentibúſque humanis te vberius inſere. Sed hæc ſatis pro ijs quos verba poſſunt ad virtutis amorem emollire, & qui melioribus ſunt animis.

¶ Primum cap. ſex & viginti concluſionibus, & vna diffinitione partitum eſt.

1 ¶ Primi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Liberalitas eſt in dandis, accipiendiſque pecunijs
mediocritas. Nam non laudatur liberalis in rebus bellicis, neq; in ijs in quibus laudatur temperans, nec in iudicijs, ſed in ſolis dandis capiendiſq; pecunijs, quanuis magis in dandis. igitur in illis tum dandis tum accipiendis
2 liberalitas: mediocritas eſt. & pecunias hic vocamus omnia: quorum æſtimatio menſuratur nummo. ¶ Diffinitio. Prodigalitas & illiberalitas, ſunt circa pecunias exuperatio atq; defectus. ipſam enim illiberalitatem atq; a-
3 uaritiam ſemper ijs tribuimus: qui magis quàm oportet pecunijs inhiant atq; ſtudent. ¶ Secunda concluſio. Plerunq; prodigalitatem alijs vitijs connumeramus. Nam eos qui incontinentes viuunt, & qui per luxuriam pecunias patrimoniáq; profligant ac liguriunt: prodigos nuncupamus. & hac de cauſa fit vt prodigi, hominum flagi-
4 tioſiſſimi eſſe videantur. nam multa vitia ſimul habent. ¶ Tertia concluſio. Qui ita viuunt multa ſimul vitia tenentes: non proprie, prodigi nomine cenſentur. Nam prodigus proprie is eſt: qui vitium vnum aliquod habet, vt patrimonium conſumere. eſt enim prodigus qui ſeipſum perdit. & videtur profecto ſeipſum perdere, qui ſuum
5 patrimoniũ diſſipat: vnde propriam vitam debet ducere. & hoc pacto prodigalitatẽ proprie accipimus. ¶ Quarta concluſio. Vir liberalis omnium optime bene vtetur diuitijs. Nam ijs rebus quibus vtimur: contingit & bene & male vti. diuitijs autem vtimur. ijſdem igitur contingit & bene & male vti. atqui is ſingulis rebus optime vtitur: qui virtutem ad bene illis rebus vtendum accõmodatam poſſidet. igitur qui virtutẽ poſſidet ad bene vtendum diuitijs: & illis quoq; optime vtetur. talis autem eſt vir liberalis. igitur vir liberalis: omnium optime diui-
6 tijs vtetur. ¶ Quinta concluſio. Viri liberalis potius officium eſt erogare quibus oportet: quàm vnde oportet accipere, ac non accipere vnde non oportet. ¶ Primo: quia vir liberalis erogando: pecunijs vtitur. accipiendo vero aut non accipiendo: non. eſt enim pecuniarum vſus, earum erogatio, datióq;. acceptio vero potius: earũ conſeruatio, atq; poſſeſſio. & non accipere neutrum eſt. ergo viri liberalis potius officium eſt erogare quibus oportet: quàm vnde oportet accipere, & vnde non oportet nõ accipere. ¶ Secundo. potius virtutis eſt beneficia conferre quàm ſuſcipere: & potius agere honeſta, quàm à turpibus abſtinere. atqui cum das: beneficia cõfers honeſtáque patras. id enim ſequi obſcurum non eſt. & cum vnde oportet accipis: beneficia ſuſcipis, turpiáque non agis. igitur viri liberalis potius officium eſt erogare, quàm accipere. ¶ Tertio. gratia dantis eſt: non autem nõ accipientis. potius igitur eſt dare: quàm vnde etiam non oportet non accipere. ¶ Quarto. dantem magis laudamus: q̃ non accipientem. ¶ Quinto. facilius item eſt nõ accipere, quàm dare. inſitum enim ferme hominibus eſt minus ſua erogare: quàm aliena non capere. igitur potius eſt dare, quàm non accipere. nam circa difficilius: potius virtutis officium verſatur. ¶ Sexto. qui dant, liberales dicuntur, ob idipſũmq; laudantur: qui autem non accipiũt, non ob liberalitatem laudantur, ſed ob iuſtitiam potius. & qui accipiunt: non laudantur plurimum. ¶ Septimo. liberales maxime omniũ ferme ſtudioſorum amantur. id enim ideo eſt quoniam proſunt in dando. igitur liberalis potius, digniúſque officium eſt quibus oportet erogare: quàm vnde oportet accipere, aut non accipere vnde non
7 oportet. ¶ Sexta concluſio. Liberalis: honeſtatis gratia dat. Nam cuiuſlibet virtutis actus honeſti ſunt, & honeſtatis gratia fiunt. liberalitas autem virtus eſt: cuius quidem actus eſt dare. liberalis igitur: honeſtatis gratia dat.
8 ¶ Septima concluſio. Liberalis recte dat. Nam dat quibus oportet, & quot, & quando oportet, cæteráq; omnia
9 obſeruat: quæ rectam dationem ſequuntur. dat igitur recte. ¶ Octaua concluſio. Liberalis delectabiliter, aut ſaltem ſine moleſtia dat. Nam quod per virtutem fit: delectabile eſt, vel ſine moleſtia, minime dolorem afferens. liberalis autem datio: per virtutem fit. is enim qui dat quibus non oportet, aut non honeſtatis gratia, ſed alia quapiam de cauſa: non liberalis ſed alius quidam nominatur. ſimiliter & qui dando dolet: nam is honeſte operationi
10 pecunias anteponit. quod quidem minime ipſius eſt liberalis. ¶ Nona concluſio. Liberalis vir non capiet vnde non oportet. Nam huiuſmodi acceptio eius non eſt: qui pecunias non magnipendit. non autẽ magnipendit pecunias liberalis. Secundo. huiuſmodi acceptio non eſt huius qui ad petendum minime propenſus eſt atque pro-
11 cliuis. talis autem liberalis. non eſt enim beneficia conferẽtis vt facile ſibi aliorũ beneficia procuret. ¶ Decima concluſio. Liberalis eſt accipere vnde oportet. Nam capit ex proprijs rebus quas poſſidet. non quidem quia id
12 honeſtum ſit: ſed quòd neceſſariũ eſt, vt dare poſſit. ¶ Vndecima concluſio. Liberalis ſua non negligit. Nam liberalis ea non negliget ex quibus opem compluribus afferre cupit. non autem quibuſuis dabit: ſed ſic dabit, vt
13 & quibus oportebit, quando, & vbi honeſtum eſſe cognouerit, dare poſſit. ¶ Duodecima concluſio. Liberalis eſt vt ſic in dando excedat: & ſibi pauciora relinquat. Nã liberalis non ad ſeipſum reſpicit: ſed ad eos quibus eroga-
14 re honeſtum eſt. ¶ Decimatertia concluſio. Nihil vetat eum liberaliorem eſſe: qui pauciora largitur. Nam ipſa liberalitas pro facultatibus dicitur. non enim in multitudine datorum, ſed in dantis habitu liberalitas conſiſtit.
15 nihil ergo vetabit vt liberalior ſit qui pauciora dabit: ſi minor adeſt ei dandi potẽtia atque facultas. ¶ Decimaquarta concluſio. Magis liberales eſſe ſolent, qui non ſibi cõpararunt opes: ſed ab alijs acceperunt. Nam qui ab alijs acceperunt: nunquam indigẽtiam ſunt experti. quapropter ad erogandum exiſtunt procliuiores. qui autem ſibi conquiſierunt, minus liberales euadere ſolent. nam magis amant omnes ſua opera: vt ſatis argumento ſunt
16 genitores, atq; poetæ. ¶ Decimaquinta concluſio. Facile item non eſt: vt liberalis quiſquam ditetur. ¶ Primo. nam quo modo facile ditetur, qui neque capit, neque conſeruat: quin contrà ad erogandum procliuis eſt? neque magnifacit per ſe ipſas pecunias: ſed vt alijs erogare poſſit. non igitur facile quiſquam liberalis ditatur. Vnde euenit vt accuſetur fortuna: quòd ij hominum qui maxime digni ſunt, minime diuitias habeant. ¶ Secundo. nec id iterum ſine ratione euenit. nam fieri non poteſt vt is diuitias congerat: qui vt eas habeat curam nullam adhibet, quemadmodum & de cæteris rebus eſt. liberalis autem diuitijs abundare parum admodum curat. & quan-

uis ita ſit: non ſua diſpenſat quibus non oportet, & quando non oportet, & de cæteris conſimilibus hoc modo
nam ſic agendo, nequaquam liberalitatis legem ſeruaret: ſed conſumptis ad ea ipſa fortunæ bonis, tunc cum ma
xime erogare honeſtum eſſet, atq; oporteret, non poſſet. verum vt pauloante dictum eſt: liberalis eſt qui pro vi-
ribus, facultatibúſq; erogat, & in quibus oportet. ❡ Decimaſexta concluſio. Tyranni haud facile prodigi dicen- 17
di ſunt. Nam qui exuperat, ſuáq; exterminat: prodigus eſt. atqui tyranni noo facile dando ac erogando tantam
rerum copiam quam poſſidēt exhauriunt, atq; exuperant. ❡ Decimaſeptima concluſio. Liberalis non modo da- 18
bit, erogabitque io quibus oportet, & quod oportet, cum in paruis, tum etiam io magnis, & cum voluptate: ve-
rum & accipiet, vnde oportet, & quod oportet. Nam liberalitas: mediocritas eſt circa dandas, accipiendáſq; pe-
cunias. cum itaq; hæc virtus circa vtrunq; ſit mediocritas: faciet vtrunque vt oportet. liberalem enim dationem
ſequitur talis acceptio. & acceptio quæ talis non eſt, cootraria eſt. at ea quæ ſequuntur: ſimul in eodem ſunt. ſi-
mul autem in eodem non ſiunt cootraria. igitur liberalis io omnibus & dabit quibus oportet, & quot oportet, &
delectabiliter, accipietq; conſimiliter vnde oportet. ❡ Decimaoctaua concluſio. Si præter id quod dignum eſt, 19
liberalem cootigerit pecunias erogaſſe: dolebit moderate tamen, atq; vt oportet. Nam virtutis officium eſt: læ-
tari, atq; dolere io quibus oportet & vt oportet. ❡ Decimanona concluſio. Liberalis in rebus pecuniarijs ſe faci- 20
lem præſtat, & admodum tractabilem. Nam pecunias non multifacit. iccirco iacturam in illis facile tolerabit:
imò magis moleſte fert ſi quid cum oportuit non erogauerit, quàm doleat ſi quid erogauerit cum minus opor-
tuarit. neq; Simonidis ſeotentiam approbat. & prodigus eiſdem delinquit: qui neq; lætatur, neque dolet in qui-
bus oportet, neque vt oportet. & hoc amplius in ſequentibus dilucebit. ❡ Viceſima concluſio. Quamuis prodiga 21
litas & auaritia vtrunque ſuperabuodantia & defectus ſit, in duobus his dando ſcilicet & accipiendo: illæ tamen
ſuperabundaotiæ & defectus oppoſito modo ſumuntur. & ſub datione: ſumptus, expenſáſque facere compre-
hendimus. Quòd autem oppoſito modo ſumantur: patet. nam prodigalitas in dando & non io capiendo ſupe-
rat: & capiendo, atq; retinendo deficit. auaritia vero contrà, io dando deficit: & capiendo atq; retinēdo ſuperat,
at io paruis capiendis tamen. ❡ Viceſimaprima concluſio. Hæc duo dando excedere & capiendo deficere: haud 22
multū in prodigo perſeuerant. Nam non facile eſt oulla ex parte capientem: diu ſua cunctis profundere, verum
perquam cito deficiunt ſic erogantium priuatorum patrimonia. qui autem id ipſum agunt: ſunt prodigi. ❡ Vice- 23
ſimaſecūda concluſio. Prodigus: longe minus deterior eſt auaro. ❡ Primo. nam prodigus & ab ætate, & egeſta-
te cito curari poteſt: & ſe ad mediocritatē reuocare. oon autem auarus. ❡ Secuodo. prodigus habet ea quæ ſuot
viri liberalis. vt dat, & noo accipit: quanquam neutrum facit vt oportet, atque recte. veruntamen ſi ad illa recte
faciēda ſe aſſuefacit, vel à ſuo mutetur modo: fiet vtiq; liberalis & dabit quibus oportet, & noo capiet vnde noo
oportet. ſic autem de auaro non eſt. quapropter non prauis moribus videtur eſſe prodigus. non enim improbi,
atq; ingeneroſi eſt in dando exeedere & non capere: imprudentis tamen eſt, atq; ſtolidi. noo igitur mirum ſi vi-
deatur prodigus longe minus deterior eſſe auaro. ❡ Tertio. cum ob prædicta minus malus ſit prodigus, tum ob
id rurſus minus malus apparet auaro: ꝙ prodigus compluribus prodeſt, auarus autē nemini, ne ſibijpſi quidem.
Sed hæc de ijs prodigis intelligantur: qui ſimul illiberales noo ſunt. nam ſunt plerique prodigorum: vt qui aliaa
coniunctas habent malitias (vt iam dictum eſt) qui aceipiunt vnde non oportet, & hoc ipſo ſunt illiberales. ſunt
autem tales ad capiendum procliues ob erogandi cupiditatem: quod quidem prompte facere nequeunt proprijs
prorſus exhauſtis rebus, & proiode aliena capere & ex alienis dare coguntur, ſimul vndecunque poſſunt ſine vl-
lo diſcrimine capientes: ꝙ ipſis nulla honeſtatis ratio, oullus delectus eſt. dare eoim cupiunt: ſed quo modo vel
vnde, nullum apud eos diſcrimen, nulláque differeotia eſt. Quo fit vt dationes eorum minime ſint liberales. non
enim ſuot honeſte, oeq; honeſtatis gratia, nec vt oportet effectæ. verum nonnunquam quos eſſe pauperes cape
dit: efficiunt diuites. & illis qui moderatis ſunt moribus elargiūtur nihil: aſſentatoribus autē, & qui aliam quam-
piam afferunt voluptatem, largiuntur abunde. Quapropter fit etiam vt talium quamplurimi diſſoluti, intempe-
rantéſq; euadant. nam cum facile erogent: proni ſunt in flagitija ſumptus facere: & quia ita viuēdo honeſtatem
negligunt: ad voluptates declinant: præcipitéſq; ruuot. ſicq; perditi: intemperantes euadunt. ❡ Viceſimatertia 24
concluſio. Prodigi emeodatio: magna diligentia prouocari debet. Nam ſi emendationis cura, diligentiáq; negli
gatur: io ſuperiora mala recidit. at cura, diligentiáq; adhibita: ad medium & ad id quod oportet tandem perdu-
citur. non igitur eius emendatiooís: diligens negligēda eſt cura. ❡ Viceſimaquarta concluſio. Auaritia, morbus 25
malitiáq; inſanabilis eſt. ❡ Primo. nam ſenectus, omníſque imbecillitas, auaros facit: quæ vitari nequeunt. ❡ Se-
cundo. quòd vt plurimū magis ſit hominibus inſita auaritiæ pronitas, quàm prodigalitatis. ſunt enim longe plu
res pecuniarum cupidi: quàm ad dandum procliues. oihil mirum igitur ſi difficilius ſanatur. ❡ Tertio. longe ex-
tenditur auaritiæ morbus, multóſq; modos habet: quibus irretit, ac illaqueat, & quos vitare admodum difficile
eſt. & cum in duobus (vt ſummatim dicatur) conſiſtat, vt in defectione dandi, & exuperatione capiendi: noo ta-
meo omnibus integra aduenit, ſed interdum diſcinditur. nam ſunt qui in capiēdo excedunt, & alij in dando de-
ficiunt, & ij omnes quos vocamus parcos, tenaces, aridos: io dando deficiuot, ſed oeq; aliena capiunt, neq; acci-
pere volunt. & eorum quidam dando deficiunt: quandam modeſtiæ fingentea ſpeciem & apparentiam cautelæ,
abſtinendi à rebus turpibus. nam videntur quidam vel ſaltem aiunt ob id ſe ſua cuſtodire, ne cogantur aliquādo
turpe aliquid penuria, indigētiáq; committere. & de numero eorum eſt ille qui cumini ſector appellatur, & quiſ-
uis huiuſmodi: qui ab exuperatione nihil dandi cuiquam, nomen ſibi retinet. alij ob metum abſtinent alienis, ꝙ
facile non putant ſe aliena capere, & alios non capere ſua, ideóq; nec accipere ab ipſis, neq; illis quicquam dare
placet. alij rurſus ſunt qui in capieodo exuperant: vndiq; & quodcunq; accipientes. quales ſunt ij qui illiberalia
exercēt opera: vt lenones, & id geous nebulonum omnes & fœneratores, & qui dant parua pro magnis. hi enim
omnes accipiunt vode noo oportet, & quantum non oportet. atq; hi omnes io hoc conueniunt, ꝙ omnia turpi
lucro comparaot, quódq; omnes gratia lucri & huiuſce quidem parui probra ſuſtinēt, & iofamiam. Nam illi qui
grandia vnde noo oportet capiuot, ceu tyraoni hoſtiliter vrbes inuadentes, eáſq; diripientes, & ſpoliantes tem-
pla: non illiberales, ſed improbi, ſed impij, ſed iniuſti potius dicuntur. ❡ Viceſimaquinta concluſio. Aleatores, fu 26
res, & latrones: illiberales ſunt. nam hi omnes turpi io lucro verſantur. omnia enim gratia quæſtus agunt: eiúſq;
gratia vtriq;, aleatores quidem, ac fures latronéſq; ſuſtinent probra. nam aleatores ab amicis: quibus potius da-
re oporteret, lucrantur. & fures ipſi, ac latrones extrema pericula quæſtus gratia ſubeunt. vtrique igitur vnde
non oportet lucrari volentes: ſordido, turpiq; in lucro occupantur. & omnis talis actus illiberalis eſt. igitur huiuſ-
modi aleatores, furéſq;, ac latrones ſunt illiberales. ❡ Viceſimaſexta concluſio. Non ab re illiberalitas magis li- 27
beralitati cootraria eſt: quàm ipſa prodigalitas. Nam maius malum eſt illiberalitas quàm prodigalitas. & magis
illiberalitate peccāt homines: quàm prodigalitate. merito igitur illiberalitas liberalitati magis contraria ponen
da eſt: quàm ipſa prodigalitas. Sed de liberalitate & vitijs ipſi contrarijs: hactenus dictum ſit abunde.

Cap. II.

28 Conſequens autem eſſe videtur & de magnificentia pertractare. Videtur
enim & ipſa virtus quædam circa pecunias eſſe.non tamen ſeſe extendit vt
29 liberalitas ad omnes pecuniarios actus:ſed ad ſumptus tantum.¶Atque in
his ipſis liberalitatem exuperat magnitudine. Nam vt ipſum nomen ſub-
30 ſignificat: decens fit per ipſam in magnitudine ſumptus. ¶Magnitudo au-
tem eſt ad aliquid. Non enim idem ſumptus triremis, & ſpectaculorum præfectum de-
cet.decens igitur eſt & ad ipſum, & in quo, & circa quæ fit. Qui vero paruis in rebus,
aut mediocribus pro dignitate ſumptus facit(qualis eſt ille qui dicit,
Atque ego ſæpe dedi peregre venientibus vltró)
non dicitur magnificus:ſed is qui in magnis. Nam magnificus quidem liberalis eſt.at li-
31 beralis,non continuo magnificus eſt.¶Talis autem habitus defectio quidem: circa de-
corum puſillitas nuncupatur. exuperatio vero ſordiditas, & circa decorum ruditas ap-
pellatur.& quot ſunt tales,non circa quæ oportet exuperantes magnitudine:ſed in qui-
bus non oportet & quemadmodum non oportet, quærentes ſibi ſplendorem, de qui-
32 bus poſterius dicemus. ¶Magnificus autem ſcienti ſimilis eſt. Nam decorum ipſum
33 contemplari poteſt: & magnos concinne facere ſumptus.¶Vt enim in principio dixi-
mus:habitus operationibus,& ijs quorum eſt,definitur. Sumptus igitur magnifici, ma-
gni ſunt & decentes: talia autem & opera ſunt. ſic enim magnus erit ſumptus & de-
cens ad opus. Vt ſumptu quidem opus, opere vero dignus ſit ſumptus: vel etiam exu-
34 peret.¶Atqui magnificus: honeſtatis cauſa tales faciet ſumptus. hoc enim omnibus eſt
35 commune virtutibus. ¶Et etiam cum voluptate & ſine parſimonia erogando. exacta
nanque ratio ad puſillitatem nimirum attinet. Atque potius quonam pacto pulcher-
rimum, maximéque decens fuerit ipſum opus conſiderabit, quàm quanti conſtiterit:
36 & quonam modo confectum,quàm per minimos fuerit ſumptus.¶Neceſſe eſt igitur
ipſum magnificum liberalem etiam eſſe.Etenim liberalis:ſumptus faciet quos oportet,
& vt oportet.in his autem eſt magnum ipſum magnifici, vt magnitudo circa hæc libe-
37 ralitatis. ¶Et ab æquali ſumptu magnificentius faciet opus. Non enim eadem eſt vir-
tus rei quæ poſſidetur & operis. etenim illa quidem eſt ea quæ quamplurimo precio
digna eſt, & pretioſiſſima: vt aurum. opus autem quod magnum eſt atque pulchrum.
talis enim operis aſpectus eſt admirabilis. at quod eſt magnificum,eſt admirabile. atque
38 virtus operis eſt magnificentia in magnitudine. ¶Sunt autem impenſæ quas dicimus
ipſa honorabilia:vt ea quæ deorum heroúmque cauſa fiunt.dedicationes inquam: & ex-
tructiones, ac ſacrificia, & circa omne diuinum. Et ea quæ ad rempublicam liberaliter
fiunt:vt ſi aliquo in loco ludos ſplendide facere oportere putant, aut præfecturas ſub-
ire nauium, aut etiam epulum publicum exhibere. atque in vniuerſis(vt diximus) &
ad agentem habetur reſpectus quiſnam ſit: & quas habeat facultates, digna enim his
39 eſſe oportet,& non ſolum opus:verum & ipſum facientem decere. ¶Quocirca pauper
non erit magnificus:quippe cum ei non ſint ea è quibus multos decorè faciat ſumptus.
Qui vero aggreditur:fatuus eſt.nam præter dignitatem facit & id quod oportet.id ve-
40 ro quod recte ſeſe habet:à virtute emergit.¶Decent autem & eos quibus talia antece-
dunt aut per ipſos,aut per maiores, aut per eos ad quos ipſi ſe referunt propinquitatis
aliqua ratione.& nobiles etiam & glorioſos: & quotquot ſunt huiuſcemodi. Hæc enim
vniuerſa amplitudinem habent & dignitatem. maxime igitur talis eſt ipſe magnificus:
& in talibus impenſis verſatur ipſa magnificentia, quemadmodum diximus. & maxi-
41 mæ enim,& honoratiſſimæ ſunt.¶Priuatarum autem eæ pertinent ad magnificum quæ
ſemel fiunt: vt nuptiæ, & ſiquid aliud tale. Et ſi circa aliquid tota ciuitas, aut qui ſunt in
dignitatibus ſtudeant:& circa hoſpitum ſuſceptiones,& miſſiones & munera.non enim
ad ſeipſum: ſed ad publica ſumptus facere magnificus ſolet.ipſa autem munera ſimile
42 quid habent ijs quæ dijs dedicantur. ¶Ad magnificum etiam pertinet & domum à ſe
extructam (vt diuitias) decenter habere. Eſt enim quoddam & hæc ornamentum. &

item in ijs magis operibus ſumptus facere: quæ diuturno tempore perſiſtere poſſunt.
hæc enim ſunt maxime pulchra. ❡Atque in ſingulis decorum ipſum ſeruare. Non enim 43
eadem dijs, & hominibus, & ad templum, atque ſepulchrum accommodantur. eſt autem
vnuſquiſque ſumptus magnifici ſuo in genere magnus. & magnificentiſſimus quidem
is eſt, qui eſt magnus in magno. hic autem is qui eſt in his magnus. Et differt magnum
quod eſt in opere: à magno quod eſt in ſumptu. pila nanque pulcherrima, aut pulcherrimus
vrceus, pueriles quidem muneris magnificentiam habet: pretium autem eius puſillum
eſt, atque illiberale. Quapropter magnifici eſt quocunque in genere faciat: magnifice
facere. tale nanque neque facile ſuperari poteſt: & ſeſe habet vt ſumptus dignitas
poſtulat. talis eſt igitur ipſe magnificus. ❡Is autem qui exuperat atque ſordidus, 44
ſumptus faciendo vltra id quod oportet, exuperat: vt dictum eſt. Nam paruis in rebus multa conſumit, & ſplendorem inconcinne captat: nunc ijs qui pecunias conferunt ad conuiuia ſibi paranda nuptiali apparatu epulum præbens, nunc ſubminiſtrans comœdis, exhibens in eorum tranſitu purpuram, vt facere Megarenſes conſueuerunt. & omnia talia non honeſtatis, ſed oſtentationis diuitiarum cauſa facit: & vt admiratione propter hæc (vt putat) afficiatur. Atque vbi quidem multos facere ſumptus oportet: paruos facit. vbi vero opus eſt paruis: magnos. Puſillus autem in decoro circa vniuerſa deficit: & maximis factis ſumptibus in paruo perdit decorum. & quicquid facit: tarde, differendóque facit. Conſiderátque quonam pacto quamminimos faciat ſumptus. & etiam queritur: cunctáque maiora quàm oportet ſe facere putat. Sunt igitur hi duo habitus vitia quidem, non tamen afferunt probra: propterea quòd neque detrimento ſunt alijs, neque nimium ſunt deformes.

❡Secundi capitis notæ. ❡Triremis: nauis tres ordines remorum habens. ❡Præfectus: cui totum moderationis 30
publicum vnus commiſſum eſt, totáq; authoritas. ❡Quòd ſumptus ipſe opere dignus eſſe debeat vel etiam o- 33
pus ſumptum ſuperare: in magnifica regiæ ſolis deſcriptione notauit Ouidius,

Ouidius lib. 1 metamor.

Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis:
Clara micante auro, flammáſq; imitante pyropo,
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat,
Argenti bifores radiabant lumine valuæ.
Materiam ſuperabat opus.

❡Semel: admodum raro. vt cum nuptiæ celebrantur, aut aliquid ſimile. vt cum 41
quis nouam dignitatem init, aut in aliqua literaria profeſſiõe comes aſciſcitur, & talia huiuſmodi. ❡Magnificus 43
is in magno magnus eſt, qui in opere magno magnos ſumptus facit, ſingulis ijs quibus accommodantur in magnitudine
reſpondentibus. ❡Pila, ſphærula luſoria. ❡Vrceus, vas quo aqua in vrnam funditur. ❡Hiſtrio: mi- 44
mus, qui aliorum dicta, factàve ſine reuerentia imitatur, ac fingit. ❡Comœdus: qui comœdias in ſcena repræſentat. ❡Megara: vrbs media inter Peloponeſum, Atticam, & Bœotiam ſita: à qua dicti ſunt Megarẽſes. ❡Hic de magnificentia proſequitur Ariſtoteles quæ circa ſumptuum magnitudines mediocritatem ſeruat: ad duo potiſſimum ſe extendens, ad dei cultum, & ad rempublicam. ad dei quidem cultum magnifica ſacrificia, magnificas ſanctorum ædes (quæ toto viſuntur in orbe) hæc præparat virtus. ad rem vero publicam magnifica offeruntur munera, magnifica celebrantur conuiuia, magnifici ludi, magnificæ vrbes, magnifica ad reipublicæ moderamen eriguntur palatia, & magnificæ ad locorum tuitionem extructæ reperiuntur arces. hinc illud magnificum Sydoniæ Didonis ad Æneam conuiuium inducit Virgilius,

Dido. Æneas. Virg. 1. æneí.

Quinquaginta intus famulæ quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidémque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerant, & pocula ponunt.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere: thoris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum,
Flagrantiſque dei vultus, ſimulatáque verba,
Palámque & picto croceum velamen acantho.

Salomon.

Sed ſi verum magnificum deſideratis: ſacræ literæ vobis dabunt. Salomonem ſcilicet magnificum dei templum extruentem: vbi indies oneribus portandis ſeptuaginta millia virorum occupata deſudabãt, & octoginta millia latomorum operi inſiſtebãt. in quo peracto non ſolum ſolennem hecatomben: ſed & ouium & boum innumerã multitudinem deo victimas obtulit. vbi clamat ad deum. ſi enim cæli cælorum te capere non poſſunt: quãto magis domus hæc quam ædificaui tibi? Bene enim maximis virtutibus vtitur: qui ad maxima & natura digniſſima totã intentionem ſuã conuertit. nihil enim in hoc ſenſibili mundo præter animum & virtutes magnum eſſe putetis. hæc enim virtus ſummopere claros, principéſq; decet: ſed qui ſapientũ ſint ſimiles. quod exemplo Alexan-

Alexander. Dimocrates.

der Macedo prodidit. Cũ enim Dimocrates architectus peritiſſimus illi polliceretur in magnificẽtiæ ſuæ argumentũ montem Athon in virilem ſtatuã ſe formaturum, cuius læua, vrbis ampliſſima mœnia ſuſtẽtaret, dextera vero paterã teneret, quæ montis flumina receptaret, profunderétq; in mare, magnificũ profecto & immortali memoria Alexandri opus dignũ: quæſiuit tum Alexãder eſſẽtne agri qui re frumentaria ciuitatẽ alerent. cum reſpondiſſet Dimocrates ſubuectionibus marinis opus eſſe: ſubiunxit Alexãder iudicium ſuum de ciuitate facienda non eſſe probãdum. Itaq; exemplo eſt Alexander: magnificum opus, non eſſe niſi à ſapiente viro ten-

tandum. ¶Huic præclariſſimæ virtuti duo vitia ſordiditas & puſillitas opponuntur. Sordiditas. Cui non audi- Plinius lib. 9
tum eſt ſordidum Cleopatræ Ægypti reginæ obſonium:quæ Antonio magnificentiam ſuam aſtruere volens:di cap. 35.
xit ſe vna cœna centies ſeſtertium abſumpturam. quod cupiebat cognoſcere Antonius, nam id fieri poſſe non Cleopatra.
arbitrabatur,& proinde id negabat:illa vero confirmabat. & ſponſiones factæ ſunt,delectuſq; L. Plancus ſpon- Antonius.
ſionis iudex. poſtero autem die iudicium expectabatur,magnificáque cœna. ſed Cleopatra quotidianam Anto- Plancus.
nio appoſuit irridenti, computationémq; poſtulanti. at illa taxationem confirmans ſe ſolam ea in cœna centies
ſeſtertium cœnaturam dixit. duo fuere maximi vniones per omne æuum. vtrunque poſſedit Cleopatra per ma-
nus orientis regum ſibi traditos. itaque inferri ſecundam menſam iuſſit. & ex præcepto, miniſtri vnum tantum
vas ante eam poſuere aceti:cuius aſperitas,viſque,in tabem margaritas reſoluit. gerebátque tum auribus maxi-
me ſingulare illud & vere vnicum naturæ opus. itaque ſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum al-
terum merſit in aceto, ac liquefactum abſorbuit. iniecitq; alteri manum L. Plancus iudex ſponſionis eius(eum
quoque paranti ſimili modo abſumere)victum Antonium pronuntiauit homine quidem irato. Plinius author.
Id ſordidum eſt Cleopatræ conuiuium:quo vno morſu vnius regni aſſumpſit opes. Itaq; euenit vt multi ſint ſor
didi,multique puſilli: pauci vero euadant magnifici.

¶Secundum cap. quindecim concluſionibus,vna diffinitione,& vno corollario partitum eſt.

28 ¶Secundi capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. De magnificentia conſequenter diſcutere con-
ſentaneum eſſe videtur. Hoc enim ideo eſt:ꝙ magnificentia quædam virtus eſt circa pecunias vt & liberalitas.
29 attamen non ita ad omnes res pecuniarias vt liberalitas ſe diffundit:ſed ad ſumptus ſolum. ¶Secunda cōcluſio.
In ſumptibus ipſis magnificētia:communem magnitudine ſuperat liberalitatē. Nam vt ipſum nomen deſignat:
30 in ea decens fit in magnitudine ſumptus. ¶Tertia concluſio. Decens ſumptus:& ad ipſum qui facit & in quo &
circa quæ fit attendi debet. Nam ſumptuū magnitudo ad aliquid eſt. non enim idem ſumptus decet præfectum
triremis,& ſpectaculorum præfectum. eſt igitur decens ſumptus & ad ipſum,& circa quæ fit:attendēdus. & qui
in paruis rebus aut mediocribus,ſumptus pro dignitate facit(qualis ille fingitur qui ita dicit: Atq; ego ſæpe de-
di peregre venientibus vltro.)non dicitur magnificus,ſed ſolum ille qui in magnis. nam etſi magnificus omnis,
31 liberalis eſt: non tamen continuo contra efficitur, vt omnis liberalis ſit & magnificus. ¶Diffinitio. Puſillitas,
paruificentiáq; atq; modicitas dicitur:circa huiuſmodi magnificos ſumptus, defectus. & exuperatio nominatur
ſordiditas,circáq; decorum ruditas. ſed quot modis ſunt tales exuperātes magnitudine,non circa quæ oportet,
ſed in quibus non oportet,& quemadmodum non oportet ſplendorem ſibi conquirentes:adhuc poſterior futu-
32 rus eſt ſermo. ¶Quarta concluſio. Magnificus ſcienti perſimilis eſt. Nam quid decēs,quidq; decorum ſit intelli
33 git,& magnos ſumptus pro dignitate,atq; vt conuenit,facit. ¶Quinta concluſio. Magnifici opera magna ſunt:
& decentia. Nam vt prius notum factum eſt: habitus operationibus determinatur,& ijs quorum eſt habitus. at
magnifici habitus magnus eſt atq; decens & ſumptus magni atq; decētes. talia igitur ſunt & eius opera. ſic enim
ſumptum magnum eſſe oportet:vt conueniat operi,vt & opus ipſum ſumptu dignum ſit,& ſumptus ipſe opere
34 dignus,vel etiam opus ſumptus exuperet. ¶Sexta concluſio. Magnificus magnos ſumptus,honeſtatis facit gra-
35 tia. Nam honeſtatis gratia agere:commune omnibus virtutibus eſt. ¶Septima cōcluſio. Eoſdem item faciet &
cum voluptate,& ſine parſimonia. Cum voluptate agere commune eſt omnibus virtutibus. ꝙ autem ſine parſi-
monia,ideo eſt:ꝙ exacta ſumptuum ratio,ſupputationiſq; diligētia,ad puſillitatem potius pertinet. verum ipſe
magnificus magis cogitabit,quemadmodum pulcherrimum, decētiſſimúmq; fiat opus, quàm quanti conſtet,&
36 quàm in eo conficiendo ſumptus faciet quamminimos. ¶Octaua concluſio. Vt magnificus in ſuis agendis libe-
ralis ſit:oportet. Nam liberalis & in magnis & in paruis: ſumptus facit quos oportet, & vt oportet. & quod in
ſumptibus magnum eſt: ipſius magnifici eſt. at huiuſmodi circa ſumptus decens magnitudo:ſine liberalitate non
37 eſt. in ſuis igitur agēdis magnificus:liberalis eſt. ¶Nona concluſio. A ſumptuum æqualitate:magnificus,magni-
ficentius parat opus. Nam non eadem eſt virtus poſſeſſionis & operis:ſed poſſeſſionis virtus eſt,quæ curat vt ea
comparetur poſſeſſio,quæ plurimi digna,multóque pretio eſt,vt aurum. & virtus operis eſt:quæ curat vt ipſum
magnum ſit,atque decorum. ſic enim admiratione ſui trahit aſpectus. & quod magnificum eſt:admirabile eſt. &
huiuſmodi operis in magnitudine admirabilis:magnificentia virtus eſt. nihil mirum igitur ſi magnificus,habens
38 magnifici operis virtutē:ab æqualitate ſumptas magnificentius cæteris parat opus. ¶Decima concluſio. In om
nibus ad magnificentiam pertinentibus: reſpectus ad ipſum agentem habendus eſt, quiſnam ipſe ſit: & quibus
præditus facultatibus. Nam quoſdam ſumptus honorificos eſſe dicimus: vt in rebus quæ diuinorum numinum
cauſa fiunt,qualia ſunt dedicationes,delubrorum extructiones & ſacrificia. & omnino circa rem omnē diuinam,
& publicam:magnificentia eſt. vt ſi quo in loco ludi publici ſunt magnifice inſtaurandi,aut præfecturæ nauium
ſuſcipiendæ,aut publicum epulum exhibendum. & in his omnibus,& reliquis,vt & iam etiam dictum eſt: ipſius
agentis ratio habenda eſt,quis ſit,& quas habeat erogandi facultates. nam opera digna facultatibus,illiſque re-
ſpondentia eſſe oportet. & non ſolum opus dignum eſſe ſat eſt:ſed & oportet ipſum facientem eſſe decentem.
39 ¶Corollarium. Quapropter pauperi non incumbit eſſe magnificum. Nam non ei eæ ſuppetunt facultates ex
quibus magnos pro dignitate,atq; decentia:faciat ſumptus. ꝙ ſi quis pauper,talem aggreditur prouinciam:me-
rito fatuus,deſipiénſq; reputetur. nam præter dignitatem,atq; decentiam id aggreditur. at vero quod recte ten-
40 tandum eſt:à virtute proficiſcitur. ¶Vndecima concluſio. Magnifica aggredi opera eos decet,qui ea anteceſſo-
ribus tales facultates acceperūt,aut per ſeipſos,aut per ſuos maiores,aut eos ad quos ſe aliqua ſanguinis propin
quitate referūt,id poſſunt: & ſummatim nobiles & glorioſos & eiuſmodi quotquot ſunt omnes. Nam hi omnea
amplitudinem habent,& dignitatem ſufficientem. igitur maxime decet talem quemcunq;, eſſe magnificum. in
talibus enim impenſis quas ipſi facere poſſunt:maxime(vt dictum eſt)magnificentia verſatur. ſunt enim maxi-
41 mæ atq; honorificentiſſimæ. ¶Duodecima concluſio. In priuatis rebus ſemel inſtar magnifici:magnos ſumptus
facere expedit. vt cum fiunt nuptiæ,aut aliquid tale:item cum tota aliqua ciuitas circa aliquid ſtudeat, aut qui
honores ſunt adepti,& cum quid ſimile fit:circa hoſpitum ſuſceptiones,retributiones,& munerationes. nam ma
gnificus non ad ſeipſum magnificus eſt: ſed ad publica,ſumptus facere ſolet. & magnifici munera ſimile aliquid
42 habent ijs quæ deo ſacrantur. ¶Decimatertia concluſio. Magnifici eſt etiam domum ſibi conſtructam habere,
ſuis diuitijs congruētem. & in ijs magis ſumptus facere quæ diutius facta permanere poſſunt. nam domus præ-
43 clare conſtructa,ornamento eſt. & omnia quæ diuturniore tempore perſiſtere poſſunt:optima ſunt. ¶Decima-
quarta concluſio. Magnificus in ſingulis dignitatem,decorúmq; ipſum ſeruat. Nam non eadem dijs,hominibus,
templóq; & ſepulchro:accommodari debent. ſed vnuſquiſq; magnifici actus:in ſuo genere magnus eſt. & longe
omnium magnificētiſſimus is eſt:qui in magno magnus eſt. reliquus autem magnificus eſt:quod in alijs vtcunq;
magnus eſt. & differt magnum illud quod eſt in opere: & magnum quod eſt in ſumptu. nam pulcherrima pila,

aut pulcherrimus vrceolus:magnum habet in opere,& ad puerile donum magnificētiam. ſumptus autem & pre-
tium exiguulum eſt,& illiberalis. magnificus igitur quocunque in genere magnifice agit,& dignitatem ſeruat.
qui enim talis eſt non facile ſuperari poteſt:& in ſingulis ſeſe habet vt ſumptus dignitas poſtulat.ex his itaq; ſa-
tis licet qualis magnificus ſit, agnoſcere. ❡Decimaquinta concluſio. Circa decorum ruditas,& puſillitas,duo hi 44
habitus vitia ſunt:ſed ſuis authoribus haud multum probra afferunt. Nam is qui circa magnos ſumptus excedit:
ſordidus eſt,ſumptus faciendo,vltra id quod dignum eſt,atq; oportet exuperās,quemadmodum prætactum eſt.
nam paruis in rebus,ſumptuum grandem copiam conſumit, & ſplendorem contra decentiam captat: nunc ijs
(qui ipſum in conuiuijs recipientes aliquid pecuniarum expenderunt) nuptiali quodam apparatu epulum præ-
bens,nunc hiſtrionibus,atq; comœdis ſordide tribuens,& in eorum tranſitu purpuram ſubſternens. vt & Mega-
renſes facere conſueuerunt. & omnia hæc non honeſtatis,ſed oſtentationis diuitiarum gratia facit:& vt ea ipſa
faciendo,homines(quemadmodum ſua fert opinio)in admirationem ſui trahat,alliciátq;. atq; vbi multos ſum-
ptus facere deceret,paucos quidem facit. vbi vero paruis opus eſt:tum facit ipſe magnos. Et puſillus in omnibus
deficit.& in maximis ſumptibus propter neſcio quid paruum perdit decorum.& quicquid agit:tardus eſt,atque
differens,moráſque prorogans,ſemper in animo verſans quonam modo in eo quod parat,quàm minimũ expen
dat. & hoc ipſum cum querelis agit, cunctáq; maiore quàm oporteat ſumptu ſe facere putat. ſunt igitur hi duo
habitus vitia, ſed cum alijs detrimento non ſint,neq; nimium ſint deformes: haud multum ſuis authoribus pro-
bra afferre æquum eſt. Et de magnificentia,eiúſque oppoſitis vitijs hactenus.

Cap. III.

MAgnanimitas autem circa magna quidem,vel ex ipſo nomine verſari vide- 45
tur.circa quæ vero verſatur,primum accipiamus oportet. Atque nihil refert:
ſiue habitum ipſum,ſiue eum conſideremus qui habitum habet. videtur ita-
que magnanimus is eſſe: qui magnis eſt dignus, & dignum ſeſe magnis eſſe
cenſet. qui nanque non pro dignitate hoc facit: ſtolidus eſt. at eorum qui præditi ſunt
virtute,nemo demens,nemo ſtolidus eſt. is igitur quem diximus magnanimus eſt. ❡Qui 46
nanque parua meretur, & hiſce dignum ſeipſum cenſet: modeſtus quidem, at non ma-
gnanimus eſt. magnanimitas enim in magnitudine:ſicut & pulchritudo corpore in ma-
gno conſiſtit. parui vero vrbani quidem ſunt,& membris appoſiti,ſed non pulchri. ❡Is 47
autem qui eſt indignus,& magnis dignum ſeipſum cenſet:eſt lentus. Non eſt autem om
nis lentus:qui maioribus quàm meretur dignum ſeipſum cenſet. At is qui ſe dignũ mi-
noribus quàm dignum ſit cenſet:puſillanimus eſt. ſiue magna,ſiue mediocria mereatur,
ſiue parua quidem,minoribus vero ſeipſum dignum eſſe exiſtimet. at maxime videbi-
tur is qui magnis eſt dignus. quid enim faceret: ſi tantis non eſſet dignus? ❡Eſt igitur 48
ipſe magnanimus:magnitudine quidem extremus,ratione autem eius quod oportet me-
dius. dignum enim eo ſeipſum cenſet, quòd ad dignitatem ſuam accommodatur. Illi
vero exuperant,& deficiunt. quòd ſi magnis ſe dignum cenſeat:& ſit dignus,& maxime
maximis. ❡Circa vnum:maxime verſabitur ipſe. Dignitas autem ad externa dicitur bo- 49
na. maximum vero id aſſeuerant omnes eſſe:quod dijs ipſis tribuimus,& quod maxime
homines qui ſunt in dignitate affectant, quódque dari præmium ob res pulcherrimas
ſolet. tale autem eſt ipſe honor. hoc eſt enim bonorum maximum: ſed externorum. cir-
ca igitur honores & inhonorationes magnanimus vt oportet verſatur. ❡Et ſine etiam
ratione:magnanimi circa honores eſſe videtur. viri nanq; magni:maxime ſeipſos dignos
eſſe honore,pro dignitate cenſent. Sed puſillanimus,deficit tam ad ſeipſum: quàm ad
ipſius magnanimi dignitatem. Lentus autem reſpectu quidem ſui exuperat:non tamen
ipſum magnanimum. ❡Atqui magnanimus ipſe,cum ſit maximis dignus,fuerit opti- 50
mus ſane. Melior enim:maiora ſemper meretur: & optimus,maxima. ❡Eum ergo qui 51
vere magni eſt animi, bonum eſſe oportet. Atque magnanimi videbitur id eſſe: quod
eſt in vnaquaque virtute magnum. nullóque pacto magnanimo competit: aggreſſo pe-
ricula fugam ob timorem arripere,aut iniuriam facere. gratia nanque cuius is aget tur-
pia:cui nihil eſt magnum? ſingula vero conſideranti: magnanimus ſi non ſit bonus ri-
diculus omnino videbitur. nec etiam dignus erit honore: ſi prauus ſit. quippe cum ho-
nor præmium ſit virtutis,ac bonis hominibus tribuatur. ❡Videtur igitur ipſa magnitu- 52
do animi: tanquam ornamentum quoddam eſſe virtutum. Nam maiores efficit ipſas &
ſine illis ipſa non ſit: quam ob rem difficile eſt vere magnanimum eſſe. non enim eſſe
poteſt, ſi non omnis probitas aſſit. ❡Magnitudo igitur animi maxime circa honores 53
& inhonorationes verſatur. Atque magnanimus pro ijs quidem honoribus qui & ma-

gni ſunt: & à ſtudioſis hominibus offeruntur, moderate lætabitur, tanquam accom-
modatos ſibi, vel minores etiam adipiſcens. virtute enim accumulata: nullus dignus
honor fieri poteſt. acceptabit tamen: quia maiora nequeunt exhiberi. Sed eos hono-
res quos quiuis homines & paruis tribuunt: paruipendet omnino. non eſt enim his
dignus. Similiter & id quod eſt honori contrarium. non enim iure fuerit circa ipſum.
54 vt igitur dictum eſt, vir magnanimus: maxime circa honores verſatur. ¶ Et circa ta-
men diuitias, & poteſtatem, & omnem proſperitatem, aduerſitatémque fortunæ, quo-
cunque euenerit modo: moderate ſeſe habebit. Et neque vehementer in proſperitate
lætabitur, neque nimium in aduerſitate dolebit. neque enim circa honorem ita ſeſe
habet: qui quidem maximum bonum eſt. ¶ Poteſtates enim diuitiæ'que propter ho-
norem expetuntur. itaque qui hæc habent per ipſa honoribus affici volunt. cui igitur
& honor eſt paruum: huic & cætera parua ſunt. quapropter ipſi magnanimi: contem-
55 ptores eſſe videntur. ¶ Videntur autem & proſperitates fortunæ: ad magnimitatem
conducere. Nobiles enim & ij qui ſunt in poteſtatibus conſtituti vel diuites: digni cen-
ſentur honore. ¶ In excellentia nanque conſiſtunt. atque omne bonum quod excellit,
dignum eſt magis honore. quapropter & talia: magis magnanimos faciunt. ¶ A quibuſ-
dam enim honorantur: re autem vera, ſolus bonus eſt honorabilis. atque ij quidem qui-
56 bus inſunt ambo: digni magis honore cenſentur. ¶ Qui vero ſine virtute talia bona ha-
bent: ij non iure ſeipſos dignos magnis honoribus cenſent, neque magnanimi recte di-
cuntur. Non enim ſunt hæc: ſine accumulata virtute. contemptores autem petulan-
téſque fiunt. non eſt enim facile: ſine virtute moderate res ferre ſecundas. Atque cum
æquabiliter ferre non poſſint, putent'que ſe cæteris antecellere: illos quidem deſpici-
unt. ¶ Ipſi vero quicquid contigerit, agunt. imitantur enim magnanimum: etſi ſimi-
les ei non ſunt. ídque faciunt in quibus poſſunt. ¶ Ea igitur quæ à virtute proficiſcun-
tur: non agunt. Deſpiciunt autem cæteros. ſed magnanimus iure deſpicit. opinatur enim
57 vere: vulgus autem vt cótingit. ¶ Non autem parua pericula ſubit, nec periculorum eſt
cupidus: propterea quòd res paucas multifacit. ſed ſubit magna. atque cum in pericu-
58 lo verſatur: vitæ ſuæ non parcit, quaſi non ſit dignum omnino viuere. ¶ Eſt etiam ta-
lis: vt beneficia conferat. Et pudeat ipſum: ſi ſuſcipiat beneficia. Illud enim ſuperioris
eſt: hoc inferioris. & in retribuendo: maiora beneficia conferat. hoc enim pacto debitor
59 inſuper fiet is: qui primus contulit, atque ſuſcipiet beneficium. ¶ Videtur etiam & eo-
rum quidem meminiſſe: in quos beneficia contulit, eorum autem non meminiſſe à qui-
bus ipſe ſuſcepit. Eſt enim is qui ſuſcepit: inferior eo qui contulit beneficium. ipſe ve-
ro vult ſuperior eſſe. & cum voluptate quidem audit ea quæ contulit: ſine autem volu-
ptate ea quæ ipſe accepit. Quapropter & Thetis non enarrat beneficia Ioui, nec Atheni-
60 enſibus Lacedæmonij quæ contulerunt in illos: ſed quæ ſuſceperunt ab illis. ¶ Eſt etiam
magnanimi: neminis aut vix indigere. ſubminiſtrare autem: prompte. Et ad eos quidem
homines qui in dignitate ſunt conſtituti, proſperitatibúſque vtuntur fortunæ: magnum
eſſe, ad medios autem mediocrem. Illos enim ſuperare: difficile eſt & glorioſum, hos au-
tem facile. & inter illos quidem gloriari: non eſt ingeneroſum. inter humiles autem eſt
61 importunum: quemadmodum viribus contra imbecillos contendere. ¶ Eſt etiam ma-
gnanimi: non adire ea quæ afficiuntur honore, & vbi alij primas occupant partes. & otio-
ſum eſſe ac tardum: niſi vbi magnus eſt honos, vel opus & paucas quidem agendas res
62 aggredi, magnas autem & præclaras. ¶ Neceſſe eſt etiam palam ipſum: tam odiſſe, quàm
63 etiam amare. quippe cum metuentis ſit occultare. ¶ Et magis ipſi curæ veritatem quàm
opinionem eſſe: & aperta loqui ac agere, eſt enim hoc contemptoris. quapropter vtitur
libertate. eſt enim & libertate vtentis. Quapropter contemptor eſt. & etiam verax: ni-
ſi diſſimulatione vtatur, qua quidem ad multitudinem vtitur. & non poſſe ad alium vi-
uere niſi ad ſolum amicum: eſt enim ſeruile. Quapropter & omnes adulatores ſeruiles
64 ſunt: & omnes humiles adulatores. ¶ Nec eſt procliuis ad admirandū. Nihil enim apud
ipſum eſt magnum nec eſt ſibi mali memor illati. non eſt enim magnanimi meminiſſe

præſertim mala: ſed potius deſpicere. ¶Nec de hominibus loquitur. Etenim neque de 65
ſeipſo: neque de alio dicet. nec enim vt laudetur ipſe, nec vt alij reprehendantur: eſt
ipſi curæ. ¶Nec rurſus eſt laudator. icciroo nec maledicus, nec in inimicos quidem:ni- 66
ſi ob contumeliam. ¶De neceſſarijs præterea rebus vel paruis minime eſt querulus,& 67
ad precandum procliuis. eſt enim ſtudentis: circa hæc ita ſeſe habere. ¶Eſt etiam ta- 68
lis: vt res magis pulchras, ſinéque fructu, quàm fructuoſas, vtiléſque poſſideat. eſt e-
nim magis ſufficientis. ¶Inſuper ipſius magnanimi: motus tardus eſſe videtur, & vox 69
grauis,& locutio tarda. Non enim propetat is: qui circa pauca ſtudet. nec eſt vehemens
qui nihil exiſtimat magnum. Acumen autem vocis & celeritas: propter hæc ipſa fieri
ſolent. talis eſt igitur ipſe magnanimus. ¶Is autem qui deficit, puſillanimus eſt: qui ve- 70
ro exuperat, lentus. Nec igitur hi mali eſſe videntur: quippe cum mala non faciant, ſed
aberrare. Puſillanimus enim meretur quidem bona: ijs tamen ſeipſum priuat quibus
eſt dignus. atque malum quoddam habere videtur: quia bonis ſeipſum dignum non cen-
ſet, & ſeipſum ignorare. Appeteret enim ea quibus eſt dignus, cum ſint bona. non ta-
men ſtolidi tales homines, ſed pigri potius eſſe videntur. Talis autem opinatio vide-
tur & deteriores ipſos efficere. ſinguli nanque appetunt ea quibus ſunt digni. Demo-
uent ſeſe & à præclaris actibus & officijs quaſi ſint indigni:& à bonis externis ſimili mo
do. At lenti: ſtolidi ſunt, & ſeipſos ignorant, & etiam clare. Nam quaſi ſint digni, res
eas aggrediuntur quæ honorantur. deinde redarguuntur. Veſtitúque ſe, & geſtu, & ſi-
milibus ornant. & proſperitates ſuas manifeſtas eſſe volunt. de ipſis'que etiam dicunt:
vt ob ipſa afficiantur honore. ¶Magnitudini autem animi: puſillanimitas opponitur 71
magis quàm lentitudo. Fit enim magis:& peior eſt. Magnitudo igitur animi, circa ho-
norem(vt diximus)magnum verſatur.

¶Tertij capitis notæ. ¶Officia quæ hic ponuntur de magnanimo: ponuotur quatenus magnanimus eſt. Itidem
& in alijs. ¶Pulchritudo, eſt io magno corpore: appoſitis, decentibuſq; membris elegantia formæ. ¶Appoſitis, 46
decentibus, aptis. ¶Lentus, tumens, inflatus opinione ſui, ſuperbus. ¶Nihil prohibet eum qui ſe paruo dignum 47
exiſtimat: maiori quàm ipſe meretur ſe dignũ exiſtimare. & is non proprie lētus dicitur. ¶Lentus ſuperat quo 48
ad ſe: quia cum indignus eſt, dignum ſe putans honorem quærit. ſed non ſuperat magnanimum etiam dignitatis
opinione: q magnanimus ſe vero & magno honore dignũ cenſet, & lõge quidem maiore, quàm lenti ferat opi-
nio, aſſurgátque eius cogitatus. ¶Animi magnitudo, magnanimitas. ¶Non putetur magnanimus ingratus: ſi à 51 52
quibus beneficia fortuoæ ſoſceperit noo cogitet. nam à nullis mortaliũ accipit, quos eis maiora impeodendo nõ
relinquat debitores. non itaq; iogratus eſt: qui pluſquam gratiam reddidit. & magna bona cogitat magnanimus,
in illorúmque cogitatibus gaudet. ¶Hercules quãdo fatalibus flammis exuritur, ſua memoranda facta reuocat
in mentem: quem eo in loco poetæ fingunt magnanimum: vt apud Ouidium,

Ouidius lib. 9 meta.

Ergo ego fœdantem peregrioo templa cruore
Buſirim domui. ſæuóq; alimeota parentis
Aotæo eripui. nec me paſtoris Iberi
Forma triplex. nec forma triplex tua Cerbere mouit.
Vóſne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphalides vndæ:
Partheniúmq; nemus. veſtra virtute relatus
Thermodontiaco cælatus baltheus auro:
Pomáq; ab inſomni non cuſtodita dracone.
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi
Arcadiæ vaſtator aper: nec profuit hydræ
Creſcere per damnum, gemináſq; reſumere vires.
Quid? cum Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenáque corporibus laceris præſepia vidi:
Viſáq; deieci, dominúmq;, ipſóſque peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis.
His Cacus horrendum Tyberino gurgite monſtrum.
Hac cælum ceruice tuli. defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniuox: ego ſum indefeſſus agendo.
Arboribus cæſis quas ardua geſſerat Oethe.
In'que pyram ſtructis: arcum pharetrámq; capacem
Ferre iubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita: dúmq; auidis comprehenditur ignibus agger,
Congeriem ſyluæ Nemeæo vellere ſummam
Sternis,& impoſita claue ceruice recumbis
Haud alio vultu, quàm ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iámque valens & in omne latus diffuſa ſonabat
Securóſq; artus, contemptorémq; petebat
Flamma ſuum. Sic poetæ magnanimũ inducunt ſua facta memorantem, contemptorémq; mortis. ¶Humilis, 60

abiectus:& in malam partem accipitur. In ſacris autem literis plerunq; cōtrā in bonam partem,vt magnanimi-
70 tatis ſpeciem exprimit. ℂ Mali,noxij. ℂ Proſequitur Ariſtoteles de magnanimitate quæ virtus eſt:qua honorem
aut inhonorationē,fortunam cū proſperam tum aduerſam moderate ferre poſſumus. hæc virtus in proſperis re- Quòd ma-
bus humilitatē habet: qua terrenos honores,& omnia caduca propter cæleſtia calcat, ad æterna ſuſpirat,& ad gnanimitatē
illa ſeſe humiliat & ſolo eorū deſiderio lāguet,vritur,inflāmatur. cupitq; animus reſolutis corporeis clauſtris ad humilitas &
illa tranſuolare. In aduerſis patientia comitatur qua tribulationes huius mūdi nihilipendit. ſcit enim aduerſita- patientia ſe-
tum mundanarum procellas,cōdignas non eſſe ad futuram vitam quæ patiēter expectatur. ſcit etiam qui flent quantur.
in hoc mundo:in altero expectare gaudium. & qui propter iuſtitiam perſecutionē patiuntur illis beatitudinem
promiſſum eſſe præmiū. & reuera hi vere ſunt magnanimi de quibus ſacræ literæ dicūt:hi ſunt quos habuimus
in deriſum & quibus dignus non erat mūdus. Et Socrates inter philoſophos in ſimilitudinem magnanimorum
venit. pauper enim ſemper fuit,pedibus nudis incedens,ſordido palliolo contentus, honores & omnia terrena Socrates
contemnens. Et Diogenes Sinopæus:qui palatijs regum ſpretis, dolium ſibi domum delegit. de quo Iuuenalis,

Senſit Alexander teſta cum vidit in illa Diogenes
Magnum habitatorem: quantum felicior hic,qui Iuuenalis
Nil cuperet,quàm qui totum ſibi poſceret orbem. ſaty. 14

ℂ Anaxagoras Clazomenius poſteris philoſophiæ ſtudio deſudātibus:ſuæ magnanimitatis reliquit exemplum. Anaxagoras
qui cum magnanimo ſpiritu amplum patrimonium ſuis ſponte conceſſiſſet,& interrogaretur:ſibine cura patriæ
eſſet?imò inquit maxima,digito cælum intendens. Chilo & Periander ad magnanimitatem hortantur:& quæ- Chilo
cunq; contingunt æquo animo ferenda,neq; nos ſecunda fortuna efferri,neque in aduerſa fortuna prudentiam Periander
deſerere. Et cum magnanimitas ab animo ſit dicta:maxime deceret eos eſſe magnanimos,qui animum colunt,
ſunt autē ij maxime qui ſtudia ſequūtur literarum. quod fieret profecto maxime ex ſtudio philoſophiæ:ſi vbiq;
recta contingeret eruditio. hæc virtus tumiditatem & puſillanimitatem habet contrarias. Tumiditas. Annibal
à Scipione victus confugit ad Antiochum apud Epheſum. & Scipio ad Antiochum à Romanis mittitur lega- Annibal
tus. itaq; euentu ſimul conueniunt Annibal & Scipio, & cum ambulando Annibal digniorem locum ſibi arro- Scipio
gaſſet,æquo animo tulit Scipio. & habito inter deambulandum de præſtantia ducum ſermone:interrogāti Sci- Antiochus
pioni quis ſibi maximus ducum videretur,reſpōdit Pœnus: Alexandrum regem. ſciſcitanti quem ſecundum po-
neret:reſpōdit Pyrrhum Epirotarum regem. & cur ita:cauſas adduxit. ſciſcitanti rurſus quem tertium:procul- Alexander
dubio ſeipſum inquit. obortóq; riſu Africanus adiecit,quàm maximi te faceres,& quo te loco dignum duceres Pyrrhus
Annibal:ſi vti ego ſuperior euaſiſſes?tum ille. non ſolū ætatis huius,ſed omnium ſuperiorū temporū, gētiúmq;
ac nationum imperatoribus:anteferendum iudicarem. tum maiore cachinno:eius proſecuta eſt tumiditas,quæ
rebus deſperatis ſtolida corda humiliari non ſinit. nec immerito. facile enim irridentur: qui ſeipſos fortunámq;
ſuam ignorant. Et Seſoſtris rex Ægypti tanta lentitudine tumuit,támq; elato fuit animo: vt quotannis ſorte re- Seſoſtris
ges è ſuis ſubditis delectos, currui ſuo ad triumphandum, non equos,aut elephātos adiungeret,& ſe regem re-
gum,& dominum dominātium appellari faceret. ſed Scipio & Auguſtus,longe alio & laudabiliori fuerunt ani- Scipio
mo:qui ſe dominos à populo appellari noluerunt,ꝙ dominus cognomentum dei eſſet. Hinc Auguſtus patrem Auguſtus
patriæ cognomen meruit. & hæc tumiditatis procella plerunq; tentare ſolet illos:qui à proauorum ingenua no-
bilitate degenerarūt. aut quos ex humili loco in altum fortuna euehit:quos ſtomachatus Satyricus reprehēdit, Iuuenalis

Malo pater tibi ſit Therſites dum modo tu ſis ſaty. 8
Æacidæ ſimilis, vulcaniáque arma capeſſas:
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.
Et tamen vt longe repetas,longéque reuoluas
Nomen:ab infami gentem deducis aſylo.
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Et Horatius hunc in eos effinxit apologon, Horatius ſa-
ty. 3. lib. 2

Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,
Vnus vbi effugit,matri denarrat: vt ingens
Bellua cognatos illiſerit. illa rogare
Tantáne?num tandem ſe inflans,ſic magna fuiſſet.
Maior dimidio. num tanto?cum magis atque
Se magis inflaret:non,te ſi ruperis,inquit,
Par eris.

Ita quoque tumidi rumpi poſſunt:æquare autem magnanimum nunquam poſſunt. quos iterum Iuuenalis acri- Iuuenalis
ter mordet,pariter atque docet, ſaty. 8

Plance tumes alto Druſorum ſanguine:tanquam
Feceris ipſe aliquid propter quod nobilis eſſes.
Vos humiles(inquis)vulgi pars vltima noſtri:
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.
Aſt ego Cecropides. verum id tibi dicitur:at tu
Nil niſi Cecropides,truncóque ſimillimus Hermæ,
Nullo quippe alio vincis diſcrimine:quàm quòd
Illi marmoreum caput eſt,tua viuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles:animalia muta
Quis generoſa putet niſi fortia?nempe volucrem
Sic laudamus equum,facili cui plurima palma
Feruet,& exultat rauco victoria circo.
Ergo vt miremur te non tua:primum aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere præter honores.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa
Fortuna. ſed te cenſeri laude tuorum
Ipſe ego noluerim:ſic vt nihil ipſe futuræ
Laudis agas. miſerum eſt alienæ incumbere famæ.

Puſillanimitas. Argumēto ſedularum apum quæ ignauum fucos pecus à præſepibus arcent: natura nos edocet Apes
deſides,torpentéſq; ex vrbe eſſe pellendos. Hinc Solon hanc olim legem tulit. qui otium,ignauiámque ſectare- Fuci

Solon Cato Gymnoſophiſtæ Heſiodus

turtomnibus accuſare volentibus obnoxius eſto. Et Cato dicebat homines nihil agendo,etiam male agere diſcunt. vnde quidam ait,Qui nihil facit,otio turpia facta diſcit. Et Gymnoſophiſtæ ſtrictius rationem otij,quàm negotij exegerunt: neque cuiquam victum in die tribuebant: qui aliquo officio cibum non meruiſſet. ita enim cenſebant ſegnitiem,ignauiámq; torporem: inedia eſſe domandum. Et qualis ſit ipſe deſes:deſcribit Heſiodus,

Segnem crudelis egeſtas
Opprimit: hunc homines odio, ſuperique ſequuntur
Torpenti ſimilem fuco,cui ſpicula ſurgunt
Horrida,diſtenſumque fauis conſumit edendo
Semen apum.piger ipſe ſedet,vitátque laborem.
Et rurſum,Segnes animos & inertia corda
Oderunt ſuperi. Mox te ad opus reuocat,
Tempora labuntur,operi quoque deficit vſus.
Ad cras rem differre nocet: nunquam horrea,nunquam
Implet iners. verum merito mala mille moleſtant,
Affligúntque hominem:cui ſegne,& inutile corpus.
Rurſum, Segnis, inops,& ſpe ſuſpenſus inani
Inclinat mentem ſceleri:& meditatur iniquos
Vnde paret victus. Et Stoici deſidibus hoc pacto mederi nituntur,

Horatius ſaty.3.lib.1.

Teipſum
Concute:num qua tibi vitiorum inſeuerit olim
Natura,aut etiam conſuetudo mala. nanque
Neglectus vrenda filix innaſcitur agris.

❡Tertium cap. ſex & viginti concluſionibus,& duabus diffinitionibus partitum eſt.

❡Tertij capitis cõmẽtarius ad literam. ❡Prima cõcluſio. Magnanimitas circa magna verſatur. Sed circa quæ: 45
id primum expedit hoc in loco differere. ꝙ enim magnanimitas circa magna verſetur:vel ex ipſo ſolo nomine
deprehẽdere licet. ſed circa quæ:nũc expedit cognoſcere. neq; quicquã refert:an de magnanimitate,an de ma
gnanimo,an de habitu,an de habente habitum dicamus. Et certe is magnanimus eſſe videtur qui magnis eſt di
gnus,& qui ſeſe magnis dignũ eſſe cognoſcit,ac iudicat.& qui non pro dignitate hoc facit ſtolidus eſt.qui au-
tem pro dignitate:ſtudioſus.at eorũ qui virtute præditi ſunt:nemo demens,nemo ſtolidus eſt. magnanimus igi
tur circa hæc magna verſatur:quibus ſe magnis dignũ facit,éſtq; is magnanimus,qui dictus eſt. ❡Secunda con 46
cluſio. Qui ſe paruis dignũ facit,& ſe paruis dignum cenſet:modeſtus eſt,at non magnanimus. Nam magnani-
mitas in magnitudine(vt dictũ eſt)conſiſtit,quemadmodũ in magno corpore pulchritudo. parui enim etſi for-
ma ſint vrbana,appoſitiſq; membris:non tamen pulchri dicuntur. ❡Diffinitiones. Lentus eſt qui cum indignus 47
ſit: magnis dignum ſe cenſet. Quo fit vt non omnis lentus ſit: qui ſe maioribus quàm ipſe meretur dignũ exiſti
mat. Puſillanimus eſt qui ſe cenſet minoribus dignum cum ipſe dignus ſit:ſiue hæ magna ſint,ſiue mediocria,
ſiue parua,quibus ipſe ſe indignum exiſtimat. & maxime puſillanimus eſt: cũ magnis eſt dignus. quid enim tum
faceret:ſi tantis dignus non eſſet; ❡Tertia cõcluſio. Magnanimus magnitudine extremus eſt,ratione autẽ me- 48
dius. Nam dignum ſeipſum cenſet quemadmodum oportet,& per omnia rationi paret. Lenti autẽ & puſillani-
mi ſuperant ac deficiunt. ꝙ ſi magnanimus magnis ſe dignum cenſeat(cenſet enim)& dignus eſt: maxime ma-
gnanimus ſe dignũ cenſebit maximis. magnanimus igitur magnitudine ſummus,extremúſq; eſt: at ratione me-
dius. ❡Quarta cõcluſio. Magnanimus præſertim circa honores,inhonorationéſq; verſatur. ❡Primo nam ma- 49
gnanimus circa id vnum maxime verſatur:quo dignũ ſe facit. dignitas autem ad externa ſe fundit:& aſſentiũt
omnes id externorum bonorum eſſe maximum,quod deo tribuimus,& quod maxime affectãt qui in dignitate
ſunt conſtituti,quódq; dari ob res præclariſſimas præmium ſolet. id autem eſt honor. eſt enim honor bonorum
externorum maximum. magnanimus igitur iure circa honores,inhonorationéſq; verſabitur. ❡Secũdo. ſine ra-
tionis perſuaſione:magnanimi ſe,circa honores verſari declarant. nam magnanimi viri ſe maxime dignos ho-
nore cẽſent: at pro dignitate tamen atq; vt oportet. itaq; magnanimus neq; ad ſe,neq; ad ſuam dignitatẽ exce-
dit aut deficit. at puſillanimus tam ad ſe quàm ad dignitatẽ magnanimi deficit. & lentus quo ad ſe ſuperat: non
tamen quo ad magnanimum. ❡Quinta cõcluſio. Magnanimũ (qui quidem maximis dignus fuerit)optimũ eſ- 50
ſe oportet. Nam ſemper qui melior eſt,maiora meretur:& qui optimus maxima. magnanimus igitur qui maxi-
ma meretur,maximiſq; dignus eſt: optimus erit. ❡Sexta cõcluſio. Quicũq; vere magnanimus eſt:& bonus eſt, 51
& id aſſecutus quod in vnaquaq; virtute magnũ eſt. Nam nullo pacto magnanimo cõuenit cũ pericula ſit ador-
ſus,ob timorem fugam arripere,nullo pacto iniuriam facere,& ita de cæteris. nam quomodo magnanimus ali-
cuius gratia admitteret turpia: cui magnũ nihil eſt:& qui ſingula cõſiderat,ſi magnanimus bonus non eſt: ridi-
culum omnino eſſe videbitur ſi magnanimus dicatur. non enim erit honore dignus ſi prauus ſit: cũ honor præ-
miũ ſit virtutis,ac ſolis bonis debeatur. attamen magnanimus honore dignus eſt. qui igitur vere magnanimus
eſt:& bonus eſt,& id aſſecutus quod in quaq; virtute magnũ eſt. ❡Septima cõcluſio. Animi magnitudo: eſt vir- 52
tutum quoddam ornamentũ. Nam maiores efficit virtutes,& nunquam ſine ipſis virtutibus fit. Vnde fit vt dif-
ficile ſit magnanimũ eſſe. nam vere magnanimus eſſe non poteſt: cui non omnis probitas,omniſq; virtus adſit.
❡Octaua concluſio. Magnanimus in honoribus non effertur:& quoſdam acceptat, quoſdam vero paruipẽdit. 53
Nam maxime: magnanimus circa honorationes,& inhonorationes verſatur. & magnanimus pro ijs ipſis hono-
ribus qui magni ſunt,& qui à dignis offerũtur hominibus,moderate lætabitur: tanquã honores ſibi debitos vel
etiam ſuis meritis inferiores aſſecutus. nec iniuria. accumulata enim omninóq; perfecta virtute: nullus ſatis di-
gnus ſit honor. attamen illos acceptabit: quãdoquidem maiores exhiberi nequeunt. at honores illos quos qui-
uis homines tribuunt,& in paruis accidunt: paruipendet prorſus magnanimus. non enim ſunt ij quibus magna-
nimus dignus eſt. ſimiliter & inhonorationes paruipẽdit. nam non circa ipſum iure fiũt. magnanimus igitur non
in honoribus effertur immoderate. Et maxime circa quoſdam honores(vt dictum eſt)verſatur,illóſq; acceptat
atq; alios paruipendit. ❡Nona concluſio. Non modo circa honores atq; inhonorationes,ſed & circa diuitias,po 54
teſtatem & omnem proſperam,aduerſamq; fortunam: magnanimus moderate ſeſe geret. ❡Primo quidẽ quia
neq; in proſperitate vehemẽter efferetur,ac geſtiet,neq; nimium in aduerſitate deijcietur animo. nam circa ho
norem qui maximum bonorum eſt non immoderate geſtit,ac effertur: tanto minus igitur circa diuitias, ac po-
teſtates efferetur. ❡Secũdo. poteſtates & diuitiæ propter honorẽ expetũtur. ideo qui poteſtates,& diuitias ha-
bent,per illa volunt honorari. igitur cui honor paruũ eſt,& cætera talia parua ſunt. magnanimo autem paruum

eſt bonor. igitur tanto magis diuitiæ, poteſtates, ſecundæq; fortunæ: parua ſunt magnanimo. quapropter ma-
55 gnanimi contemptores eſſe videntur. nõ igitur in aliquo talium immoderate ſeſe habebit. ¶ Decima concluſio.
Proſperæ fortunæ nonnihil ad magnanimitatem conducunt. ¶ Primo. nam nobiles, potentes & diuites quibus
ſecundæ applaudunt fortunæ: digni honore cenſentur. maxime autem honore dignus: magnanimus eſt. ¶ Secũ-
do. proſperæ fortunæ claritudinem, excellentiámq; addunt. at omne bonum quod excellit: magis honore dignũ
eſt. nihil mirum igitur: ſi talia magnanimos adiuuant, magiſq; magnanimos facere videntur. ¶ Tertio. ſecundæ
fortunæ a nonnullis honorantur: ſed reuera ſolus bonus honorabilis eſt. attamen quibus hæc ambo, & bonitas &
56 proſperitates aſſunt: magis digni honore cenſentur. ¶ Vndecima cõcluſio. Quibus proſperę fortunæ ſine virtu-
te aſſunt: non bono iure magno honore digni cenſendi ſunt, neq; recte magnanimi dicuntur. ¶ Primo. nam ſine
accumulata, perfectáq; virtute: neq; magnis honoribus digni, neq; magnanimi cenſendi ſunt. tales autem virtu-
te carent: igitur neq; magnis honoribus digni, neq; magnanimi ſunt. verum qui talia ſine virtute poſſident: ſu-
perbi aliorum contemptores, importunique fiunt. nam ſine virtute non facile eſt moderate res ferre ſecundas.
quas cũ æquabiliter ferre nequeant: putentq; ſe cæteris antecellere, cæteros deſpiciunt. ¶ Secundo quibus pro-
ſperitates ſine virtute eueniunt: quicquid illis in mentem venerit agunt, & imitantur magnanimum, etſi reuera
illi ſimiles non ſint. imitantur tamen in quibus poſſunt. non autem ita agunt magnanimi. ¶ Tertio. tales quæ à
virtute proficiſcuntur non agunt, & vtcunq; paruipendunt cæteros. magnanimi autem ſola agunt quæ virtus ip
ſa affert: neq; vtcunq;. ſed iure paruipendunt alios. opinantur enim vere qui paruipendendi ſunt: vulgus autem
57 vt contingit ¶ Duodecima concluſio. Magnanimus non parua pericula ſubit, neq; periculorum eſt cupidus: ſed
magna vt oportet ſtrenue aggreditur. Parua quidem non aggreditur quòd pauca admodum ſint quæ multifa-
ciat, ſatiſq; digna putet vt aggrediatur. magna quidem ſubit: quòd digna reputat. quæ cum ſubire contingit, in
58 ipſoque periculo verſatur: vitæ ſuæ non parcit, quaſi omnino dignum non ſit viuere. ¶ Decimatertia cõcluſio.
Magnanimus benefacere promptus eſt: at ipſum ſuſcipere pudet. Quòd ſi ſuſceperit: retribuendo maiora be-
neficia confert. Nam beneficia conferre ſuperioris eſt, & ſuſcipere inferioris, nihil in ſe magnum habens, & re-
tribuendo maiora beneficia confert: quòd hoc pacto debitor manet is, qui primus beneficia contulit, quiq; ma-
59 ius beneficium ſuſcipiet. ¶ Decimaquarta concluſio. Magnanimi eſt meminiſſe eorum quibus beneficia contu-
lerit: non autem ab alijs ſe beneficia ſuſcepiſſe. Nam is qui recipit beneficium: inferior eſt eo qui beneficiũ con
fert. atqui magnanimus vult benefaciendo eſſe ſuperior. & cum voluptate magnanimus audit ſe beneficia con-
tuliſſe, ſine autem voluptate beneficia ſe accepiſſe. Quapropter Thetis non narrat beneficia Ioui, neque Athe-
60 nienſibus Lacedæmonij: quæ contulerunt in illos, ſed quæ Athenienſes acceperunt ab illis. ¶ Decimaquinta cõ
cluſio. Magnanimi etiam eſt nullius vnq̃ aut vix indigere velle: indigentibus autem prompte ſuppetias ferre.
Nam ita ſe gerere ad eos homines qui in dignitate ſunt cõſtituti, & qui proſperitatibus vtuntur fortunę: magnũ
eſt, atq; præclarum. ad mediocres autẽ ſe præbet mediocrem. nam primos ſuperare difficile eſt & glorioſum, &
ſecundos facile. inter primos gloriari generoſum eſt: inter autẽ ſecundos atq; humiles graue, quaſi contra imbe-
61 cilles robuſtus viribus contendat. ¶ Decimaſexta concluſio. ¶ Non eſt magnanimi ad honores properare & ea
in quibus alij primas occupant partes: verum tardus ad hæc atq; piger eſt, niſi vbi magnus eſt honor, & grande
62 opus incumbit. nam ad pauca agenda aggreditur: ſed ſolum ad magna, atq; præclara. ¶ Decimaſeptima conclu-
63 ſio. Magnanimus: palã atq; aperte odit, atq; amat. Nam metuentis eſt occultare. ¶ Decimaoctaua cõcluſio. Ma
gnanimo magis curæ veritas eſt, q̃ opinio: & aperte loqui, ac agere. Nam magnanimus contemptor eſt eorum
quæ vere bona non ſunt: & ideo ſua libertate vtitur & quia ſua libertate vtitur: etiã ea contemnit, & verax eſt,
niſi diſſimulatione interdũ vtatur vt ad populũ, quo cum ipſi cõuiuendum eſt. nõ poſſe enim niſi ad ſolũ amicũ
viuere: ſeruile eſt. Quapropter & adulatores omnes: ſeruiles ſunt. & omnes humiles atque abiecti, adulatores: ꝙ
64 non habeant vnde poſſint, niſi ad amicum viuere. ¶ Decimanona concluſio. Magnanimus non eſt propenſus ad
admirandum: nec mali ſibi illati memor eſt. Nam nihil caducum illi magnum eſt. neq; magnanimi eſt meminiſ
65 ſe præſertim malorum: ſed contemnere potius, nihiliq; pendere. ¶ Viceſima concluſio. Magnanimus, de homi-
nibus hominumq; factis non loquitur. Nam neq; de ſeipſo, neq; de alijs dicit. non enim illi curæ eſt vt ipſe lau-
66 detur: neq; vt alij reprehendantur. ¶ Viceſimaprima concluſio. Magnanimus neq; laudator, neq; maledicus eſt.
67 Nam de nullis dicit: ne de inimicis quidem, niſi cum ob quædam vitia in ipſos inuehit, ipſóſq; arguit. ¶ Viceſi-
maſecunda concluſio. De neceſſarijs aut minutis rebus, non eſt querulus magnanimus: neq; ad precandum pro-
68 cliuis. Nam hæc facere eius eſt qui circa talia ſtudet, curámq; illarum rerum gerit. ¶ Viceſimatertia concluſio.
Magnanimus res præclaras & ſine fructu potius eligit poſſidẽdas: q̃ fructuoſas, vtileſq;. Nam res præclaras poſ-
69 ſidere ſine fructu: magis ſufficientis eſt. ¶ Viceſimaquarta concluſio. Magnanimi motus tardus reperitur, vox
grauis & locutio tarda. Nam properare non ſolet is, qui circa pauca ſtudet: nec ſubitus eſt & vehemens, qui ni-
hil exiſtimat magnum. at acumen vocis, & locutionis celeritas: ob ſubitum, vehementémq; motum fit. eſt igitur
70 talis magnanimus qui dictus eſt. ¶ Viceſimaquinta concluſio. Puſillanimus & lentus, potius aberrare videntur:
quàm mali eſſe. Nam nemini mala inferunt. ſed puſillanimus cum bona mereatur: ſeipſum tamen illis priuat,
quibus ipſe dignus eſt: atq; id malum vnum habere videtur: quòd bonis ſeipſum dignum non cenſet, quòdq; ſe-
ipſum ignorare videtur. ſi enim ſeipſum cognoſceret: appeteret profecto ea bona quibus ipſe dignus eſt. non ta
men ſtolidi tales homines: ſed potius moroſi, atq; deſides. & huiuſmodi (ꝙ digni ſint) opinio illos deteriores effi
cere videtur. nam ſinguli ea appetere debent: quibus ipſi digni ſunt. verum puſillanimi ſubtrahunt ſeſe à præcla
ris actibus & officijs, quaſi indigni ſint. & ſe conſimili modo bonis priuant externis. & lenti ſtolidi ſunt, & ſeip-
ſos ignorant: & id quidem permanifeſte. nam tanquã digni: res honorificas aggrediuntur, deinde redarguuntur.
& veſtitu ſe comunt ac ornãt, pariter & geſtu, & huiuſmodi. & proſperitates ſuas iactant, volúntque manifeſtas
haberi: & ſeipſos etiam prædicant, vt propter ſua verba honorentur. potius igitur puſillanimus & lentus errant,
71 quàm mali ſint. ¶ Viceſimaſexta concluſio. Magnanimitati puſillanimitas magis quàm lentitudo oppoſita eſt.
Nam puſillanimitas magis fit & deterior eſt: & lentitudo magnanimitati ſimilior eſt. fit enim animi magnitudo
circa magnum honorem: quemadmodum iam dictum eſt. ſed de his hactenus.

Cap. IIII.

72 VIdetur autem circa honores (vt antea diximus) & alia quædam eſſe virtus,
quæ quidem perinde ſeſe habere videtur ad animi magnitudinem: atque ſe-
ſe habet ad magnificentiam liberalitas. hæ nanque virtutes ambæ à magni-
tudine quidem diſcedunt. circa vero mediocria, paruáq;: nos vt oportet diſ-

ponunt.¶ Atq; vt in capiendis, dandiſq; pecunijs mediocritas eſt, & exuperatio, & defe- 73
ctio: ſic & in honorum appetitione fit, vt magis q̃ oportet & minus, & vnde oportet, &
vt oportet, appetantur honores. reprehendimus enim ambitioſum hominem i atq; ho-
noris appetitione vacantem. illum: quia plus q̃ oportet, & vnde non oportet honorem
appetit. hunc: quia ne ob res quidem honeſtas honoribus affici vult. interdum autem
illum tanquam virilem & rei cupidum pulchre. interdum hunc tanquam moderatum,
modeſtúmq; laudamus: quemadmodum & antea diximus. ¶ Conſtat autem cum pluri- 74
bus modis quiſpiam alicuius cupidus rei dicatur: non ad idem nos ſemper ambitioſum
ipſum referre. ſed cum laudamus: ad pleroſque, quia magis quàm pleriq; honores cupit.
cum reprehendimus: ad id quod oportet, quia magis q̃ oportet honores affectat. ¶ Cum 75
autem nomine mediocritas careat: contendere de ipſa tanquam regione vacua, viden-
tur extrema. In quibus vero exuperatio eſt, & defectio: in ijs eſt & medium. at honores
& magis quàm oportet affectantur, & minus. ergo fit vt affectentur, & vt oportet. Lau-
datur igitur hic habitus quo vt oportet affectantur honores: cum ſit mediocritas circa
honorem nomine carens. Atque ad ambitionem quidem vacuitas appetitionis honoris:
ad vacuitatem autem appetitionis honoris ambitio. ad vtrunque autem vtrunque quo-
dam modo eſſe videtur, quod quidem & in cæteris videtur eſſe virtutibus. Extremi au-
tem hic opponi videntur: quia medio nullum eſt poſitum nomen.

¶ Quarti capitis notæ. ¶ Remiſſum, honoris appetitione vacans. ¶ Virtus quam hic exequitur Ariſtoteles ſe- 73
xtus eſt officiorum fons: quæ & modeſtia nuncupatur, nos defendens ne vltra quàm dignum ſit honores am-
biamus, & ne dignos & noſtris humeris conuenientes refutemus. ij ſiquidem nobis conueniunt: in quibus ido-
nei ſumus ad virtutis officia peragenda, & vbi multos ad beatam vitam nos dirigere poſſe confidimus. neque
modeſti vnquam tument, efferuntúrque immoderate pro honoribus: neq; deijciuntur conſternantúrq; animo ſi
Agathocles. illis deſtituuntur, ſuntq; iugiter ſemper ſuæ fortunæ memores. quod in modeſtia Agathoclis regis, quondam fi-
lij Siciliæ figuli, qui in memoriam ſuæ conditionis voluit ſemper in fictilibus vaſis ſibi miniſtrari: eleganter an-
Auſonius. notauit Auſonius,

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem:
  Atq; abacum ſamio ſæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis:
  Et miſceret opes, pauperiémq; ſimul.
Quærenti cauſam: reſpondit. rex ego qui ſum:
  Sicaniæ figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe: quicunq; repente
  Diues ab exili progrediere loco.

Plutarchus. Et Plutarchus Traiani modeſtiam laudat: quem habuerat diſcipulum, & cuius ad ipſum de modeſtia, epiſtola
Traianus. ita ſeſe habet: Plutarchus Traiano S.D. Modeſtiam tuam nouerā non appetere principatū: quem tamē ſemper
morum elegantia mereri ſtuduiſti. quo quidem tanto dignior iudicaris: quanto à crimine ambitionis videris re-
motior. Tuæ itaq; virtuti congratulor & fortunæ meæ: ſi tamen digne geſſeris quem probe meruiſti. alioqui te
Seneca. periculis & me detrahentium linguis ſubiectum iri non dubito. Sic enim Seneca, Neronis ſui culpa carpitur: tu
vero quiduis rectiſſime geres, ſi à te ipſo non receſſeris, ſi primum te compoſueris, ſi primum omnia diſpoſue-
ris ad virtutem. Ita ſe debent ad virtutes præparare: qui honores gliſcunt. non enim aliter ad verum honorem
quàm per virtutem itur. Huius virtutis extrema: ſunt ambitio, & honoris vacuitas, Ambitio. Ambitionis mor-
Iuuenalis bum nititur à nobis extrudere ſapiens Satyricus exemplo Seiani & Hannibalis hoc pacto,
ſaty. 10. Ignoraſſe fateris
Seianus. Seianum. nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata: vnde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.
Hannibal. Expende Hannibalem: quot libras in duce ſummo
Inuenies? hic eſt quem non capit Africa, magno
Perfuſa oceano, Niló q; admota tepenti.
Rurſus ad Æthiopum populos altó ſq; elephantos.
Additur imperijs Hiſpania. Pyrenæum
Tranſilit, oppoſuit natura alpémq;, niuémq;,
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam: tamen vltra pergere tendit.
Et paucis concludendum eſt. mors ſola fatetur
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Scythæ. Et Scytharum legati (authore Curtio) Alexandri cupiditatem, ambitioniſque affectum hac oratione modera-
Curtius. re potuiſſent: ſi non altius inhæſiſſet hoc immedicabile malum. Si dij (dixerunt) habitum corporis tui auidita-
ti parem eſſe voluiſſent: altera manu orientem, altera occidentem, contingeres. & hoc aſſequutus ſcire velles:
vbi tanti numinis fulgor cōderetur. ſic quoque concupiſcis quæ non capis. ab Europa petis Aſiam, ex Aſia, tran-
ſis in Europam. deinde ſi humanum genus omne ſuperaueris: cum ſyluis, niuibus, & fluminibus, feris'que, ac be-
ſtijs geſturus es bellum. quid? tu ignoras arbores magnas diu creſcere: vna tamen hora extirpari. ſtultus qui
fructus earum ſpectat: altitudinem non metitur. vide ne dum ad cacumen peruenire contendis: cum ipſis ra-
mis (quos comprehenderis) decidas. leo quoque aliquando minimarum auium pabulum fuit, & ferrum rubigo

conſumit. nihil tam firmum eſt: cui periculũ non ſit etiam ab inualido. Et Cynias Theſſalus Pyrrhum regem in bellũ Italicũ ambitione dominãdi concitatũ: ita modeſte, eũ interrogãdo caſtigabat, victis Romanis quid agemus? vincemus Italiã, Pyrrhus reſpondit. victa Italia quid agemus? vincemus Siciliam. quid ea victa? á Libya & Carthagine quis abſtineat? his victis erit'ne finis militiæ noſtræ? nequaq̃. nam Macedoniam, Græciã, & reliquas mundi partes cum hac potentia facile ſuperabimus. ſubactis omnibus quid acturi ſumus inquit Cynias? Pyrrhus ridens reſpondit, otiũ agemus, & ſuauiſſimis ſermonibus atq; lætitia fruemur. cui Cynias: adeſt nobis Pyrrhe facultas eorũ omniũ, ad quæ per cædem & ſanguinẽ nos ducis, fruamur ergo præſentibus. ſuccenſuit rex ſalubri conſilio. Deuictis finitimis: Tarentinis, Lucanis, Samnitibus, Romanis, Siculis, Carthaginenſibus, Epiris, Macedonibus, Spartanos alijs bellis intentos aggreditur: vbi mulierum virtute repulſus, Ptolemæũ filium, & multam partem exercitus perdidit. Inde Argos concedit: vbi dum expugnare contendit Antigonum in vrbe obſeſſum, ſaxo e muro á muliercula miſſo percuſſus interijt, capútq; eius Antigono oblatum eſt. vide qui ambitioni ſeruiunt: quàm miſerum ſuæ ſeruitutis ea periuntur exitum. itaq; vos iam ſapite docti modeſtiam ſequi: & ambitionem fugere. Theophraſtus enim moriens ita ſuos diſcipulos ambitionem vitare ammonebat: Multa dulcia gloriæ obtentu vita mentitur: nos cum viuere incipimus, morimur. nihil inanius amore gloriæ, & vitæ vanitas longe amplior eſt: quam vtilitas. ergo viuite felices. & ſtatim poſt ſimilia verba, rebus valefecit humanis. Honoris vacuitas paucos inuadit: hinc ad inſtruendum, exempla non requirit.

Cynias. Pyrrhus. Antigonus. Theophraſt.

¶ Quartum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.

72 ¶ Quarti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima cõcluſio. Circa honores (vt & ante dictum eſt) & alia quædam virtus eſt, quæ ad magnanimitatem perinde ſeſe habere videtur: vt liberalitas ad magnificentiam. Nam
73 hæ virtutes ambæ á magnitudine diſcedunt: & nos circa mediocria, paruáque vt oportet diſponunt. ¶ Secunda concluſio. Vt in capiendis erogandiſq; pecunijs mediocritas eſt, & exuperatio, & defectio: ita in huiuſmodi honorum appetitione mediocritas, exuperatio, & defectio reperitur. Nam in huiuſmodi honorũ appetitione fit vt honores appetantur vt oportet, & vnde oportet. fit etiã vt magis quàm oportet, & minus quàm oportet. reprehendimus enim ambitioſum hominẽ, pariter & honoris appetitione vacuum: illum quidem quia amplius quàm oportet, & vnde non oportet honorẽ appetit, hunc vero ꝙ ne honeſte quidẽ honorari cupit. & interdũ ambitioſum tanquã virilem, cordatúmq; virũ, & rei pulchræ cupidum: laudamus. interdũ vero contrà laudamus remiſ-
74 ſum: quaſi moderatũ quendam, atq; modeſtũ. & id quidem ſuperius iam dictũ eſt. ¶ Tertia concluſio. Ambitioſum quandoq; laudamus, & quandoq; vituperamus: ꝙ non ſemper ad idem ipſum referimus. Nam cum conſtet pluribus modis quempiã dici honoris cupidum, cum ad quoſdam vt deficiẽtes ambitioſum comparamus, ipſum ꝙ amplius quàm ipſi honores cupit, laudamus. cum autem comparamus ipſum ad id quod oportet: vituperamus
75 ꝙ magis quàm oportet honores ambit. ¶ Quarta cõcluſio. Cum media virtus nomine careat: ambitio, & honoris vacuitas extrema vitia de ipſa media virtute (quaſi media regione vacua) contendere videntur. Proculdubio in quibus eſt exuperatio & defectio: in ijs eſt & medium. in honorũ autem appetitione eſt exuperatio atq; defectio. appetuntur enim honores amplius quàm oportet, & minus quàm oportet. in illis igitur eſt mediũ. laudatur igitur medius habitus: quo vt oportet affectantur honores. qui quidem mediocritatis habitus circa honorem, & nomine carens: cum ad ambitionem comparatur, videtur honeſtatis vacuitas, & cum ad honoris vacuitatem, rurſus apparet ambitio. & ad vtrunq; comparatus, quodam modo vtrunq; videtur. quod & idem in cæteris virtutibus intueri licet. & ſemper oppoſita hic videntur eſſe extrema, extremorúmq; nomina ſubeunt: quia medio nullum nomen inditum ſit. contendunt igitur hic (quòd mediæ virtuti nullum nomẽ ſit) de media virtute extrema vitia, & illi viciſſim ſua nomina tribuunt.

Cap. V.

76 MAnſuetudo autem eſt quidem mediocritas circa iram. At cũ medium & extrema fere nomine careant: ad medium quidem manſuetudinem ipſam adducimus, declinantem ad defectionem, vacantem nomine. Exuperatio vero, quædam iracundia dici poteſt. etenim affectus quidem eſt ira. ea vero quæ ipſam efficiunt: multa ſunt, & diuerſa. Is igitur qui pro quibus, & quibus oportet, & vt oportet, & cũ oportet, & quãto in tempore oportet iraſcitur: laudatur. éſtq;
77 hic manſuetus: ſiquidem laudatur ipſa manſuetudo. ¶ Manſuetus enim ac mitis: perturbatione vacare, & non ab affectu duci, ſed pro his & tanto in tempore iraſci ſolet, perinde atque ratio iubet. Peccare autem circa defectionem magis videtur. non eſt enim vin-
78 dex ipſe manſuetus, ſed potius clemens: & ad veniam dandam propenſior. ¶ Defectio autem, ſiue ſit quædam iræ vacuitas, ſiue aliquid aliud: vituperatur. Qui nanque non iraſcuntur pro quibus oportet, & vt oportet, & cum oportet, & quibus oportet: fatui eſſe videntur. nam neque ſentire, neque dolere videntur. ¶ Atque qui nõ iraſcitur: non videtur eſſe aptus ad vlciſcendum. perferre autem contumelias, & ſuos negligere: ſeruile eſt
79 ſane. ¶ Exuperatio vero per omnia quidem fit. Nam fit & in quibus non oportet, & pro quibus non oportet: & magis & velocius, & maiore in tempore quàm oportet. nõ tamen vniuerſa eidem inſunt: quippe cum eſſe non poſſit. malum enim & ſeipſum per-
80 dit. & ſi integrum ſit: intolerabile fit. ¶ Iracũdi igitur cito quidẽ iraſcuntur, & quibus nõ oportet, & pro quibus non oportet, & magis quàm oportet. at cito deſiſtunt. quod quidem & optimum habent. hoc autem ideo fit, quia non detinent iram: ſed reddunt. quo pacto & manifeſti ſunt, ob celeritatem. deinde ceſſant. Exuperatione autem ſunt celeres: & ad quiduis, & pro quouis iracundi, qui ſummæ ſunt bilis. vnde & ſummæ bilis homines appellantur. Amari autem cum difficultate placantur: & longo tempore ſunt ſub ira.

detinent enim ipſam.ſed vbi reddiderint:ceſſant. vltio nanque ponit iræ modum, pro
dolore voluptatem efficiens. quòd ſi hoc non fiat: habent ipſum pondus. Etenim quia
non eſt manifeſtum:nemo perſuadet ipſis.vt in ſe autem cócoctio fiat iræ,tēpore opus
eſt.Sunt autem tales homines & ſibijpſis,& amiciſſimis permoleſti.infenſos autem eos
dicimus:qui pro quibus non oportet,& magis q̃ oportet,& longiore tempore iraſcun-
tur,ſinéq; vltione vel pœna,non reconciliantur.❡Manſuetudini autem magis exupera 81
tionem opponimus.Fit enim magis:quippe cum humanius ſit punire.& ipſi infenſi:dif
ficiliores ſunt ad vitam ſimul agēdam.❡At enim (quod & antea dictū eſt,& ex ijs quæ 82
dicuntur emergit) non eſt facile determinare:quonā modo,& quibus, & pro quibus,&
quanto tempore iraſcendū ſit,& quouſq; iratus,recte faciat quis,aut peccet. Qui nanq;
parū tranſgreditur:non reprehenditur,ſiue ad exuperationem ſiue ad defectionē ſe fle-
ctat.Nónunq̃ enim deficientes,laudamus:māſuetóſq; vocamus. & ipſos infenſos, tanq̃
aptos ad dominandū:viriles dicimus eſſe.Facile igitur nō eſt aſſignare ratione:quantū,
& quo modo quiſpiā egreſſus vituperandus eſt.in ſingularibus enim & ſenſu: iudicium
eſt.Illud tamen eſt manifeſtū:mediū quidem habitū, quo quibus oportet & pro quibus
oportet & vt oportet iraſcimur,& ſimili modo de cæteris laudabilē eſſe.exuperationes
autē,defectionéſq;:vituperandas.atq; ſi parū diſtent à medio:leuiter.ſi plus: magis.ſi ni-
mium:vehementer eſſe carpendas.Conſtat igitur habitum mediū conſequendum eſſe,
ac amplectendum.ſed de habitibus qui ſunt circa iram,ſatis iam diximus.

❡Quinti capitis notæ. ❡Per omnia,per omniū prudentiæ circūſtantiarum tranſgreſſionē. ❡Homines ſummæ 79
bilis,ſumme cholerici.eſt enim bilis,cholera. ❡Hoc in loco de māſuetudine exequitur Ariſtoteles:quę virtus eſt 80
imponens iræ frena. & quæ virtus coniunctam pariter habere ſolet intelligentiam, imperturbatámq; mentem.
Eumenes — quod de Eumene manſueto belli exercitus duce argumento cognitū eſt.qui cum ſciſſet literas paſſim in caſtris
Antigonus — abiectas, quibus magna præmia ijs promittebātur qui caput eius deferrent ad Antigonū: vocatis ad cōcionem
militibus,primo gratias egit ꝙ nemo inuentus ſit:qui ſpem cruenti præmij ſacramentis fidei anteponeret. tum
callide ſubiunxit confictas has à ſe literas:ad experiendos ſuorū animos. cæterū ſuam ſalutem in omnium ſalute
eſſe.nec Antigonū nec quenq̃ ducum ſe ſic velle vincere neq; in ſe peſſimum vincendi exemplum ſtatuere. ſic
Apollonius — animos omnium in ſe cōfirmauit. Itaq; facile māſuetudo mortaliū corda ad ſe conciliat,ac deuincit.Et Apollo-
Aurelianus. — nius Tyaneus philoſophus:placauit ſua māſuetudine Aurelianum imperatorem in Tyanā ciuitatē ſæuientem,
pariter & ad manſuetudinem edocuit. Si vis ô imperator inquit,vincere:nihil eſt cur ſæuias in ciues iſtos. Si vis
imperare:abſtineas à cruore innocentū. Si vis viuere:clementer manſuetéq; age. Iurauerat enim tum prius Au-
relianus Tyanam rebellem vrbē obſidens:ſe neq; canem quidē in ea vllum(ſi caperet)relicturum. & ea res mili-
tibus prædæ auidus:ſpem dederat,animúmq; capiendi.at cū capta eſſet,militibus euerſionem petētibus:negani
(inquit)in hac vrbe me relicturū canem, ergo omnes occidite:vſus mirabili manſuetudinis benignitate quæ ad
noſtra tēpora feſtiue memoratur,& ciuitas ſeruata eſt.māſuetudo ergo parua non eſt virtus,quæ ciuitates, pa-
Antonius — triáſq; ſaluare ſolet. Antonius pius adeo elemēs,manſuetus mitiſq; legitur imperator: vt ſemper hanc ſententiā
Scipio — Scipionis haberet in ore,ſe malle vnū ciuem ſeruare,quàm mille hoſtes occidere. Et Athenodorus philoſophus
Athenodor⁹ — cum ab Auguſto in patriā recederet,petijſſetq; Auguſtus vt ſibi aliquod monumētum relinqueret:inquit, Cæ-
Auguſtus — ſar ſi tibi contigerit iraſci,nihil prius dixeris, feceriſque,quàm quatuor & viginti literas prius mēte percurreris,
Gymnoſo- — ſolum ei de manſuetudine præceptum relinqoēs. Idem fecit & Gymnoſophiſta Alexandro ſciſcitanti, quonam
phiſta. — pacto imperitās,magnā ſibi gloriā cōpararet:ne ſis terribilis inquit. Et de clementia,manſuetudineq; probatur
Aleaander — Alexāder:quē cum Olympias mater plurimū vrgeret vt tolleret inſontē,occideretq;,idque rogaret per nouem
Olympias — menſes quibus ipſum geſtauerat in aluo. māſuete reſpōdit,aliā de me parēs optima quāuis mercedē poſtula. ho
Diodorus — minis enim vita:nullo beneficio compēſatur. Et Diodorus Siculus author eſt,Sabacū Ægyptiorū regē adeo ſan-
Sabacua — guinis animaduerſionē horruiſſe:vt capite reos,damnatóſq;,vinctos catenis operas vulgo per ciuitates præſta-
re iuberet ne interimerentur.& cū(paucis interfectis ſacerdotibus)imperare potuiſſet: ſponte ſe regno abdica-
uit,& in Æthiopiam priuatus redijt,maluitq; immanſuetudinis ſcelere vacare, quàm crudeliter diuturno regno
Thraſybulua — potiri. Et de eadē virtute cōmendatur Thraſybulus Lyci filius qui à triginta tyrānis ijs qui morti Socratē adiu-
Lycua — dicarāt patriam liberauit,& pepercit reliquis ciuibus,legémq; tulit ne quis ante actarū rerum accuſaretur,néve
Socrates. — multaretur. Et hanc legē Athenienſes obliuionis appellauerunt. nec quicquā aliud pro munere recipere voluit
præter coronā ex duobus oleaginis ſurculis. & facile quēcunq; ciuiū ſibi in honore præferri ſinebat. & niſi hæc
Iuuenalis — adeſſet virtus vt Satyrico viſum eſt,nihil à truculentis,immanibúſq; feris differre videremur. inquit enim,
ſaty. 15. — Separat hæc nos
A grege mutorom. atq; ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium diuinorúmq; capaces,
Atq; exercendis,capiendiſq; artibus apti
Senſum à cæleſti demiſſum traximus arce:
Cuius egent prona,& terram ſpectantia. mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantum animas,nobis animum quoq;.mutuus vt nos
Affectus petere auxilium,& præſtare iuberet. Quid rurſum adiungat,audi:
Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur
Quæ lachrymas dedit. hæc noſtri pars optima ſenſus.
Pythagoras. — Et adeo māſuetus fuit Pythagoras:vt diceret nullum animal eſſe necandū,& nullā mitē plantā violandā. & ve-
Xenocrates. — recundiā & pietatem prædicabat eſſe colendas. Et Xenocrates philoſophus adeo miti fuit ingenio, vt cū paſſer

futurus accipitri præda,in eius ſinū ſe recepiſſet,operuit eum,atq; fouit dicens:non oportere ſupplicē prodere, tanto magis ad homines futurus manſuetus. Et hæc clara virtus aduerſantem habet iram,iræq; vacuitatem. ex ira:bella,inimicitiæ,cædes,homicidiáq; prodeunt. & inter feras nulla crudelior,horribilióq; fera ſic ſæuit. Sæuiens enim Arpago Aſtyagis Medorū regis præfecto dedit ſuum filium epulandū. & ſæuiens filij truncum caput,brachia,pedeſq; iuſſi a patre in ſua præſentia necari:ad Cleopatrā communem parentem Ægypti reginam, tanquā natalitiū munus mittit. tantum enim facinus ex ira auſus eſt Ptolemæus:in propriū filium(victa pietate paterna)committere. Quæ ſi ad ſæuitiam non aſcendit:homines tamen ridiculos facit. quis enim Eurylochum Pyrrhonis Helienſis auditorem non rideret:qui tanta iræ impatientia laborabāt (vt author eſt Laertius) vt ſæpenumero accepto veru cum carnibus cocum ad forum vſq; proſequeretur,vt more carnium configeret aſſitandum: & quæſtionibus ſuorum coæqualium fatigatus: impatientia victus ſæpe tranabat Alpheum fluuium tanquam ſæuo concitatus œſtro. Et huiuſmodi indomitum iræ impetum nos frenare monet Horatius hoc pacto,

Arpagus.
Aſtyages.
Cleopatra.
Ptolemæus.
Eurylochus.
Pyrrho.
Laertius.
Horatius epiſto.1.lib.1.

Ira furor breuis eſt,animum rege,qui niſi paret,
Imperat:hunc frenis,hunc tu compeſce catena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire viam. verum qui non moderabitur iræ:
Infectum volet eſſe,dolor quod ſuaſerit,& mens:
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.

Et iræ indulgētia multos perdidit. iraſcendum enim eſt pro quibus oportet. & vt prudentiæ regulæ præcipiunt. Exemplo poteſt eſſe Lucretij filius:qui cum licētia parentū ad delicta prætermitteretur inemēdatus. tandē tractus ad vltimæ pœnæ ſuppliciū: patrem clanculū aduocat tanquā ſine arbitris aliqua dicturus, & patris naſum mordicitus dentibus præuellit,ipſum accuſans ꝙ primos eius errores non emendauerit,& cum licuit paterna caſtigatione viam peccādi non præcluſerit. itaq; ſua nunc indulgētia ad pœnæ ſupplicium trahi. quapropter cum peccatur & authoritas emendandi adeſt:minime remiſſum eſſe decet, ſed protinus diligenter emendandū,nec manſuetudinis quidem terminos vnquam excedere. alioquin iræ vacuitas nimium licentioſa,damnoſáq; eſſet.

¶Quintum cap. quinq; diffinitionibus, quinq; manſueti proprietatibus, & quinq; concluſionibus partitum eſt.
76 ¶Quinti capitis cōmentarius ad literam. ¶Quinq; diffinitiones. Manſuetudo,eſt mediocritas circa iram. Iræ
vacuitas,eſt circa iram defectio:quæ & nomine caret. Iracūdia,eſt circa irā exuperatio. & ferme hic,& mediū,
& extrema innominata ſunt:ſed manſuetudinē ad medium ipſum applicamus. Ira:perturbatio,affectuſq; eſt cir
ca quā dicti verſantur habitus:quæ multis varijſq; de cauſis excitari ſolet. Manſuetus,eſt qui pro quibus opor
tet,quibus oportet,vt oportet,cum oportet,& quāto tēpore oportet:iraſcitur. & laudatur māſuetus,nec iniuria
77 quidem:quādoquidē ipſa māſuetudo laudatur. ¶Manſueti proprietates. Manſueti atq; mitis eſt:perturbatione
vacare,& non duci affectu. pro ijs & quanto tēpore iraſci vt recta ratio iubet. potius iræ defectu peccare vide
78 ri,ꝗ̄ exceſſu. non eſſe vindicem:ſed elementē potius,& ad dandā veniā propenſum. ¶Prima cōcluſio. Defectio
ſeu iræ vacuitas,ſeu alio quouis nomine vocetur: vituperatur. ¶Primo. nam qui non iraſcūtur pro quibus opor
tet,vt oportet,cum oportet,& quibus oportet:inſipiētes ſtupidiq; videntur,neq; quidē ſentire,neq; dolere viden
tur. ¶Secundo. qui nullo pacto iraſcitur:non videtur ad vlciſcēdum natus. atqui omnino perferre contumelias,
79 & ſuos negligere:nimiū ſeruile eſt. ¶Secūda concluſio. Iræ exuperationē per omnia fieri contingit:non tamen
omnis eidem ſimul aſſunt. Nam cōtingit fieri & in quibus non oportet,& pro quibus nō oportet,& magis,& ci
tius,& maiore in tempore quām oportet. ſed idcirco non omnibus modis ſimul delinquit:ꝙ malū etiā ſeipſum
80 perdit. & ſi penitus integrum ſit:intolerabile fit. ¶Tertia cōcluſio. Eorum qui iræ exceſſu delinquūt:quædam
differētia eſt. Nam eorū quidā dicūtur iracundi,& hi quidē cito iraſcūtur,& quibus non oportet,& pro quibus
non oportet,& magis quām oportet. at cito ab ira deſiſtūt:& id quidem optimum habent. quod ideo illis eue
nit:quia nō cōprimūt irā,ſed ſtatim effundūt,hócq; modo ſe ſtatim manifeſtāt,ob celeritatē,ſubindéq; ceſſant:
& maxime omnium homines qui ſummæ ſunt bilis: exuperatione perturbationis iræ,ſunt celeres,& ad quod
uis,& pro quouis iracundi. proinde & iracundi:ſummæ bilis homines appellātur. & quidā dicūtur amari: diffi
cile placabiles,& in longum tempus iram retinētes. comprimūt enim ipſam. at vero vbi ipſam reddiderint:ceſ
ſant. illis enim vltio ponit iræ modum: voluptatē pro dolore efficiēs. at donec id factum fuerit:onus retinent.
& hoc illis potiſſimū euenit tandiu ſeruare:quia eorū occulta ſit ira,quā nemini manifeſtant. iccirco nemo ſtu
det perſuaſionibus illam mitigare. at vt ira occluſa in ſe decoquatur,digeraturq;: tempore opus eſt. Sunt & alij
& ſibiipſis,& amiciſſimis permoleſti,atq; difficiles: qui vocantur infenſi. & ſunt qui pro quibus non oportet,&
81 magis ꝗ̄ oportet,& longiore tempore iraſcuntur:qui ſine vltione,& pœna,nunquā recōciliātur ¶Quarta con
cluſio. Iræ exuperatio: magis manſuetudini oppoſita eſt. Nam frequentius fit. ſunt enim homines ad vlciſcen
dum proniores. Et deterior eſt: nam infenſi ſunt ad vitam,vitæ'que conſuetudinem peragendam difficiliores.
82 ¶Quinta concluſio. Non eſt facile determinare quonā modo,& quibus & pro quibus & quanto tēpore iraſcen
dum ſit,& quouſq; quis iratus aut recte agat,aut peccet. Nam & id quoquo modo ſuperius tactum eſt,& ex ijs
quæ adducuntur dilucet. nam qui parum tranſgreditur:non vituperatur,ſiue id ad exuperationē ſit,ſiue ad defe
ctionem deuergat. imò nonnunquā deficientes laudamus:& manſuetos,miteſq; vocamus. & nonnunquā ipſos
infenſos tanquā aptos ad dominandū:viriles nuncupamus. facile igitur nō eſt ratione determinare, demetiriq;
quantum,& quo modo quiſpiā egreſſus vituperādus eſt. nam huiuſmodi iudiciū in ſingularibus,& in ſenſu con
ſiſtit:quæ determinare facile non eſt. ſed illud pro cōperto haberi ſatis ſit:mediū quēdā eſſe habitū,quo quibus
oportet,pro quibus oportet,& vt oportet,& ſimili quoq; modo in cæteris,iraſcimur. & laudabilem eſſe. & eius
exuperationes,defectionéſq; eſſe vituperādas. veruntamē ſi parum a medio diſtēt:parum,ac leuiter vituperan
dæ ſunt. ſi pluſculum,magis. ſi maximum,vehementer ſunt carpendæ. at ſatis iam conſtat medium habitum con
ſequendum,amplectendúmq; eſſe:& de habitibus qui circa iram contingunt,dictum iam eſſe perabunde.

Cap. VI.

83 IN congregationibus autem & conuictu, & vſu communi verborum ac rerū quidam placidi eſſe videntur. Qui quidē pro voluptate afferenda:laudāt omnia,& nihil aduerſantur. putātes haud quaquam ſeſe moleſtos cuiquam eſſe oportere. Quidā cōtrà:in omnibus aduerſantes,neq; curā vllam habentes ſi dolorem afferant,difficiles,contentioſi'q; vocantur. Patet igitur hos quidē duos habitus: eſſe vituperandos. medium autē inter hos laudādum:quo quidē quiſpiam ea quæ opor-

tet,& vt oportet acceptabit, & ſimiliter ægre feret. verum ipſi nomen nullum eſt poſi-
tum. ¶ Perſimilis autem eſt amicitiæ. Talis eſt enim is qui medium hunc habet habi 84
tum:qualem probum hominem,amicum dicere ſolemus ſumpta dilectione.Sed differt
ab amicitia:quòd eſt ſine affectu, dilectionéq; eorũ quibus cum is cógreditur qui hunc
habitum habet.non enim amore,vel odio:ſed quia talis eſt ipſe, probat ſingula vt opor-
tet.nam ſimiliter tam ad notos,quàm ad ignotos:tam ad familiares,quàm ad non fami
liares idipſum aget,in ſingulis tamen vt conuenit.non enim æque familiarium:& exter
norum curã habere,neq; dolore ſimiliter eos afficere oportet. Vniuerſaliter igitur dictũ
eſt:ipſum congredi vt oportet. ¶ Reſpiciens autẽ ad honeſtatẽ,vtilitatémq;coniectabit 85
dolorẽ non afferre,vel delectare.videtur enim hic circa voluptates,doloréſq; eos verſa-
ri:qui in congreſſionibus fiunt. atque quibus voluptatibus non eſt honeſtum ipſi, vel
affert damnũ delectare: eas moleſte feret,& eliget dolorem inferre.Et ſi facienti defor-
mitatem non paruam afferat,aut damnum :oppoſitio vero paruum dolorem,non pro-
babit, ſed ægre feret.Diuerſo autem modo cum ijs qui ſunt in dignitatibus:& cum pri-
uatis,& cũ magis minúſve notis,& cũ aliarũ identidem differentiarũ hominibus cógre-
dietur,ſingulis tribuens id quod decet.& per ſe quidẽ expetens delectare:cauens autem
dolorẽ afferre,& ſequẽs ea quæ eueniunt ſi ſint maiora,honeſtũ inquã,& id quod cództ
cit.Atq; voluptatis gratia magnæ,quæ eueniet:dolorẽ affert paruum. talis eſt igitur ipſe
medius:ſed nomen non habet. ¶ Is autẽ qui delectat,ſi id agit ſtudens eſſe iucundus,non 86
ob aliud quicq̃:placidus vocatur.ſin emolumenti cauſa ſui, vt inde ſibi proueniat in pe-
cunijs & in ijs quæ pecunijs comparantur,vtilitas:adulator. Eum vero qui moleſte fert
omnia: difficilem, contentioſúmque quendam diximus eſſe. Videntur autem extrema
inter ſeſe oppoſitionem ſuſcipere:quia medium nomine caret.

¶ Sexti capitis notæ. ¶ Nomine affabilitatis pro medio habitu qui nomine caret: & qui perſimilis eſt amicitiæ 13
hoc in loco vtemur. ¶ Itaq; hoc in loco Ariſtoteles affabilitatem,humanitatémq; proſequitur. de qua ſubden-
Pyrrhus da ſunt documenta. Pyrrhus Epirotarum rex bellicoſiſſimus dicere ſolitus erat plures à Cynea vrbes affabilita-
Cyneas. te ac ſuauiloquentia: q̃ ab ſe armis,victas eſſe. ¶ Amaſis Ægyptiorũ rex humanus & affabilis fuiſſe legitur,qui
Amaſis. cum contẽneretur ab Ægyptijs ꝙ obſcuro loco natus,ad regium culmen euectus eſſet: ex vaſe aureo ꝙ ad tur-
pes lauandi vſus ſeruiuerat,ſimulacrum Iouis confecit,& in eminentiſſimo vrbis loco collocauit. quod cum reli
gioſe coleretur:rem affabiliter docuit ſimulacrum eo ex vaſe eſſe conflatum in quod prius Ægyptij vomebant,
mingebant, pedéſq; lauabant: nunc autem religioſe venerabatur. eodémq; ſibi modo contigiſſe: qui prius ple-
beius eſſet, nunc vero eorum rex. hac itaq; vrbana adinuentione ſibi ſubditorum animos deuinxit. ¶ Affabilis
Cæcilius eſt alterius ſecretum non inquirere. Cæcilius Metellus huius rei exemplo eſt. qui in obſidione vrbis Trebiæ in
Hiſpania circuiens:interrogatus quidnam ſic ageret,reſpondit.ſi ſuam interiorem tunicam ſciret ſuæ mentis eſ
Perſæ. ſe conſciam:continuo exutam,igni flammiſq; committeret. ¶ Ad hoc eſt affabilis ſecreta tegere. ſic enim Per-
ſæ ſuos iuuenes inſtituunt:vt potius mori,q̃ ſecreta detegere malint. & apud eos diſciplina vetúſq; lex eſt: qua
Gymnoſo- cauetur vitæ periculo ſilentium cuſtodiri. Gymnoſophiſtæ quidam ad Alexandrum ducti: ꝙ affabilitatis gratia
phiſtæ. præſtarent,muneribus,immunitatéq; abiere donati.quorum cum maiorem natu interrogaſſet Alexander quid
Alexander. agendo beniuolentiam inire poſſet:inquit,ſi nemini formidandum te dederis. Tum alium,vitámne an mortem
fortiorem opinaretur:vitam inquit quæ tot aduerſa calamitoſáq; perferat. Tum alium,quoad viuendum homi-
Horatius ni cenſeret:donec inquit mortem vita potiorem ducat. Ad hanc virtutem pertinet nomini detrahere. Horatius,
ſaty.4.libr.1.

Abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante,ſolutos
Qui captat riſus hominum, famámq; dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt,commiſſa tacere
Qui nequit:hic niger eſt,hunc tu Romane caueto.

Horatius epiſt. 19.

Arcanum neq; tu ſcrutaueris vllius vnquam,
Commiſſúmq; teges & vino tortus,& ira.
Nec tua laudabis ſtudia,aut aliena reprendes.
Quid de quoq; viro & cui dicas ſæpe videto.
Percontatorem fugito:nam garrulus idem eſt.
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.
Qualem commendes etiam atq; etiam aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Quem ſua culpa premet: deceptus omitte tueri.
Oderunt hilarem triſtes, triſtémq; iocoſi.
Sedatum celeres:agilem, gnauúmq; remiſſi.
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula,quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores.
Dente Theonino cum circumroditur: ecquid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

Ad hanc eandem virtutē ſpectare putant: pauca loqui & iactabundam, impudentémq; fugere garrulitatē. quam ex Iuuenale cognoſcas literatis ſummopere eſſe indecoram: & quam hoc carmine notat,

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo — Iuuenalis ſaty. 3.
Promptus, & Iſæo torrentior, æde quid illum
Eſſe putes? quemuis hominem ſecum attulit ad nos,
Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes,
Augur, Schœnobates, Medicus, Magus, omnia nouit.

Pythagoras diſcipulos prius tacere quàm loqui docebat: & loquaciores quinquenni vocis exilio dānabat. Documentum dedit Ariſtoteles Caliſtheni ad Alexandrū ituri: vt quamrariſſime, & iucūde loqueretur apud eū qui arbitriū vitæ, neciſq; in extremitate linguæ haberet. Scribunt hiſtorici, partis orientalis anſeres præ nimio calore eoam plagam linquentes, petentéſque occiduam, cū Taurum montem aquilis abundantem præteruolitant, illas formidantes, roſtra lapillis obſtruere: ne cōſuetudo vocem illis elidat. qui poſteaquā verticem montis euaſere, calculos reſpuunt, & ſecuriore volatu per aperta cæli ſpatia ſolito ſtrepitu ſolitóq; clāgore feruntur. naturæ documentum oportere ſilentij, vociſq; rationē habere eos: qui linguæ volūt effugere detrimentū. Chilonis ſentētiæ hæ ſunt. quid difficile? arcana reticere, otium recte diſponere, iniurias tolerare: adiecit, linguā ſemper: ſed præſertim in conuiuio contine. proximo noli maledicere. nemini minas intentare. Neminē irridere oportere docuit Socrates cum diſruptam pallij ſui partem inſpectandā hominibus dediſſet Antiſthenes: aſpicio inquit per ſciſſurā pallij tuam vanitatē. Et Demetrius Phalereus hæc affabilitatis documenta reliquit. Iuuenes domi venerētur parētes, in via occurſantes, in ſolitudine ſeipſos. Et Pythagoras de ijs quæ ſupra nos ſunt, ammonebat: ne quicꝗ temere eſſe loquēdū, ſeq; dicebat deſcēdiſſe ad inferos, & animā Heſiodi colūnæ æreæ vinculis aſtrictā, ſtridētémq; vidiſſe. & Homeri animā ex arbore pendentē: pœnas pro ijs dantes quę de ijs temere finxere. Et affabilitatē vim magnam humanitatis habere & ad animos ciuium cōponendos Horatius author eſt: ita inquiens,

Pythagoras. Ariſtoteles. Caliſthenes. Alexander. Anſeres orientales. Chilo. Socrates. Antiſthenes. Demetrius. Pythagoras. Homerus. Heſiodus.

Syluestres homines, ſacer interpréſq; deorum — Horatius in arte poetica.
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus: — Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidóſque leones. — Amphion.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece blanda
Ducere quò vellet.

Et Ofeli Stoici de affabilitate præceptum hoc: eſt ſtudioſis multum notandum, — Ofelus.

Diſcite non inter lances menſáſque nitentes — Horatius ſaty. 2. lib. 2.
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cum
Acclinis falſis animus: meliora recuſat.
Verum hic impranſi mecum diſquirite.

Neq; ab hac ſententia abhorret id quod ex Menippeis Varronis adducitur: cōuiuium tribus conſtare debere, lectis viris, lecto loco, lecto tēpore. Lecti viri ſunt qui nec loquaces ſunt, nec omnino muti: iucundi & inuitabiles, qui iuſtam orationis partē perſequi queant, & itidem partem tacere cum aliena oratio eſt. nam eloquentia in foro & apud ſubſellia: & ſilentium in cubiculo ſeruandum eſt, in conuiuio decent ſermones ad cōmunē vitæ vſum pertinentes. de quibus neq; in foro, neq; in negotijs agendis loqui otium eſt, & numerus conuiuarum á numero gratiarum protenditur, ad numerum muſarum. tres enim ſaltē ſint, neq; quàm nouem plures ſint. & Heſiodus, — Aulus Gelli. lib. 13. cap. 11

Si tibi corda tument: vultus non indicet iram.
Turpe ſequi eſt ſceleratum hominem. maledicere cuiquam — Heſiodus.
Infandum eſt: qui iam vita laudetur honeſta.
Nunquam á te, nunquam miſera obiurgetur honeſtas.
Diuinum donum eſt: diuinum æterna voluntas.
Qui loquitur parce, linguam nec in omnia ſoluit,
Theſaurum præ ſe gerit ille: ea gratia magna eſt
Vt linguam moderes, meditatáq; verba loquaris.
Si quenquam verbo lædes: lædēris & ipſe.
Grata in amicorum venias conuiuia ſumptu
Communi: dato particulam. gratiſſima ſunt hæc.

Et huic virtuti cum adulatione & contentione bellum eſt. & operæpretium eſt cognoſcere vnde adulator tam bellū nomen ſibi inuenerit. vnde inquies? á cauda canis reſpondet Senenſis. eſt enim inquit vra cauda: inde adulari quaſi adurari, quòd canes ſeruiliter motu caudæ eblandiūtur cum cibum expectant. hinc Circe filia Solis ſicut luxurioſos mutabat in ſues: veriſimile eſt adulatores conuertere in canes, quorū dum viuerent ſemper æmulati fuerunt mores. Et de adulatoribus Iuuenalis hæc, — Senenſis. Circe.

Quid? quòd adulandi gens prudentiſſima laudat — Iuuenalis ſaty. 3.
Sermonem indocti, faciem deformis amici
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis: Antęum procul á tellure tenentis.
Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.
Et quid agat rurſum. rides: maiore cachinno
Concutitur. flet, ſi lachrymas conſpexit amici,
Nec dolet. igniculum, brumæ ſi tempore poſcas:
Accipit endromidem. ſi dixeris æſtuo: ſudat.
Et quid plus? nanum cuiuſdam atlanta vocamus,
Æthiopem cygnum: paruam, extortámq; puellam
Europen.
Nomen erit pardus, tigris, leo.

Et cætera id genus quæ aduerſus huiuſmodi ſeruile genus hominum adducūtur. Contētioſi moleſti ſunt, & tam á cœtu & congregationibus humanis alieni: quàm affabiles inidonei. Et in literis interdum inueniuntur cōtentioſi. quos philoſophi: ſophiſtas vt plurimum nuncupant. verum & hoc contentioſum genus aliquando aſcendit

ad peritiores:vbi literarum barbaries aut aliorum conuitia apologiam deſiderant, aut inuectiuam. ſed id ſerua-
Pandulphus. ta mediocritate, ſeruatóq; pudore fieri debet. vt illa Pandulphi Collenutij aduerſus detractorem Plinij defen-
Apuleius. ſio. vt Apuleiana purgatio. Vnde Laurentius Valla,quòd aliquanto in contentionibus literarijs viſus eſt morda
Laurentius Valla. cior:ita io eum poſt eius obitum iocatus eſt aliquis,
Nunc poſtquam manes defunctus Valla petiuit:
Non audet Pluto verba latina loqui.
Iuppiter hunc cæli dignatus parte fuiſſet:
Cenſorem linguæ:ſed timet ipſe ſuæ.
Plato. Itaq; philoſophi non multum contentioſum genus amplecti debent.quòd ſi interdum pro veritatis incolumita-
Protagoras. te ſuſcipere oportet:id vrbane gratéq; fiat. quemadmodum Plato Protagoræ & Euthydemi faceta confutatio-
Euthydemus. ne omnes refutat ſophiſtas,docetq; ciuiliter eſſe ridendos.
¶Sextum cap. duabus concluſionibus,quibuſdam officijs affabilis,& tribus diffinitionibus partitum eſt.
¶Sexti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. In communicationibus humanis,conuictu,cõmu- 83
niq; verborum ac rerum vſu:eſt quidam medius laudabilis habitus,mediáq; virtus. Nam in huiuſmodi congreſ-
ſionibus,conuictu,& vſo communi verborum ac rerum:quidam vidẽtur eſſe placidi,qui pro afferenda volupta-
te,laudant omnia,in nullo prorſus aduerſantes. alij vero contrà in omnibus aduerſantur: nullam curam habẽtes
ſi dolorem,triſtitiámq; afferunt,& hi difficiles,contentioſi'q; vocantur. atqui hos duos habitus conſtat eſſe vitu
perandos. medius igitur inter eos:continetur laudãdus.quo quidem in cõgreſſionibus humanis, cõuictu & ver-
bis,factiſq;:quiſpiam acceptabit quæ oportet,& vt oportet,& cõſimiliter ægre feret. verum illi medio habitui
nullum nomen inditũ eſt. ¶Secunda concluſio. Tametſi is medius habitus perſimilis ſit amicitiæ:ab amicitia ta- 84
men differt. Nam ſi hunc medium habitum habens dilectionis affectum ad eos quibus cõuiuit aſſumeret: pror-
ſus talis eſſet qualem probum,amicum dicere ſolemus. attamen ab amicitia differt: ꝙ qui hunc habitũ habet ſi-
ne affectu dilectionéq; ad eos quibuſcũ congreditur ſeſe habet.non enim vel amore vel odio ſed quia talis:ipſe
probat ſingula vt oportet,cuius quidem rei argumentũ eſt: quòd ſimiliter erga notos, & ignotos,familiares, &
non familiares id ipſum agit:in ſingulis tamen ſemper agens vt conuenit.nam nõ æque familiarium,& ignoto-
rum curam habere decet. neq; vtroſq; conſimiliter dolore afficere. Et vniuerſaliter atque ſummatim dictum ſit:
ipſum congredi vt oportet. ¶Eius proprietates,atq; officia. Qui hanc poſſidet virtutem: coniectabit honeſta- 85
tis,vtilitatiſq; gratia aut dolorem non afferre aut delectare. nam hic circa voluptates,doloréſque verſatur: quæ
in congreſſionibus fiunt. moleſtéque feret voluptates quæ ſibi honeſtæ non ſunt,& quæ afferunt damnum: eli-
gétq; tum dolorem afferre. ſi ſermo item,aut factum ipſi facienti magnã deformitatem afferat,magnúmve dã-
num,aduerſatio vero paruum afferat dolorẽ: facere ſibi deformitatem,aut damnũ minime probabit: ſed vtrun-
que moleſte feret. varie alióq; modo cum viris dignitate inſignibus,cum priuatis,cum magis minúſve notis, &
cum aliarum differentiarum hominibus conuerſabitur. vnicuiq; pro dignitate quod decet tribuens, cauebit eſſe
moleſtus. quæ in congreſſionibus eueniunt ea ſequetur,eáq; intendet: quæ maiora bona ſunt,vt maius honeſtũ,
maiúſve vtile. paruum interdum afferet dolorem vt inde magna ſequatur voluptas,magnúmq; emolumentũ. ta-
lis eſt ipſe medius,ſed nomine(quo ipſum appellemus)caret. ¶Diffinitiones. Placidus, eſt qui delectãdi gratia, 86
nec ob aliud quicq̃: ſtudet eſſe iucundus. Adulator,qui placere ſtudet ſed emolumenti ſui gratia:vt ſibi inde ali-
qua pẽdeat vtilitas. vt in pecunijs,aut in ijs quæ pecunia comparãtur. Difficilis atq; contentioſus,eſt qui mole-
ſte fert omnia,omnibúſq; aduerſatur. & quia mediũ nomine caret: ſola extrema vidẽtur inter ſe oppoſitionẽ re
cipere. & de media regione tanq̃ vacua ſit(vt & de medio circa mediocres honores habitu dictũ eſt)cõtendere.

Cap. VII.

CIrca eadem fere verſatur & arrogantiæ mediocritas: quæ quidem & ipſa no- 87
mine caret:atque non inutile fuerit,de ijs etiam pertractare. Nam & ea ma-
gis quæ ad morem pertinent percipiemus : ſi de ſingulis fuerit pertractatũ.
¶Et virtutes etiã ipſas, mediocritates eſſe credemus: ſi id in omnibus fue-
rit ita ſeſe habere perſpectũ. de ijs igitur quæ in cõuictu ad voluptatem cõ-
grediuntur,atq; dolorem:iam diximus. ſed nunc de veracibus, mẽdacibúſq; ſimiliter, &
in verbis,& in actibus, & in fictione dicamus. ¶Arrogans itaq; præclara:& ea quæ non 88
inſunt,& maiora quàm inſunt, fingere ſibi videtur. Diſſimulator autem contrà,negare
quæ ſibi inſunt,aut imminuere ſolet. At medius cum ſit talis, vt vnũquodque quale eſt
ipſum,dicat atq; oſtendat:tam vita quàm verbis eſt verax, ea ſibi ineſſe confitendo quæ
inſunt,& neq; maiora neq; minora. ¶Fit autem:vt horum vnumquodq; quiſpiam & ali- 89
cuius & nullius rei cauſſa faciat. Atque qualis eſt vnuſquiſq;:talia tam dicit quàm agit. &
ita viuit,niſi alicuius gratia agat. per ſe autem mendaciũ:improbum eſt,& vituperabile.
verum autem:probũ ac laudabile. Itaq; verax quidem cum ſit medius:eſt laudabilis. Mẽ-
daces autem ambo vituperabiles ſunt. ſed arrogans magis. At enim de vtroq; dicamus
oportet:prius autem de veraci. ¶Atq; non de illo nunc dicimus : qui in ſtipulationibus 90
verũ dicit,& in ijs quæ ad iuſtitiã & iniuſtitiã pertinent(Hæc enim ad aliam accõmodã-
tur virtutem) ſed de eo qui in quibus hoc nihil refert, & in verbis & in vita ex eo vera
dicit,quia habitu talis eſt.atq; talis æquus & bonus eſſe videbitur. Qui nãq; verũ amat,
& in quibus nil refert vera dicit:is multo magis vera dicet in quibus refert. vt turpe e-
nim,mendacium fugiet:quod & per ſe fugiebat. Talis vero laudabilis eſt. ¶Magis autẽ 91
ad defectionem veritatis declinat . hoc enim æquabilius eſſe videtur : propterea quòd

92 exuperationes ſunt permoleſtæ. ¶ Sed qui res ſibi maiores quàm inſunt fingit, ſi nullius
cauſa rei: prauo quidem eſt ſimilis. non enim mendacio gauderet. vanus tamen magis:
93 quàm malus eſſe videtur. ¶ Sin alicuius gratia, ſi gloriæ vel honoris: non nimium eſt vi-
tuperandus, vt arrogans. ſin argenti, & eorum quæ ad argentum rediguntur: deformior
eſt. Arrogans autem, non in potentia: ſed in electione conſiſtit. habitu nanque: quia talis
eſt. arrogans eſt, ſicut & mendax: quidam ipſo mendacio gaudens, quidam gloriam aut
lucrum affectans. Qui igitur gloriæ cauſa ſunt arrogantes: ea ſimulant pro quibus ho-
mines laudantur, aut beati eſſe dicuntur. qui vero gratia lucri: ea quorum vſus ad pro-
ximos tranſit, & quæ non ineſſe latere poſſunt. fingunt enim ſe medicos: vel vates egre-
gios. Quapropter plurimi hominum talia ſimulant: ac arrogantes ſibi aſſumunt. ſunt
94 enim in ipſis ea quæ dicta ſunt. ¶ At diſſimulatores, attenuantes ſua: elegantiores mo-
ribus eſſe videntur. Non enim id lucri cauſſa facere videntur: ſed fugientes tumiditatem.
95 Maxime autem hi negant ea quæ ſunt præclara. vt & Socrates faciebat. ¶ Sed qui parua
manifeſtáque diſſimulant: ij delicati ſimul malitioſique dicuntur. & facile ſperni poſſunt.
Atque idipſum arrogantia videtur interdum, qualis eſt Lacedæmoniorum veſtitus.
Nam & exuperatio, & nimia defectio: ad arrogantiam pertinet. Sed qui moderate diſ-
ſimulatione vtuntur, nec ea diſſimulant quæ nimis ante oculos ſunt & extant: gratioſi
96 eſſe vidētur. ¶ Aduerſari autem arrogans ipſi veraci videtur. eſt enim diſſimulatore de-
terior.

90 ¶ Septimi capitis notæ ¶ Stipulari, rogare. & ſtipulatio proprie rogario dicitur. & trāſfertur ad rogationes quæ
9493 fiunt ſolenniter. ¶ Electione: habitu electiuo. ¶ Negabat Socrates ſe aliquid ſcire: & ſe fatebatur ignorare. Itaq;
ſcientiam rem præclaram ſibi adeſſe negabat: non autē negabat ſibi adeſſe ignorantiam. ¶ Veritatis determina-
tionem hoc in loco exequitur Ariſtoteles. quæ virtus eſt qua quiſquam & verbis & factis qualis ſit, palam decla-
rat: verbis quidem & factis mediocritatem ſeruātibus. de qua virtute vt & præcedentium, nonnulla adducentur
exempla. Artaxerxes Perſarū rex veritatē in ſuis militibus ſummopere exquirebat: & mendacium perſequeba- Artaxerxes.
tur. Cum enim vnum deprehendiſſet mendacem: tribus clauis eius linguā perfodi iuſſit. veruntamen cum in de-
licta ſupplicijs animaduerteret: ſummopere id curari volebat, vt non tam pœna quàm medicina videretur. Gy- Gymnoſophiſtæ.
mnoſophiſtæ naturales quaſdā coniectationes, ad futurorum præſagia curaſſe memorantur, & reuoluto quoque
anno concilium populorum conuocabāt, & quid in illo anno futurum coniectaſſent: ordine denuntiabāt. quòd
ſi quis in ijs quæ denuntiauerat in mendacio deprehendebatur: aliorū conuitio & maledicto multabatur, & reli-
quam omnem ſuam vitam in ſilentio & tenebris exigebat. ſic arbitrātes eum qui veritatem mendacio violaſſet:
iuſtas ſilentio temerariæ linguæ dare pœnas. ꝙ ſi verba tātum puniuntur: tāto magis facta (vbi aſſunt) punitio-
ne digna ſunt. Et quātum patronis cauſarum in adminiſtrāda iuſtitia, ipſi iuſtitiæ famulatur veritas: tantum in-
iuſtitiæ ſeruit mendacium, iuſtitiæq́; obeſt. quapropter Cicero clamat ſe nō intelligere cur qui ſententiā pecu- Cicero.
nia corrumpit, pœna dignus ſit: qui vero eloquentia, laudem ferat. verū (inquit) mihi plus mali facere videtur:
qui oratione, quàm qui pretio, iudicem fallit. ꝙ pecunia corrumpere prudentē nemo poteſt: dicendo autem po-
teſt. Et ideo hæc virtus iuſtitiæ adminiſtratoribus ſumme neceſſaria eſt, ſumméq; venerari debet: neq; vnquam
violari, rémq; vnquā committi tanto piaculo dignā. Alexander enim Macedo etiā ſuis hoſtibus verus eſſe vo- Alexander.
luit: cui cum Parmenio ſuaderet ex inſidijs cum hoſte eſſe pugnādum: reſpondit, Iſtud quidem agerē, ſi Parme- Parmenio.
nio eſſem, verū cum Alexāder ſim, aperto Marte cenſeo vincendum. Et idem Fabritius ad Pyrrhum Epirota- Fabritius.
rum regem Romanis infeſtiſſimū hoſtem, feciſſe memoratur. ad quem has commiſit literas: Nos pro tuis iniu- Pyrrhus.
rijs inimiciter tecum pugnare ſtudemus. ſed communis exempli, & fidei gratia viſum eſt: vt te ſaluum eſſe veli-
mus, vt eſſes quem armis vincere poſſemus. ad nos enim venit Nicias familiaris tuus: qui pretium peteret, ſi te
clam interfeciſſet. id nos neganimus velle: ne ob eā rem quicquā commodi expectaret. & ſimul viſum eſt vt te
certiorem efficeremus: ne quid huiuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio ciuitates id factum putarent. quoniā Ro-
manis nō placet: pretio aut præmio, aut dolis pugnare. proinde tu niſi caueas: iacebis. Vale. hoc exemplo doce-
mur tute omnia illius fidei credere qui verax eſt. mendacibus autem atq; fictis minime: quos ſcelerata mens, im-
pietáſq; ſemper comitatur. ¶ Et ideo hæc virtus: mendaces, & fictores hoſtes habet. quorum ex Iuuenale aliqua
deprehendite flagitia, quibus tam facile & promptum eſt,

Superos contemnere teſtes
Si mortalis idem nemo ſciat: aſpice quanta Iuuenalis
Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia vultus: ſaty. 13
Per ſolis radios, Tarpeiáque fulmina iurat,
Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis,
Per calamos venatricis, pharetrámq; puellæ,
Pérque tuum pater Ægæi Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus, haſtámq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.
Si vero & pater eſt: comedam (inquit) flebile nati
Sinciput elixi, Phariòque madentis aceto.
Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponant,
Et nullo credunt mundum rectore moueri:
Natura voluente vices, & lucis, & anni.
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

Et ſi mendacia forte non ſunt tāti, vt alij obſint: tales tamē mendaces vani ſunt, & talia mendacia ridiculos fa-

ciunt, quos idem author damnat. vt Vlyſſem de Ægypto,& fictis periculis,

Iuuenalis ſaty. 15.
Nefas illic fœtum iugulare capellæ,
Carnibus humanis veſci licet:attonito cum
Tale ſuper cœnam facinus narraret Vlyſſes
Alcinoo vt mendax aretalogus:in mare nemo
Hunc abicit ſæua dignum,veráque charybdi,
Fingentem immanes Læſtrygonas & Cyclopas.

Ariſtoteles. Verum hi(vt vult Ariſtoteles)id ſolum lucrantur:vt cum verum dicant non eis credatur. Et de fictoribus & hypocritis idem poeta,

Iuuenalis ſaty. 2.
Rarus ſermo illis,& magna libido tacendi,
Atque ſupercilio breuior coma,verius ergo
Et magis ingenue Peribonius:hunc ego fatis
Imputo qui vultu morbum, inceſſúq; fatetur.
Horum ſimplicitas miſerabilis:his furor ipſe
Dat veniam. ſed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt. & de virtute locuti,
Criminibus tacita ſudant præcordia culpa. Et Horatius,

Horatius. epiſt. lib. 1. epiſtola 16.
Quandocunque deos:vel porco,vel boue placat
Iane pater clare dicit,cum dixit Apollo
Labra mouet metuens audiri:pulchra Lauerna
Da mihi fallere,da ſanctum,iuſtúmque videri.
Noctem peccatis: & fraudibus obijce nubem.

❡Septimum cap. nouem concluſionibus,& tribus diffinitionibus partitum eſt.

❡Septimi capitis cõmentarins ad literam. ❡Prima cõcluſio. Non ab re fuerit de ijs quę circa vera & ficta,cum 87
verba tum facta verſantur:conſiderare. ❡Primo. nam arrogantiæ & diſſimulationis mediocritas(quę & nomine
caret)circa eadẽ ferme verſatur circa quæ & medius pauloante determinatus habitus. ❡Secundo. quia ſi ea de-
terminauerimus:magis ea percipiemus quæ ad morũ diſciplinam pertinẽt. ❡Tertio. quia plenius virtutes ipſas
mediocritates eſſe credemus,vbi in ſingulis id quoq; ita exploratum,perſpectúmq; fuerit. cum itaq; de ijs qui in
conuictu ad voluptatẽ,dolorémq; congrediuntur iam dictũ ſit:nunc conſentaneũ apparet de veracibus & men-
dacibus,ſimiliter & in verbis,& operibus illorúmq; fictione eſſe dicendũ. ❡Diffinitiones. Arrogãs eſt qui præ- 88
clara & ea quę nõ inſunt,& maiora q̃ inſunt:ſibi adeſſe fingit. Diſſimulator cõtrà:qui negat quæ ſibi inſunt,aut
ea imminuit. Medius vero is eſt:qui vnũquodq; quale ipſum eſt dicit,atque oſtendit,tam vita,q̃ verbis verax. is
enim ea ſibi ineſſe cõfitetur quæ inſunt,neq; maiora,neq; minora. ❡Secũda cõcluſio. Verax laudabilis eſt:men- 89
daces vero vituperabiles,& arrogãs diſſimulatore eſt vituperabilior. Nam fit vt & vera & mendacia,& horum
vnumquodq; quiſpiã & alicuius,& nullius rei cauſa faciat. nam quiſq; qualis ipſe eſt:talia & dicit & agit,atque
taliter viuit,niſi alicuius gratia aliter ipſe fingat. at mendaciũ: per ſe quidem improbum & vituperabile eſt,ve-
rum autẽ:& probum,& laudabile. igitur verax qui medius eſt,id verum quod decet & dicens,& agẽs cuius gra-
tia oportet,& vt oportet:nimirum laudabilis eſt. & mendaces vituperabiles,ſed magis arrogans. nam & veraci
diſſimilior. & de vtroq; & veraci & arrogante amplius dicendũ eſt. at prius dicemus de veraci. ❡Tertia conclu- 90
ſio. Verax viro æquo & bono aſſimilis eſt. De eo enim veraci hoc in loco ſermonẽ non agitamus:qui in iudicia-
rijs interrogationibus,cõfeſſionibúſq; verum dicit,& omnino in ijs quæ ad iuſtitiam atq; iniuſtitiam pertinent.
nam hic verax ad aliam accommodatur virtutem:qui aut vir probus,aut æquus & bonus quomodocunq; placet
vocetur. ſed de eo hic intẽdimus:qui in quibus hoc nihil refert,cum in verbis tum in vita,ex eo vera dicit,& a-
git,quia habitu talis eſt. & ipſe verax (ſi illi legum authoritas committatur) æquus & bonus eſſe videbitur. nam
qui verũ amat,& in quibus nihil refert vera dicit:tãto magis is vera dicet in quibus aliquid refert,vt & vir pro-
bus ipſe facit. & vbi refert(vt turpe)mẽdacium fugiet:quod & per ſe ipſe fugiebat. nam tale laudabile. aſſimila-
tur igitur verax viro & æquo & bono vt dictum eſt. ❡Quarta concluſio. Verax magis videtur ad diſſimulatio- 91
nem,veritatíſq; defectionem declinare. nam id æquabilius,congruentiúſq; eſſe videtur. quoniam exuperationes
vituperabiliores ſunt atq; permoleſtę. ❡Quinta cõcluſio. Qui res maiores quàm reuera inſint, fingit:prauo ſi- 92
milis eſt,ſed vanus potius quàm malus eſſe videtur. Nam ſi quodã modo prauus, ſimiliſq; prauo non eſſet:men-
dacio non gauderet. ❡Sexta cõcluſio. Non omnes arrogantes:æque vituperãdi ſunt. Nam qui maiora quàm ad- 93
ſint alicuius gratia fingit,vt gloriæ aut honoris: non multum vituperandus eſt vt arrogans. ſed ſi id argenti,aut
eorum quæ ad argentum reducuntur gratia agit:vituperabilior eſt. arrogantẽ accipimus,non vt dicitur à poten
tia,ſed ab electione. nam habitu, & quia talis exiſtit:arrogans eſſe dicitur, ſicut & mendax. & eorũ arrogantiũ
(vt dictum eſt)quidam mendacio gaudent,gloriã quærentes:quidam vero lucrum. qui autem gloriæ cauſa arro
gantes exiſtunt:ea ipſi ſimulant,ac fingunt,pro quibus homines laudantur,& beati dicũtur. qui vero lucri aucu-
pio ſtudent:ea fingunt,quorum vſus ad proximos tranſit, & quæ latere poſſunt an ea non inſint. vt fingunt eſſe
medicos,vel vates egregios. Quapropter cũ ea latere poſſint: quamplurimi hominũ talia ſimulant,& arrogan-
ter ſibi vendicant. ſunt enim in quamplurimis cupiditates:quæ dictæ ſunt. ❡Septima concluſio. Diſſimulatores 94
qui ſua attenuant:elegantiores moribus eſſe videntur. Nam nõ id lucri cauſa facere videntur: ſed ad faſtum, tu
miditatémq; fugiendam. & maxime omniũ hi ſibi adeſſe negant:quæ præclara ſunt quod & Socrates faciebat.
❡Octaua concluſio. Qui nimium vt qui parua manifeſtáq; diſſimulant:delicati,malitioſi'q; ſunt. Nam tales fa- 95
cile ſperni poſſunt,& idipſum plerunq; ad arrogantem pertinere videtur:vt Lacedæmoniorum veſtitus. Nam &
exuperatio,& nimia defectio,diſſimulatióq;:oſtentationẽ quandam,atq; arrogantiam habet. ſed qui moderata
diſſimulatione vtuntur,nec ea diſſimulant quæ ante oculos poſita nimiũ manifeſta ſunt:vrbani gratioſi'q; dicũ
tur. ❡Nona concluſio. Arrogans ipſi veraci magis aduerſatur. Nam arrogans,eſt ipſo diſſimulatore deterior. 96

Cap. VIII.

CVm autem ſit & requies in vita, atque in hac ipſa ioco ſeſe recreent homi- 97
nes:videtur & hic eſſe quædam æquabilis congreſſio,& dicendo,& audiendo
ea quæ oportet,& vt oportet. ❡Differt autem & dicendo inter tales: & au- 98
diendo tales. atq; patet & in his exuperationem eſſe medij, & defectionem.

¶Qui igitur in ridiculis exuperant: ſcurræ videntur eſſe ac importuni, affectantes omnino ridiculum, & magis coniectantes facere riſum quàm honeſte loqui, & non afficere eum dolore: in quem facete dicunt. Qui vero neque dicerent quicquam ridiculi, neque alios dicere paterentur: ruſtici durique eſſe videntur. At is qui cum moderatione iocatur: comis atque vrbanus vocatur. talem ſane moris iam habitum aſſecutus: vt ad bene rectéque iocandum ſeſe flectere poſſit. huiuſcemodi nanque motiones: mores ipſius eſſe videntur. atque vti corpora, ſic & ipſi mores, motionibus diſcernuntur. Cum autem exundet ipſum ridiculum, plurimíque ioco, ſalibúſve magis quàm oportet gaudeant: ſcurræ quoque eodem nomine nuncupantur, vt gratioſi, elegantes. Sed eos differre atque
99 non parum: ex ijs quæ diximus conſtat. ¶Accommodatur autem huic habitui medio: & ipſa dexteritas. Atque ipſius eſt dextri, ea dicere & audire: quæ ad modeſtum virum, liberalémque accommodantur. ſunt enim quædam, quæ ioco dicere & audire: talem hominem decet. Atque ipſius liberalis iocus & eruditi: à ſeruilis ioco, rudíſque differt. licet hoc tam in antiquis quàm in nouis comœdijs intueri. quibuſdam enim verborum obſcœnitas, quibuſdam potius ſubintellectio: ridiculum erat. atque hæc non parum honeſtatis differunt ratione. ¶Iſ ne igitur dicendus eſt recte facetijs vti: qui dicit ea quæ liberum hominem decet? an is: qui eum qui audit, dolore non afficit, vel etiam delectat? An & hoc indefinitum eſſe videtur? eſt enim aliud alij odio, & iucundum. talia autem &
100 audiet. quæ nanque fert audiendo, ea videtur & facere. ¶At non quiduis faciet. etenim facetiæ: conuitia quædam ſunt. ¶Et legumlatores nonnulla conuitia dicere vetant. fortaſſe autem illos & nonnulla prohibere facete dicere oporteret. vir itaque gratioſus, ac liber: ita ſeſe habebit quaſi ſibijpſi lex ſit in ioco. Talis eſt igitur ipſe medius ſiue dex-
101 ter, ſiue vrbanus, ſiue comis dicatur. ¶Scurra autem à ridiculo ſuperatur. Et neque ſibi neque alijs parcit: modo moueat riſum. eáq; dicit, quorum nihil prorſus gratioſus ipſe
102 diceret: & aliqua quæ ne audire quidem perferret. ¶Sed ruſticus ad tales congreſſiones inutilis eſt. Quippe cum nec ipſe quicquam afferat ſalis. & cum afferũt alij: ægre mole-
103 ſtéque ferat. requies autem & iocus: in vita neceſſaria eſſe videntur. ¶Tres igitur eæ ſunt quas diximus mediocritates in vita. Sunt autem omnes circa verborum quorundam actuúmve communem vſum. Sed differunt, quòd vna circa veritatem: cæteræ circa voluptatem verſantur. Atque harum altera quidem eſt in ioco: altera autem in cóngreſſionibus reliquæ vitæ conſiſtit.

99 a ¶Octaui capitis notæ. ¶Comis, vrbanus, dexter. ¶Liberalis, hic à libertate deducitur: liber, ingenuus. ¶Hic de comitate exequitur: quæ in ioco eſt & dicendo, & audiendo laudabilis mediocritas. hæc virtus prohibet vt nihil turpe aut verbo aut facto in iocis, facetijs, comœdijs, & alijs recreationibus vnquã admittamus. hæc virtus in ſacris literis habet citharas, pſalteria, decachorda: habet hymnos quibus ſanctorum pro ſolatio depromuntur fortia facta, habet publicas heroicarum eorum virtutum repræſentationes. Et comes Mirandula, noſtra ætate properantius quàm ſtudijs conduxiſſet, nobis fato ereptus: ſtudio defeſſus hunc hymnum, & ſimiles, ſolitarius ad citharam canere ſolebat, & mente pariter emodulatus, magno in ſolatio lachrymas liquabat. Mirandula.

Alme deus, ſumma qui maieſtate verendus,
Vere vnum in triplici numine numen habes:
Cui ſuper excelſi flammantia mœnia mundi,
Angelici ſeruit turba beata chori:
Cuius & immenſum hoc, oculis ſpectabile noſtris
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Æthera qui torques, qui nutu dirigis orbem,
Cuius ab imperio fulmina miſſa cadunt:
Parce precor miſeris, noſtras precor elue ſordes:
Ne nos iuſta tui pœna furoris agat.
Quòd ſi noſtra pari penſentur debita lance,
Et ſit iudicij norma ſeuera tui:
Quis queat horrendum viuentis ferre flagellum
Vindicis? & plagas ſuſtinuiſſe graues?
Non ipſa iratæ reſtabit machina dextræ,
Machina ſupremo non peritura die.
Quæ mens non primæ damnata ab origine culpæ,
Aut quæ non proprio crimine facta nocens?
At certe ille ipſe es, proprium cui parcere ſemper,
Iuſtitiámq; pari qui pietate tenes.
Præmia qui vt meritis longe maiora rependis,
Supplicia admiſſis ſic leuiora malis.

Nanq; tua eſt noſtris maior clementia culpis:
Et dare non dignis,res mage digna deo eſt.
Quanquam ſat digni:ſi quos dignatur amare.
Qui quos non dignos inuenit:ipſe facit.
Ergo tuos,placido miſerans precor aſpice vultu.
Seu ſeruos mauis,ſeu magis eſſe reos.
Nempe reos,noſtræ ſi ſpectes crimina vitæ,
Ingratæ nimium crimina,mentis opus.
At tua ſi potius in nobis munera cernas,
Munera præcipuis nobilitata bonis:
Nos ſumus ipſa olim tibi quos natura miniſtros:
Mox fecit natos gratia ſancta tuos.
Sed premit heu miſeros tantæ indulgentia ſortis:
Quos fecit natos gratia,culpa reos.
Culpa reos fecit,ſed vincat gratia culpam:
Vt tuus in noſtro crimine,creſcat honor.
Nam tua ſiue aliter ſapientia,ſiue poteſtas
Nota,ſuas mundo prodere poſſit opes.
Maior in erratis bonitatis gloria noſtris:
Illéq; præ cunctis fulget amandus amor:
Qui potuit cælo dominum deducere ab alto,
Inq; crucem ſummi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de ſemine ſordes
Ablueret lateris ſanguis,& vnda tui.
Sic amor & pietas tua rex mitiſſime,tantis
Dat mala materiam ſuppeditare bonis.
O amor ô pietas noſtris bene prouida rebus:
O bonitas,ſerui facta miniſtra tui.
O amor,ô pietas noſtris male cognita ſcelis:
O bonitas noſtris nunc prope victa malis.
Da precor huic tanto qui ſemper feruet amori,
Ardorem in noſtris cordibus eſſe parem.
Da ſatanæ imperium (cui tot ſeruiſſe per annos
Pœnitet) excuſſo depoſuiſſe iugo.
Da precor extingui veſanæ incendia mentis:
Et tuus in noſtro pectore viuat amor.
Vt cum mortalis perfunctus munere vitæ
Ductus erit dominum ſpiritus ante ſuum,
Promiſſi regni felici ſorte potitus:
Non dominum,ſed te ſentiat eſſe patrem.

Sic itaq; ſolatus,ad ſolita ſtudia redibat. cuius viri videndi illectus amore,& Hermolai Barbari: me glorior Italiam petijſſe. Et nunc ludi,& comœdiæ non ſint intemperantium ſympoſia,lenones,cantus,paraſiti,prurictiáq; verba:ſed quicquid ſuſcipitur iocandum,id ad exemplum vitæ ducatur,fiátq; quod mandat Horatius,

Horatius in arte poet.
Actoris partes chorus,officiúmq; virile
Defendat:neu quid medios intercinat actus
Quod non propoſito conducat,& hæreat apte.
Ille bonis faueátq;,& concilietur amice,
Et regat iratos,& amet peccare timentes.
Ille dapes laudet menſæ breuis,ille ſalubrem
Iuſtitiam,legéſq;,& apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa,deóſq; precetur & oret:
Vt redeat miſeris,abeat fortuna ſuperbis.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana coquat coram exta nefarius Atreus.

Scipio. ¶ Et quælibet virtus:ſuos habeat ludos. & ſint procul pyrgi,& alea pernox,& ludi illiberales omnes, & Intẽperantes:& vt obſcœnæ repræſentationes, ſimulatǽq; crapulæ. ob quales voluit Scipio totam gentem ludicram, ſcenicámq; omni honore carere:& á tribu,notatione cenſoria amoueri. Hæc virtus ſcurrilitatẽ & ruſticitatem habet contrarias:quæ innumeris modis,tum dicẽdo,tum agendo,tum repræſentando fieri poſſunt & ſub ſcurrilitate continentur quædam leuia ſtudia quæ ſolent ſtultorum aſpectum detinere:haud aliter ꝙ pharmacorum

Alexander venditores, hiſtrionéſq;, & circulatores. quorum authores Alexander Magnus nos contemnere docuit. Nam cum quidam ciceris grana ex longo ſpatio in perforatam acũm ſine fruſtratione confeſtim inſereret:irriſit Alexander authorem,& eum ciceris modio donari præcepit, induſtriæ leuitatem deſignans,& merito. tales enim homines ludibrio potius habendi ſunt: ꝙ aliquo munere honeſtandi,quandoquidem hæc omnia ſcurrilia ſunt. Agreſtis fuit atq; ruſticus Timon Athenienſis:de quo in ſecundo,vbi de inuidis.

¶ Octauum cap. ſex concluſionibus,& tribus diffinitionibus partitum eſt.

¶ Octaui capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. In cõgreſſionibus,communicationibúſq; huma- 97
nis,eſt quædam altera virtus media circa iocos:& dicendo,& audiendo quæ oportet,atq; vt oportet. ¶ Primo. quia interdum vita quiete relaxanda eſt:in qua ioco ſeſe pariter recreare ſolent homines. conſentaneũ eſt igitur hanc congreſſionẽ æquabilẽ eſſe:& mediã eſſe virtutẽ in ioco,dicendo audiendóq; quæ oportet. ¶ Secũdo. decet inter alios alia dicere: & decet alios alia audire. igitur in huiuſmodi iocãdi cõſuetudine eſt exceſſus,medium,pariter & defectus. eſt igitur in huiuſmodi cõgreſſionibꝰ quędã talis ordinãda media virtus. ¶ Diffinitio- 98
nes. Scurræ ſunt qui magis ꝙ oportet:riſum mouere ſtudẽt. & hi importuni ſunt hominibus,atq; moleſti. nam nihil aliud ꝙ ridiculũ aliquod meditãtes:cogitant magis riſum facere,quàm honeſte loqui: neq; curant ſua di-

cacitate,triſtitia afficere eum ipſum de quo iocãtur. Ruſtici,atq; agreſtes ſunt: qui nec quicquam iucundum di-
cunt,neq; dicentes ferunt. Comis,atque vrbanus dicitur:qui iocando & dicendo,& audiendo,moderatione vti-
tur. Nec iniuria.nam iam talem moris habitum habet vt ad bene,vrbanéq; iocandum ſeſe flectere queat:& hu-
iuſmodi vrbana dicta:ipſi conſuetudinaria eſſe videntur & quẽadmodum corpora ſuis motibus diſcernũtur: ita
quoq; & mores animi ex operationibus diſcernimus.verũ cum nonnunq̃ ridiculũ ea undet,rationem, modúmq;
excedat:plurimi plus æquo,ioco ſalibúſq; gaudentes:ſcurras,comes, vrbanóſque appellant,ipſóſque vt gratio-
ſos,elegantéſq; habent. veruntamen ſcurras & vrbanos:ex ijs quæ dicta ſunt differre,& non parum quidem, ſa-
99 tis conſtat. ❡Secunda concluſio. Eſt de atri:ea dicere, & ea audire quæ ad virum modeſtum liberalémque atti-
neant. Medio enim habitui dexteritatis nomen accommodamus.& ſunt quæ dicere & audire decet modeſtũ,li-
beralemq; virum,& viri liberalis & eruditi iocus:à ioco ſeruilis,ineruditiq; differre debet,quod plane licet, tam
in vetuſtis, q̃ recentioribus comœdijs intueri. nam his verborũ obſcœnitas ridiculũ erat:illis vero quædam ſub-
intellectio potius.& hoc non parum ad honeſtatem referre putandum eſt. ❡Secundo.recténe is facetijs vtitur?
qui ea dicit quæ liberum hominem decet? an is qui audientem dolore non afficit , at potius delectatione mul-
cet,an qui promiſcue hæc faciet,q aliud alij triſte ſit,aliud vero alteri iucundum?minime profecto, nam neque
promiſcue atq; abſque vllo diſcrimine,talia audiet.at dexter quæ fert audiendo: & eadem rationabiliter facere
100 videtur. hæc enim, ſunt quæ & dicere & audire decet liberum hominem. ❡Tertia concluſio. Dexter non om-
nibus facetijs vtetur. ❡Primo.quia facetiæ quædam conuitia ſunt. legum autem latores conuitia dicere vetãt.
& forte legum latores deceret prohibuiſſe conuitiari iocando.igitur vir comis à talibus abſtinebit,atque ita vir
vrbanus ac liber ſeipſum conſtituet:vt ipſe in ioco ſibijpſi ſit lex.& reuera talis eſt medius ſiue nũc dexter, nũc
101 vrbanus,nunc comis appelletur. ❡Quarta concluſio. Scurra autem penitus contrà agit atq; comis. Nam à ri-
diculo ſuperatur:neque ſibijpſi neque alijs parcit,modo eliciat riſum , & ea dicit quorum nullum vrbanus, gra-
102 tioſúſque diceret vnquam,& aliqua dicit quæ nec ipſe quidem de ſe dici perferre valeret. ❡Quinta concluſio.
Ruſticus ad vrbanos cœtus,inutilis eſt. Nam ipſe nec quicquam affert ſalis, honeſtique recreamenti.& cum af-
ferunt alij,ægre,moleſtéque fert. at huiuſmodi congreſſiones: quietis & relaxationis ſunt gratia. ſunt enim re-
103 quies,& iocus in vita neceſſaria. ❡Sexta concluſio. Tres nuper determinatæ virtutes inter ſe conueniunt atque
inter ſe differunt. conueniunt quidem, nam omnes ſunt circa quendam communem vſum verborum, & opera-
tionum.differunt vero,nam vna circa veritatem:& duæ alteræ circa voluptatem verſantur.hæc in ioco,illa ve-
ro in reliquis congreſſionibus vitæ conſiſtit.

Cap. IX.

104 DE verecundia autem vt de aliqua virtute dicere non oportet. Eſt enim affe-
ctui magis quàm habitui ſimilis. ❡Itaque diffinitur timore:timórque dici-
tur dedecoris quidam & fit perinde atque circa res formidoloſas timor fieri
ſolet.nam qui verecundantur,erubeſcunt:qui timent mortem , palleſcunt.
Vtrunque igitur ad corpus quodam modo accommodatum eſſe videtur:quod quidem
105 magis ad affectum videtur , quàm ad habitum pertinere . ❡Non autem ad quamuis
ætatem is affectus : ſed ad iuuenilem accommodatur . Cenſemus enim eos , qui huius
ætatis ſunt:verecundos eſſe oportere.vt cum non ſine perturbatione viuant,multúmque
ob hoc peccent:à verecundia prohibeantur delinquere. ❡Atque laudamus quidem iu-
uenum eos qui ſunt verecundi : ſed nemo ex eo ſeniorem hominem laudabit: quia eſt
verecundus . Nihil enim eorum ipſum oportere cenſemus agere: pro quibus emerge-
106 re verecundia ſolet. ❡Neque enim homini probo verecundia competit : quippe cum
pro rebus improbis fiat.Non enim ſunt res tales agendæ.quòd ſi quædam reuera, quæ-
dam opinione ſunt turpes:nihil refert.neutræ nanque ſunt agendæ.quare non eſt vere-
cundandum. ❡Sed improbi eſt & talem eſſe, vt aliquid turpe agat. probum autem ideo
quempiam eſſe putare,quia ita ſe habet,vt ſi turpe quid egerit verecundetur:abſurdum
eſt ſane. verecundia nanque fit pro ijs quæ ſua ſponte quiſpiam facit. ſed nunquam ſua
107 ſponte vir bonus res aget turpes. ❡Fuerit autem verecundia probum:ex ſuppoſitione.
nam ſi egerit,verecundabitur. hoc autem in ipſis virtutibus non eſt. quòd ſi impuden-
tia , & quempiam non pudere res turpes agentem improbum eſt: nihilo magis ob id-
ipſum probum erit,quempiam res turpes agentem verecundari. ❡At vero neque con-
tinentia virtus eſt:ſed eſt quædam permixta. oſtendetur autem de ipſa poſterius. Nunc
de iuſtitia dicamus oportet.

108 ❡Noni capitis notæ. ❡iuuenes,adoleſcentes. ❡De verecundia quæ inter paſſiones enumeratur , ſed laudabi-
les,hic proſecutionem facit Ariſtoteles.laudabilem enim eã eſſe & futuræ probitatis ſignum:multa ſunt exem-
pla. Diogenes Cynicus cum adoleſcentem rubore perfuſum conſpiceret : confide inquit ô fili, huiuſmodi enim Diogenes.
virtutis eſt color . Et Xenophon, adoleſcens verecundus fuit, & vltra quàm dici poteſt ſpecioſus . cui cum ob- Xenophon.
uiaſſet in angiporto Socrates, porrecto baculo tranſire prohibuit . & percontanti vbinam venirent quæ vſibus Socrates.
humanis accommoda forent , cum ad ſingula ſcite reſpondiſſet puer , rurſus percontante Socrate vbinam bo-
ni ac probi homines fierent , tacuit ac erubuit . tunc hærenti illi Socrates inquit, ſequere me igitur , & diſce.
hunc ſecutus, factus eſt Socratis auditor ſemper mitis,& placidus: & qui omnibus adoleſcentibus exemplo eſſe
poſſit, præſertim literarum ſtudia ſequentibus. Lycon Troadenſis Stratonis auditor dicere ſolebat:neceſſarium Lycon.
eſſe pueris pudorem,& laudis ſtudium adiungere:velut equis calcar,atque frenum. vt ſcilicet laudis virtutis, & Strato.
honeſtatis amore & ſtudio: incumbant alacres labori,diligant probitatem,colant virtutem ipſam,ſapientiámq;

ſuſcipiant.itidem verecundia & honeſto pudoris cultu adiuti: ignauiam abijciant, improbitatem contemnant, vitia horreſcant,& ignorantiam pro virili fugere contendant.Quemadmodum enim ſenectuti grauitas,iuuentuti alacritas,cuiq; ſua virtus:ita adoleſcentiæ præcipua etiam quadam dote debita verecundia videtur, quæ facile cuncta ingenuorum morum & virtutis ornamenta ingeneret adoleſcentibus . Et quàm verecundia futuræ probitatis laudabile ſignum eſt:tam impudentia omni ætati dedecori eſt.cui id Heſiodi non abſurde accommodari poſſe videtur,

Heſiodus. Eſt quoq; turpe aliud vetitum: fuge peſſima famæ
Nomina: fama malum eſt facile in ſublime leuatum.

Et hanc famoſæ vitæ notam,ab incunte ætate impudentia parit. Stupiditas autem puſillanimitati ſeruit.

¶ Nonum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.

¶ Noni capitis cõmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Verecundia inter virtutes locanda non eſt. ¶ Primo 104
quidem quia verecundia affectui,q̃ habitui ſimilior eſt. ¶ Secundo. quia verecundia timore diffinitur. eſt enim
verecundia: quidam dedecoris timor. & fit ille timor circa dedecus: penè cõſimiliter vt circa res reformidandas
timor fieri ſolet.nam qui verecundantur,erubeſcũt:qui vero mortẽ inhorreſcunt, pallent. vnde fit vt vtrunq; ad
corporeã paſſionẽ,accommodatũ cognoſcatur:quod magis affectui q̃ habitui conſentit,ſimileq; eſt. non igitur
verecundia inter virtutes aſciſcenda eſt. ¶ Secunda cõcluſio. Verecũdia non omni ætati: ſed iuuenili apta con- 105
gruit. ¶ Primo. nam eos qui iuuenilem degunt ætatẽ:cenſemus verecundos eſſe oportere. vt(cum non ſine per-
turbatione viuant,multũmq; ob hoc peccent) à verecundia prohibeantur delinquere. ¶ Secundo. nos iuuenum
eos laudamus:qui verecundi ſunt. at vero ſenem nemo laudabit: q verecundus ſit. nam ipſum nihil eorum agere
oportere nos arbitramur: vnde verecundia ſolet emergere. ¶ Tertia concluſio. Probũ hominẽ minime verecun- 106
dia decet. ¶ Primo. nã verecũdia pro rebus improbis fit. atqui à viro probo tales res agendæ non ſunt. verũ cum
quædam reuera ſint turpia, quædam vero hominũ opinione turpia: de quibus hic intelligatur, nihil refert. nam
neutra ſunt agenda. nõ eſt igitur ipſi viro probo verecundandũ. ¶ Secũdo. Improbi eſt talẽ eſſe vt aliquid turpe
agat. non aget igitur vir probus aliquid turpe. & abſurdũ ſane eſt putare aliquẽ ideo probum eſſe: quia ita ſeſe
habeat, vt ſi turpe quicquam cõmiſerit verecundetur nam verecũdia pro ijs fit quæ ſua ſponte quiſquam facit.
at vir probus nunquam ſua ſponte res agit inhoneſtas turpéſq;. ¶ Sed dicet aliquis, viro probo verecũdiam ali- 107
quid probum eſſe ſaltem ex ſuppoſitione: quia ſi quis turpe egerit, verecũdari probum eſt. minime ita eſt. Nam
in virtutibus nihil eſt vnde verecundari dignum ſit . & contrà impudentia quiddam improbum eſt . cum quis
turpia committat, non autem pudeat. attamen propterea non fit: probum aliquem, res turpes agentem verecun-
dari. ſed de verecundia hactenus. & vt verecundia virtus non eſt: ita continentia non eſt virtus, ſed nonnihil ra-
tionis, perturbationiſque habet ammiatum. verum de ea poſterior ſermo nobis eſt habendus, & nunc de iuſtitia
potius eſt aggrediendum.

¶ Quarti Ethicorum Ariſtotelis, finis.

¶ Quintus Ethicorum Ariſtotelis, Argyropylo interprete. Cap. I.

DE iuſtitia autem & iniuſtitia conſideremus oportet: circa quales actus 1
verſantur, & qualiſnam mediocritas ſit ipſa iuſtitia: & inter quæ iu-
ſtum ipſum medium eſt. atq; hæc conſideratio eundem ſeruet mo-
dum doctrinæ quo antea dicta conſiderauimus. ¶ Videmus itaque 2
omnes talem habitum dicere iuſtitiam velle: quo homines apti ſunt
ad res iuſtas agendas, & quo iuſta agunt, & volunt iuſta. Eodẽ modo
talem habitum & ipſam iniuſtitiam dicere, quo iniurias agunt homi-
nes, réſq; volunt iniuſtas. quapropter & nobis hæc primũ vt in figura ſubijciantur. ¶ Nõ 3
enim in ſcientijs, & potentijs, atq; habitibus res ſeſe habet eodem modo. Eadem nanque
potentia ſcientiáq; contrariorum eſſe videtur. ſed contrarius habitus non eſt contrario-
rum. nempe à ſanitate ſana duntaxat: & non contraria fiunt. dicimus enim quempiã am-
bulare ſane: cum perinde ambulat atq; ſanus. ¶ Sæpe igitur contrarius habitus ex con- 4
trario cognoſcitur: ſæpe etiam habitus ex ſubiectis. Nam ſi bona corporis habitudo ſit
nota: & ipſa mala corporis habitudo ſit manifeſta. Et ex ijs quæ bonam habitudinem ef-
ficiunt corporis, ipſa bona habitudo ſit nota: & ex ipſa rurſus ea que faciunt ipſam. ſi
enim habitudo bona ſit ſpiſſitas carnis, & malam habitudinem raritatem eſſe carnis: &
id quod efficit habitudinem bonam, efficere ſpiſſitatem in carne, neceſſe eſt. ¶ At vero 5
plerunq; ſequitur ſi alterum pluribus modis dicatur, & alterum pluribus dici. vt ſi iuſtũ:
& ipſum iniuſtum. Videtur autem tam iuſtitia quàm iniuſtitia plutibus modis dici.
ſed quia propinqua eſt ipſarum æquiuocatio, latet: & non ita vt ijs quæ longe diſtant,
eſt manifeſta. Multum enim talia differunt forma. patet enim clauem æquiuoce dici,
& eam quæ ſub collo eſt animalium: & eã qua oſtia clauduntur. ¶ Sumatur igitur quot 6
iniuſtus dicitur modis. Atq; videtur iniuſtus eſſe: & qui à legibus exorbitat, & qui plus
capit, atque iniquus. quare patet & iuſtum eſſe eum qui legitime facit, & eũ qui æquus
eſt. Iuſtum ergo eſt quod eſt legitimum, & quod eſt æquum. Iniuſtum vero, quod eſt
contra leges: & quod eſt iniquum. ¶ Cum autem iniuſtus, & pluris ſit auidus: non erit 7

ipſe circa omnia bona.ſed circa ea duntaxat in quibus conſiſtit proſpera fortuna atque
aduerſa : quæ ſimpliciter quidem ſemper ſunt bona , alicui vero non ſemper . homi-
nes autem illa ſibi optant,atque perſequuntur. at non oportet. Sed optare quidem ea
quæ ſunt ſimpliciter bona: & ſibijpſis eſſe bona : expetere autem ea quæ ſibijpſis ſunt
8 bona , oportet. ¶Iniuſtus autem non ſemper plus , ſed minus etiam expetit in ijs:
quæ ſunt ſimpliciter mala . Sed quia videtur & minus malum quodam modo bonum
eſſe , & plus habendi cupiditas ipſius eſt boni: fit vt pluris ob id ipſum videatur aui-
9 dus eſſe. ¶Eſt autem iniquus (Hoc enim continet: & eſt commune) & legum tranſ-
greſſor . hoc enim,legum inquam tranſgreſſio,id eſt iniquitas:omnem iniuſtitiam con-
10 tinet.& eſt ad iniuſtitiam omnem commune.¶Cum autem legum tranſgreſſor ſit iniu-
ſtus,qui vero legitime facit iuſtus:conſtat omnia legitima eſſe quodam modo iuſta . ea
nanque quæ à facultate ferendarum legum ſunt definita: legitima ſunt. & horum
11 vnumquodque , iuſtum dicimus eſſe. ¶Ipſæ autem leges de omnibus dictant: conie-
ctantes aut communem omnium vtilitatem,aut optimorum,aut principum,vel virtu-
te , vel aliquo alio tali modo. Quare vno modo dicimus iuſta ea quæ felicitatem , eiúſ-
que partes ſocietati ciuili efficiunt & conſeruant. Præcipit autem lex & ea agere quæ ad
virum pertinent fortem.vt non deſerere locum in acie, non fugere, non abijcere arma.
Et item ea quæ ſunt temperantis. vt non committere adulterium, non libidine vti . Et
etiam ea quæ ſunt manſueti . vt non pulſare , non conuitia dicere. Et in cæteris identi-
dem virtutibus atque vitijs:alia iubens , alia vetans . recte quidem ea quæ recte poſita
12 eſt:deterius autem ea quæ inconſulte eſt exarata.¶Hæc igitur iuſtitia,perfecta quidem
eſt virtus:at non abſolute,ſed ad alium.atque ob idipſum iuſtitia præclariſſima perſæpe
virtutum eſſe videtur.Et neque eſt heſperus ita,neque lucifer admirabilis.Et prouerbio
dicere conſueuimus,

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

¶Atque perfecta maxime virtus eſt: quia perfectæ virtutis eſt vſus , idque eſt ex eo
quia non ad ſe ſolum , ſed ad alium etiam is qui ipſam habet : vti virtute poteſt . Com-
plures enim in proprijs quidem vti poſſunt: ſed in ijs quæ ſunt ad alium nequeunt . Et
propterea ſententia Biantis illa bene ſeſe habere videtur:Magiſtratus virum oſtendit.
ad alium enim eſt:& in ſocietate iam ipſe magiſtratus conſiſtit . Ob id autem ipſum &
alienum bonum ipſa iuſtitia ſola virtutum eſſe videtur: quia ad alium eſt, agit enim ea
13 quæ alij vel principi vel reipublicæ conferunt. ¶Peſſimus igitur eſt qui ad ſeipſum,&
ad amicos vtitur prauitate. Optimus autem non qui ad ſeipſum : ſed qui ad alium vti-
14 tur ipſa virtute.hoc enim eſt opus difficile.¶Hæc igitur iuſtitia non pars virtutis: ſed
tota eſt virtus.Similiter & iniuſtitia huic contraria non vitij pars:ſed totum vitium eſt.
quid autem intereſt inter hanc iuſtitiam & virtutem, ex ijs quæ diximus innoteſcit.Sũt
enim idem:eſſe autem non eſt idem.Sed quo quidem eſt ad alium,eſt iuſtitia.quo vero
talis eſt habitus ſimpliciter,virtus.

5 ¶Primi capitis notæ. ¶A claudo clauis qua clauduntur oſtia. & clauis ſub collo animalium ꝙ guttura claudat,
7 ſpecies anginæ. ¶Precari debemus quæ ſimpliciter bona ſunt,vt & nobis bona ſint.imò vt vult Satyricus, Iuuenalis ſatyra 10.
Orandum eſt,vt ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſce animum mortis terrore carentem
Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ,qui ferre queat quoſcunq; labores.
Neſciat iraſci,cupiat nihil.& potiores
Herculis ærumnas credat,ſæuóſq; labores?
Et venere,& cœnis,& plumis Sardanapali.
Monſtro quid ipſe tibi poſſis dare: ſemita certe
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Socrates,à dijs(ait)nihil vltra petendum,quàm vt bona tribuerent: quia ij demum ſcirent quid vnicuique eſſet Socrates.
vtile. nos autem plerunque id votis expetere,quod non impetraſſe melius foret. Ergo virtutes,& virtutum of-
ficia colamus,ipſamque pulcherrimam ſapiẽtiam rogemus,nitamúrque totis viribus vt illa aſſequamur. ¶Sim-
pliciter mala ſecundum ſe,in ſe : vt pœnæ, publica onera, vectigalia : in quibus fit quodammodo bonorum aut
12 naturæ,aut fortunæ priuatio. ¶Bias Prienæus, vnus ſeptem ſapientum, Cui menſa aurea (ex oraculo Apolli- Valer. max.
nis illi qui cæteros ſapientia præſtaret danda) à Thalete conceſſa: ſed recuſauit,illam ad Apollinem remittens: lib. 4. cap. 1.
teſtans illum eſſe ſapientem . ¶Iuſtitia legitima , iuſtitia omnino completa atque perfecta . ¶Totus hic liber Bias.
de iuſtitia proſequitur: qua virtute,iuſta operamur,iuſta volumus,facimúſque. virtutum quidem præclariſſima,

Euripides. qua(vt inquit Euripides)neque lucifer, neq; heſperus æque admirabilis eſt, vnicuiq; quod ſuum eſt tribuens, &
quæ ſunt dei deo,& quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt parentum parentibus : ad omnia ſeſe diffundens, &
Xenophon. vbicunq; attigerit,ſaluans omnia quæ bona ſunt,mala autem aut emendans aut diſperdens. Et Xenophon regẽ
Perſæ. Perſarum admonebat vt ſub ſuo imperio ita iuſtitiam diſcerent:vt apud alias gentes,literas ac bonarum artium
ſtudia. vt ſuos ciues à puero ita iuſtitiæ ſtudijs inſtitueret:vt nihil inhoneſtum,nihil turpe, nihil iniuſtum appe-
tant,& in primis cognoſcere primum iuſtitiæ munus pietatem eſſe in deum. Secundum:principi & ſanctis legi-
bus obedientiam. Tertium: ſalutem ciuium,ciuitatiſq; incolumitatem. Quartum: pia in parentes officia. Quin-
tum:ſingulorum vitam quietam, ac beatam. ¶ Et nulla negligentia iuſtitiã violare oportere: ſuo exemplo pro-
Philippus. didit Philippus Macedonum rex.qui cum Machetæ cauſam quam negligentius audiuerat : perperã iudicaſſet,
Macheta. & exclamaret Macheta ac ſe prouocare diceret,iratus rex ad quem prouocas ait? At ille,ad teipſum inquit: cũ
attentius meipſum audieris. & paulo poſt cum ad ſe redijſſet, diligentiúſque rem ipſam cogitaſſet: ſententiam
mutauit Philippus,& Machetæ iura neutiquam per ſuam deſidiam peſſundari paſſus eſt. ¶ Qui ſancta iuſtitiæ
Marſyas. iura violant:expedit illis faciundũ,quod poetę factum canunt Marſyæ. Quod & rex Cambyſes de Siſanne vno
Cambyſes. ſuorum iudicum: quoniam iniuſte ob pecuniam iudicaſſet,exemplo monſtrauit. cui detrahi corium præcepit &
Siſannes. eo detracto,eius tribunal inſterni,ibidémq; eius filium Otanem ſedere iudicem iuſſit, atq; in memoria habere:
Otanes. quo in tribunali iudicaret. ¶ Et hanc virtutem violatam vindicant,vlciſcunturq; diuina flagella. quod & verum
Heſiodus. eſſe ſæpius iam compertum eſt,& quod canit Heſiodus,
Iuſtitiæ ſacra iura domant genus omne malorum.
Illa quidem virgo eſt ſupero Ioue nata parente,
Nomine clara ſuo,cœtúq; verenda deorum:
Quam ſi quis violet,lacbrymans ſua fata parentis,
It Iouis ante pedes,& lamentabile fundens
Humanos queritur mores,ac debita poſcit
Supplicia in populos. Tu iudex cauſa malorum
Qui violas ſacra iura deæ:iam dirige mentem,
Ius cole,in alterius te nulla pecunia vertat
Damna.nocet ſibi qui cuiquam nocet,& male ſuadet.
Mox his ſubiungit, Paulatim corruit ille
Dijs inuiſus homo:cui mens intenta rapinis
Inuigilat,qui ius violat. ſtat pœna nocenti
Poſt obitum.
Ioſephus. Scribit Ioſephus qui bello Iudaico interfuerat:vndecies centena millia gladio, & fame perijſſe ob damnatũ in-
Iudæi. ſontem.& iam interfectorum poſteritas per mille & quingentos annos fermè , vaga, ſenſus inops peregrinatur
exul.& tandiu illi inditum eſt exilium : quouſque principem pacis agnoſcat. pro quo tot ſecula paſſa eſt exter-
Bion. minium.in quo ſola ſalus,ſoláque libertas. Et ex impietate nihil aliud expectent:quàm quod Bion Boryſtenites
de impia Epicureorum ſecta eſt expertus. diuinorum enim prouidentiã eſſe negabat , & ſacrificantes irridebat.
qui cum graui morbo,ac longo tabeſcens torqueretur : hoſtijs ſupplex nares admouit,peccaui dixit, vetera di-
luite.anus collum porrexit per nomina deorum excantandum. rhamnum,& lauri ramum ianuæ impoſuit, cũcta
magis perpeti quàm mori paratus. ſed cum nihil proficeret:totus vſtus, totúſq; carbo, ſalue inquit Pluto,ſalue,
ſicq; impiam flagitiorum tortori exoluit animam. hunc itaque in modum expectent ſaluere Plutonem:qui deũ
cæli pia mente confiteri neſciunt,puróque cultu colere. ¶ Et qui iuſtitiam alijs volunt miniſtrare: ſæpe mente
Iuuenalis reuoluant Satyrica præcepta,
ſatyra 8 Expectata diu tandem prouincia, cum te
Rectorem accipiet:pone iræ frena,modúmq;
Pone & auaritiæ,miſerere inopum ſociorum.
Aſpice quid moneant leges,quid curia mandet.
Præmia quanta bonos maneant,quàm fulmine iuſto
Et Capito & Tutor ruerint mandante ſenatu.
Idem ſaty. 16 Aſt illis quos arma tegunt,& baltheus ambit:
Quod placidum eſt illis præſtatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo ſufflamine litis.
Id enim vltimum ſummopere in adminiſtratione iuſtitiæ eſt conquirendum.
¶ Primum cap. duodecim concluſionibus,duabus diffinitionibus,& modis iniuſti partitum eſt.
¶ Primi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Expedit hoc in loco de iuſtitia & iniuſtitia con- 1
ſiderandum:circa quales actus exiſtant,& qualis mediocritas iuſtitia ſit, & inter quę iuſtum ipſum medium eſt.
Nam hæc conſideratio nobis eundem doctrinæ modum ſeruabit:quo ante vſi,nos ipſi obſeruauimus. ¶ Diffini- 2
tiones : Iuſtitia eſt habitus quo homines ad res iuſtas agendas apti ſunt : & quo iuſta agunt , voluntque iuſta.
Iniuſtitia eſt habitus quo iniurias agunt homines , réſque volunt iniuſtas . & omnes ita eſſe conſentiunt . qua-
propter & nos hic figura quadam & nedum plane elaborata declaratione: ita eſſe ſupponamus. ¶ Secunda con- 3
cluſio. Iuſta & iniuſta nõ ab eodem habitu proficiſcuntur. Nam in ſcientijs, potẽtijs & habitibus haudquaq̃ ſimi-
le eſt. Eadem enim contrariorum ſcientia, & potentia eſt. at vnus habitus non eſt contrariorũ effectiuus. a ſani-
tate nanque ſana duntaxat & non ægra fiunt, atque proficiſcuntur. igitur iuſta, & iniuſta non ab eodem habitu
proficiſcuntur. ¶ Tertia concluſio. Ex iuſtitia cognoſci poteſt iniuſtitia: atque ipſa eadem ex obiectis, rebúſque 4
ipſis circa quas verſantur deprehendi poſſunt . Nam perſæpe contrarius habitus ex ſuo contrario deprehendi-
tur : & perſæpe ex ſuis obiectis. vt ſi bona corporis habitudo nota ſit : protinus & ipſa corporis mala habitudo
innoteſcit. & bona corporis habitudo : ex ijs quæ ipſam efficiunt,nota eſt. & non modo id, verum & contrà ex
bona habitudine: deprehenduntur ea quę ipſam efficiunt. ſi enim bonam corporis habitudinem dixeris eſſe ſpiſ-
ſitudinem, denſitatemque carnis : notum protinus erit malam habitudinem eſſe carnis raritudinem . & ſi nota
ſint quæ bonam efficiunt habitudinem : & ipſa carnis ſpiſſitas nota erit . nihil igitur prohibet ita in iuſtitia eſ-
ſe & in iniuſtitia: vt alterum ex altero,& ex rebus ſubiectis deprehendantur. ¶ Quarta concluſio. Iuſtitia & in- 5
iuſtum non vno modo dicuntur . Nam vt plurimum ſequi videmus : ſi vnum oppoſitorum multipliciter dici-
tur, & alterum multipliciter dici. vt ſi iuſtum multis modis dicatur, pariter & iniuſtum. atqui iuſtitia,& iuſtum
multis modis dicuntur . non igitur ab re fuerit & iniuſtitiam , & iniuſtum multis modis dici . veruntamen quia

ipſorum propinqua eſt æquiuocatio:idcirco nos magis latet. neque vſqueadeo manifeſta eſt,vt æquiuocatio eo-
rum quæ longe diſtant. nam longe diſtantia multum ſpecie differunt: vt inſignis eſt æquiuocatio clauis quæ ſub
6 collo animalium eſt: & quæ oſtia viciſſim reſerat, atq; claudit. ❡ Modi iniuſti. Primo iniuſtus eſt qui a legibus
exorbitat,atq; contra eas committit. Secundo. qui plus quàm oportet accipit:& hic appellatur iniquus. Quo fit
vt iuſtus conſimili modo bifariam dicatur. Primo qui legitime facit, ac ſecundum leges viuit. Secundo:qui æ-
quus nihil amplius q̃ dignum eſt accipiens. eſt itaq; iuſtorum illud legitimum: hoc vero æquum. & iniuſtorum
7 ſimiliter illud contra leges. atq; hoc iniquum ❡ Quinta concluſio. Cum iniuſtus pluris q̃ par ſit, habendi ſit aui-
dus: id tamen illi non circa omnia bona contingit. Nam illa habendi ſitis,atq; cupiditas: ſolum illi obuenit circa
illa bona in quibus proſpera aduerſaq; fortuna locum habent,quę quidem ſemper in ſe bona ſunt: alicui vero nō
ſemper. & homines illa ſibi ſemper precantur,& quærũt. at non ita oportet: ſed precari quidem vt ea quæ ſim-
8 pliciter bona ſunt ſibiipſis bona ſint. atq; quæ ſibiipſis proſint,bonáq; ſint: expetere oportet. ❡ Sexta concluſio.
Iniuſtus non ſemper plus: ſed interdum minus expetit. vt in ſimpliciter malis. verũ quia minus malum quodam
modo bonum eſſe videtur & plus habendi cupiditas itidem ipſius eſt boni: idcirco iniuſtus apparet ſemper plu-
9 ris auidus. ❡ Septima concluſio. Iniquus,legum eſt tranſgreſſor. Nam legum tranſgreſſio iniquũ continet,& cō-
mune eſt. & iniquitas idipſum eſt quod legum tranſgreſſio. ſiquidem legũ tranſgreſſio: iniuſtitiam continet om-
10 nem,omniq; iniuſtitiæ cōmunis eſt. iniquus igitur legũ tranſgreſſor eſt. ❡ Octaua concluſio. Omnia quæ á legi-
bus proficiſcuntur: quodá modo ſunt iuſta & quæ contra leges ſunt,quodá modo iniuſta. Nam qui leges tranſ-
greditur: iniuſtus eſt. & qui legitime viuit: iuſtus. omnia igitur á legibus profecta: quodam modo ſunt iuſta. ea e-
nim quæ á facultate ferẽdarum legum ſunt decreta: legitima ſunt, & eorum vnuinquodq; iuſtum eſſe dicimus.
11 ❡ Nona concluſio. Iuſta vno modo dicenda ſunt quæ pertineant ad felicitatẽ faciendá,conſeruandámq; & eius
partes in ſocietate ciuili. Nam leges ipſæ de omnibus decernunt,coniectantes aut omniũ rerum vtilitatẽ,aut o-
ptimorum, aut principum , & id vel virtute vel aliquo alio ſimili modo parari intendunt. præcipit enim lex ea
agere quæ ad fortẽ virũ pertinent: vt non deſerere locum in acie, non fugere, non arma abijcere. præcipit & ea
quæ ſunt temperantis: vt non adulterium cōmittere, non libidine defluere. & ea quæ ſunt manſueti, vt non pul-
ſare, non conuitia, iurgiáq; exercere: & conſimili modo in alijs virtutibus & vitijs, alia iubens & alia vetans. &
hæc quidem omnia recte, ea facit lex: quæ bene poſita fuerit, deterius autẽ quæ inconſulte inconſiderateq; la-
ta fuerit. nihil mirum igitur ea iuſta vno modo dicenda eſſe: quæ ad felicitatem faciendá, conſeruandamq; per-
12 tineant, atque eius partes, in ciuili ſocietate. ❡ Decima concluſio. Iuſtitia legitima præclariſſima virtutũ eſſe vi-
detur. ❡ Primo. nam iuſtitia legitima virtus perfecta eſt non modo abſolute, ſimpliciter & ad ſe ſolũ: verum &
ad alterum. & neq; heſperus neq; lucifer vſqueadeo admirabilis eſt. & vt prouerbio dicitur: In ſe iuſtitia virtutes
continet omnes. merito igitur virtus præclariſſima eſt. ❡ Secundo. Cuius perfectiſſimæ virtutis vſus eſt: & ipſa
quoq; virtus maxime perfecta eſt. iuſtitiæ autem vſus perfectiſſimus. nam qui iuſtitiam habet: non ad ſe ſolum
ſed ad alium ea virtute vti poteſt. perfectiſſimus igitur. ſunt enim complures qui in proprijs quidem ſua virtute
vti poſſunt: ſed in ijs quæ ſunt aliorum non poſſunt. Quapropter id Biantis præclare dictum eſſe videtur. Ma-
giſtratus, virũ oſtendit, nam magiſtratus ad aliũ eſt, & in adminiſtratione cōmunis boni geritur. Fit etiam vt ſo-
la virtutũ iuſtitia bonum alienũ eſſe videatur, ob idipſum quòd ad alterum virtus eſt. agit enim ea quæ alij: vel
13 principi, vel reipublicæ cōducunt. ❡ Vndecima cōcluſio. Peſſimus eſt qui ad ſeipſum, & ad amicos prauitate vti-
tur. Nam optimus, perfectiſſimámq; virtutem habens (vt dictũ eſt) is eſt qui non ſolum ad ſeipſum ſed ad alium
14 virtute vtitur. atq; id opus maxime difficile. peſſimus igitur qui prorſus oppoſito ſeſe gerit modo. ❡ Duodeci-
ma concluſio. Iuſtitia legitima non virtutis pars eſt: verum ipſa tota virtus eſt. & iniuſtitis ipſi contraria, nō vi-
tij pars eſt: ſed vniuerſum complectitur vitium. Nam iuſtitia legitima vt dictum eſt de omnibus dictat, & virtu-
tes in ſeſe complectitur omnes. non igitur particularis quædam virtus eſt: ſed tota, atque vniuerſa & ex oppo-
ſito iniuſtitia legitima, vniuerſum vitium. Sed tum ſi quæras quid intereſt inter totá virtutem & legitimam iu-
ſtitiam ex præcedentibus facilis patebit reſponſio, nihil ſcilicet re ipſa intereſſe, ratione autem intereſſe. nam
tota virtus & huiuſmodi iuſtitia reipſa ſunt idem: eſſe autem non idem. vt enim talis virtus ad alium eſt: iuſtitia
dicitur. vt vero eapſa talis eſt ſimpliciter habitus: nuncupatur virtus.

Cap. II.

15 QVærimus autem eam iuſtitiam, quæ virtutis eſt pars. Eſt enim quædam vt
diximus. Et item iniuſtitiam eam: quæ pars vitij quædam eſt. Eſſe autem
hanc iniuſtitiam, hoc indicat ſignum. qui nanque cæteris vitijs operatur, in-
iuriam quidem facit at non plus capit. vt qui clypeum timiditate proiecit,
aut qui conuitia ob iracundiam dixit: aut qui non attulit ob illiberalitatẽ; per pecunias
opem. At cum quiſpiam ſæpe plus capit: nullo tum eiuſmodi vitiorum is operatur: nec
etiam vniuerſis, aliqua autẽ prauitate. vituperamus enim illũ, atq; ob iniuſtitiá. eſt ergo
alia quædam iniuſtitia: vt pars totius iniuſtitiæ quædam. & iniuſtum itidem quoddam: vt
pars totius iniuſti. quod quidem eſt præter legem. ❡ Præterea ſi quidam lucrandi cauſa
facit adulterium, atq; pecunias accipit, quidam erogat, damnũmq; patitur ob cupidita-
tem. hic quidem intemperans potius q̃ pluris auidus, ille autem iniuſtus, ſed non intẽ-
perans eſſe videbitur. patet ergo talem illum videri, quia lucratur. ❡ Inſuper aliæ qui-
dem omnes iniuriæ: ad aliquod ſemper vitium rediguntur. vt ſi commiſerit quiſpiam
adulterium: ad intemperantiam. ſi deſeruerit in acie ſocium: ad timiditatem. ſi pulſauerit
quempiam: ad iracundiam. ſed ſi lucratus fuerit: ad nullam aliam prauitatem q̃ ad iniu-
ſtitiam ipſam refertur. Quare perſpicuum eſt præter totam, aliam eſſe quandam iniuſti-
tiam vt partem vniuocam: quia diffinitio genere eſt in eodem. ambæ nanq; id poſſunt,
16 vt ſint ad alium. ❡ Verum hæc quidem circa honorẽ verſatur, vel pecunias, vel ſalutem,

vel ſiquo vno nomine complecti hæc vniuerſa poſſumus:& ob voluptatem quæ fit à lucro.illa vero circa omnia ea,in quibus ſtudioſus verſatur. Iuſtitias igitur eſſe plures, & aliam quandam eſſe præter ipſam totam virtutem:perſpicuum iam euaſit. ſed quænam ſit,& qualis:ſumamus deinceps oportet.Determinatum eſt itaque iniuſtum quidem eſſe quod eſt cótra leges:& quod eſt iniquum. Iuſtum autem quod eſt legitimum:& quod eſt æquum.Iniuſtitia igitur antea dicta eſt: à qua proficiſcitur id iniuſtum quod contra leges dicimus eſſe.❡At cum iniquum & iniuſtum quod contra leges eſt, non idem ſit: 17
ſed alterum ad alterum ſeſe habeat vt pars ad totum (nam iniquum omne, iniuſtum quod contra leges:iniuſtum autem quod contra leges non omne,iniquũ.plus nanq; omne,iniquum:iniquum autem non omne,plus) iniuſtũ etiam & iniuſtitia: non eadẽ ſunt, ſed diuerſa ab illis.& hæc ſunt vt partes: illa vt tota.hæc enim iniuſtitia: totius eſt iniuſtitiæ pars,& iuſtitia iuſtitiæ ſimili modo.Quare de iuſtitia quæ quidem eſt pars: & de iniuſtitia ſimiliter eſt dicendũ,& de iuſto etiam & iniuſto. Ea igitur iuſtitia quæ perinde atq; tota virtus eſt ordinata,& ea iniuſtitia quæ aduerſatur illi,quarũ altera virtutis, altera vitij totius ad alium vſus eſt:omittatur.Et iuſtum id & iniuſtum quod ad has attinet:patet quonam ſit modo diffiniendum.etenim pleraque legitimorum ea fere ſunt: quæ a tota virtute aguntur.Lex enim iubet vniuſcuiuſq; virtutis viuere ratione:& vetat vitij cuiuſuis viuere modo.atq; legitimorum ea quæ ad publicam pertinent diſciplinam: ea ſunt quæ virtutem totam efficere poſſunt.Sed de ſingulorum diſciplina, qua quidẽ vir bonus eſt abſolute,vtrum ſit ciuilis an ad aliam facultatem pertineat: determinandum poſterius eſt.non eſt enim idem fortaſſe virum eſſe bonum, & ciuem bonum.❡Iu- 18
ſtitiæ autem eius quæ eſt pars & eius quod ad ipſam attinet iuſti: vna quidem ſpecies eſt ea quæ in diſtributione conſiſtit aut honoris,aut pecuniarum aut cæterarum rerum quæ inter eos diuidi poſſunt, qui in eadem ciuili ſocietate verſantur. in his enim fit: vt quiſpiam & non æquum habeat ad alium,& etiam æquum. Alia autem ea,quæ in commercijs eſt hominum emendandis.cuius ſunt duæ partes.Commerciorum nanque quædam ſua ſponte faciunt homines:quædam inuitis ipſis efficiuntur.Et ea quidem quæ ſponte faciunt talia ſunt:venditio,emptio,mutuatio,vadimonium,locatio,depoſitio,mercede 1
conductio.atque propterea ſponte hæc fieri dicuntur: quòd principium ipſorum ſponte procedit ac agitur. Eorum autem quæ inuitis fiunt, quædam clandeſtina ſunt: vt furtum, adulterium,veneficium,lenocinium,ſeruorum ſeductio,cædes cum dolo,falſum teſtimonium. Quædam violenta: vt verberatio, vincula, mors, rapinæ, membrorum captio,conuitium,contumelia.

❡Secundi capitis notæ.❡Lucrari:eſt q̃ commutatum ſit, amplius accipere.❡Tota iuſtitia,legitima iuſtitia.& 15
tota iniuſtitia:præter legem illegitimaq;.❡At cum iniquũ & iniuſtum quod contra leges eſt: Argyropylus hoc 17
pacto comperiebatur habere, At cum iniquum & plus non eadem ſint: ſed alterum ſeſe habeat ad alterum vt pars ad totum.omne nanq; plus, eſt iniquum: ſed non omne iniquum:eſt plus. Verum ab exemplari græco diſſonat:nam ita græce habetur: [illegible] Iccirco ſatius viſum eſt literam ad intelligentiam græcam reſtituere,quæ ſtatim plana eſt atq; de ſe manifeſta vult enim Ariſtoteles omne iniquũ,iniuſtum eſſe quod tranſgreditur leges: at non omne iniuſtũ quod tranſgreditur contráq; leges eſt,iniquum eſſe. eſt enim iniquũ in paucioribus longe quàm iniuſtũ quod cootra leges eſt, perinde atq; plus habere ad pauciora ſe fundit quàm iniquum nam plus,pars. iniquũ,totum. æquum enim eſt cum neq; plus,neq; minus quàm par eſt tribuitur. iniquũ igitur non ſolum plus ſed etiam minus. plus igitur pars iniqui,vt iniquum pars iniuſti contra leges. Antiqua traductio integriorem ſeruabat intelligentiam hoc lo loco q̃ Argyropylus aut Leonardus. imo & quaſi hic adiectum ſit ex exemplari græco impreſſo ad hanc intelligentiam. At cum plus & iniquum non idem ſed alterum ad alterum vt pars ad totum. cum etiam iniquum & iniuſtum quod contra leges eſt non idem ſit: & reliqua quæ adiecta ſunt. quapropter vetuſtum exemplar ita habere videtur, [illegible] & cætera. Et in hac litera, omne vniuerſalitatis notam,particulæ iungas non ſequenti: ne in captiunculam compoſitionis diuiſioniſve incidas.❡Venditio:eſt pretio aliquo rei cõmutatio. ❡Emptio: facto pretio,rei acceptio.❡Mutua- 18
tio:rei vſus ad tempus conceſſio.❡Fideiuſſio:quædam(quæ fit alterius nomine,próq; altero) obligatio. ❡Locatio,loci cõductio.❡Depoſitio,in alterius fidem rei commiſſio.❡Mercede conductio,rei ad tẽpus pro aliqua mercede,vſus retentio. vt equorum,& aliorum ad tempus pro vſus neceſſitate conductio. Et hæ furti & adulterij,lenocinij, & ſequẽtium notæ partim grammaticæ ſunt, partim exacte ex libris ciuilibus requirendæ.❡Abſolute,ſimpliciter,ſecundum ſe. ❡Commercia voluntaria,& ſponte facta: quæ vtriſq; partibus conſentientibus fiunt. inuoluntaria vero: quæ non.

❡Secundum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.

❡Secundi capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. De iuſtitia quæ virtutis pars eſt: itidem & de 15
iniuſtitia, quæ pars eſt vitij inquirendum nobis eſt. Nam talem quandam iuſtitiam eſſe dictum eſt, & talem

iniuſtitiam eſſe:hoc primum deprehendatur indicio, ꝙ qui cæteris vitijs operatur: Iniuriã quidem agit, ſed non
plus quàm dignũ eſt accipit. vt qui clypeum propter timorẽ abijcit, qui conuitia ob iracundiam dicit, aut qui ob
auaritiam per pecunias opem non affert: non plus ac dignum ſit capit. verũ ſæpe cum quiſpiam plus capit: nullo
tum eiuſmodi vitiorum operatur, neq; vniuerſis ſimul. at aliqua prauitate operatur. nam & ipſum vituperamus.
hæc autem iniuſtitia eſt. eſt igitur alia quædam iniuſtitia: quæ totius illegitimæq; iuſtitiæ pars quædam eſt. iti-
dem & aliquod iniuſtum quod totius iniuſti (quod quidem præter legem eſt) pars quædam exiſtit. ℂ Secundo. ſi
quidam lucrandi, plúſq; habendi cauſa committit adulterium, pecuniaſq; accipiat, & quidam contra ſua eroget,
damnáq; ob cupiditatem, venerémq; patiatur: hic potius intemperans quàm pluris auidus dicitur, ille vero po-
tius iniuſtus quàm intemperans. at talis ille videtur, quia lucratur & plus q̃ dignum ſit habet. eſt igitur quædam
particularis iniuſtitia, & quidam particularis iniuſtus. ℂ Tertio. Omnes aliæ iniuriæ in aliquod peculiare vitium
rediguntur. vt adulterij commiſſio: in intemperantiam. ſocij in bello dimiſſio: in timiditatem. alicuius percuſſio:
in iracundiam. at lucri pluriſq; quàm decet acceptio: in nullum aliud vitium q̃ in iniuſtitiã refertur. perſpicuum
igitur euaſit: præter totam iniuſtitiam, eſſe quãdam particularem vt partem eius vniuocam. nam in genere dif-
16 finitio eadem eſt: ſiquidem vtraque eſt ad alterum vitium. ℂ Secunda cõcluſio. Tota iniuſtitia, & ea quæ pars
eſt inter ſe differunt, pariter & iuſtitia. Nam hæc circa honorẽ verſatur, pecunias, ſalutem, & circa hæc vniuer-
ſa ſi quo vno nomine hæc cõplecti poſſemus, & circa voluptatẽ quæ lucrando: plúſq; habendo prouenit. illa ve-
ro quæ tota eſt, circa omnia circa quæ & ſtudioſus verſatur. & cõſimili modo dicendum eſt plures eſſe iuſtitias:
vnã totã & legitimã, & alterã partẽ. & id quoq; iam clarũ euaſit. ſed qualis ea ſit: deinceps dicendũ eſt. determi-
natum etiam eſt quoddam iniuſtũ eſſe totum, & contra leges: & quoddam partiale quod appellatur iniquum. ſi-
militer & quoddam iuſtũ eſſe legitimũ, & quoddã quod appellatur æquum. & iniuſtitia de qua antea dictũ eſt,
17 ea eſt quæ tota illegitima, præterq; legẽ appellatur, & à qua iniuſtum præter legẽ proficiſcitur. ℂ Tertia cõclu-
ſio. Non omnino idem eſt iniquũ & iniuſtũ præter contráq; leges. Nam iniquũ pars eſt: iniuſtũ vero quod con-
tra leges eſt, totũ. omne enim iniquũ: iniuſtũ id eſt quod contra leges eſt. at non iniuſtũ omne quod contra le-
ges eſt, iniquũ. ita quoq; ſeſe habent plus & iniquũ. nam plus pars eſt, iniquum autem totũ. omne enim plus ini-
quum: ſed continuo non fit vt omne iniquum plus ſit. itidem totum iniuſtum, & iniuſtitia: & iniquo, & iniquita-
ti non eadem ſunt ſed diuerſa. nam hæc ſunt vt partes: illa vero vt tota. hæc enim iniuſtitia quæ iniquitas ap-
pellatur: totius iniuſtitiæ pars eſt. & iuſtitia quæ eſt æquitas: totius iuſtitiæ ſimili modo. quapropter de iuſtitia
quæ pars eſt, & conſimili iniuſtitia nobis determinandum expedit. pariter & de iuſto, etiámq; iniuſto. & ea no-
bis omittenda eſt iuſtitia quæ ſecundũ vniuerſam virtutem ordinata eſt. & ea iniuſtitia quæ illi opponitur. qua-
rum altera totius virtutis ad alium vſus eſt: altera vero totius vitij ad alterum vſus. & ex ſuperioribus ſatis pa-
tet quo pacto iuſtum & iniuſtũ quę ad has pertinent diffinienda ſunt. fere enim vniuerſa legitima iuſta: ea ſunt
quæ à tota virtute proficiſcũtur. nec ab re: nam lex præcipit viuere ſecundũ vnãquãq; virtutẽ, & omne vitium
vetat. & ea legitima iuſta quæ ad publicã pertinent diſciplinã: ea ſunt quæ vniuerſam virtutẽ efficere poſſunt.
ſed vtrum priuata ſingulorum diſciplina qua vir bonus abſolute dicitur ciuilis ſit pars, an ad aliam attineat fa-
cultatem (nam non idem fortaſſe eſt virum bonum, & ciuem bonum eſſe) alius determinandi exigitur locus.
18 ℂ Quarta concluſio. Quædam eſt particularis iuſtitia, quæ eſt cõmunium diſtributiua, & quædam rerum cõmu-
tatiua. itidem & quoddam particulare iuſtũ in diſtributione conſiſtit: quoddam vero in cõmutatione. In diſtri-
butione quidem: vt honoris, pecuniarum, & cæterarum rerum quæ inter eos diuidi, diſtribuíque poſſunt, qui in
eadem ciuili ſocietate verſantur. nam in ijs fieri contingit vt alterum fiat plus, aut minus & etiam æquum. in cõ-
mutatione vero: vt in commercijs hominũ rite peragẽdis. Verũtamen commercia in duas partes ſecantur. nam
quædam ſunt ſponte facta, atq; volũtaria, quorum principiũ voluntariũ eſt, ſpontéq; procedit: quædam vero in-
uoluntaria, & quæ hominibus fiunt inuitis. Sponte facta ſunt hæc: vẽditio, emptio, mutuatio, fideiuſſio, locatio,
depoſitio, mercede cõductio. Inuoluntaria & quæ inuitis fiunt: ſunt quæ clandeſtina. & violenta ſunt. clandeſti-
na: furtũ, adulterium, veneficium, lenocinium, ſeruorum ſeductio, cædes cum dolo, falſum teſtimonium. violenta
vero: verberatio, vincula, mors, rapinæ, membrorum mutilatio, conuitium, contumelia, & ſimilia.

Cap. III.

19 CVm autem iniuſtus ſit iniquus, & iniuſtum iniquum: conſtat & aliquod me-
dium eſſe iniqui: atque hoc eſt ipſum æquum. Quo enim in actu plus eſt, &
minus: in eodem eſt etiam æquum. ſi igitur iniuſtum eſt iniquum: iuſtum eſt
20 æquum. quod quidem & abſque ratione: cunctis ita eſſe videtur. ℂ At cum
æquum ſit medium: iuſtum medium quoddam erit. ipſum autem æquum in minimis
eſt duobus. Neceſſe eſt igitur ipſum iuſtum, & medium eſſe, & æquum, & ad aliquid, &
quibuſdam. atque quo medium quidem eſt: hoc aliquorum eſt quæ quidem plus ſunt,
& minus. quo autem æquum eſt, duobus eſt: at quo iuſtum eſt, quibuſdam eſt. ipſum er-
go iuſtum, in minimis quatuor conſiſtat neceſſe eſt. quibus enim eſt iuſtum duo ſunt,
21 & res in quibus & ipſæ duæ ſunt. ℂ Atque eadem eſt æquitas quibus atque in quibus.
Nam vt ſeſe habent ea in quibus: ſic ſeſe habent & illa. ſi enim non ſunt æqui: non æqua
habebunt. ſed hinc pugnæ naſcuntur, & incuſationes, atq; querelæ: cum æqui non æqua,
aut æqua non æqui habent ac potiuntur. Id ita eſſe ex eo quod pro dignitate fit conſtat.
Iuſtum enim quod in diſtributionibus eſt: omnes vno ore pro dignitate quadam opor
tere eſſe dicunt. ipſam tamen dignitatem non eandem omnes inquiunt eſſe: ſed popula
res quidem libertatem, pauci vero potentes opulentiam, nonnulli nobilitatem, optima-
22 tes vero virtutem. ℂ Iuſtum ergo: rationum quandam comparationem ſubit. Compara
tionem nanq; rationũ ſubire, nõ abſoluti numeri ſolum: ſed numerabilis etiam omnino

propriũ eſt.etenim comparatio rationũ æqualitas eſt rationũ:& in quatuor minimis eſt. & ſeiuncta quidẽ in quatuor eſſe conſtat. An non & continua in quatuor eſt? vno nanq; termino vtitur,vt duobus:& bis illum ſumit hoc pacto.vt a ſeſe habet ad b,ſic b ſeſe habet ad c.bis igitur dictum eſt ipſum b.quare ſi b bis poſitũ fuerit:quatuor erunt ea quæ comparationẽ ſubeunt rationum.eſt autem & ipſum iuſtum in quatuor minimis: & ratio eadem eſt.❡Sunt enim ſeiuncta ſimiliter:& quibus,& quæ. Erit ergo vt eſt a terminus ad b terminum:ſic c terminus ad terminum d.Et mutato ergo ordine, vt a ſeſe habet ad c:ita b ſeſe habebit ad d.Quare & totum ad totum quod quidem diſtributio ipſa coniungit.Et ſi ita compoſitum fuerit:iuſte coniungit.Coniunctio igitur a termini cũ c, & b cum d : iuſtũ eſt id,quod ad diſtributionem accõmodatur & eſt medium eius quod comparationem rationum nõ ſubit.quod enim ſubit ipſam,medium eſt. iuſtum autem ſubit. Talem autem rationum comparationem,mathematici geometricam vocant. In geometria nanq; fit: vt & totum ad totum perinde ſeſe habeat: atq; ad vtrunq; ſeſe habet vtrunque. Non eſt autem continua hæc comparatio rationum. non enim fit terminus vnus numero:cui & quod.❡Iuſtum igitur hoc in comparatione rationum conſiſtit. 24
Iniuſtum autem eſt id,quod à comparatione rationum exorbitat.fit igitur aliud plus:aliud minus.Quod quidem & in ipſis operibus accidit. in bonis enim qui iniuriam facit, plus habet:qui iniuriam patitur,minus.in malis autem contrà. boni nanq; rationẽ ſubit minus malũ ad maius malum: minus enim malum, magis quàm maius eſt expetibile. At quod expetitur bonum eſt:& quod magis maius. Hæc igitur eſt vna ſpecies iuſti.

(Margin, beside the text above:)
8 — 4 — 2 / a b c
8 4 4 2 / a b b c
8 4 2 1 / a b c d
8 2 4 1 / a b c d
A Achilles.
B Aiax.
C Munus Achillis.
D Munus Aiacis.

(Margin number 23 beside "tio eadem eſt.❡Sunt enim ſeiuncta ſimiliter:& quibus,& quæ. Erit ergo vt eſt a termi-")

10 ❡Tertij capitis notæ.❡Minima,extrema. Et ſunt perſonæ, perſonarũmq; merita: & res quæ diſtribuuntur,ipſaq; præmia.❡Duo,duæ perſonæ,duæ res,duo præmia,aut duæ pœnæ.❡Neceſſe eſt igitur ipſum iuſtũ & medium eſſe & æquum,& ad aliquid,& quibuſdam Eadem res iuſtitia,æquitas,mediocritas:ſed ratione triplex.& iuſtitia ad aliquid & quibuſdam.& æquitas ad aliquid & quibuſdam.& mediocritas ad aliquid & quibuſdam.iuſtitia quidem ad aliquid:nam perſonæ ad munus & quibuſdam : nam in perſonis & muneribus. æquitas ad aliquid:nam æquitas perſonarum æquitati munerum reſpondet.cum enim ratio proportióq; perſonarum æquatur pro dignitate rationi munerum,ea ratio æquitas dicitur.& quibuſdam æquitas:nam in quatuor terminis quæ & minima appellantur,conſiſtit. Et mediocritas ad aliquid:nam extremorum mediocritas. & quibuſdam:nam ex- 11
tremis quæ ſunt plus atq; minus. Simili quoq; modo & de iuſto.nam idem re ſed ratione triplex, iuſtum videlicet æquum & medium. & eorum quodque ad aliquid & quibuſdam eſt. nam munus pro dignitate ad perſonam iuſtum:& in perſona atque munere conſiſtit & æquum ad aliquid:nam æquum æquo æquum,vt æquale æquali æquale. & quibuſdam: ad minimum enim in duobus æquum . nam nihil ſibijpſi æquum: vt neque quicquam ſibijpſi æquale. & hæc duo in quibus conſiſtit æquum: in iuſtitia diſtributiua (qua de totus impræſentiarum agitatur ſermo) duæ ſunt inuicem æquales proportiones . proportio ſcilicet diſtributarum rerum æqua proportioni bene aut male meritarum perſonarum, medium quidem ad extrema. & quibuſdam : nam ei quod eſt plus & ei quod minus medium. Eodem modo vnus & idem re ipſa iuſtus,æquus & medius,& ratione triplex. Eſt igitur iuſtitia vna pariter atque trina. identidem iuſtum,atque iuſtus. & hæc ex ſubiecta deſcriptione quoquo pacto deprehendi poſſunt.

A	B		Perſonæ								
C	D		Munera atq; pro dignitate diſtributiones								
A	2		Iuſtum			Æquum				Plus	
B	1		8	10		2	1	Dupla		12	3
C	10		Iuſtũ			Æquum				Minus	
D	5		1	5		10	5	Dupla		3	12

Vnde fit vt iuſtitia & iuſtum aſpiciant aggregatum ex perſona & ſua diſtributione.nam iuſtitia eſt cum cuique diſtribuitur quod ſuum eſt. æquitas & æquum proportionem munerum diſtributionũmq; inter ſe ad proportionem perſonarum. porro mediocritas & medium plus & minus,quorum vtrunq; iniuſtum eſt & comparationem rationũ diffugiens.❡Et vt magis intelligamus quo pacto in diſtributionibus ſeruetur rationum proportionũmque æqualitas,& quonam pacto hæc iuſtitia ſecundum geometricam medietatem ſit facienda: ſtatuamus hanc hypotheſin(cuius etiam ſimilem continent legiſperitorum libri) Vir quidam prædiues coniugem grauidam habens, morbo decumbit in lectum:mori timens ſanxit teſtamento,mulieri(ſi maſculum parit) tertiam bonorum ſuorum partem,filio vero duas:parienti vero fœminam,duas bonorum ſuorum partes vxori,& filiæ vnam. moritur teſtator. & cum tempus aduenit pariendi: peperit mulier & maſculum & fœminam , bona vero teſtatoris æſtimata ſunt 42000 aureorum numûm vbi vero adoleuerunt infantes:bona partiri quæruntur.quæritur igitur nũc quonã pacto diſtributio iuſte ſit faciẽda,& quantũ ex ſumma illa mater,quantũ filius,& quantũ filia habere debet. Ad id cognoſcendum opus eſt vna regula, quæ iccirco iuſtitiæ diſtributiuæ regula appellari poteſt. & eſt hæc. Minimos numeros perſonarum quære, quæſitos aggrega : & per aggregatum partire diſtribuendum. quod autem prouenerit, auge per primi numerum:& da primo. illud idem auge per ſecundi: da ſecundo,& ita deinceps quotquot fuerint. & æqua iuſtáq; facta erit diſtributio: videbiſq; quæ proportio numeri ad numerum perſonarũ:eandẽ eſſe diſtributi ad diſtributũ. & huius regulæ neceſſitas intelligi poteſt ex 8 ſecundi elementorum arithmetices iordani. Verbi cauſa. Quia mater duplũ habere debet ad filiã,& filius duplũ ad matrẽ: minimi numeri id continẽtes ſunt 1.2.4,vnitas ſcilicet filiæ,2 matris,4 filij: hos collige ſimul, ſeptẽ ſunt. partire igitur per 7,ſummã diſtribuendã 42000:& venient 6000. auge per 4,numerũ ſcilicet filij,& veniunt 24000:id filio

diſtribue. auge idem quod prius per 2, numerum ſcilicet matris, & veniunt 12000: da matri. & quia vnitas eſt filiæ: 6000 ſunt diſtribuenda filiæ. ſic facta eſt iuſta diſtributio impletáque teſtatoris ſuprema voluntas, & iuſtitiæ ſeruata æquitas: vt ſubiecta monſtratur formula.

Summa diſtribuenda	41000			6000 ex diuiſione proueniens.
Aggregatum	7			Iuſte diſtributa.
Filius	duplum 4			24000 duplum.
Mater	duplum 2			12000 duplum.
Filia	ſubduplum 1			6000 ſubduplum.


Alia hypotheſis. diſpoſuit quidam bona ſua hoc pacto diſpertienda: filio duplum ad matrem, matri duplum ad filiam; filiæ triplum ad nepotem, nepoti vero ſeſquialterum ad neptem. quæ vero diſtribuerentur erant æſtimatione facta 1360 aureæ libræ. quot filio, quot matri, quot filiæ, quot nepoti, quot nepti, incolumi iuſtitia debentur: ex eadem regula intelliges, ſi à minima perſona, id eſt à nepte incipias minimos proportionū numeros colligere, & operari per ſuperius appoſitam regulam. vt monſtrat ſubiecta deſcriptio.

Summa diſtribuenda	1360			20 ex diuiſione proueniens
Aggregatum	68			Iuſte diſtributa.
Filius	duplum 36			720 duplum.
Mater	duplum 12			360 duplum
Filia	triplum 9			180 triplum
Nepos	ſeſquialterū 3			60 ſeſquialterum.
Neptis	ſubſeſquialt. 2			40 ſubſeſquialterum.

Et hæc ſimilia ſunt iuſtitiæ communium diſtributiuæ. nam hæ diſtributiones rei familiaris & priuatæ eſſent. De iuſtitia vero diſtributiua eadem ratio pro qua hæc ſatis ſit hypotheſis. duo vna ex parte vt a & b meriti ſunt vt tres ceu c d e. tres vero c d e, vt quatuor ceu f g h i. duo autem primi ſimul videntur à republica meriti, vt eis ex communibus diſtribuantur 1500 argenteæ libræ. quare & tribus ſecundis diſtribuēdæ erunt æquitate ſeruata 1500 argenteę libræ, & quatuor tertijs ſimul, totidem. verum a ad b meritus ſit de republica in ſeſquialtero, c ad d iterum in ſeſquialtero, d ad e in duplo. patet ex ſubiecta deſcriptione & ſuperiore regula inuentis minimis numeris quid cuique eſt diſtribuendum ex tribus æqualibus ſummis. facilius tamen id intelligitur ſi tribus ſigillatim quæſtionibus formetur. prima de duobus. ſecunda de tribus. & tertia de quatuor: ex quibus innumeræ aliæ facile conijciantur.

Tota publica ſumma in tres partes primum partienda 4500.											
Sūma diſtribuēda 1500		300 pueniēs		Sū.diſt.	1500	250 pue.		Sū.diſt.	1500	150	pro.
Aggregatum	5	Iuſte diſtri.		Aggreg.	6	Iuſte diſt.		Aggre.	10	Iuſt. diſt.	
A	3	900		C	3	750		F	4		600
B	2	600		D	2	500		G	3		450
				E	1	250		H	1		300
								I	1		150

¶ Medietas, proportionalitas, rationum comparatio. & eſt proportionis ad proportionem ſimilitudo. ¶ Medietas arithmetica, eſt cuius termini æquas ſeruant differentias. termini ſunt proportionum extrema. differentia, eſt quo extremum ſuperat extremum. Medietas geometrica, eſt medietas cuius termini æquas ſeruant proportiones. æquę proportiones ſunt: quæ eiuſdem ſunt denominationis. Medietas coniuncta dicitur: quæ in tribus terminis continetur. disiuncta vero, quæ continetur in quatuor. Medietas fit conuerſim, quando vt primus ad ſecundum, ita tertius ad quartum: & concluditur vt ſecundus ad primum, ita quartus ad tertium. Medietas fit permutatim, quando primus terminus ad ſecundum, vt tertius ad quartum, & concluditur vt primus ad tertium, ita ſecundus ad quartum. Et fit coniunctim quando primus ad ſecundum vt tertius ad quartum: & con-
22 cluditur vt primus & ſecundus ad ſecundum, ita tertius & quartus ad quartum. ¶ Abſolutus, monadicus numerus, numerus numerans. Numerabilia ſunt ea: quibus numeros abſolutos, monadicóſque applicamus. ¶ Iuſtum idcirco eſt medium eius quod minime in comparatione rationū conſiſtit: quòd medium ſit iniqui ex prima concluſione nunc pluris, nunc minoris. quod quidem iniquum & plus inquam & minus hanc rationum comparationem refugit. verum iuſtum ſine comparatione rationum, & niſi ea (quam Ariſtoteles affert) ſeruetur mediocritas: ſeruari, ſaluaríque non poteſt. Et quæ geometricæ medietati conueniunt ea facile ex Iordano dinoſcuntur. Conuenit enim primo geometricæ medietati: vt quemadmodum primus terminus ad ſecundum: ita tertius ad quartum. quod ſtatim ex diffinitione cognoſcitur. Secundo. conuenit permutatim proportionari. vt ſi quemadmodum a ad b, ita c ad d. ergo permutatim per tertiam ſecundi arithmetices a ad c ſicut b ad d. Tertio. eidem proprium eſt: vt quemadmodum totum ad totum, ita altera pars totius ad alteram alterius & reliqua ad reliquam. vt quemadmodum a c ad b d, ita & a ad b & c ad d. nam ſit a ad b vt c ad d: ergo permutatim per tertiam ſecundi arithmetices a ad c vt b ad d. & ſi quemadmodum a ad c: ita b ad d: ergo conuerſim per primam ſecundi c ad a, vt d ad b. & coniunctim per ſextam ſecundi a c ad a, vt b d ad b: ergo permutatim a c ad b d, vt a ad b. ſed & vt a ad b, ita c ad d: ergo vt a c ad b d, ita a ad b & c ad d quod tertia intēdit hic adducta proprietas. Et in comparatione rationum iuſti quod ex diſtributione ſurgit: hæ proprietates ordine reperiuntur. Nam primo. quemadmodum primus qui meretur ad ſecundum merentem: ita primum munus ad munus ſecundum. Secundo. permutatim, quemadmodum primus qui meretur ad primum munus: ita ſecundus merens ad ſecundum munus. Tertio. quemadmodum totum ad totum, ſcilicet primus qui meretur & primum munus ſimul, ad ſecundum merentem, & ſecundum munus ſimul: ita primus qui meretur ad ſecundum merētem, & primum munus ad ſecundum munus. & cum componitur primus qui meretur & primum munus, & ſecundus qui meretur & ſecundum munus: tunc fit ipſum iuſtum, & in illa vnione perficitur, atque ſaluatur. Et hæc tria ſuo ordine tan



git Ariſtoteles.vnde fit vt non modo iuſtitia cum ſit vna, ſit ratione triplex (vt ex ante penultima nota cognitum eſt)ſed & eadem iuſtitia diſtributiua triplex eſt æquitas, ſuo æquitatis ternario conſummata atque perfecta. Et geometrica medietas in hoc vel maxime veniat laudanda: quód tam perfecte támque inſignis iuſtitiæ ſit adminicularia. hinc enim laus ſua commendatióque maxima pendet. Sit primus qui meretur a, ſecundus b: primum munus e,& ſecundum d. ❡ Merentia & merita, delinquentia & pœnæ: in iuſtitia facienda conſiderari debent vt numerus ad numerum,& ſummatim omnia iuſtitiæ aut iniuſtitiæ extrema.

❡ Tertium cap. ſex conclusionibus partitum eſt.

❡ Tertij capitis commentarius ad literam. ❡ Prima concluſio. Iniqui medium & ipſum æquum. Nam & iniquus 19
iniuſtus eſt: & iniquum iniuſtum. & in qualicunque operatione plus & minus eſt: in eadem ſtatuitur & æquale.
itaq; ſi iniquum & quod plus & quod minus,iniuſtum eſt: & æquum iuſtum eſt.& huius & illius iniqui medium:
quod vel ſine probatione ita eſſe cunctis apparere licet. ❡ Secunda concluſio. Iuſtum quod in diſtributione ver 20
ſaturi medium quoddam eſt,& æquum,& ad aliquid,& quibuſdam,& in quatuor minimis conſiſtit. Nam cum
æquum in diſtributione ſit medium:& ipſum iuſtum medium erit. & ipſum æquum in duobus minimis cōſiſtit.
igitur ipſum iuſtum,& medium,& æquum,& ad aliquid,& quibuſdam,atque in quatuor minimis conſtabit. quo
enim medium eſt:ad aliquid,& aliquorum medium eſt,quæ ſunt plus & minus.& quo æquum eſt:duobus minimis,duabúſque quæ diſtribuuntur rebus conſiſtit. & quo iuſtum eſt:quibuſdam vt perſonis quibus pro dignitate duo minima,réſque ipſæ diſpēſantur. in quatuor igitur conſiſtit minimis. ſunt enim duo quibus ipſum iuſtum
ſit:& duæ res in quibus iuſtum ipſum conſiſtit. ❡ Tertia concluſio. Eadem,conſimiliſq; æquitas eſt:& perſona- 21
rum,& rerum quæ diſtribuuntur. ❡ Primo. nam ſicut ſeſe habent res in quibus conſiſtit iuſtitia diſtributiua: ita & illa quibus illæ diſtribuū́tur. ſi enim non æqui ſint quibus fit diſtributio:non æqua habebunt. & ſi æqui: æqua non recipiunt. hinc pugnæ,incuſationes, querelǽque ſurgunt: eſt igitur eadem, conſimiliſque & perſonarum & rerum quæ diſtribuuntur æquitas. ❡ Secundo. id ita eſſe conſtat ex eo quód pro dignitate fit. nam vno ore confitentur omnes:iuſtum in diſtributionibus pro dignitate quadam & vt vnuſquiſq; dignus ſit & mereatur,eſſe oportere. qui plus igitur meretur:plus recipit. & qui minus:recipit & minus. eſt igitur & perſonarū & rerum quæ diſtribuuntur conſimilis æquitas. veruntamen ipſam dignitatem,ipſámque rem quæ pro dignitate diſtribui debet:non omnes eandem eſſe aiunt. ſed populares eam libertatem eſſe dicunt: & paucorum potentum quidam
opulentiam,quidam generis nobilitatem,optimates vero virtutem. ❡ Quarta cōcluſio. Iuſtum in quadam pro- 22
portionalitate,rationumq; comparatione conſiſtit. Proportionalitatem,rationúmq; comparationem habere,nō ſolum abſoluti numeri proprium eſt:ſed & omnino numerabilibus conuenit. quód itaq; iuſtum in proportionalitate conſiſtat:patet. nam proportionalitas eſt duarum proportionum æqualitas. & in quatuor minimis conſiſtit,& diſiuncta proportionalitas ſtatim in quatuor minimis conſiſtere cognoſcitur. verum itidem & coniuncta in quatuor conſiſtit. nam vno termino vt duobus vtitur, & bis illum ſumit hoc modo. quemadmodum ſeſe habet a ad b:ita b ad c. vbi bis dictum eſt b. quare ſi b bis ponatur: quatuor erunt manifeſte quæ huiuſmodi comparationem ſubibunt. at iuſtum in quatuor minimis conſiſtit:& ratio eadem eſt. igitur iuſtum in proportionali-
tate,rationúmq; comparatione conſiſtit. ❡ Quinta concluſio. Ea proportionalitas in qua iuſtum ex diſtributio- 23
ne conſiſtit,diſiuncta eſt. Nam ſimiliter & ea quibus diſtribuitur,& ea quæ diſtribuuntur: ſeiuncta ſunt. eſt igitur ea rationum comparatio diſiū́cta:perinde ac cum ita comparo. quemadmodum a terminus ad b: ita e ad d. & permutatim quemadmodum a ad c:ita b ad d. quare totum ad totum (quod diſtributio ipſa coniunit) vt a ad b,& e ad d.& debet diſtributionis munus ei cui diſtribuitur coniungi. quod cum ita compoſitū fuerit,iuſte coniungit. coniungatur igitur a cum e,& b cum d:& iuſtum id erit quod ad diſtributionem accommodatur. iuſtum quidem & medium eius,quod minime in comparatione rationum conſiſtit. nam quod in ea rationum comparatione conſiſtit medium eſt,iuſtúmq; ipſum in ea cōſiſtit.& hanc rationum comparationem mathematici geometricam vocant. fit enim in geometrica medietate vt totum ad totum,ita pars altera ad alterum,& pars altera ad alterum.& manifeſtum eſt hanc rationum comparationem non fuiſſe continuam:quód terminus vnus nu-
mero non ſit,cui diſtribuitur & quod diſtribuitur. ❡ Sexta concluſio. Iniuſtorum quæ in diſtributione conſiſtū́t: 24
quoddam in plus eſt,& quoddam in minus ❡ Primo. nam iuſtum eſt quod in comparatione rationum conſiſtit. & iniuſtum quod ab huiuſmodi rationum æqualitate exorbitat,ac deficit. igitur iniuſtorum quoddam plus eſt, & quoddam minus. ❡ Secundo. hoc idem in operibus ipſis accidit. nam in bonis qui iniuriam facit,plus habet: qui iniuriam patitur,minus. & econtra in malis,qui iniuriam facit minus habet mali:& qui patitur,magis. minus enim malum ad maius comparatum,rationem boni habet:& minus malum quám maius, magis expetibile eſt. at quod expetitur bonum,bonive rationem habens. & quod magis expetitur: & magis bonum. ſed de vna ſpecie iuſti vt quæ diſtributione fit: dictum ſit hactenus.

8	4	2
a	b	c

8	4	4	2
a	b	d	c

Cap. IIII.

REſtat autem id iuſtum quod fit in emendandis commercijs : tam ijs quæ ſua 25
ſponte faciunt homines , quàm ijs quæ inuitis ipſis efficiuntur. Hoc autem aliam habet ſpeciem à priore . Iuſtum enim diſtributiuum communium: in dicta ſemper comparatione rationum conſiſtit. nam ſi è pecunijs publicis diſtributio fiat : eadem fuerit ratione quam habent inter ſeſe ea, quæ in rempublicam ſunt collata . & iniuſtum quod huic opponitur : id eſt quod à comparatione rationum exorbitat . Iuſtum autem quod eſt in commercijs , eſt quidem æquum quoddam : & iniuſtum iniquum. Sed non illa comparatione rationum: ſed arithmetica. nihil enim refert: ſi probus prauo detraxerit, an prauus probo. neque ſi adulterium probus, an prauus commiſerit. ſed ad differentiam nocumenti: lex reſpicit tantum . & vtitur vt æqualibus: ſi hic iniuriam facit, ille patitur: & ſi hic nocuit, ille eſt læſus. Quare iniuſtum hoc cum ſit iniquum : iudex æquare conatur. Nam cum hic quidem percuſſus eſt , aut occiſus, ille vero percuſſit, aut occidit: paſſio, atque actio diuiſa eſt in partes non æquas, ſed ad æqualitatem, auferendo lucrum reſpectu damni, redigere nititur iudex. Dicun-

tut enim hæc in talibus abſolute dicendo.atque quanquam hæc nomina quibuſdam ac-
cõmodata non eſſe videntur,vt ei qui percuſſit,lucrum,& ei qui paſſus eſt damnum.cum
26 tamen menſurata fuerit paſſio:hoc damnum , illud lucrum vocatur . ¶Quare æquum
quidem inter plus,& minus medium eſt. Lucrum autem atque damnum plus ſunt &
minus.contrario modo,plus boni, & minus mali lucrum:contrarium autem damnum.
quorum medium eſt ipſum æquum : quod quidem dicimus eſſe iuſtum. Quare iuſtum
emendatiuum , medium eſt inter damnum & lucrum . ¶Quapropter & cum contro-
uerſiam habent : ad iudicem ipſum confugiunt. Ire autem ad iudicem : eſt ire id ipſum
iuſtum . iudex enim vt iuſtum eſt animatum ſuapte natura. Et quærunt iudicem me-
dium . Et vocant nonnulli mediatorem , vt ipſum iuſtum aſſequuturi , ſi medium iu-
ſtum conſequantur . Medium ergo quoddam eſt ipſum iuſtum . ſiquidem & iudex me-
27 dium eſt:iudex autem ad æqualitatẽ tedigit. ¶Et perinde atque ſi linea in duas inæqua-
les partes diuiſa, id quo maior pats dimidium excedit abſtulerit, minoríque addiderit
parti:cum etiam totum diuiſum fuerit duas in partes inæquales , tum ſuum aiunt ha-
bere:cum æquum acceperint . Aequum autem medium eſt : inter maius & minus, in a-
rithmetica comparatione rationum . ¶Nam ſi ſint duo æqualia , & ablatam ab altero
quantamuis partem addideris alteri : talibus duabus excedit partibus alterum. ſi enim
ablata fuiſſet,& non addita:vna ſola parte excederet.Excedit ergo medium vna.& ipſum
medium excedit id à quo eſt ablatio facta, vna. hoc ergo cognoſcemus & quidnam au-
ferendum ab eo ſit qui plus habet,& quid addendum ſit ei qui minus habet. Id enim
quo medium excedit : addendum eſt ei qui minus habet. id autem auferendum à ma-
ximo eſt:quo exceditur medium.Sint æquales lineæ tres a b, c d, e f.atque ab a b : pars
auferatur a g,& addatur ipſi lineæ e f,ſit'que illa h e. quare tota linea h e f excedit g b
28 lineam parte h e,& parte e k . Excedit ergo mediam c d lineam h e parte. ¶Eſt autem
hoc & in cæteris artibus . Etenim è medio tollerentur : niſi agens ageret, & quantum,
29 & quale : & patiens pateretur hoc, & tantum & tale . ¶Nomina autem hæc(damnum
inquam & lucrum) ex ijs contractibus quos ſua ſponte faciunt homines tracta ſunt.
Qui enim emendo,vendendo, cæteráque agendo quæ lege conceſſa ſunt , plus habent
quàm ſuum,ij lucrari : qui minus quàm in principio,ij damnum pati dicuntur.ſed qui
neque plus,neque minus habent,ſed ſua per ſeipſa ſunt facta: ij ſe ſua inquiunt habe-
30 te,& neque damnum pati,neque lucrari. ¶Quare iuſtum mediũ eſt:inter lucrum quod-
dam & damnum (quod ſit inuitis hominibus) æquale inquam & prius,& poſtetius ha-
bendo.



25 ¶Quarti capitis notæ , ¶Iuſtum inuoluntarium eſſe poteſt, ſed non benefactum. vt cum per iudicem cogitur
quis habens amplius quàm par ſit reſtituere ad medij æqualitatem,ei qui minus habet. Argyropyli determina-
tio:paululum ab alijs euariat. nam ſententia ſua eſt:lucrum & damnum inuitis fieri hominibus. Alij autem id ſo-
26 nare videntur:iuſtum quod inter lucrum quoddam eſt & damnum,inuitis fieri hominibus. ¶Iudex enim vt iu-
ſtum eſt animatum ſuapte natura. Cicero libr. 3. de legibus. Videtis igitur,inquit,magiſtratus hanc eſſe vim,vt
præſit,præſcribátq; recta,& vtilia, & coniuncta cum legibus! vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt
magiſtratus. veréque dici poteſt: magiſtratum legem eſſe loquentem,legem autem, mutum magiſtratum. ¶Et
vocant nonnulli mediatorem. Mediator:conciliatorem,interceſſorem,eúmq; qui medio vtrinq; librato,aliquns
27 quibus ſuper re quapiam non conuenit,concordat,atq; in gratiam redire facit:ſignificat. ¶Et perinde atq; ſi li-
nea. Ex hoc hæc regula iuſtitiæ elicitur. Duplicem exceſſum hoc eſt differentiam pluris & minoris ſubdupla,da
dimidium minus habenti:& facta eſt iuſtitia. verbi cauſa,ſit modius tritici ſeptem aureorum numûm,& dolium
vini quatuordecim,dentúrq; vini decem dolia,& accipiantur modij 32:dico non eſſe æquam commutationem.
nam dolia vini 10,ſunt aurei numi 140.& modij tritici 32,ſunt aurei numi 224. differentia 168. cuius dimidium
84. da igitur 84 dimidium ſcilicet exceſſus pluris & minoris,habenti minus: & fiet tota ſumma 224. & dico per
præcedentem regulam factam eſſe iuſtitiam. quod idem cognoſces per alteram regulam. nam iunge ſimul 140
& 308 quæ ſunt extrema. fientq; 448. cuius medium eſt 224. quod quidem eſt per regulam medietatis arithme-
ticæ medium in comparatione rationum arithmetica. eſt & tertia regula quæ proportionum dicitur ad hanc iu
ſtitiam commutatiuam etiam neceſſaria, quæ eſt: tertium numerum duc in ſecundum: aggregatum diuide per
primum,& proueniet quartus ignotus. prima regula ex diffinitione medietatis arithmeticę ſtatim cognoſcitur.
ſecundam demonſtrat ſecundum theorema decimi elementorum Iordani. tertiam vero 25 ſecundi. Sed vt ſe vo
lentibus exercere hæ regulæ, earúmq; virtus promptius appareat: ſit communis hypotheſis, 12 dolia vini iuſto
pretio æquentur 60 ſextarija tritici. ſitq; ſextarij valor aureus numus vnus. dolij valor aurei numi quinq;. tres ſu-
periores regulæ ex ſubiecta deſcriptione patent. & tot quæſtiones intelligantur: quot ſpatia ſecundum longitu-
dinem regulariter deſumpta ſemper eadem ſeruata hypotheſi.

Cicero.

Duplex exceſſus pluris & minoris, 168

Dimidium exceſſus, 84

M i n u a 140

P l u a 308

Aggregatũ pluris & minoris, 448

Prima regula. Secunda. Tertia.


A	B	C	D	E		F	G	H	I		K	L
20	100	110	40	20		140	100	240	120		20	100
15	75	90	30	15		105	75	180	90		15	75
12	60	80	40	20		100	60	160	80		12	60
10	50	70	40	20		90	50	140	70		10	50
8	40	66	52	26		92	40	132	66		8	40
6	30	51	56	28		86	30	116	52		6	30
4	20	44	48	24		68	20	88	44		4	20
3	15	24	18	9		33	15	48	24		3	15

A dolia vini.
B.aurei numi valor doliorum.
C.ſeatarij & pariter aurei ouo-mi,valorq; ſextariorum.& idem numerus eſt medium arithmeticum.
D.totus duplexq; exceſſus in pretio aureorum numûm redactus quem habet venditor vini.
E.medietas exceſſus reſtituenda minus habenti,ſcilicet commutanti triticum.
F.maius extremum.
G.extremum minus.
H.aggregatum pluris & minoris.
I.medium arithmeticum ac iuſtum.
K.dolia vini iuſte commutata.
L.ſextarij tritici ideotidem iuſte commutati,& æqualis eſt valor aureorum numorum.

❡Cúmq; totum diuiſum ſit 10 partes,adiecta erat particula æquales ſuperflua. nam græce duntaxat habetur, ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὰ αὑτῶν.merito igitur illa litera ſublata videtur.

❡Quartum cap.quoq; concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.

❡Quarti capitis commentarius ad literam.❡Prima concluſio.Supereſt nunc de iuſto quod in dirigendis com- 25
mutationibus conſtituitur tam voluntarijs quam inuoluntarijs determinare. Nam hæc iuſti ſpecies alia eſt à ſuperiore.& quód alia ſpecies ſit:ſtatim cognoſcitur. Nam iuſtum quod in communium diſtributione verſatur: ſemper in iam dicta rationum comparatione conſiſtit. ſi enim e publicis diſtributio fiat:id eadem rationū comparatione fiat, quam inter ſeſe habent officia meritáque, quæ in rempublicam ſunt collata.& iniuſtum quod huic iuſto opponitur:ab huiuſmodi comparatione rationum exorbitat.at iuſtum quod in commercijs,commutationibuſque eſt: æquum quidem quoddam eſt,ſed non in illa comparatione, verum in arithmetica conſiſtit. non enim in huiuſmodi iuſto diſpenſando merita inter ſe attenduntur.neque refert ſi probus prauo detraxerit, aut contra prauus probo.neque vtrum probus, improbuſve adulterium commiſerit: ſed tantum ad nocumenti differentiam lex ipſa reſpicit.& ſi hic iniuriam facit,ille veró patitur:ſi hic nocuit,& ille paſſus eſt: differentijs vt æquis vtitur.& quod iniuſtum:quoniam iniquum eſt atq; inæquale,iudex æquare nititur.nam cum hic percuſſus eſt,& ille percuſſit,aut hic occiſus eſt,& ille occidit:paſſio,actióq; iniquę ſunt,& vtraq; diuiſa non ęqualiter,& hanc inæqualitatem nititur iudex ad æqualitatē redigere,auferendo quod plus eſt lucri:ſecundum exigentiam damni.& lucrum & damnum ſimpliciter in talibus nominamus:quanuis hęc nomina quibuſdam minus accommodata videantur. vt cum ei qui percuſſit lucrum accommodamus,& ei qui paſſus eſt accommodamus damnum.attamen cum paſſio mēſurata fuerit:hoc plane damnum,illud lucrum appellari cognoſcitur.❡Secun- 26
da concluſio. Æquum quod in commutatione eſt:inter plus atq; minus eſt. Nam lucrum atq; damnum vtrunq; plus eſt atq; minus,ſed contrario modo.nam lucrum plus boni & minus mali eſt.& contrà:damnum plus mali, & minus boni.at lucri & damni medium eſt ipſum ęquum:ipſum autem ęquum iuſtum eſt. igitur ipſum iuſtum commutationum directiuum,lucri & damni medium eſt.eſt itaq; medium inter plus & minus.❡Secundo.ob id ipſum quód iuſtum medium quoddam eſt:qui controuerſiam habent,ad iudicem confugiunt.ad iudicem enim ire: eſt ad iuſtum ipſum ire.eſt enim iudex vt ſuapte natura animatum iuſtum. & qui ad iudicem eunt: ipſum quærunt vt medium.& hinc iudices nonnulli mediatores vocant:quaſi ſi medium aſſequantur,iuſtum ſint aſſecuturi.medium igitur eſt ipſum iuſtum:ſiquidem iudex medius eſt.atqui iudex medius eſt:nam ad æqualitatem redigit.iuſtum igitur commutationum directiuum:inter plus & minus medium eſt.❡Tertia concluſio.Iu- 27
ſtum commutatiuum:medium inter maius & minus in arithmetica ratione conſiſtit.❡Primo. nam fit iuſtum commutatiuum perinde atq; ſi linea in duas partes inæquales diuiſa,id quo pars maior totius lineæ dimidium euincit,ac ſuperat,minori parti adiecerimus.ita cum id totum quod commutatur,duas in partes ſed inæquales diſtributum ſit: tum ſuum quiſque habebit cum eo accepto quo maior pars totius dimidium vincit, & adiecto parti minori:quiſq; dimidium acceperit.at tale dimidium inter huiuſmodi maius atq; minus in arithmetica medietate conſiſtit.iuſtum igitur commutatiuū:inter maius atq; minus arithmeticæ medietatis exiſtit ❡Secūdo. ſi ſint duo æqualia quorum ab vno partem quamcunq; abſtuleris,ablatámque adieceris alteri æqualium: totum ex adiecta parte & altero æqualium effectum, ſuperat quod reliquum eſt , in duabus partibus parti ſcilicet detractæ æqualibus.at ſi ablata fuiſſet pars & nō adiecta: vna ſola parte alterum æqualium ſuperaret. relictum eſt igitur alterum æqualium medium inter minus quod ſubtracta parte reliquum eſt : & maius quod eſt ex adiecta parte effectum.at totum ex parte adiecta alteri æqualium effectū:ſuperat tale mediū quod eſt alterū æqualium (vt iam quoq; dictū eſt)vna ſola parte.& ipſum medium id quod ablatione facta relictum eſt: ſimiliter excedit vna ſola tātula parte.eſt igitur inter illa arithmetica rationū comparatio. at iuſtū (quod in cōmutatione verſatur)fieri cognoſcimus: ſi ab eo qui plus habet aliquid demitur quod quidem tribuitur minus habenti. id autem quod plus habenti demendū eſt,& minus habenti tribuendū:eſt id quo ipſum exceditur medium. igitur iuſtum cōmutatiuum: mediū eſt inter maius atq; minus in huiuſmodi cōparatione rationū. quæ adhuc vt liquidius pateát,ſint a b,c d,e f,tres æquales lineæ.& ab a b dematur pars a g,addatúrq; lineę e f.ſit'q; ea pars adiecta h e. erit ergo tota cōpoſita h e f.ſitq; e i pars æqualis h e.linea h e f excedit lineā g b parte h e & parte e i.excedit ergo mediā lineā c d parte h e.& eadē parte,c d media: ſuperat g b. ſunt itaq; h e f & c d & g b in arithmetica medietate.& h e f ſimilis ei qui plus habet:g b vero ei qui minus. & dempto h e quo h e f ſuperat mediū c d & eo quoq; reſtituto g b:intelligeretur id iuſtū(quo de hic agim⁹)eſſe factū.❡Quarta cōcluſio. Hoc iuſtū in om- 28
nibus artibus ſeruandū eſt.Nam niſi ſeruaretur:artes tandem é medio tollerentur. niſi enim quantum, & quale artifex ipſe agens ageret,tantum & tale in commutando recipiens ſuſciperet,ſed minus:ipſa tandem deperiret ars,neq; ipſi quoque ſufficeret artifici.eſt itaq; hoc iuſtum in omnibus artibus obſeruandum.❡Quinta conclu- 29




ſio. Lucrum & damnum circa commutationes locum habent. Nam nomina hæc lucrum & damnum ex ijs contractibus quos ſua ſponte inter ſeſe celebrant homines: tracta ſunt. qui enim emendo, vendendo, cæteráque id genus commutationum agendo, quæ lege ſunt indulta, plus habent quàm ſuum ſit: ij lucrari dicuntur. qui vero minus quàm in principio: ij dicuntur damnum pati. at vero qui neque minus habent, ſed paria paribus ſunt compenſata: ij ſe ſua inquiunt habere, & neque damnum pati, neque lucratos eſſe. damnum igitur & lucrum cir-
30 ca commutationes (vt dictum eſt) verſantur. ¶ Corollarium. Quo fit vt commutatiuum iuſtum: medium ſit inter lucrum quoddam & damnum, quod etiam interdum fit inuitis hominibus habendo ſcilicet ante commutationem & poſt æquale.

Cap. V.

31 VIdetur autem nonnullis & ipſa repaſſio ſimpliciter eſſe iuſtum: vt Pythagorici cenſuerunt. Qui quidem abſolute diffinientes iuſtum: repaſſionem eſſe dicebãt. verum repaſſio, nec ad diſtributiuum iuſtum: nec ad emendatiuum accommodatur. Quanquam eam ipſam & Rhadamanthi ipſius iuſtum aſſerunt eſſe,

Si quæ fecerit, hæc etiam patietur & ipſe:
Iudicium fuerit perrectum, atque exitus æquus.

Perſæpe enim diſcrepat. nam ſi quis magiſtratum gerens percuſſerit quempiam, non decet eum repercuti. Et ſi quiſpiam eum qui magiſtratum gerit percuſſerit: is nõ ſolum repercutiendus eſt, verum etiam ſupplicio afficiendus. Præterea multum inter ſe differũt, id quod ſponte: & id quod inuitus quiſpiam fecit. ¶ Sed in ſocietatibus commerciorum, tale iuſtum (repaſſio inquam) per comparationem rationum, & non per æqualitatem continet ciuitatem. ciuitas enim tum conſeruatur: cum retributio fit vt comparatio flagitat rationum. Nam homines aut reddere malum quærunt: quod ni faciant ſeruitus eſſe videtur. aut retribui ſibi bonum. quod niſi fiat: actus dandi, beneficiúmque non fit. at ciuitates his conſeruantur. Quamobrem & Gratiarum templum in ciuitare media condunt: vt retributio fit. hoc enim gratiæ proprium eſt. Nam is qui ſuſcepit ſubminiſtret viciſſim ei qui munus contulit: & ipſe rurſus incipiat conferre oportet. Coniunctio autem quæ per diametrũ eſt, facit eam retributionũ quæ per cõparationẽ rationũ efficitur. hoc pacto. ſit ædificator quidẽ a: ſutor autem b, domus in c, & calceus collocetur in d. Aedificatorẽ igitur à ſutore accipere opus illius, & ipſum illi ſuũ dare oportet. Si igitur primũ ſit id iuſtũ quod cõparatione rationũ eſt æquum, deinde repaſſio fuerit: erit quod dicitur. ſin minus: non erit æquum neq; conſtabit ſocietas. Nihil enim prohibet vnius opus alterius operæ præſtabilius eſſe. hæc igitur: ad æqualitatẽ redigãtur oportet. Eſt autẽ hoc & in cæteris artibus. Etenim è medio tollerẽtur: niſi agens ageret, & quãtum & quale, & patiens pareretur hoc, & tantum, & tale. ¶ Non enim duobus ex medicis fit ſocietas, ſed ex medico atq; agricola: & ex diuerſis omnino, ac inæqualibus. verũ hi redigãtur ad æqualitatẽ oportet. ¶ Quapropter ea vniuerſa quorum eſt



32 permutatio inter ſeſe cõparabilia quodã modo eſſe oportet. ¶ Pro quo numus in vſum hominũ venit: & fit quodã modo mediũ. metitur enim cũcta: quare & exceſſionẽ atq; defectionẽ. quotnã calcei domui vel victui ſunt æquales. Oportet igitur quod eſt ædificator ad ſutorẽ: tot pro domo, vel alimẽto calceos eſſe. ꝙ ſi hoc nõ fuerit: nõ erit permutatio, neq; ſocietas. hoc autẽ nõ erit: ſi non æqua quodã modo fuerint. oportet ergo aliquo vno menſurari cuncta, ſicut & antea diximus. ¶ Hoc autẽ eſt reuera quidem indigentia ipſa: quæ omnia continet. Nam ſi non indigeant, aut non ſimiliter: non erit permutatio, aut nõ
33 eadem erit. ¶ Numus autẽ ex inſtituto factus eſt vt pro indigentia ſit. & propterea nomen hoc habet, quod non natura conſtat: ſed lege. ¶ Et in nobis eſt ſitum ipſum mutare atq; inutilem facere. Erit igitur tũc repaſſio, cum redacta fuerint in æqualitatẽ: vt quod eſt ad ſutorem agricola, id ſit opus ſutoris ad agricolæ opus. oportet autem in figuram comparationis rationum ducere: cum permutare voluerint. ſin minus: alterum extremũ exceſſus habebit vtroſque. ſed cum habent ſua, ſic æquales & ſocij ſunt. quia hæc æqualitas in ipſis fieri poteſt. Atque ſit agricola quidem a, & alimentum c: ſutor autem b, & opus ipſius quod in æqualitatem iam eſt redactum, d. quòd ſi hoc pacto non eſſet repaſ-



ſio,non eſſet ſane ſocietas.❡Ipſam autem indigentiam cótinere, vt quiddam vnum: hoc 34
ſane declarat.Cum enim aut ambo ſeſe non indigent mutuo, aut alter:non ſit permutatio.ſicut fit,cum eius quiſpiam indiget quod habet ipſe:vt vini,pro quo dat ille triticum exportandum. Oportet igitur hæc redigi ad æqualitatem. quòd ſi nunc non indigeat: numus quaſi vas intercedit pro permutatione futura,ſi ipſa indiguerit fore. Liceat enim oportet hunc afferenti,accipere. ❡Patitur igitur idem & ipſe. Non enim ſemper æqua- 35
le poteſt.attamen magis ipſe perſiſtere ſolet. ❡Idcirco definitæ ſint pretio res omnes 36
oportet.ſic enim erit permutatio ſemper.quæ ſi erit:ſocietas erit.Numus igitur(vt menſura)res ipſas metiendo,redigit ad æqualitatem.Etenim neque ſocietas fuerit ſine permutatione,neque permutatio ſine æqualitate,neque æqualitas ſine communi menſura.
❡Atque re quidem vera fieri nequit: vt ea quæ adeò differunt, conueniant communi 37
menſura.attamen indigentiæ ratione ſatis fieri poteſt.vnum quid igitur eſſe oportet:atque hoc ex ſuppoſitione.Quapropter numus vocatur.hic enim facit vt omnia menſura conueniant.menſurantur enim omnia numo.Sit domus quidem a:vnciæ autem decem b: & lectica collocetur in c. Atque a quidem dimidium ſit ipſius b. vt pretium domus quinque vnciæ ſint,aut æquale:c autem id eſt lectica ſit pars decima ipſius b.Patet igitur quot lecticæ domui ſunt æquales:ſunt enim quinque. Hoc autem modo permutatio erat antea quàm eſſet numus.Nihil enim intereſt ſiue lecticæ quinque:ſiue pretium quinq; lecticarum detur pro domo. Dictum eſt igitur quidnam ſit iuſtum atque iniuſtum.❡His autem determinatis:conſtat iuris actionem medium inter hæc eſſe, agere 38
inquam ac pati iniuriam. Alterum enim eſt plus habere, alterum minus.❡Iuſtitia au- 39
tem non eodem modo quo priores virtutes mediocritas eſt: ſed quia medij eſt, hoc eſt æqui.iniuſtitia autem extremorum. Et iuſtitia quidem eſt qua iuſtus dicitur electione actiuus iuſti atque diſtributiuus & ſibijpſi ad alium,ac alij ad alium:non hoc pacto vt commodi quidem plus ſibi tribuat, & proximo minus,incommodi autem contrà. ſed æqui,quod ex comparatione rationum emergit:& alij ſimili modo ad alium. iuſtitia autem contraria,iniuſti. Hoc autem eſt exuperatio & defectio commodi vel incommodi contra comparationem rationum.Quapropter iniuſtitia exuperatio eſt,& defectio:quia eſt exuperationis & defectionis. in ſe quidem exuperationis eius quod eſt ſimpliciter commodum:& defectionis eius quod eſt incommodum. In alijs autem in toto quidem ſimiliter:eius profectò quod à comparatione rationum exorbitat, vt contigerit. Iniuria autem minor quidem eſt iniuriam pati:maior autem iniuriam facere. ❡De iuſtitia igitur ac iniuſtitia,quænam ſit vtriuſque natura:ſit dictum hoc modo. Similiter & de iuſto vniuerſaliter,atque iniuſto.

Domus. vnciæ. lectica.
5 10 1
a b c

❡Quinti capitis notæ.❡Repati,eſt omnino quod alteri factum eſt ſimile pati. ❡Æquari quodã modo,æquari æſtimatione pretij & valoris.❡Numus a nomo vocabulo græco:quod legem ſignificat,nomẽ accepit. ſumitur in carmine:& nummus dicitur. Phidon,primum in Ægina inſula memoratur ſignaſſe argenteum numum. Et Saturnus in Italiam puppe deuectus:percuſſiſſe rudem æneum numum, ſed poſteritas in memoriã Saturni qui ad eos puppe delatus eſt:effigiem puppis numo impreſſit. de quo Ouidius, 31 32

Phidon. Ægina. Saturnus. Ouid. 1. faſt.

At bona poſteritas puppim formauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata dei.

Et ærea pecunia vſus eſt populus Romanus vſque ad tempora Pyrrhi regis,mox argenteam cœpit ſignare. poſt vero victoriam Carthaginis:primum percuſſit aureum numum. ❡Alterum extremum exceſſus habebit vtroſque. nam qui plus habebit,primo habebit exceſſum ad medium,& iterum tantum exceſſum ad minus. nam per 33
27 ipſum plus excedit duabus partibus ſiue duobus exceſſibus ipſum minus.❡Iuris actio,iuſtitiæ operatio. 38

Numꝰ ęreus. Argenteus. Aureus.


❡Quintum cap. nouem concluſionibus partitum eſt.

❡Quinti capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Pythagorici haud ſane diffinierunt iuſtum ſim- 31
pliciter:repaſſionem eſſe,quódq; alteri ſit repaſſum. ❡Primo. nam repaſſio nec ad diſtributiuum iuſtum, neq; ad iuſtum quidem emendandi gratia accommodatum eſt:tametſi repaſſionem Rhadamãthi iuſtum eſſe aſtruant:vt qui inquiat,


Si quæ quis faciat, eadem patiatur & ipſe:
Iudicium rectum fuerit,vindictáq; recta.

Sed id in multis diſſonat. Nam ſi quis magiſtratum gerit,& quempiam percuſſerit: non iuſtum eſt eum repercuti. itidem ſi quis magiſtratum gerentem percuſſerit:is non modo repercutiendus venit, verum etiam ſupplicio afficiendus. ſimiliter ſi quis voluntarie quicquam commiſerit,& alter ſimile commiſerit inuitus: non conſimiliter ambo repati debẽt:refert enim plurimum quicquam vel ſponte,vel inuitum committere. non igitur recte diffiniretur ſimpliciter iuſtum:ꝙ ſit repaſſio,atq; ſimiliter vt alterum paſſum. ❡Secundo. in conuentionibus commerciorum iuſtum repaſſione per rationum comparationẽ,& non per æqualem,eorundémq; repenſionem


ſaluat ciuitatē. ſaluatur enim tum ciuitas:cum retributio fit vt rationū comparatio flagitat. ſiue homines redde-
re damnū quærant,quod quidē niſi reddāt,ſeruitus illis eſſe videtur:ſiue ſibi beneficiū retribui petāt, quod niſi
rependitur,gratia beneficiumq; negatur. his enim(vt rationum cōparatio poſtulat)retributionibus:ciuitates ſal-
uantur. hinc Gratiarū templum in media ciuitate cōſtruunt:vt retributionis meminerint. hoc enim gratiæ pro-
priū,peculiareq; eſt. Cū enim quiſquā beneficiū ſuſcepit: ſubminiſtret & viciſſim ei qui primus
munus cōtulit,qui rurſus cōferre incipiat. Et ſummatim cōiunctio ſecundū diametrū intellecta
(obſeruata quidem rationū comparatione)dignā in cōmutationibus retributionē parit:vt verbi
cauſa,ſit a ædificator,b ſutor,c domus,& d calcei. ſi cōmutatio inter eos faciūda ſit:oportet do-
mificatorē accipere à ſutore ſutoris opus, vt calceos. & domificatorē ſutori ſuam operā dare. ſi
itaq; primū ipſum mediū ſecundū arithmeticā medietatē veſtigemus:deinde repaſſio,adæqua-
tioq; fiat:cōſtabit inter eos iuſtū. ſin minus:neq; iuſtū erit,neq; firma manebit ſocietas. Nam q
nihil prohibet vnius opus vt domū,alterius opere vt calceo præſtabilius eſſe:idcirco hæc ad æ-
qualitatē redigantur oportet. & hoc idē in cæteris artibus cōperitur. nam è medio tollerentur
artes,vt iam quoq; dictū eſt:niſi quantum & quale agēs ageret,hoc ipſe idē patiens,& tantū &
tale pateretur. ℭ Tertio. nō eadē quæ quis agit:pati recipereq; debet. nā ex duobus medicis nō
fit ſocietas:ſed ex medico atq; agricola,& ex diuerſis omnino,ac inæqualibus. verū hi ad æqua-
litatē eo qui dictus eſt modo:redigantur oportet. non igitur iuſtū ſimpliciter,quod idem ſit re-
paſſum:ſed quod ad cōparationis rationū medium eſt redactū. ℭ Corollarium. Quapropter vni-



32 uerſa quorum cōmutatio eſt:inter ſeſe quoquo pacto vt cōparabilia ſint neceſſe eſt. ℭ Secunda concluſio. Com-
mutationū gratia numus in hominū vſum inductus eſt:vt mediū commutandi ſit,eoq; ſcilicet mediante cōmu-
temus. ℭ Primo. nam cuncta cōmutabilia metitur numus. quare & cōmutabile quod pretio excellit:& cōmuta-
bile quod pretio deficit. ℭ Secundo. ſi quæratur quot calcei domui,vel victui ſint æquales:id minime ſciri vale-
bit niſi domū,victum & calceū aliquo eodem menſurari cōtingat. At oportet ſi æqua cōmutatio fiat:quod ędi-
ficator ad ſutorem,id calceos eſſe ad domū:alioqui permutatio non manebit,neq; ſocietas. at domificator & ſu-
tor,ſocij ſunt & ęquales. domū igitur & calceos:ęquari quodā modo oportet. id autē fieri nequit niſi aliquo vno
cuncta(vt iā diximus)menſuremus cōmutabilia. & id quoq; eſt numus, igitur cōmutationū gratia numus in ho-
33 minum vſum inductus eſt:vt ejus æſtimatione mediante,cōmutabilia permutemus. ℭ Tertia cōcluſio. Indigen-
tia humana quæ omnia continet cōmutabilia,cuiuſq; gratia omnia cōmutantur,vera naturaliſq; commutabiliū
menſura eſt. ℭ Primo. nam ſi nō egeant homines,aut nō ſimiliter egeant:nō erit permutatio,aut non eadē erit.
igitur ſecundū æſtimationē indigentiæ,cōmutationes fiunt. ℭ Secundo. numus:inſtituto,volūtariāq; ordinatio-
ne factus eſt,indigētiæ gratia. & ideo nomen numus habet q non natura ſed lege conſtet. eſt enim nomos lex.
igitur numus nō vera,naturaliſq; menſura eſt:ſed ipſa indigentia humana. ℭ Tertio. eſt in noſtra poteſtate ſitū,
ipſum numum mutare,atq; inutilem facere:nō igitur numus menſura eſt conſtans natura,verū ipſa noſtra indi-
gentia: & commutabilium repaſſio tum erit:cum ea ipſa commutabilia redacta fuerint in æqualitatem. vt cum
quod eſt agricola ad ſutorē:id ſit opus ſutoris ad agricolæ opus. & cum permutare voluerint,expedit vt cōmu-
tabilia in figura comparationis rationū ducant,& ipſum medium eaquirant:alioqui cōtinget alterum extremo-
rum vtrūq; exceſſum habere. ſed cum habent ſua:ſic ſocij,& æquales ſunt. ita quoq; commutatione facta ſimilis
in ipſis fieri,ſeruariq; poteſt æqualitas. Vt ſit a agricola,b ſutor,c alimentum,d ſutoris opus: ad æqualitatem ali-
menti redactum. ſicut a cum c ante permutationem æqualis eſt,& ſocius,b cum d:ita cōmotatione facta a cum
d æqualis eſt, b cum c. eſtq; coniunctio, æqualitāſq; per diametrum facta , quæ ſi hoc pacto facta non eſſet re-



34 paſſio,adæquatioq;:ſane æqualitas,ſocietāſq; non eſſet. ℭ Quarta cōcluſio. Indigentia,quid vnū,præcipuumq;
eſt:quo cōmutatio continetur cōſeruaturque. Nam cū aut ambo ſe mutuo non egent,aut alter altero non eget:
permutatio fit nulla. quemadmodū tamen fit cum quiſpiā eius indiget: cuius copiā alter penes ſe habet , vt vi-
ni:pro quo cōmutet triticum exportandū,ſi alter egeat. verūtamen oportet hæc ad æqualitatē redigi. q ſi nūc
nō egeat & cōmutationē facere ſit opus, numus quaſi vas, fideiuſſorq; pro cōmutatione facienda intercedit. &
35 proinde non liceat afferenti numum:ipſum recuſare. ℭ Quinta concluſio. Numus idem quod & cōmutabilia pa-
titur. Nā non ſemper æquo in valore perſiſtere poteſt. tametſi magis ipſe q̄ res aliæ perſiſtere ſoleat. patitur igi
36 tur quę & ipſa cōmutabilis. ℭ Sexta cōcluſio. Res omnes quæ in commutationē veniunt:pretio,numiq; æſtima
tione præfiniri debēt. Nam ſic permutatio ſemper eſſe valebit. quæ ſi erit:ſocietas erit, & numus vt mēſura res
ipſas rediget ad æqualitatem. non enim ſine permutatione erit ſocietas: neq; permutatio ſine æqualitate:neq;
æqualitas ſine communi menſura. res igitur cōmutabiles omnes pretio,atque numo bono iure ſunt æſtimandæ.
37 ℭ Septima concluſio. Æſtimatio rerum in vna cōmuni menſura:non fit pro veritate rerū,ſed ex inſtituto,& ſup-
poſitione : pro modo,indigentiæq; ratione. Nam fieri nequit reuera atq; ſecundū veritatē quæ adeo differunt:
cōmuni conueniant menſura. ſed indigentiæ ratione ſatis id fieri poteſt. aliquid igitur vnū quod cōmunis men-
ſura ſit:eſſe oportet. ſed hoc quidē ex inſtituto,atq; ſuppoſitione,& proinde numus vocatur. facit enim numus,
vt omnia menſura cōueniant. mēſurantur enim omnia numo. æſtimatio igitur rerū:fit eo(qui dictus eſt)modo.
vt verbi cauſa ſit a domus,b decem vnciæ,c vero lectica:ſitq; a dimidiū b,ita vt pretium domus quinq; ſint vn-
ciæ,aut quinq; vncijs æquale:c autē hoc eſt lectica ſit pars decima ipſius b, ex cōmuni mēſura b ſtatim cogno-
ſci poteſt quot lecticæ domui ſint æquales. ſunt enim quinq;. & hoc pacto permutatio fiebat:priuſquā inductus
eſſet numus. & nihil nunc refert:ſiue lecticæ quinq;,ſiue vnciæ quinq;,pretiū quidem quinq; lecticarum pro do-



38 mo tribuantur. ſed quid iuſtum,quid iniuſtum:dictum eſt hactenus. ℭ Octaua concluſio. Iuſta operatio medium
tenet inter iniuriam facere,atq; iniuriam pati. Nam medium eſt inter plus & minus. atq; alterum eſt plus habe-
39 re,& alterum minus. iuris igitur actio,iuſtāq; operatio inter illa verſatur. ℭ Nona concluſio. Iuſtitia non eo pa-
cto quo priores virtutes: mediocritas eſt. ſed mediocritas ideo dicenda eſt: quòd ſit medij hoc eſt ipſius æqui.
iniuſtitia autem vtrunq; extremorum tenet. Nam prius determinatæ virtutes medietates duorum vitiorū ſunt.
& iuſtitia virtus eſt:qua iuſtus dicitur actiuus iuſti ſecundum electionē. & ſibijpſi quidem actiuus iuſti ad alium.
& alij ad alium:non(hoc pacto)vt commodi quidem plus ſibi tribuat,& proximo minus:incōmodi vero ſibi mi-
nus,& proximo plus. ſed actiuus iuſti quod ex comparatione rationum emergit: & ſibijpſi ad alterum,& alij ad
alium . & iuſtitia contraria eſt iniuſtitiæ. hæc autem eſt exuperatio & defectio commodi & incommodi contra
comparationem rationum. Quo,fit vt iniuſtitia ſit exuperatio & defectio:quia eſt exuperationis & defectionis.
exuperationis quidem in ſe eius quod ſimpliciter commodum eſt:defectionis vero eius quod eſt incommodum.
& alijs ad alios omnino ſimiliter. Nam eius eſt iniuſtitia quod à comparatione rationum quomodocunq; id con
tigerit deuiat. & cum id fit:eſt qui iniuriam facit,atque qui iniuriam patitur. at cum vtrunque malum ſit:minus

eſt iniuriam pati,maius autem iniuriam facere.ſed de iuſtitia & iniuſtitia, & quæ vtriuſq; ſit natura, & de iuſto & iniuſto:vniuerſaliter dictum ſit.

Cap. VI.

CVm autem fieri poſſit,vt iniuriam quiſpiam faciat,& nondum ſit ipſe iniu- 40
ſtus:qualeſnam iniurias quiſpiam faciens vnaquaque iniuſtitia iam eſt iniu-
ſtus,fur inquam vel adulter,vel latro? an hoc modo nihil interfuerit? ¶Et- 41
enim fieri poteſt vt quiſpiam coeat cum muliere ſciens cum qua coit. ſed
non ob electionis principium:ſed ob affectum.Atque iniuriam quidem agit:ſed iniuſtus
non eſt.veluti neque fur:furatus eſt tamē.neq; adulter:adulterium tamen fecit.& eodem
de cæteris modo. Quomodo igitur ſeſe habet ad ipſum iuſtum repaſſio, dictum eſt an-
tea.¶Oportet autem non latere iuſtum quod nunc quæritur,id eſſe quod eſt ſimpliciter 42
iuſtum ipſum inquam iuſtum ciuile.hoc autem eſt inter ſocios vitæ:vt ſit ſufficientia li-
berorum,atque æqualium,aut in comparatione rationū conſiſtens,aut in numero.Qua-
re in quibus hoc non eſt,inter eos ciuile iuſtum non eſt:ſed quoddam iuſtum & per ſimi-
litudinem quandam.¶In ijs enim eſt iuſtum:quibus inter ſe ponitur lex.Lex autem ijs 43
poni ſolet:in quibus eſt iniuſtitia.iudicium enim:diiudicatio eſt iuſti atq; iniuſti. In qui-
bus vero eſt iniuſtitia , in ijs eſt etiam iniuriam facere . ſed non in omnibus eſt iniuſti-
tia:in quibus eſt iniuriam facere. Hoc autem eſt plus quidem ex ſimpliciter bonis, mi-
nus autem ex ſimpliciter malis ſibi tribuere.¶Idcirco non ſinimus hominem dominari, 44
ſed rationem:quia ſibijpſi id facit,& fit tyrānus.magiſtratus autem cuſtos eſt iuſti.quòd
ſi iuſti:& æqui.¶Atque quia nihil ſibijpſi plus tribuendū eſſe cenſet,ſi eſt iuſtus(ex ſim- 45
pliciter enim bono plus ſibi non tribuit,niſi comparatione rationū ſit ad ipſum accom-
modatum)ideo alij,non ſibijpſi laborat.Atq; ob idipſum:alienum bonum inquiunt iuſti
tiam eſſe,ſicut & antea diximus.merces ergo quædam tribuenda eſt ipſi:honos inquam
& præmium.ſed quibus hæc non ſufficiunt:ij fiunt tyranni.¶Herile autē, paternúmque 46
iuſtum non idem: ſed his eſt ſimile. Non eſt enim iniuſtitia ad ſua ſimpliciter. id autem
quod poſſidetur,& filius quandiu ſit tantillus, & non ſeparatus : vt pars ipſius eſt patris.
¶Se vero nemo vult lædere:quapropter non eſt ad ſeipſum iniuſtitia. Neq; ergo iuſtū,
neq; iniuſtum ciuile.¶Eſt enim lege:atq; in ijs eſt,in quibus lex eſſe poteſt.Qui quidem
ij ſunt quibus ineſt æqualitas imperandi atq; parendi.¶Idcirco magis ad vxorem iuſtū 47
eſſe videtur:quàm ad filios,& ea quæ poſſidentur. Hoc enim eſt rei familiaris iuſtum.ve-
rum & hoc aliud eſt à ciuili.

¶Sexti capitis notæ. ¶Repaſſio quæ iuſta eſt:fit non rependendo idem & ſimile,ſed ſecundum rationum cōpa- 42
rationem.quæ vero non ſic fit:eſt iniuſta. ¶Magiſtratus interdum appellatur is qui in poteſtate aliqua reipubli- 44
cæ moderandæ conſtitutus eſt,vt conſul,prætor, dictator,& ſimiles: interdum vero eo nomine ipſa reipublicæ
moderandæ poteſtas deſignatur.

¶Sextum cap. quinq; concluſinnibus,duabus quæſtionibus,vna diffinitione,& vno corollarin partitum eſt.

¶Sexti capitis commentarius ad literam.¶Prima quæſtin. Cum fieri poſſit,vt iniuriam quis faciat,& nnndum 40
tamen ſit iniuſtus : quales igitur iniurias faciendo ſecundum vnamquanq; iniuſtitiæ ſpeciem dicendus eſt iniu-
ſtus,vt fur,adulter,latro? an id quidem nihil refert? ¶Prima concluſio. Quas ininrias quis faciat vt iniuſtus di- 41
catur,aut non dicatur:refert. Nam fieri poteſt vt quis cum muliere venerem exerceat:ſciens etiam cum qua hu-
iuſmodi exercet venerem. at id non ex electinne,ſed affectu, ac perturbatione faciat. quare is iniuſtus non eſt:
attamen iniuriam agit. ſimiliter neque fur eſt omnis:qui altero inuito clanculum rem ſurripuit. neque omnis ad-
ulter: qui ſe alterius thoro immiſcuit. ſed qui has ex habitu,& electione admitteret iniurias: is iniuſtus eſſet. re-
fert igitur quas quis admittat iniurias: vt iniuſtus dicatur, an non dicatur . ¶Secunda quæſtio. Quomodo ſeſe 42
habet repaſſio ad iuſtum? huius quæſtionis ex præcedentibus facile trahi poteſt dilutin. at nunc de iuſto ſimpli-
citer: quid ipſum ſit, quærendum eſt. ¶Diffinitio. Simpliciter iuſtum:eſt iuſtum ciuile.& eſt iuſtum quod inter
ſocios vitæ, atque coæquales verſatur: vt bonorum ſufficientia ſit inter eos qui liberam degunt vitam, quique
in vita ſunt æquales. nunc geometrica rationum comparatinne , nunc vero comparatinne arithmetica . Qua-
propter in quibus id non reperitur:inter eos minime iuſtum ciuile collocatum eſt . licet inter eos nihil vetet re-
periri iuſtum quoddam per ſimilitudinem. ¶Secunda concluſio . Iuſtum ciuile inter eos eſt in quibus iniuſtitia 43
atque iniuriam facere cadit. Nam in ijs iuſtū ciuile cōſtituitur:quibus adinuicem poni ſoleat lex. Lex autem ijs
poni ſolet:in quibus iniuſtitia cadit. eſt enim iudicium quod à lege prouenit:diiudicatio iuſti atq; iniuſti. at vero
vbicunq; iniuſtitia eſt:illic eſt & iniuriā facere,tametſi non contrà ſit. nam nō in quibuſcunq; eſt iniuriā facere,
in illis eſt & iniuſtitia . eſt enim iniuriam facere plus ex ſimpliciter bonis : minus vero ex ſimpliciter malis ſi-
bi tribuere,& conſimiliter alij ad alterum. verſatur igitur iuſtum ciuile:in ijs in quibus iniuſtitia cadit, atque in-
iuriam facere. ¶Corollarium. Quapropter non ſinimus hominem dominari, ſed rationem . Nam ſi hnminem 44
ſecundum ſuas affectiones dominari , principatúmque gerere ſineremus : plus ſibi de ſimpliciter bonis , & mi-
nus de ſimpliciter malis tribueret , euaderétque in ipſo dominatu tyrannus . magiſtratus autem & qui domi-
natur, cuſtos eſt iuſti . quòd ſi iuſti: igitur & æqui. ¶Tertia concluſio. Magiſtratus:alij non ſibijpſi laborat, cu- 45

ſtus merces, honor & gloria ſufficere debet. Nam magiſtratus nihil ſibijpſi plus tribuendum cenſet. nam eſt iu-
ſtus. ex bono enim ſimpliciter non plus ſibijpſi tribuet: quàm quod comparatione rationum ſuæ ſorti obtige-
rit. ergo alij: non ſibijpſi laborat. & hinc non iniuria ipſam iuſtitiam alienum bonum appellant: vt & antea quo-
que iam diximus. at pro functione ſua quædam merces illi tribuenda eſt. & illa reuera honor eſt & gloria, &
46 ſufficere debet. nam quibus hæc pro mercede non ſufficiunt: euadunt profecto tyranni. ¶ Quarta concluſio. He-
rile iuſtum, atque paternum, non idem ciuili iuſto, ſed huic ſimile eſt. ¶ Primo. nam ad ſua ſimpliciter non eſt
iniuſtitia, ſed quod quis poſſidet, & filius quandiu paruulus ſit: eſt in ſua poteſtate. eſt enim filius quandiu à pa-
tris poteſtate ſeparatus non fuerit: vt patris pars quædam. igitur herile iuſtum & paternum: ciuile non eſt. ¶ Se-
cundo. nemo ſeipſum lædere vult. quare ad ſeipſum non eſt iniuſtitia. igitur neq; iuſtum neque iniuſtum ciuile.
eadem ergo ratione: neque ad ſua. non eſt igitur herile iuſtum, ac paternum: ciuile. ¶ Tertio iuſtum ciuile lege
conſtat. & inter eos ſtatuitur, quorum eſt æqualitas viciſſim imperandi atque parendi. herus autem ad poſſeſ-
47 ſionem, & pater ad liberos: non ita ſe habet. eorum igitur non eſt adinuicem ciuile iuſtum. ¶ Quinta concluſio.
Viri ad vxorem magis ciuile iuſtum eſſe videtur: quàm ad liberos, & poſſeſſiones. Nam eorum maior æqualitas.
attamen tale iuſtum quod inter virum atq; vxorem verſatur, ciuile non eſt ſed œconomicum, rei familiaris, do-
meſticúmque appellatur.

Cap. VII.

48 Ciuilis autem iuſti aliud eſt naturale, aliud legitimum. Et naturale quidem eſt
quod vbiq; vim habet eandem: & nõ quia videtur vel nõ videtur. Legitimum
autem quod à principio quidẽ nihil refert, ſic an aliter habet: cũ vero poſitum
fuerit, refert. Quale eſt: mina captiuos redimi, vel caprã dijs, ſed nõ duas oues
mactare. & etiam ea quæ de ſingulis lege iubentur. vt ſacra Braſidæ facere. & quæ publi-
49 cis decretis inſtituũtur. ¶ Videtur autẽ quibuſdam omnia talia eſſe. Propterea q omne
quod natura conſtat, immobile eſt: & vim eandẽ habet vbiq;. ſicut ignis hic, & apud Per-
ſas vrit: iuſta autẽ moueri vident. Verũ hoc nõ ita ſeſe habet, ſed aliquo modo. Atq; apud
deos quidẽ nihil vllo modo forſitan eſt quod ita ſeſe habet: apud nos autẽ eſt quidem
aliquid etiam natura conſtans, mutabile. verũ non omne. Attamen aliud eſt natura, aliud
50 non natura. patet autem. ¶ Quidnam eorũ quæ poſſunt & aliter ſe habere natura, con-
51 ſtat: & quid non, ſed lege ac inſtituto, ſi ambo mutari ſimiliter poſſunt? ¶ Et ad cætera, ea
dem accommodabitur definitio. Dextera nanq; manus validior eſt læua, natura. Et tamẽ
fieri poteſt: vt omnes euadant apti ad vtendum manu ſiniſtra perinde ac dextra. Iuſtorũ
autẽ ea quæ ex inſtituto ſunt & ob vtilitatem, ſimilia ſunt menſuris. Non enim omnibus
in locis æquales ſunt vini, triticiq; menſuræ. ſed vbi quidem emunt, maiores ſunt: vbi au
tem vendunt, minores. Simili modo & ea quæ non naturalia ſunt, ſed humana iuſta: non
eadem ſunt vbiq;. nam neq; reſpublicæ, ſed vna tantũ vbiq; ſecundum naturam eſt ipſa
52 optima. ¶ Vnumquodque autem iuſtorum, & legitimorum, vt vniuerſale ſeſe habet ad
ſingula. etenim ea quæ aguntur ſunt multa. vnumquodq; autem illorum eſt vnum. eſt
53 enim vniuerſale. ¶ Intereſt autem inter iniuriam & iniuſtum: & inter ius & iuſtum. In-
iuſtum enim eſt natura, vel inſtituto. Id autem ipſum cum actũ fuerit iniuria eſt: antea
vero q̃ ſit actum, nullo modo eſt iniuria, ſed iniuſtum. pari modo & ius. Vocatur autem
magis iuſti actio ipſum commune: ius autem iniuriæ emendatio. Quæ vero & quot ſpe-
cies vniuſcuiuſq; ipſorum ſunt, & circa quæ verſantur: conſiderandum eſt poſtea.

48 ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Sacra Braſidæ facere. Braſidas Lacedæmoniorum dux apud Amphipolim: Cleonem Braſidas.
Athenienſium ducẽ ex improuiſo deterritum occupauit. quo in conflictu Cleon occubuit. vulneratus autẽ Bra- Cleon.
ſidas delatus in vrbem vbi victoriam ſuorũ audiuit, lætior factus non multo poſt, ex vulnere reddidit animam.
honorifice tumulato, Amphipolitani monumentum eius circunſtantes, tanq̃ heroi phanum dedicarunt, diuinos
honores tribuerunt, certamina & annua ſacrificia. de quibus & hic meminit Ariſtoteles. Author Thucydides. Thucydides.
49 51 ¶ Perſæ: qui Perſidem incolunt regionẽ. ¶ Definitio, determinatio. ¶ Vt vniuerſale ad ſingularia: logicam ha-
52 bent intelligentiam. ¶ Dum molitur quod natura aut lege vetitum eſt, iniuria incompleta eſt: dum vero factum
53 eſt, ipſa iniuria cõpleta eſt. ¶ Iuſtum eſt quod natura, aut inſtituto alteri faciendum eſt. ¶ Ius primo, eſt idipſum
cum rite factum, executúmq; fuerit. Secundo. ius eſt iniuriæ emendatio.
¶ Septimum cap. tribus concluſionibus, vna diuiſione, vna quæſtione, & vna differentia partitum eſt.
48 ¶ Septimi capitis commentarius ad literã. ¶ Diuiſio. Iuſtorũ ciuiliũ hoc naturale eſt: & eſt iuſtũ quod vbiq; vim
habet eandem, & non quia videatur vel non videatur. aliud vero legitimũ: & eſt iuſtũ quod à principio quidem
nihil refert an ſic an ſecus ſe habeat. cũ vero poſitũ fuerit: refert. vt captiuos mina redimi. vt ſacrificare caprã,
& non duas oues: & ſingula quæ lege cauta ſunt. vt ſacra Braſidæ facere, pariter & publicis decretis inſtituta.
49 ¶ Prima concluſio. Non omnia iuſta: lege, inſtitutóq; conſtant. Omnia iuſta: lege, inſtitutóq; cõſtare cõpluribus
viſum eſt, ob idipſum q omne quod natura cõſtat: immobile ſit, vímq; vbiq; ſeruet eandẽ. quẽadmodum ignis:
& hic, & apud Perſas, & vbiq; locorũ vrit. iuſta autẽ mouẽtur. Sed hæc ratio inualida eſt. neq; vniuerſaliter ve-
rum eſt, omne quod natura conſtat mutabile non eſſe, ſed aliquo modo. Nam tametſi apud deos nihil vllo mo-
do, aut natura, aut voluntate cõſtet quod mutabile ſit: apud nos tamen etiam quod natura cõſtat, aliquid muta-
bile eſt, ſed nõ omne tale mutabile. & proinde non oportet ſi iuſtũ aliquod naturale mutatur: ipſum lege, inſti-
tutóq; conſtare. ſed aliud eſt natura, & aliud non natura cõſtans. nõ igitur omnia iuſta, lege inſtitutóq; oportet

conſtate. ❡Quæſtio. Quod igitur iuſtorum mutabilium, natura conſtat, & quod non natura,ſed lege ac inſti- 50
tuto:ſi ambo conſimiliter mutari poſſunt? ❡Secunda concluſio. Iuſtis mutabilibus quæ natura conſtant:eadem 51
quæ & ad cætera,quæ immutabilia ſunt,diffinitio accommodanda eſt. Nam vbique dextra manus natura vali-
dior læua eſt: quanquam fieri poteſt,vt omnea apti reddantur ad vtendum ſiniſtra,perinde ac dextra. ſed iuſta
quæ inſtituto conſtant,vt quæ ſunt ob vtilitatem inducta:minime vim ſuam vbique ſeruant,ſed perſimilia ſunt
menſuris.vt enim non in omnibus locis æquales ſunt vini triticiq; menſuræ:ſed vbi emuntur,maiores: vbi vero
venduntur, minores: hunc in modum iuſta quæ non natura,ſed quæ humano conſtant arbitrio:non vbique ea-
dem ſunt. nam neq; vbique reſpublicæ: ſed vna tantum vbiq; ſecundum naturam eadem optima reſpublica eſt.
❡Tertia concluſio. Vnumquodq; iuſtorum cum naturalium, tum legitimorum perinde ſe habet: vt vniuerſale 52
ad ſingularia. Nam quæ ab vnoquoque aguntur multa ſunt, & quodque eorum vnum eſt. vniuerſale enim eſt,
ſuarûmque operationum quædam vna communis,publicáque cauſa.ſe igitur habet,vt vniuerſale ad ſingularia.
❡Differentia Differunt iniuſtum & iniuria:iuſtum & ius. Nam iniuſtum dicitur idipſum: aut natura, aut inſti- 53
tuto alteri non faciundum. iniuria eſt idipſum: dum factum fuerit. antea quám enim id factum, admiſſumque
ſit: nullo pacto iniuria eſt.ſed ſolum iniuſtum dicitur.Pari modo iuſtum & ius.ſed & ſpecialiori nomine dici ſo-
let ius vt ipſum ſit iniuriæ emendatio: magis autem commune nomen ſit ipſa iuſti actio. ſed quæ & quot ſpe-
cies vniuſcuiuſque iſtorum ſint,& circa quæ verſentur:poſterior futurus eſt ſermo.

Cap.VIII.

CVm autem iuſta ſint,& iniuſta ea quæ diximus:iniuriam quidem quiſpiam 54
facit,& ius agit,cum ea ſua ſponte agit.ſed cum inuitus:non iniuriam facit,
neque ius agit.Agit enim ea quibus accidit vt ſint iuſta aut iniuſta. Iniuria
autem atque iuris actio tunc eſt:cum à ſponte agente fit. tunc enim vitupe-
ratur:& ſimul tūc iniuria eſt. Quare erit quid iniuſtum quidem:ſed nōdum
iniuria,ſi non à ſponte agente ſit factum.Equidem id à ſponte agente fieri dico (quem-
admodum & prius eſt dictum) quod quiſpiam in ſe ſitum ſciens agit, & non ignorans,
neque quem,neque quo, neque gratia cuius: vt quem pulſat, & quo, & gratia cuius: &
vnumquodq; illorum neq; per accidens,neq; vi. vt ſi quiſpiā vi mouens manum alteri-
us ipſum pulſet.Sponte enim ipſe tum ſua non pulſat:quippe cū non ſit in ſe ſitum.Fie-
ri etiam poteſt vt qui pulſatur ſit pater. ipſe autem ſciat quidem illum hominem eſſe,
vel aliquem eorum qui aſſunt: ignoret autem eſſe patrem. Idem dicendum eſt & de eo
gratia cuius agitur:& circa totum etiam actum.❡Quod igitur ignoratur,aut nō ignora 55
tur quidem,non eſt autem in ipſo ſitum,ſed vi ſit:id omne agitur ab inuito ❡Et eorum 56
enim quæ nobis natura competunt complura ſcientes agimus atq; patimur:quorum ni
hil aut noſtra ſponte,aut inuitis ſit nobis:vt ſeneſcere aut mori. ❡Eſt autem in iniuſtis 57
ac iuſtis ſimiliter id quod per accidens dicimus.Nam ſi quiſpiam depoſitum inuitus, &
ob timorem reddiderit:non eſt dicendum hunc iuſtum, aut ius agere niſi per accidens.
ſimiliter eſt dicendum & eum iniuriam facere atq; iniuſta per accidens agere,qui cogi-
tur,atq; inuitus non reddit depoſitum.❡Eorum autem quæ ſponte agimus:alia cum ele 58
ctione agimus,alia ſine electione.Ea cū electione agimus:quæ anteceſſit deliberatio. Ea
ſine electione:quæ non anteceſſit deliberatio. ❡Cum igitur læſio ſit in ſocietatibus tri- 59
plex:tunc ſunt cum ignoratione peccata,cum quiſpiam egerit aut circa quem,aut quod,
aut quo,aut gratia cuius agere nō putauit. Nam aut non percutere,aut non hoc,aut nō
hunc, aut non gratia huiuſce putauit. ſed accidit id cuius gratia non putauit: vt non vt
vulneraret,ſed vt pūgeret, aut non quē,aut non hoc modo.Atque cum extra rationem
ſit læſio:infortunium eſt.cum non extra rationem, ſine tamen vitio: peccatum. Etenim
peccat quidem quiſpiam cum in ipſo eſt principium cauſæ.aduerſa vero fortuna vtitur,
cum eſt foris.❡Cum autem ſciens quidem ſed non deliberatione præmiſſa quiſpiam læ 60
dit:iniuria eſt. cuius generis ea ſunt vniuerſa quæ per iram efficiuntur, aliáſque animi
perturbationes:quæcunque neceſſario,vel natura hominibus accidunt. Hæc enim iniu-
riæ ſunt.❡Atque ijqui ob hæc nocent ac peccant, iniuriam quidem faciunt:tamen non- 61
dum ob hæc ipſa ſunt iniuſti vel praui.Non enim nocent ob prauitatem:ſed cum nocet
quis electione iniuſtus eſt atque prauus. ❡Quapropter perrecte ea quæ proficiſcūtur 62
ab ira,non diiudicantur ex prouidentia fieri.Non enim is incipit qui facit ira: ſed is qui
prouocauit ad iram.Præterea non ſit in talibus controuerſia ſi factum ſit nec ne: ſed ſi
iure ſit actum. Ira nanque ob apparentem oriri iniuſtitiam ſolet. Non enim de facto
perinde atque in commercijs contendunt,vbi neceſſe eſt alterum improbum eſſe ſi non
id faciat obliuione:ſed de re conuenientes , iure an iniuria ſit facta diſceptant. ❡Qui 63

autem fecit inſidias,non ignorat.Quare alter putat iniuriam pati:alter non putat.quòd ſi electione nocuerit,iniuriam facit. Atque his iam iniurijs eſt iniuſtus qui iniuriam facit: cum comparationem rationum, aut æqualitatem tranſgreditur. pari modo iuſtus
64 etiam eſt cum ius agit electione.ius autem agit ſi ſolum ſua ſpõte agit. ¶ Eorum autem quæ ab inuitis fiunt,alia ſunt venia digna:alia non ſunt venia digna. ¶ Nam ea quæ non ſolum ignorantes,ſed ob ignorantiam etiam faciunt: ignoſcenda ſunt.Sed ea quæ faciũt non ob ignorationem,ſed ignorantes quidem,ob affectum autem nõ naturalem, neque humanum:non ſunt venia digna.

64 ¶ Octaui capitis notæ.Qui voluntarie percutit hominẽ,cum tamen neſcit eſſe patrem, neq; ſcire tenetur,reu a
eſt vt hominis percuſſor,non autẽ vt percuſſor patris. voluntarie percutere hominem: eſt percutere hominem,
ſciendo eſſe hominẽ,quo percutit,gratia cuius,& ita de reliquis.Et voluntarie percutere patrem, eſt percutere
patrem ſciendo eſſe patrem,& quo,& gratia cuius,& ita de ſingulis. Et abſit illa inſania,vt diſcrimen intelliga-
mus patrem vltro voluntarieq; percuſſit,& vltro percuſſit patrem. Et quando ſophiſta captiunculã more Pro-
tagoreorum verſat:hoc eſt pater,& hoc vltro percuſſit,igitur vltro percuſſit patrẽ:accidens admittit. non enim
oportet ſi hoc percuſſit cognoſcendo eſſe hoc: ꝙ hoc percuſſerit cognoſcendo eſſe patrem. & ſi quiſquam co-
gnoſcit quem percutit eſſe hominem,tametſi idem ſit pater: non tamen idcirco cognoſcit eſſe patrem, niſi ſe-
cundum accidens.accidit enim ſi ſit homo,ꝙ eius ſit pater. & intelligentiæ pius,& captiunum minus hoc in lo-
58 co,& ſimilibus locis deſiderandum eſt. ¶ Deliberatio,cõſilium. ¶ Praui,mali. Prauitas, malitia.& eſt malitia: ha-
61 bitus ex electione genitus,in ſuperabundantia,aut defectu exiſtens. ¶ Electio,habitus electiuus. ¶ Perturbatio-
64 nes in ignorantia non naturales & inhumanæ:ſunt quæ noſtro vitio cõtractæ,nos ignorantes ad facinus trahũt:
vt ebrietas,& ſimiles.in quos delinquentes lex duplici pœna animaduertẽdum eſſe cenſet. ¶ Eorum quæ ab in-
uitis fiunt,ab inuitis,ab ignorantibus. abuſio eſt vocabuli pro vocabulo. ¶ Ebrietas, perturbatio corporis eſt: à
potu proueniens , præter naturam atq; inhumana . & ita de alijs perturbationibus quæ vſum rationis adimunt,
ignorantiamq; inducunt,vt vehemens adamatio,vehemens odium.
¶ Octauum cap.quinq; concluſionibus,tribus corollarijs,& tribus diuiſionibus partitum eſt.
54 ¶ Octaui capitis cõmentarius ad literam ¶ Prima cõcluſio. Cũ iuſta & iniuſta ſint vt determinata ſunt:tũc quis
ius aut iniuriam agit,cũ ea ſponte agit. ſin vero inuitus:tum neq; ius,neq; iniuriam agit. Nam cum inuitus agit:
non agit iuſta,vel iniuſta niſi ſecũdum accidens. agit enim ea quibus vt iuſta aut iniuſta ſint:accidit.igitur tum
neq; ius,neq; iniuriam agit.& ius,& iniuria:volũtario,& inuoluntario determinatur. nam cũ voluntariũ ſit:vitu-
peratur,atq; ſimul tunc iniuria eſt.quare ſi voluntariũ non eſt:iniuſtũ quidem erit, vt ſecundũ accidens,iniuria
autem nequaquã. Et id voluntariũ,ſpontéq; agi dico(vt prius determinatũ eſt)cum quis ſciẽs agit,nihil ſingulo
rũ ignorans,vt neq; quem,neq; quo,neq; gratia cuius,vt quem pulſat,quo,& gratia cuius,& ita de reliquis pru-
dentiæ circumſtantijs, neq; per accidens,neq; vi. vi quidem,vt ſi quis vi manũ alterius mouens: ipſum eundem
pulſet,ipſe tum ſeipſum non ſua ſpõte pulſat. nam vt ſe tũc non pulſet:in ſua poteſtate ſitũ non eſt.Per accidẽs
autẽ,vt fieri poteſt,vt qui pulſatur ſit pater: & percutiens ſciat quidem illum eſſe hominẽ aut aliquem aſſiſten-
55 tium,ignoret autẽ ipſum eſſe patrẽ.& ita de quo,gratia cuius,& reliquis,quæ circa totũ actum verſantur. ¶ Pri
mum corollarium. Quapropter ſiue ignoretur,ſiue minime, quod fit & quod in facientis poteſtate ſitũ non eſt,
56 ſed vi fit:id omne ab inuito fieri dicitur. ¶ Secundũ corollarium. Fit etiam vt complura ſcientes agamus,patia-
múrq;:quorũ nullum noſtra ſponte aut agimus,aut patimur. Nam complura talia ſunt quæ nobis ſcientibus na-
tura competunt:vt ſeneſcere,atq; natura mori. neq; ſponte quidem: ꝙ in noſtra poteſtate ſita non ſint. neq; in-
57 uitis:quia neq; ignorantia,neq; vi,prętérq; naturam contingũt. ¶ Secũda concluſio. Tam iuſta quàm iniuſta ſe-
cundũ accidens facta reperiuntur. Nam ſi quiſquã quod in eius cuſtodia depoſitũ eſt,inuitus,& ob timorem re-
ſtituit:neq; iuſtum,neq; ius facit,niſi ſecundum accidens. identidem ſi quod depoſitũ eſt,coactus & inuitus non
reſtituit: iniuſtum atq; iniuriam per accidens facit. vtraq; igitur & iuſta,& iniuſta:per accidens facta reperiũtur.
58 ¶ Prima diuiſio. Eorũ quæ ſponte agimus quædam cum electione agimus:& ea ſunt quæ præuenit deliberatio.
59 quædam vero ſine delectu,ac electione:& ſunt quæ deliberatio minime præuenit. ¶ Secũda diuiſio. Nocumen-
tũ in ſocietatibus humanis triplex eſt. hoc ignorantia,hoc ſponte quidem ſed ſine electione,illud vero cũ ſpon-
te,tũ electione prouenit. hoc ignorantia fit: vt cũ quiſquam agit,circa quem,aut quod,aut quo, aut gratia cu-
ius agere non putauit:vt cũ non percutere putauit, aut non hoc inſtrumẽto,aut non hũc,aut non gratia huius,
attamen euenit:quod minime euenire ratus erat.vt pungere credidit, & vulnerauit. aut non quem,aut non hoc
modo. Et cum præter propoſitũ fit huiuſmodi læſio:infortuniũ dicitur. cũ vero non præter propoſitũ euenit,at
ſine intentione mala:error quidẽ,peccatũmq; dicitur. peccat enim cũ in ipſo eſt cauſæ principiũ. cũ vero foris
60 eſt,nullũmq; adeſt propoſitũ:aduerſa tũ vtitur fortuna. ¶ Tertia cõcluſio. Cũ ſponte ſed ſine deliberatione præ-
uia,aliũ quempiã quiſquã lædit:iniuria eſt. Nam cũ quis ſpõte ob perturbationẽ aliquam,aliũ lædit: iniuria fit.
ſed vniuerſa nocumẽta quæ ſpõte ſcientérq; fiunt nulla deliberatione præuia:ob iram,reliquáſq; perturbationes
61 animi fiunt,quæ neceſſario, aut natura homini accidunt. cũ igitur talia talitérq; fiant:iniuriæ ſunt. ¶ Quarta cõ-
cluſio. Qui ob perturbationes nocẽt ac peccant,iniuriã faciũt:ſed nondũ idcirco iniuſti,aut praui dicendi ſunt.
Nam non nocent ob prauitatẽ atq; malitiam. ſed tunc quis iniuſtus,prauúſq; eſt,cum electione nocet,atq; ma-
lus eſt. ¶ Tertium corollarium. Quapropter non ab re ea quæ proficiſcuntur ab ira:non diiudicantur ex proui-
62 dentia,præelectionéq; fieri. ¶ Primo quidem. nam non is incipit:qui quicquam per iram molitur,tentat,atq; fa-
cit,ſed is qui prouocauit ad iram. Secundo. qui ira nocuit non diſſimulat factum. neq; in talibus ſi factum ſit nec
ne,in controuerſiam venit:ſed ſi iure factũ. nam ira ob apparentem iniuſtitiam oriri ſolet. at quod prouidentia,
& electione nocumentum prouenit: factum diſſimulatur. & in cõtrouerſiam venit:factum'ne ſit,an ſecus. vt in
commerciorũ nocumentis:an ea facta ſint contendunt. vbi neceſſe eſt nocentem(vbi res prodita fuerit)impro-
bum videri:niſi ſe,quòd id obliuione fecerit defendat,ac excuſet. ſed qui ira nocet,& is cui nocumentum ſit al-
latum,de re conuenientes: iuréne,an iniuria facta ſit, diſceptant. quæ igitur per iram fiunt perrecte prouiden-
63 tia,electionéq; haud facta putantur. ¶ Quinta cõcluſio. Qui ſponte,& electione nocent: iniuriam agũt,atq; in-
iuſti ſunt. ¶ Primo. quia qui alteri molitus inſidias nocet:non ignorat. & proinde cui allatũ incommodũ eſt: be-
ne putat ſe pati iniuriã,& alter ſe pati nõ putat. quòd ſi ex electione nocet, iniuriam facit. atqui iniuſtus ijs eſt
iniurijs,quas quis ex electione facit. qui igitur ſponte & electione nocent: iniuriam pariter agũt,& iniuſti ſunt.

℄ Secũdo. Cum quis ex electione cõparationum rationem,atq; æqualitatẽ tranſgreditur:iniuſtus eſt.qui autem
ſponte & electione nocent:id admittũt. ſunt igitur non modo iniuriam agentes:ſed & iniuſti. ℄ Tertio. iuſtus is
eſt:cũ ſponte,ac electione ius agit.iuſtũ autẽ agit:& ſi ſola ſponte agit.igitur & is iniuſtus:qui & ſpõte,& ex e-
lectione iniuriá agit. ℄ Tertia diuiſio. Eorũ quæ homines faciũt ignorátes:quędá ſunt venia digna,quædá vero 64
minime Ná ea quæ nõ modo ignorátes,ſed ob ignorantiá inuiti faciũt:ignoſcẽda ſunt.ſed ea quæ faciũt inuiti
non ob ignorantiam,ſed ob perturbationem quandá non naturalem,atq; inhumanam: non ſunt venia digna.

Cap.IX.

AMbiget autem quiſpiam ſi determinatum ſit ſatis de faciendo, patiẽdóque 65
iniuriam.Atque ſi ita ſit vt Euripides inquit:abſurde dicens,
Quæris parentem quomodo occidi meam?
Sermo eſt breuis:non exitus longos habet.
Volens volentem:vel volentem non volens.
Vtrum enim reuera ſua ſponte quiſpiam iniuriam patiatur an nemo, ſed omnes inui-
ti:quemadmodum & omnes qui iniuriam agunt,ſua faciunt ſpõte?Et vtrum omnes hoc
modo:an quidam inuiti, ſimiliter & cum patiuntur homines ius ? nam omnes cum ius
agunt:ſua faciunt ſponte. ℄ Quare cõſentaneum eſt rationi:ſimiliter opponi eos qui in- 66
iuriam,& qui ius patiuntur.vt aut ſponte patiantur aut inuiti.at abſurdum videbitur ſi
omnes etiam ius pati ſua ſponte dixerimus.nonnulli nanque non ſua ſponte ius patiũ-
tur. ℄ Enimuero de hoc quoq; quiſpiam dubitauerit ſi omnis qui paſſus eſt iniuſtũ,iniu 67
riam patiatur:an vt in agendo ſic & in patiẽdo res ſeſe habet? ℄ Etenim ſit vt ad vtrũ- 68
que per accidens,ipſa iuſta accommodentur:& eodem modo iniuſta. Non enim eſt idẽ
iniuſta agere,& iniurias agere.neq; iniuſta pati,& iniurias pati . Similiter & in agendo,
patiendóque ius.Fieri enim nõ poteſt vt patiatur quiſquam iniuriam,niſi quis iniuriam
faciat:aut ius patiatur,niſi ius quiſpiam agat. ℄ Quòd ſi ſimpliciter iniuriam facere, ſit 69
ſua ſponte quempiam lædere:& idipſum,ſponte inquam lædere : ſit lædere ſcientem &
quem,& quo atque quomodo,incontinens autem ipſe ſibi ſua noceat ſponte : ipſe nimi-
rum iniuriam patitur ſua ſpõte,fierique poteſt vt ſibijpſi iniuriam faciat. atque hoc et-
iam ipſum, vnum quid eſt eorum quæ dubitantur:ſi fieri inquam poſſit vt ſibijpſi quiſpi
am iniuriam faciat. ℄ Præterea ſit vt ſua ſponte quiſpiam ob incontinẽtiam ab alio ſpõ-
te nocente lædatur.Quare ſit:vt ſua ſponte quiſpiam iniuriam patiatur. ℄ An definitio 70
dicta non recte ſeſe habet, ſed huic, lædere inquam ſcientem quem , & quo, atque quo-
modo:hoc eſt addendum præter illius voluntatem?Læditur igitur ſua quiſpiam ſponte,
patitúrque iniuſta. Sed iniuriam ſua ſponte patitur nemo.nemo nanque vult, neque in-
continens ipſe ſed præter voluntatem agit.Neque enim vllus id vult quod non exiſti-
mat eſſe bonum:incontinens autem id agit,quod non putat eſſe agẽdum. Qui vero dat
Homerus. ſua:quemadmodum arma ſua Diomedi Glaucus dedit,vt dicit Homerus,
Próque nouem , centum : pro ferro tradidit aurum.
Is iniuriam non patitur:dare nam eſt collocatum in ipſo.
Sed vt iniuriam patiatur non eſt in poteſtate ipſius ſitum : ſed is ſit qui iniuriam agat
oportet. Patet igitur ſua ſponte neminem iniuriam pati . ℄ Inſuper ex ijs quæ propo- 71
ſuimus,hæc duo reſtant deinceps dicenda : vter iniuriam faciat , vtrum is qui plus præ-
ter dignitatem tribuit , an is qui illud habet ? & ſi fieri poſſit vt ſibijpſi quiſpiam iniuri-
am faciat ? Etenim ſi ſit illud quod prius eſt dictum , & qui diſtribuit non qui plus ha-
bet , iniuriam faciat,ſi quiſpiam plus alij quàm ſibi tribuat ſciens,ſpontéque:quod qui-
dem moderati homines facere videntur (bonus enim & æquus,minora ſibi tribuere ſo-
let) is profecto ſibijpſi iniuriá facit. ℄ An neq; hoc ſimplex eſt? Ex alio nanq; bono plus 72
forte cõſequitur:vt gloriá, aut abſolute honeſtum. Soluitur præterea & per diffinitio-
nem agendi iniuriam.nihil enim ipſe præter ſuam patitur voluntatem.Quare non iniu
riam patitur ob id ipſum.ſed ſi minus capit:læditur tantum . ℄ Patet autem diſtribuen- 73
tem:iniuriam agere.ſed non eum ſemper qui plus habet.Non enim is iniuriam facit cui
ineſt iniuſtum:ſed is cui poteſtas ineſt id faciendi ſponte. Hæc autem eſt vnde eſt prin-
cipium actus. quod quidẽ in ipſo eſt diſtribuente:non in accipiente. ℄ Præterea cum fa-
cere multis dicatur modis, & modo quodam expertia animæ, & manus, & ſeruũs occi-
dat hero iubente: iniuriam quidem non agit,iniuſta autem facit. ℄ Inſuper ſi iudicauit
ignorans:non iniuriam facit legitimo iuſto,nec eſt iniuſtũ iudiciũ.eſt tamen aliquo mo-

do iniuſtum. Aliud enim eſt legitimum iuſtũ,aliud primũ.Sin vero cognoſcens iudica-
uit iniuſte:plus habet & ipſe vel gratiam vel vindictã.perinde igitur & is, qui ob hæc iu-
dicauit iniuſte:plus habet,atq; ſi quiſpiã acceperit iniuriæ partem. Nam in illis,qui fun-
74 dum peruerſo iudicio tribuit:nõ fundum cepit,ſed argentum.❡A tqui putant homines
in ſeipſis eſſe ſitũ iniurias facere.quapropter & iniuſtũ eſſe facile arbitrantur.hoc autem
nõ ita ſeſe habet:coire nanq; cũ vxore vicini, & pulſare proximũ, dareq; argentũ manu
facile eſt,& collocatur in ipſis:ſed hæc agere ſic ſe habentes, neque facile eſt,neq; in ipſis
75 eſt ſitũ.❡Simili modo cognoſcere iuſta atq; iniuſta, nullam ſapientiam eſſe putant. pro-
pterea ꝙ non eſt difficile,ea de quibus leges dictitant: intelligere . at non hæc ſunt ipſa
iuſta:niſi per accidens.Sed tunc ſunt iuſta cũ quodã agũtur modo:& quodam diſtribuun-
tur modo. id autẽ difficilius eſt:ꝙ ea quæ ſanitatẽ efficiunt ſcire. Et ibi nanq; mel,vinũ,
veratrũ,aduſtionẽ,inciſionémvé ſcire:perfacile ſane eſt. ſed quonam modo ad ſanitatem
efficiendã,& cui,& quando ſint tribuenda:tanta eſt difficultas ſcire,quanta eſt medicum
76 eſſe.❡Ob id autẽ ipſum,& iuſti nõ minus eſſe putant iniuriã facere, quia vir iuſtus non
minus,ſed etiam magis horum ſingula facere poteſt: vitiare inquam vxorem cuiuſpiã,
& pulſare aliquẽ,& vir fortis in acie proijcere clypeum:tergiſque verſis fugam arripere.
At timide agere & iniuriam facere nõ eſt hæc facere, niſi per accidens:ſed ſic ſe haben-
tem hæc facere.Quemadmodum & mederi,atq; curare nõ eſt incidere, vel nõ incidere,
77 aut medicamẽta dare,aut non dare:ſed hoc modo ſeſe habentẽ hæc agere.❡Iuſta autem
in ijs ſunt qui participes ſunt eorum quæ ſunt ſimpliciter bona . Habent autem & exu-
perationem in his & defectionem.Nam quibuſdam non eſt ipſorum exuperatio: vt dijs
fortaſſe.quibuſdam vero nulla pars eſt vtilis,incurabilibus inquam malis: ſed omnia no-
cent.quibuſdam autem vſque ad aliquem terminum:atque hoc eſt humanum.

66 ❡Nnni capitis notæ. ❡Emendat poſtea iniuriam pati & ius pati cõſimilia eſſe: vt ſponte aut inuoluntarie fiat.
69 Verum enim eſt id: vt vtrunq; inuoluntarie fiat, hoc eſt vt vtrunque patiantur inuiti . ❡Incontioens eſt qui ob
paſſionem,non antem nb electionẽ:voluptatum guſtus,aut tactus ſequitur ſuperabundantias. ❡Velle: eſt qood
bonum eſt appetere. ❡Vult, vult ſimpliciter, & abſolute: nulla perturbatiooe ſecum voluotatem rapiente : &
73 70 quaſi victam captiuámque ducente . ❡De Glauco & Diomede apud Homerum io Iliade. ❡Fundus, pars agri — Glaucus
75 vt pratum, vinea, oliuetum, pomarium. Et ſimilia in vrbe, nppido, vico, aut caſtello vocant prædia. ❡Ex ſex- — Diomedes
ta concluſinne notabis,qui legibus dant operam,priuſquam morali philoſophia ſint imbuti:rectam minime con — Ciuiles
ſecutum iri legum intelligentiam. ❡Veratrum,helleborus : herbæ genus inſaniam expurgans. & quo medica- — Druſus
77 mento Druſus in Anticyra inſula , à comitiali morbo liberatus eſt . ❡Bona ſimpliciter quæ ſecuodum ſe booa — Anticyra.
ſunt. ſed aliorum vſu praueſcunt,maláque dicuntur. vt diuitiæ,& reliqua fortunæ bona. ❡Ex duabus diffinitio-
nibus & duobus principijs ea quæ in hoc capite perplexam habent intelligentiam,facile dignoſci poſſunt. Pri-
ma diffinitin . Iniuriam facere, eſt alicui damnum ſponte præter legem inferre & præter illius voluntatem cui
damnum illatum eſt. Secunda. Iniuriam pati eſt prærer ſuam voluntatem nocumentum ſoſtinere:ab eo quidem
qui illud ſponte præter legem infert. Principia. Primum. Impoſſibile eſt iniuriam facere niſi ſit qui iniuriam pa
tiatur. Secundum. Impoſſibile eſt iniuriam pati niſi ſit qui iniuriam faciat.ex oppoſito enim & quaſi relatiue di-
cuntur:iniuriam facere & iniuriam pati:itidem iniuſtum facere & iniuſtum pati,ſed iniuſtum facere & iniuſtum
pati: communiora.

❡Nnnum cap.octo concluſionibus, tribus quæſtionibus, reſumptinne dubiorum, & duabus dilutionibus parti-
tum eſt.

65 ❡Noni capitis commentarius ad literam. ❡Prima quæſtin. Haud immerito dubitabit aliquis: an de agendo,pa-
tiendóq; ioioriam,determinatum ſit ſufficienter,& an ita ſit vt Euripides inquit ſed ſatis abſone quidem,

Quæris parentem quomodn occidi meam?
Sermo eſt breuis,non exitus longos habet:
Volens volentem,vel volentem non volens.

Hoc eſt vtrum reuera cuipiam volenti:fieri queat iniuria, an non, ſed omnes qui patiuntur iniuriam id patiãtur
inuiti. quemadmodum & nmnes qui iniuriã faciunt:eam ſua ſponte faciunt,an aliqui ſponte:& aliqui inuiti. Si-
milis quæſtin eſt vtrum omnis qui patitur ius:id ſponte patiatur. ſicut omnes qui faciunt ius:ſponte quidem fa-
66 ciunt. an aliqui ſponte,aliqui vero inuiti. ❡Prima cõcluſio. Nnn omnes ſua ſponte patiũtur iniuriam. Nam con-
ſentaneum eſt hæc nppoſita iniuriam pati ſcilicet, & ius pati : ſimiliter vt aut ſponre , aut inuoluntarie fiant. at
abſurdo ſimile eſt ſi omnes ius pati ſua ſpnnte aſtruxerimus. patiuntur enim ius nonnulli inuiti. tanto magis igi-
67 tur: non omnes ſua ſponte patiuntur iniuriam. ❡Secunda quæſtio. Vtrum nmnis qui inioſtum patitur:iniuriam
patiatur. & qui iuſtum:patiatur & ius? ſimiliter vtrum omnis qui agit iniuſtum, iniuriam faciat, & omnis qui iu-
68 ſtum agit:agat & ius? & nmnino an vt in agendo eſt,ſic ſit in patiendo? ❡Secunda concluſio. Iuſta, & iniuſta &
agendo,& patiendo:conſimiliter homines ſeſe habent. Nam per accidens Iuſta,& iniuſta facimus: & ita per ac
cidens patimur iuſta,& iniuſta. neq; idem eſt iniuſta agere, & iniurias agere. ſimiliter non idem eſt iniuſta pati,
& iniurias pati. identidem non idem eſt iuſtum agere,& ius agere:ita quoq; neque iuſtum pati & ius pati. ſed ſi
quis iniuriã facit:quis patitur iniuriã. & ſi quis agit ius:itidem & quis ius patitur. fieri enim non poteſt vt patia-
tur quiſquam iniuriam,& nemo faciat iniuriam. ſimiliter vt patiatur ius:nemo autẽ faciat ius. iuſta igitur, & in-
69 iuſta:& agendo & patiendn conſimiliter ſeſe habent. ❡Tertia quæſtio. An fieri poſſit vt quiſquam ſibijpſi iniu-
riam faciat, & nmninn an aliquis vltro, ſuáque ſponte patiatur iniuriam . & nonnullis ſtatim ita videri poſſet.
❡Primo quia ſimpliciter iniuriã facere:eſt ſua ſponte quempiã lædere:ſed ſua ſponte lædere: eſt aliquẽ ſcientẽ
lædere. ſcientẽ dico:& quẽ,& quo,& quo modo. cũ autẽ incontinens ſibi ipſe ſua ſponte noceat : vtpote qui ſe

cognoſcit, & quid agit, & quo modo. ergo ipſe incontinens ſua ſponte ſibijpſi iniuriam irrogat . fieri igitur po-
teſt:vt quiſpiam ſibi iniuriam faciat. quod dubitabatur. ¶Secundo. fieri poteſt vt incontinens ob ſuam incon-
tinentiam:ab altero ſponte quidem nocere volenti patiatur. quare eodem iure:à ſeipſo iniuriam patitur,ac fieri
poteſt vt quis ſua ſponte iniuriam patiatur. ¶Dilutio quæſtionis. Diffinitio. Iniuriam facere,eſt ſua ſponte quẽ- 70
piam lædere:minime ſufficiens eſſe videtur, ſed adijciendum eſt præter illius qui læditur voluntatem. Quo fit
vt nihil vetet quempiam ſua ſponte lædi,patique iniuſta:ſed nemo ſua ſponte patitur iniuriam.nam nemo vult
lædi,neq; incontinens ipſe. de quo tactum eſt argumentum lædi vult, ſed agit præter voluntatem . nam nullus
id vult:quod non putat eſſe bonum. incontinens autem id agit quod non putat eſſe agendum . incontinens igi-
tur: neq; illud vult. Neq; quidem ab altero quiſpiam patitur iniuriam volens. vt ſi tribuat alteri ſupra etiã quàm
par eſt:quemadmodum Glaucus cum arma ſua tradidit Diomedi,& vt inquit Homerus:
Próq; nouem centum,pro ferro tradidit aurum.
Is volens accepit,non autem patitur iniuriam. nam dare in ipſo collocatum erat. ¶Tertia concluſio. In poteſta- 71
te alicuius ſitum non eſt:vt ipſe iniuriam patiatur. Nam in eius poteſtate non eſt: vt quiuis illi inferat iniuriam.
atqui vt iniuriam patiatur:vt quis illi iniuriam irroget oportet. non igitur in poteſtate alicuius ſitum eſt: vt in-
iuriam patiatur. non enim à ſeipſo(vt dictum iam eſt)patitur iniuriam. Sed & ſatis etiam dictum eſt: neminem
ſua ſponte pati iniuriam. ¶Reſumptio duorum dubiorum ex præcedentibus. Ea ija quæ iam præpoſita ſunt:duo 72
iterum ſunt examinanda. ¶Primum eſt vter iniuriam faciat: an is qui præter dignitatem tribuit, an is qui illud
habet,ac recipit. Secundum. iterum an fieri id poſſet: vt quis ſibijpſi iniuriam faciat. & partim vtrunq; videtur.
nam ſi verum eſt id quod nuper allatum eſt:non is qui recipit , ſed qui ſponte alteri præter dignitatem tribuit,
iniuriam facit. Nam ſi quiſquam & ſciens,& volens plus alij quàm ſibijpſi tribuat:is profecto ſibijpſi iniuriã fa-
cit. at multi id faciunt. moderati enim homines:id facere ſolent,& vir bonus & æquus minora ſibi tribuere. igi-
tur qui ſponte plus tribuit q̃ par ſit,iniuriam facit: & ſibijpſi id facit. quare quis ſibijpſi iniuriam facit. ¶Dilu-
tio. Primo. id ſimpliciter verum non eſt,moderatum hominem vt æquum & bonũ: plus alij quàm ſibi tribuere.
nam ex alio bono vt gloria aut abſolute bono, vt honeſto : plus conſequitur. ¶Secundo. ſoluitur argumentum
ex diffinitione agendi iniuriam. nam is qui ita diſtribuit : nihil præter eius voluntatem patitur. non igitur fit ei
iniuria ſed patitur tantum,ſi ſibi minus retinet. ¶Quarta concluſio. ꝙ ſi ita eſt,cum alteri tamen plus diſtribuẽ- 73
do alicui fit iniuria:is qui ſponte diſtribuit potius iniuriam facit,non autem is qui plus accipit . ¶Primo. Nam
is non ſemper neque potius iniuriam facit cui quiq̃ iniuſte commiſſum eſt:verum is potius cui poteſtas adeſt,
id ſponte faciendi. is autem eſt diſtribuens:à quo eſt principium actus,& in quo eiuſmodi principium, & pote-
ſtas ſponte faciendi ineſt,non autem in plus accipiente. igitur ſemper ſponte diſtribuens (cum iniuria fit)& po-
tius iniuriam facit:non autem ſemper qui plus eſt accipiens. ¶Secundo. cum facere dicatur pluribus modis. vno
modo vt inſtrumentũ:vt inanimata,manus,ſeruus,cum quiſquã occiditur mandante domino. alio modo vt prin
cipium faciens vt dominus:inſtrumenta non iniuriã, ſed iniuſtum potius agunt,ſed dominus qui mandat potius
iniuriam facit . igitur & qui plus ſponte diſtribuit : potius iniuriam agit, non autem qui plus ſibi quidem diſtri-
butum accipit. ¶Tertio. plerunq; euenit vt qui ſponte plus diſtribuit cum cuipiam iniuria fit:plus habeat quàm
qui accipit. Nam ſi quis ignorans plus alteri adiudicauit ignorantia quidem legitimi iuſti:non facit iniuriã neq;
per ſe,ſimpliciterq; iniuſtum iudicium eſt,tamen aliquo modo vt ſecundum accidens,iniuſtũ eſt. & eſt aliud iu-
ſtum legitimum,& primũ,atq; naturale iuſtum. ſiquidem legitimũ ignorari poteſt: naturale autẽ non poteſt. Et
contrà ſi cognoſcens aut ob gratiam,aut vindictam iudicauit iniuſte:plus habet gratiæ, aut vindictæ. qui ergo
ob hæc iudicat,& adhuc eius quod iniuria diſtributum eſt,partem accipit:plus habet q̃ ille ipſe cui diſtribuit. vt
cum peruerſo iudicio alicui adiudicat fundũ. & partem capit,non quidem ꝙ fundum capiat,ſed argentũ,aut ſi-
mile. Nimirũ igitur ſi qui ſponte plus tribuit faciat iniuriã,cum cuipiam fit iniuria: nõ autem is ſemper qui plus
accipit. ¶Quinta concluſio. Non eſt facile iniuſtum eſſe: vt putant homines. Nam ita non eſt vt putant homi- 74
nes:in ſeipſis ſitum eſſe iniurias facere. Nam etſi cum vxore vicini venerem admittere, proximũ percutere, &
domini argentum dare,facile ſit,atq; in ipſorum poteſtate collocatum: tamen hæc ea habitu,ſic'q; ſe habentes
facere,neq; facile eſt,neque quoties volunt in ſua poteſtate ſitum eſt. ¶Sexta concluſio. Non item recte ſenſe- 75
runt iuſta,& iniuſta cognoſcere:nullam difficultatem,nihilq; arduũ eſſe. ea enim ipſi putabant: quia non diffici-
le ſit ea ipſa intelligere,de quibus leges ipſæ determinant. ſed eſto hæc intellectu facilia ſint : non tamẽ ea iuſta
ſunt,niſi per accidens. ſed tũc ſunt iuſta:cũ quodã modo aguntur,atq; quodã modo diſtribuuntur. & id certe diſ-
ficilius eſt: quàm quæ ſanitatẽ effectiua ſint,cognoſcere. in medicinis enim,& curandæ valitudinis diſciplina:&
mel,& vinum,& helleborum, & aduſtionem, & inciſionem cognoſcere perfacile eſt. ſed quo pacto ad parandã
ſanitatem,& cui,& quando,& quomodo tribuenda ſint:tanta profecto difficultas eſt ſcire, quanta certe & me-
dicum eſſe. ita quoq; & in iuſtis pernoſcendis,atq; iniuſtis. ¶Septima concluſio. Falſo & id exiſtimant: iuſtum 76
non minus poſſe iniuriam,iniuſteq; agere quàm iniuſtum. Ob idipſum enim id credunt: ꝙ non minus, imò ma-
gis vir iuſtus vnũquodq; horum,vt alterius lectum temerare, alterum pulſare: facere poteſt. & vir fortis in acie
clypeũ abijcere,& fugiendo terga vertere:quàm ſi eſſet iniuſtus,aut timidus. ſed falluntur. nam hæc facere nõ
eſt iniuriam,iniuſtéq; agere,aut timide agere:niſi per accidens. ſed tum iniuſte,iniuriámq; facit: cum ea ex ha-
bitu,ſic'q; ſe habens facit. quemadmodum aliquem ſcire mederi, ac ſanare: non eſt incidere, aut non incidere,
medicamenta porrigere, aut non porrigere, ſed hoc modo ſeſe habentem, hæc agere. ¶Octaua cõcluſio. Iuſta 77
in ijs verſantur:quibus aſſunt ſecũdum ſe,atque ſimpliciter bona. Nam iuſta ijs inſunt,quibus aſſunt bona: plus,
& minus,ſuperabundantiam, atq; defectum habentia. talia autẽ ſunt ſecundum ſe & ſimpliciter bona. & hanc
bonorum partitionem ponere poterimus. quædam enim ſunt quibus ſolum aſſunt bona:ſed ſuperabundantiam,
defectúmq; habentia vt homines iuſti. quædam quibus ſolum aſſunt bona: ſed neq; exceſſum, neq; defectũ ha-
bentia vt immortalia numina. quædam quibus ſolum aſſunt mala : vt incurabiles,atque prorſus improbi quibus
omnia nocent. & quædam quibus aſſunt quidem mala:ſed ad tempus, vt qui ad tempus male viuunt: & ad tem-
pus ſe emendant,corriguntq;. & hoc eſt humanum.

Cap. X.

DEinceps autem dicendum eſt de æquitate & bonitate , atque æquo & bono: 78
quonam modo ſeſe habet æquitas quidem & bonitas ad iuſtitiam, æquum
autem & bonum ad iuſtum. Nam conſiderantibus neque ſimpliciter idem,
neq; genere diuerſum eſſe videtur. atque interdum laudamus æquum & bo
num:virúmque talem. Quare & ad alia laudantes transferimus pro bono:ipſum æquius

declarantes melius eſſe. Interdum rationem ſequentibus abſurdum videtur: ſi æquum &
bonum (ſi ſit quid præter iuſtum) laudabile ſit. nam aut iuſtum non eſt ſtudioſum, aut
æquum & bonum, ſi aliud ſit à iuſto: aut idem ſunt, ſi vtrunq; eſt ſtudioſum. Hæc igitur
79 dubitatio ob ea fere quæ dicta ſunt: emergit de ipſo æquo & bono. ¶ Recte autē aliquo
modo ſeſe habent omnia: & nihil prorſus ipſis aduerſatur. Nam æquum & bonū iuſtum
eſt: & eſt aliquo iuſto melius: & non vt aliquod aliud genus, melius eſt ipſo iuſto. Idem
80 eſt ergo iuſtum, atq; æquum & bonum. ¶ Et vtrunq; quidem eſt ſtudioſum: præſtabili-
us autem eſt ipſum æquum & bonum. Fit autem hæc dubitatio qua æquum & bonum
iuſtum quidem eſt, non autem lege: ſed emendatio legitimi iuſti. Cauſa autem eſt: quia
lex quidem omnis vniuerſalis eſt. fieri autem nō poteſt: vt de quibuſdam vniuerſaliter
recte dicatur. In quibus igitur vniuerſaliter quidem dicere neceſſe eſt, fieri autē non po-
teſt vt recte dicatur: in ijs lex id accipit, quod fit plerunq; haud ignorans peccatum. Et
eſt nihilominus recta. peccatum enim nō eſt in lege, nec in legiſlatore: ſed in ipſa rei na-
81 tura. Continuo nanq; rerum earum quæ ſub actionem cadunt: materia talis eſt. ¶ Cum
igitur lex quidem vniuerſaliter loquitur, in ijs autem præter vniuerſale quippiam acci-
dit: tum recte ſeſe habet, vt ea parte qua legiſlator omiſit, atq; peccauit abſolute locutus,
emendetur defectus. quod & ipſe legiſlator ſi adeſſet, hoc modo dixiſſet: & ſi ſciuiſſet, iu-
bentem legem tuliſſet. Quapropter iuſtum quidem eſt, & præſtabilius aliquo iuſto,
non tamen ſimpliciter iuſto: ſed eo quod peccat, propterea quòd ſimpliciter dictum eſt.
82 ¶ Atque hæc eſt natura ipſius æqui & boni: emendatio legis ea ex parte qua deficit ob
vniuerſale. Hæc enim eſt cauſa, & vt non omnia ſint lege: quia de quibuſdam impoſſibi
le eſt ponere legem. Quare decreto eſt opus. indefinitæ nanque rei: indefinita & regula
eſt. ſicut & ædificationis Leſbiæ plumbea norma. Ad lapidis enim figuram mutatur, &
nō manet. & decretum ad res ipſas ſimili modo. patet igitur quid eſt æquum & bonum,
83 & eſſe iuſtum: & quo iuſto præſtabilius eſt. ¶ Ex quo etiam emergit: quiſnam ſit homo
bonus & æquus. Eſt enim is qui talia eligit, atq; agit: & qui non exacte iuſtum in deterio-
rem exequitur partem: ſed imminuit tametſi legem adiutricem ad illud habet. & habi-
tus hic æquitas & bonitas eſt. quæ quidem iuſtitia quædā, & non alius quiſq̄ habitus eſt.

82 ¶ Decimi capitis notæ. ¶ Leſbus, nominata Troadis inſula ob Arionem, & caput Orphei: quæ & nunc Mityle-
83 ne. Mitylene etiam vrbs in ea eſt. ¶ Iuſtum non ſatis expreſſum, imminuere dicitur æquus & bonus: quòd non
vſque adeo vniuerſaliter intelligat, aut vtatur, atque ſonat.

¶ Decimum cap. quinq; concluſionibus, & vna diffinitione partitum eſt.

78 ¶ Decimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. De æquitate & bonitate, æquo & bono quo-
nam modo æquitas & bonitas ad iuſtitiam, & æquum & bonum ad iuſtum ſeſe habeat: determinationem ſu-
ſcipere par, atque rationabile eſt. Nam conſiderantibus neque ſimpliciter idem iuſtitiæ, & iuſto: neque genere
diuerſa eſſe videntur. idem enim non videntur. nam plerunq; æquum & bonum laudamus vt virum talem: non
vt iuſtum. & nomen æqui & boni ad alia amplius commendanda pro bono transferunt, ex additione æqui quic-
quam melius, præſtantiúſque eſſe deſignantes. ex aduerſo vero, rationem ſequentibus plerunque occurrit: ab-
ſurdum prorſus eſſe æquum & bonum laudabile eſſe, ſi æquum & bonum, iuſtum non ſit. nam aut iuſtum ſtudio-
ſum non eſt, aut æquum & bonum ſi ipſum aliud ſit à iuſto: non eſt ſtudioſum. aut ſi vtrunque ſtudioſum eſt: re-
uera iuſtum, & æquum & bonum, idem eſſe videbuntur. nam ſtudioſa percurrendo nullum aliud occurrit: cui
æquum & bonum annumeremus. & hæc de æquo & bono difficultatem ingerunt. quapropter de eo diſcuſſio-
79 nem ſuſcipere, haud inconſentaneum eſt ¶ Secunda concluſio. Quæ dicta ſunt: quodam modo recte dicta ſunt
omnia, neque ſibijnuicem obuerſantur. Nam æquum & bonum: iuſtum eſt. & aliquo iuſto melius. attamen ipſo
80 iuſto haudquaquam melius eſt vt genere aliud. verum iuſtum, & æquum & bonum: idem ſunt. ¶ Tertia conclu-
ſio. Cum vtrunque iuſtum, & æquum & bonum: ſtudioſum ſit, æquum tamen & bonum melius, præſtantiúſque
eſt. Nam cum id difficultatem ingerat quo modo æquum & bonum, iuſtum ſit: cum non ſecundum legem le-
giſque expreſſionem, ipſum æquum & bonum, iuſtum eſt (quod quidem & præſtabilius eſt) ſecundum legitimi
iuſti vbi deficit emendationem. Cauſa autem cur lex emendatione nonnunquam egeat: hæc eſt quòd lex om-
nis vniuerſalis eſt. atqui fieri non poteſt: vt de quibuſdam lex vniuerſaliter recte feratur. in quibus igitur legem
vniuerſaliter ferre neceſſe eſt, at recte vniuerſaliter audiri, intelligiq; non poteſt: in talibus lex accipit quod vt
plurimum euenit, peccatum non ignorans, & nihilominus ea lex recta eſt. neque præcipue peccatum in lege
eſt, neque in legiſlatore: ſed in ipſa rei natura. nam ipſarum rerum quæ in humanis actionibus ſe præſtant: ſta-
tim talis natura deprehenditur, vt vniuerſali quadam lege, nunquam ſatis comprehendantur: quin quicquam
81 ſemper demendum, excipiendúmque occurrat. ¶ Quarta concluſio. Legem plerunque moderari, emendariq;
conuenit. Nam cum lex de aliquibus vniuerſaliter poſita ſit, ſi quicquam præter vniuerſale contingit: rectum,
iuſtúmque eſt vt ea ex parte qua legiſlator omiſit, peccauitque, abſolute nihilque demendo locutus, emende-
tur quod deficit. & nimirum id iuſtum, rectúmque eſt. nam & ipſe legiſlator ſi adeſſet, hoc modo dixiſſet. & ſi
quicquam ita emerſurum ipſe cognouiſſet: legem (quæ id iuberet) tuliſſet. Quapropter legem hoc pacto emen
dare iuſtum eſt, & quidē præſtabilius aliquo iuſto, non tamen omnino & ſimpliciter iuſto: ſed eo ipſo quod pec-
82 cat, ob idipſum quòd ſimpliciter nihil demendum exprimens, dictum atq; latum eſt. ¶ Quinta concluſio. Cum
iuſta ſecundum leges faciunda ſint: decreto, ſententiáque æqui & boni opus eſt. Nam munus, officium, naturáq;

ipſius æqui & boni eſt:legis emendatio,ea ex parte qua ob vniuerſale deficit. hóc enim in cauſa eſt,vt non omnia ſecundum legis expreſſionem exequantur:quia de quibuſdam expreſſam legem ferre impoſſibile eſt. igitur in iuſtis lege decernendis,decreto, ſententiáque æqui & boni opus eſt. indefinitæ enim rei indefinita eſt & regula. & decretum æqui & boni ad res ipſas:perinde ſeſe habere debet, vt plumbea regulæ ædificantium in Leſbo quæ ad figuram lapidis mutatur,& non manet eadem. Et ex his ſatis patet quæ res ſit æquum & bonum,& ipſum iuſtum eſſe:& aliquo iuſto, & quo quidem præſtabilius ſit. ¶Diffinitio. Ex his etiam prompte: quiſnam homo æquus & bonus ſit, deprehendi poteſt. eſt enim is qui ex electione, legem ea ex parte qua ob vniuerſale deficit,emendans:iuſta agit. & qui iuſtum cum non ſatis exactum, expreſſumque ſit:in deteriorem non exequitur partem,ſed imminuit,quanuis ad exequendum in deterius legem adiutricem habere videretur. & habitus is quo æquus & bonus dicitur:nominatur æquitas & bonitas. quæ quidem æquitas & bonitas, iuſtitia quædam eſt,& non alius quiſquam habitus. 83

Cap. XI.

PAtet autem ex his quæ diximus: ſi fieri poſſit vt ſibijpſi quiſpiam iniuriam 84
faciat necne. Iuſtorum enim quædam ex omni virtute à lege ſunt ordinata.vt lex non iubet quenq̃ ſeipſum occidere:quæ vero non iubet,vetat. Præterea cum quiſpiam contra legem lædit non laceſſitus:tum is iniuriam ſpõte facit. ſponte autem is iniuriam facit: qui ſcit & eum cui facit,& modum quo facit. At qui ſeipſum ob iram occidit:ſponte id quod lex non permittit, contra legem efficit rectam.iniuriã ergo facit. ¶Sed cuinam quæſo? An ciuitati:non ſibijpſi? Nam ſua patitur ſponte.nemo vero ſponte iniuriã patitur. ¶Quapropter & ciuitas multat.& 85
inſtituta eſt ignominia quædam aduerſus eum qui ſibi mortem conſciuit,vt ciuitati iniuriam facientem. ¶Præterea fieri non poteſt vt ſibijpſi quiſquam iniuriam faciat ea ratione qua iniuſtus eſt qui ſolũ iniuriam facit, & non omnino eſt vitioſus. Hic enim differt ab illo.homo nanq; iniuſtus eſt quodã modo ſic prauus,vt ipſe timidus: nõ vt totã habens prauitatẽ. Quare nec hac iniuſtitia ſibijpſi quiſquã iniuriã facit.nam idem ſimul ablatum ab aliquo,ac eidem additum eſſet: quod fieri nequit. Sed ſemper inter plures; iuſtum,atq; iniuſtum eſſe neceſſe eſt. Præterea qui iniuriã facit:ſponte agit,& electione, & prior. Qui nanq; læſus,idem viciſſim facit:iniuriam facere non videtur. ipſe autem ſimul eadem patitur, ſibíque facit. ¶Præterea ſua ſponte quiſpiam iniuriam pateretur. ¶Inſuper ſine ſingulis iniurijs:iniuriam facit nemo.at nemo adulterium ſua cum vxore cõmittit.nemo parietem confodit ſuũ.nemo res ſuas furatur. Omnino autẽ hoc (ſibi inquã iniuriam facere) ſoluitur definitione iniuriam patiendi: ſua nanq; ſponte patitur iniuriam nemo. ¶At vero conſtat vtrunq; prauum eſſe:facere inquam iniuriam atq; pa- 86
ti. Alterum enim eſt plus,alterum minus habere medio. quod quidem perinde ſeſe habet atq; in medicina quidem quod ad ſanitatem:in exercitandi autem arte, quod ad habitudinẽ corporis bonam conducit. ¶Peius tamen eſt iniuriam facere. Hoc enim cum 87
vitio eſt:atq; vituperatur. Et vitio vel perfecto & ſimpliciter,vel prope.non enim omne quod ſponte fit cum iniuſtitia eſt. Sed pati iniuriã,ſine vitio,& iniuſtitia eſt. Pati igitur iniuriam per ſe quidem minus eſt malum:per accidens autem nihil prohibet maius eſſe malum. At non curæ eſt arti:ſed dolorem lateris maiorem morbum q̃ pedis offenſionem eſſe dicit. q̃q̃ fieri poteſt nonnunq̃ contrà per accidens, ſi euenerit vt quiſpiam offenſo pede caperetur ab hoſte & trucidaretur. ¶Atqui per tranſlationem atq; ſimilitu- 88
dinẽ eſt iuſtũ non ſibi ad ſeipſum:ſed ſuorũ quibuſdã. Non omne autem iuſtum:ſed heri le,vel rei familiaris. His enim rationibus diſtat ea pars animæ quæ rationem habet, ab ea parte quæ rationis eſt expers. Ad quas inſpicientibus,ad ſeipſum iniuſtitia eſſe videtur:propterea ꝙ in his eſt pati aliquid cõtra ſuas appetitiones. vt igitur eſt quid iuſtum magiſtratum gerenti,& quibus ipſe præeſt: ſic & his etiam eſſe videtur. Sed de iuſtitia quidem cæteriſq; morum virtutibus hoc ſit modo determinatum.

¶Vndecimi capitis notæ. ¶Qui ſua profligant,qui alienum thorum(etſi conſentiente parte)violant,qui in ſe- 84
ipſos delinquunt:legibus & magiſtratibus,qui illa vetant,ciuitatique faciunt iniuriam. perinde ac ſi præceptor quicquã diſcipulo mãdat honeſtũ,violat autem ſua ſponte adoleſcẽs:in præceptorem peccat, committitq; iniuriam,cui obediẽtiam(quam debuit)ſubtraxit. ꝙ ſi nota fuerit inſignis:ſuis ſocijs, & coæqualibus iniurius eſt. & hũc in modum ciuitati iniurius eſt ciuis. qui propria agitãte furia fauces ſibi reſte perſtringit,ſuijpſius lictor, ac homicida. ¶Nemo ad ſe,aut ad ſua habet iniuriam,aut iuſtus,aut iniuſtus eſt:niſi tranſlatitie. ¶In medicina 85 86
ſi datur plus q̃ oportet:malum & ſi minus q̃ oportet:iterum malum,& vtrunq; impedit ſanitatem. & in exercitatina maior exercitatio quàm oportet frangit vires atq; malum:& minor, vires laxat, emollit atq; effœminat.
¶Pleuritis, morbus lateris à pleura quod latus ſignificat: græcum eſt. pro quo noſtri dicunt pleureſis. 87
¶Vndecimum cap. quinq; concluſionibus partitum eſt.

84 ¶Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Ex ſuperioribus euaſit perſpicuum : poſſitne
quiſq̃ ſibijpſi facere iniuriam, an ſecus. expedit tamen id iterum hoc in loco tētare. ¶Primo. quia ex omni vir-
tute quædam iuſta ſunt à lege ordinata. & circa vnamquanq; virtutem quæ ipſa lex non iubet vetat. vt lex non
iubet quenquam ſeipſum occidere: & proinde vetat. ergo videtur vt quis ſibijpſi afferre poſſit iniuriam: nam ali-
quid præter legem. ¶Secundo. cum quiſquis contra legem lædit quenq̃, non læſus: tum is iniuriam ſponte facit.
ſponte autem iniuriam is facit: qui nouit eum cui facit, & modum quo facit, & reliqua huiuſmodi. at vero qui ſe-
ipſum ob iram occidit: ſponte lædit non laceſſitus, facitq; id quod lex non permittit contráq; legem rectam. in-
85 iuriam ergo facit. ſed cuinam obſecro? an non ſibijpſi, an ciuitati? ¶Secunda concluſio. Qui hoc pacto contra
leges in ſeipſum delinquit: non ſibijpſi, ſed ciuitati facit iniuriam. ¶Primo. quia qui in ſe ita delinquit: ſua ſpon-
te patitur. at nemo ſua ſponte patitur iniuriam. non igitur facit ſibijpſi iniuriam: ſed legi, ciuitatique, contra cu-
ius voluntatē, ordinationémq; agit. ¶Secundo. ciuitas eum multat qui in ſeipſum delinquit, & inſtituta eſt igno
minia quædam aduerſus eum qui ſibijpſi mortem conſciuerit, tanq̃ ciuitati dedecus, iniuriámq; facientē. igitur
qui contra legum ſanctiones in ſeipſum delinquit: non ſibi, ſed ciuitati iniuriam facit. ¶Tertio. qui non eſt om-
nino vitioſus, & ſolum iniuriam facit: non ſibijpſi iniuriam facit, quatenus eſt iniuſtus. atqui iniuſtus non omni-
no vitioſus. differt enim iniuſtus ab omnino vitioſo. nam iniuſtus homo, ſic quodā modo dicitur prauus: quem-
admodum & timidus quodā modo prauus dicitur, non vt totā prauitatem habens. igitur, non ſibijpſi quiſpiam
facit iniuriam quatenus eſt iniuſtus. nam nec hac iniuſtitia ſibi iniuriam facit. haberet enim plus quatenus iniu-
riam faciens, & minus quatenus iniuriam paſſus: & idem ſimul ablatum ab aliquo, & idem additum eſſet, quod
eſſe nequit. non facit igitur aliquis ſibijpſi vnquā iniuriam. ſed ſemper inter plures iuſtum, & iniuſtū eſſe neceſ-
ſe eſt. identidem & iniuriam facere atq; iniuriam pati. ¶Quarto. Qui iniuriam facit: & ſponte, & electione, &
prior malum intendit. nam qui prior læſus eſt viciſſimq; lædit: non iniuriam facere videtur, ſed propulſare po-
tius. qui autem ſeipſum lædit: ipſe ſimul eadem patitur, ſibiq; facit. non igitur hac ratione ſibijpſi iniuriam facit.
¶Quinto. quiſquam volens, ſuaq; ſponte iniuriam pateretur: quod dictum eſt eſſe non poſſe. ¶Sexto. ſine ſin-
gulis iniurijs: iniuriam facit nemo. at nemo ad ſe, & ſua vllam habet iniuriam. nemo enim ſuæ coniugis dicitur
adulter, nemo proprij parietis effractor, & nemo ſuarū rerum fur. igitur nemo ſibijpſi facit iniuriam. ¶Septimo.
omnino ſibijpſi iniuriam facere : ſoluitur diffinitione huius quod eſt iniuriam pati. ſed nemo ſua ſponte patitur
86 iniuriam. igitur & nemo ſibijpſi ſua ſponte facit iniuriam. ¶Tertia concluſio. Tam iniuriam facere q̃ iniuriam
pati: malum eſt. Nam alterum eſt plus, & alterum minus habere. at quod plus, minúſve medio eſt : malum eſt.
quod quidem iuſtitiæ medium perinde ſe habet: ac in medicina id quod perducit ad ſanitatem, & in exercitādi
87 arte quod perducit ad firmū corporis robur, bonámq; corporis habitudinem. ¶Quarta concluſio. Iniuriam fa-
cere quàm iniuriam pati deterius eſt, atq; de ſe maius malum eſt. Nam iniuriam facere: ſemper cū vitio eſt, atq;
vituperatur. cū vitio dico adulto, perfectóq;, & ſimpliciter, aut quod in confinio eſt: q nōnunq̃ contingat ſpon-
te nocere ſine iniuſtitia. ſi autem pergit: adoleſcit, ſtatimq; abſoluitur. at iniuriā pati ſine vitio, & iniuſtitia eſt:
neq; vituperatur. eſt igitur iniuriam facere, q̃ iniuriam pati deterius, atq; per ſe maius malum: & iniuriam pati
per ſe minus malū. per ſe quidem: nam per accidens, vt q iniuriæ prouocatione immane aliquod ſcelus ſubſe-
quatur: nihil prohibet iniuriam pati maius eſſe malum. ſed de ijs quæ per accidens cōtingunt: arti curæ non eſt.
vt ars medicandi: pleuritim, laterísq; morbum maiorem eſſe, quàm pedis offenſionem determinat, tametſi fieri
poſſit vt per accidens offenſio pedis maius malum ſit. vt ſi ita contigerit: vt quiſpiam offenſo pede capiatur ab
88 hoſte, captúſq; truncetur. ¶Quinta concluſio. Tametſi ad ſe & ſua, proprie iuſtum, non ſit: tranſlatitie tamen,
ſimilitudinéq; quadā iuſtū, non ſibi ad ſeipſum, ſed quorundā ſuorū ad aliqua eſſe videtur. Nam licet non omne
iuſtum in illis eſſe videatur: herile tamen iuſtum, & rei familiaris, vt paternum , & œconomicum in illis eſſe vi-
detur. ita vt ſimili ratione pars animæ quæ rationis eſt particeps : ab ea quæ bruta eſt, rationiſq; expers diuiſa
eſſe videatur. ad quas partes qui inſpexere, ad ſeipſum iniuſtitiam eſſe viſum eſt: ob idipſum q in ipſis contin-
git alteram ab altera pati præter ſuas affectiones. & vt re vera iuſtum eſt magiſtratum gerenti ad ea quibus
præeſt: ſic & ſimilitudine quadā, pars rationis particeps ad partem rationis immunem præeſſe debet. hæc autē
patere bono iure videtur. ſed de iuſtitia, & reliquis morum virtutibus hoc modo determinatum ſit abunde.

¶Quinti Ethicorum Ariſtotelis, finis.

¶Sextus Ethicorum Ariſtotelis: interprete Argyropylo. Cap. I.

1 CVm autem antea dictum ſit medium expetendum eſſe, non exupe-
rationem neq; defectionem, & medium perinde ſeſe habeat atq; re-
cta ratio dictat: hoc ipſum deinceps diuidamus oportet. ¶In omni-
bus enim dictis habitibus (quemadmodum & in cæteris) eſt quod-
dam ſignum: ad quod is inſpiciens qui rationem habet intendit atq;
remittit. éſtque quidam terminus mediocritatum, quas inter exupe-
rationem defectionémque dicimus eſſe: ita ſeſe habentes vt recta
ratio ſtatuit. Atq; ſermo talis eſt quidem verus: non tamen dilucidus. nam & in quauis
opera atque cura circa quam verſatur ſcientia, verum eſt dicere, neq; nimium, neq; pa-
rum eſſe elaborandum vel quieſcendum: ſed mediocriter, & vt ratio recta præſcribit. At
qui hoc tantum habet, nihil plus ſcierit: vt ſi quiſpiam dixerit ea eſſe corpori afferenda
quæ medicina, & vt is qui hanc habet ſcientiam, iubet. Quapropter & circa habitus ani-
mi non modo vere hoc dictum eſſe oportet: ſed etiam determinatum quænam ſit ipſa
2 ratio recta, & quæ eius ſit diffinitio. ¶Virtutes itaq; animæ ſuperioribus in locis diuiſi-
mus. & alias moris, alias mentis diximus eſſe: atque de moris quidem virtutibus iam
tranſegimus. De reliquis vero dicamus oportet: prius hiſce de anima declaratis. ¶Duas

igitur eſſe animæ partes antea diximus.eam quæ rationis eſt particeps:& eam quæ eiuſ-
dem eſt expers. Nunc autem identidem pars ea quæ ratione͂ habet eſt diuidenda.atq; ſit
ſuppoſitũ duas eſſe partes quæ ſunt participes rationis. Vnã qua cõtemplamur ea quo-
rum principia,vt aliter ſeſe habeãt minime fieri poteſt.Alterã qua perſpicimus ea,quæ
aliter ſeſe habere poſſunt.❡Eæ nanq; animæ partes diuerſæ ſunt genere:quæ ſunt aptæ 3
ad res eas cognoſcẽdas quæ genere differũt.ſiquidem ipſis ineſt rerum cognitio ſimilitu-
dine quadã atq; accõmodatione.Atque harũ altera vis ſciendi:altera vis ſubducendi ra-
tione͂ vocetur.conſultare nanq;,rationémq; ſubducere eadem poſſunt. Nemo aute͂ de ijs
rebus conſultat quæ aliter ſeſe habere non poſſunt.Quare vis ſubducendi rationem:vna
pars eius partis eſt animæ quæ rationis eſt particeps. ❡Sumendum eſt igitur quiſnam 4
vtriuſq; ſit optim⁹ habitus. Hic enim vtriuſq; eſt virtus.virtus aute͂ eſt ad propriũ opus.

❡Primi capitis notæ. ❡Intendit interdum prudens ne deficiat,& remittit interdũ ne abundet, vbique medium 1
coniectans. ❡Vis animæ conte͂platiua & vis conſultatiua:reipſa,ſubiectóq; ſunt vnum, & genere differunt qua- 2
dam ſimilitudinis accommodatione ad ea quæ recipiunt.perinde vt album & dulce re ipſa, atque ſubiecto ſunt
vnum:& genere differunt,ꝙ albedo & dulcedo genere diſtent. vt enim idem vt lac, album dicitur ab albedine
& dulce á dulcedine:ita quoq; vis contemplatiua á contemplatione,& vis conſultatiua á conſultatione dicitur.
quæ inter ſe diſcrimen patiuntur: quod albedo & dulcedo. Item hæ duæ vires reipſa bene ſunt vnũ & duæ ge-
nere ratione: perinde ac coloratum & ſapidum reipſa ſunt vnum & generali ratione duo . ſed huius rei exacta
diſcuſſio:moralis non eſt.& proinde moralis auditor non diutius immoretur.
❡Primum cap.tribus concluſionibus,& tribus diuiſionibus partitum eſt.
❡Primi capitis cõmentarius ad literam. ❡Prima cõcluſio. Quę ſit recta ratio:hoc in loco diuidendũ,diſcutien 2
dúmq; eſt. ❡Primo. Nam ante iam dictum eſt mediũ expetendum eſſe: non autem exuperatione͂ aut defectio-
nem. & medium ipſum perinde ſeſe habere atq; recta ratio dictat.expedit igitur quænam ea ſit recta ratio diſ-
cutere. ❡Secundo. in omnibus ſuperius exactis,determinatiſq; habitibus atque in cæteris: eſt quoddam ſignum
ad quod reſpiciens rationem habens intendit, atq; remittit, ne aut deficiat,aut abundet.éſtq; id quidam termi-
nus mediocritatum.quas quidem mediocritates inter exuperationem,defectionémq; ſuperius diximus eſſe col-
locatas:ſed que͂admodum ipſa recta ratio ſtatuerit.& ꝗuis is ſermo verus ſit:non tamen dilucidus, captúq; per-
uius.non igitur ab re fuerit:ipſam rectã ratione͂ diligentius exquirere. ❡Tertio. in omni ſtudio, atq; opera cir-
ca quam verſatur ſcientia, verum eſt dicere neq; nimis neq; parum laborandum eſſe, aut omittendum: ſed me-
diocriter,vt recta ratio fines præſcribit.at qui tantillum habet:nihil idcirco plus ſcierit,quàm ſciet quis quæ ſa-
nando corpori ſunt accõmoda:ſi quiſpiam illi dixerit ea eſſe corpori affere͂da, quæ medicina iubet,& quemad-
modum qui medicinam habet. quapropter circa habitus animi:nõ modo vere hoc dixiſſe ſatis eſt,ſed etiam diſ-
cutere oportet quænam ipſa ſit recta ratio , & quæ eius definitio ſit. ❡Diuiſiones. Prima. virtutum quædam eſt 2
moris,& quædam intellectualis.& de virtutibus moris iam exactum eſt:de reliquis autem nunc eſt exigendum
paucis de anima prius delibatis. ❡Secunda diuiſio. Partium animæ quædam eſt rationis particeps, quædã vero
rationis eſt expers.& hæ duæ diuiſiones ſuperius tactæ ſunt. Sed hic rurſus pars animæ rationis compos, atque
particeps diducenda eſt. ❡Tertia diuiſio. Partium animæ quæ rationis ſunt participes,quædam eſt contempla-
tiua & eſt cuius principia,& ea circa quæ eius contemplatio verſatur: neceſſaria ſunt,& impoſſibilia aliter ſeſe
habere. altera vero conſultatiua,adminiſtratiuáq; eſt: & eſt qua perſpicimus contingentia, & ea quæ aliter ſeſe
habere poſſunt.& hoc in loco has duas eſſe animæ ratione participantis partes : ſuppoſitio eſt. ❡Secunda con- 3
cluſio. Hæ duæ partes animæ:latum inter ſe diſcrimen ſortiuntur. Nam hæ partes genere differunt, quæ ad eas
res diſcernendas quæ genere differunt:accõmodatæ ſunt. atqui hæ partes ad res diſcernendas quæ genere dif-
ferunt,accommodatæ ſunt. differunt igitur genere:ſi æquum eſt eas ſic dicere differre quadam ſimilitudinis ac-
cõmodatione,quemadmodum & cognitiones quæ illis inſunt. & prima pars vis contemplãdi,ſciendiq; dicatur:
ſecunda vero vis conſultandi,rationémq; ſubducendi. cõſultare enim,rationémq; ſubducere:idem eſſe dicimus.
& proinde bene dictum eſt: hanc partem circa contingentia verſari. nam nemo conſultat de ijs quæ ſeſe aliter
habere nõ poſſunt. fit etiam recte vt vis rationem ſubducendi: bene poſita ſit vna pars animæ,quæ rationis par-
ticeps exiſtit. nam ſine ratione:rationem ſubducere impoſſibile eſt. ❡Tertia concluſio. Expediet ſumere quiſnã 4
vtriuſq; harum partium optimus ſit habitus. Nam vtriuſq; optimus habitus ſtatuetur:eius optima virtus. optima
autem virtus:ad proprium eius opus eſt.id igitur perſcrutari,idoneum conſentaneúmque eſt.

Cap. II.

TRia autem ſunt in anima,quæ ſunt agendi,veritatíſq; principia:ſenſus,intel- 5
lectus,appetitus. Atq; ſenſus,nullius eſt principiũ actus.quod quidem ex eo
patet quia beluæ ſenſum quidem habent:actionis autem ſunt expertes. ❡Eſt 6
autem id in appetitu perſecutio atq; fuga: quod eſt affirmatio,negatióque in
mente. Quare cũ moris quidem virtus:habitus ſit electiuus,electio vero appetitus deli-
beratiuus:ob hæc ipſa,& ratione͂ verã,& appetitũ rectũ eſſe oportet,ſi electio ſit ſtudio-
ſa.atq; eade͂ illã quide͂ dicere:hũc aute͂ perſequi. Hæc igitur mens, atq; veritas actiua eſt.
❡Me͂tis aute͂ eius(quæ conte͂plãdi:nõ agendi,neq; facie͂di principiũ eſt) bonũ ac malũ, 7
verũ eſt atq; falſum. Hoc enim me͂tis eſt omnis,opus,ſed actiuæ me͂tis veritas eſt cõſen-
tanea appetitui recto. ❡Electio igitur actus principiũ eſt vnde eſt motus,ſed non id gra- 8
tia cuius. Appetitus aute͂,eáq; ratio quæ alicuius eſt gratia,electionis principiũ eſt. ❡Id- 9
circo neq; ſine intellectu,me͂téq;:neq; ſine habitu moris eſt ipſa electio. Sine nanq; me͂te,

atq; more non eſt actio bona:nec item contraria. Mens autem ipſa nihil mouet: ſed ea
quæ alicuius eſt gratia,& actiua. Hæc enim & effectrici menti præeſt.nam omnis qui fa
cit,gratia huius facit.& non eſt ſimpliciter finis:ſed ad aliquid. & alicuius id quod effici
10 tur:ſed non id quod agitur.ipſa nanq; bona actio finis eſt:& huius eſt appetitus.❡Qua-
propter electio vel intellectus eſt appetitiuus:vel appetitus intellectiu⁹.& tale principi
11 um eſt homo.❡Nulla autem res facta,eſt eligibilis.Nemo enim eligit Ilium expugnaſ
ſe.neq; enim de eo conſultat quod factum eſt,ſed de futuro ac contingente.factum autē
non contingit non factum eſſe.Quapropter recte Agatho dixit,

Hoc etiam ipſe deus,ſolóq; carere videtur:
Infectum vt faciat,quod factum eſt atq; peractum.

❡Opus igitur vtriuſq; partis intellectiuæ,veritas eſt . quare quibus habitibus maxime
pars vtraq; verum dicit:ij ſunt ambarum virtutes.

5 ❡Secundi capitis notæ. ❡Tria autem ſunt in anima,id ſecundum opinionem dictum eſt.nam ſtatim emendat
6 ſenſúmq; pro veritate reijcit. ❡Appetitus,appetitus rationalis.quo enim iure ſenſus exulat ab officio agendi,q
inſit brutis rationis expertibus:eadem quoq; ratione appetitus ſenſualis atq; brutus. & q appetitus hic partis ra
tionalis ſit particula:litera ſequens ſtatim inſinuat.nam prius dictum eſt electionem eſſe præconſiliatam volun
tatem:hoc vero in loco dicitur,electio eſt appetitus deliberatiuus. ❡Electio, electio perfecta. & eſt quæ à per
fecto proficiſcitur habitu. conſultamus enim,atq; imperfecte eligimus,ante moralium habituum conſecutionē.
9 ❡Vt mens actiua ad virtutes morales:ita mens factiua ad artes mechanicas. ❡Effectionem actionis eſſe gratia,
& actionem gratia contemplationis:id indicium eſt,mundum factum eſſe vt illi prouideretur, prouideri autem
illi vt quæ capacia erunt vitā agāt in otio atq; immortalitate beatam.imitatur enim mēs noſtra quoad fieri po
teſt illam ſummam omniúmq; artificem,omnia gubernantem,ac ſapientiſſimam mentem. & quod artis opus:id
diuinæ mentis eſt rerum productio. opus prudentiæ: prouidentia eſt atq; rerum gubernatio. & ſapientiæ opus,
illa intima ſupremæ mentis ſuijpſius comprehenſio,ergo per artem,imitamur rerum creationem ſiue potius ip
ſum res omnes creantem. per prudentiam:ipſum omnibus prouidentem. per ſapientiam:ipſum in ſeipſo manen
tem & quaſi in beatiſſima ſui contemplatione quieſcentem. ſed alterius ſunt contemplationis.
❡Secundum cap. quinq; concluſionibus, & duobus corollarijs partitum eſt.
5 ❡Secundi capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio.. Actionum humanarum minime ſenſus princi
pium eſt. Nam tria ſunt animæ:quæ principia agendi contemplandiq; licet augurari: ſenſus,intellectus,appeti
6 tus.at ſenſus agendi principium non eſt.nam beluæ ſenſum habēt:actionis autem ſunt expertes. ❡Secunda con
cluſio. Principium agendi eſt appetitus rectus:vere rationi conſultatiuæ mentis conſentaneus. Nam id in appe
titu proſecutio eſt,atq; fuga quod in mente,affirmatio atq; negatio. ergo cum ſecundum aliquam virtutum mo
ris agimus:oportet appetitum proſequendi,fugiendiq; rectum eſſe. & mentem quid proſequendum,quidve fu
giendum,vere dicere:hunc vero proſequi aut fugere. nam virtus moris:habitus electiuus eſt. & electio,eſt appe
titus conſultatiuus: imò(vt iam aliâs viſum eſt)præconſiliatus. conſilium autem: conſultatiua parte mentis per
ueſtigatur. oportet igitur(vt dictum eſt)& appetitum rectum eſſe:ſi electio ſtudioſa futura ſit. & mentem quæ
rite proſequenda ſunt,vere iudicare,appetitum proſequi,& hæc mens actiua dicitur,pariter & eius veritas acti
ua principium igitur agendi eſt appetitus rectus: veræ rationi mentis conſultatiuæ, adminiſtratiuæ actiuæque
7 conſentaneus. ❡Tertia concluſio. Bonum ac malum contemplatiuæ mentis minime agendi, faciendiq; princi
pium eſt. Nam eius bonum & malum:verum,& falſum. hoc enim omnis mentis opus eſt. ſed hoc intereſt: quòd
verum mentis actiuæ,appetitui recto conſentaneum eſt. verum autem contemplatiuæ:non q circa neceſſarium
8 ſit, cuius proſecutionem aut fugam:conſultatione minime molitur appetitus ❡Quarta concluſio. Electio agen
di principium eſt vnde motus,at non finis eſt.atq; id gratia cuius agendum eſt. Nam appetitus electionis prin
cipium eſt,pariter & id gratia cuius,ipſiúſq; finis ratio,electionis principium. non eſt igitur electio principium
9 cuius gratia agitur. quæ cum nota ſit eſſe agendi principium:relinquitur eſſe principium vnde motus. ❡Corol
larium. Vnde euenit:vt neq; ſine intellectu,atq; mente,neq; ſine habitu moris ipſa ſit electio. ❡Primo quidem.
nam electio non eſt ſine bona actione,ſi ſtudioſa eſt:aut contraria,ſi vitioſa. at ſine mente, moriſq; habitu non
eſt actio bona,aut contraria. non eſt igitur electio ſine mente,moriſq; habitu. ❡Secundo. mens ipſa ſine habitu
nihil ad agēdum mouet,ſed mens ipſa formata:vt actiua,& quæ eſt alicuius aut actionis, aut effectionis gratia.
& mens actiua:menti effectrici præeſt. nam omnis qui facit gratia huius facit.& mentis actiuæ: id quod effici
tur ſimpliciter finis non eſt,ſed ad aliquid & alicuius eſt,vt eius quod agitur gratia. id autē quod agitur non ita
ſe habet. nam ipſa bona actio finis,& appetitus actiuus eius gratia eſt. non igitur ab re dictum eſt:mentem acti
10 uam menti præeſſe factrici. ❡Secūdum corollarium. Fit iterum vt electio,vel intellectus ſit appetitiuus,vel ap
11 petitus intellectiuus.& tale principium habēs homo eſt. ❡Quinta concluſio. Electio non eſt præteritorum: ſed
futurorum,atq; contingētium. Nam nulla res facta,eligibilis eſt. vt nemo eligit expugnaſſe Ilium. neq; omnino
conſultat de eo quod factum eſt. nam quod factum eſt:infectum eſſe non poteſt. & proinde recte cecinit Aga
tho , Hoc etiam ipſe deus, ſolóq; carere videtur:
Infectum vt faciat quod iam factum atq; peractum eſt.
Sed conſultamus de futuro,atq; contingēti. igitur electio præteritorū non eſt:ſed futurorū,atq; contingētium.

Cap.III.

12 DE ipſis igitur rurſus dicamus oportet: altius initio ſumpto. Sint itaque ea
quibus verum anima dicit affirmando,aut negando numero quinque. Hæc
autem ſunt ars,ſciētia, prudentia,ſapientia,intellectus. Fieri enim poteſt:vt
13 falſum exiſtimatione,opinionéque dicat. ❡Scientia igitur quidnam ſit hinc
perſpicuū eſt:ſi exacte dicere oportet,& nō ſimilitudines ſequi. omnes enim
putamus id quod ſcimus,aliter ſeſe habere non poſſe. quæ vero poſſunt aliter ſe habere,

poſt contemplationem latent ſi ſint an non ſint.ipſum ergo ſcibile neceſſario eſt: ergo
eſt æternum.quæ enim neceſſario ſimpliciter ſunt:æterna ſunt omnia. ¶At æterna:in- 14
genita,& incorruptibilia ſunt.¶Præterea omnis ſcientia doceri, & ſcibile diſci poſſe vi- 15
detur.¶At ex antea notis (vt in ſolutiuis etiã diximus) fit omnis doctrina. Nam alia
per inductionẽ, alia per ratiocinationem efficitur. atq; inductio quidem principium eſt
ipſius vniuerſalis.Ratiocinatio autem eſt ex vniuerſalibus. ſunt enim principia ex quibus ipſa ratiocinatio conſtat,quorũ non eſt ratiocinatio:ergo inductio.Scientia ergo demóſtratiuus eſt habitus:& cætera quæ in reſolutiuis determinauimus.¶Tũ enim quiſpiã ſcit:cũ aliquo modo credit,& ſunt ipſi principia nota. ſi enim nó ſint magis q̃ cócluſio nota:per accidẽs habebit ſcientiã.De ſcientia igitur ſit hoc modo determinatum.

¶Tertij capitis notæ. ¶Suſpicio:exiſtimatio,opinio. ¶Ratiocinatio:ſyllogiſmus,enthymema. ¶Sub inductio- 12 15
ne: exemplum,vt ſub ſyllogiſmo enthymema comprehendimus.

¶Tertium cap. tribus concluſionibus,& quinq; proprietatibus diſtinctum eſt.

¶Tertij capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Expedit altius repetere determinatioois exor- 12
dium aliquorum:quæ paulo ante dicta ſunt. Nam paulo ante dictum eſt omnem mentem circa verum vt ſuum bonum verſari. at habitus quibus anima ſolum verum dicit,aut affirmãdo,aut negando quinq; ſunt numero: ſcientia,ars,prudentia,intellectus ac ſapientia. expedit igitur ab ipſis determinationis initium auſpicari. & quanuis exiſtimatio, opiniôque,mentis ſit habitus: non tamen anima verum eo ſolum dicit. nam plerunq; vſu eue-
oit,vt exiſtimatione,opinionéque falſum dicat. ¶Secunda concluſio. Scientia,exacta quidem & non tranſlati- 13
tie dicta: ſcibilium neceſſariorum,atq; æternorum eſt. Nam ſi de ſcientia exacte loquimur, neque ſimilitudines quærimus: hinc quod dictum eſt perſpicuum eſſe poteſt, ꝙ omnes quidem putamus idipſum quod ſcimus, ſeſe aliter habere non poſſe. nam quæ aliter ſeſe habere poſſunt: poſt cooſiderationem ipſam nos fugiunt ſiotne an non ſint. ipſum igitur ſeibile: neceſſarium eſt. quod autem neceſſarium: æternum eſt. quæ enim neceſſaria ſimpliciter ſunt: æterna ſunt omnia ſcientia igitur exacta,& non tranſlatitie ſumpta: ſcibiliũ neceſſariorum eſt,at-
que æternorum. ¶Tertia concluſio. Scientia itidem ingenitorum,incorruptibiliũmq; eſt. Nam ſcientia(vt mo- 14
do dictum eſt) æternorum eſt. igitur iogenitorum,atq; iocorruptibilium. ſiquidem omne æternum, ingenitum,
& incorruptibile eſt. ¶Affectiones,proprietatéſq; ſcientiæ. Prima. Omnis ſcientia doceri poteſt,& omne ſcibi- 15
le diſci. Secunda. Omnis ſcientia eſt ex antea notis. nam vt in poſterioribus analyticis dictum eſt: omnis doctrina ex præcedenti fit cognitione. Tertia. Omnis ſcientia ratiocinatione efficitur. Nam doctrinarum alia inductione paratur, alia vero ratiocinatione. quæ inductione paratur ea eſt quæ vniuerſalis,atq; ipſius ſcientiæ principij. igitur ſcientia ratiocinatione efficitur. eſt enim inductio via,principiũmq; ipſius cognoſcendi vniuerſalis, & ratiocinatio ex vniuerſalibus conſtat. hæc autem vniuerſalia principia ſunt. non ab re igitur euenit, cum ipſorum oon ſit ratiocinatio: ipſorum eſſe inductionem. Quarta. Omnis ſcientia: demonſtratiuus eſt habitus,& reliqua quæ in poſterioribus analyticis determinata ſunt. Quinta. Quiſquis habet ſcientiam: principijs credere debet,atq; illa ipſi eſſe nota,& magis quidem q̃ ipſa concluſio. alioqui ſi ipſa principia non ſint magis concluſione nota: per accidens duntaxat babebit ſcientiam. ſed de ſcientia ſatis, hoc modo determinatum ſit.

Cap.IIII.

FOrum autem quæ aliter ſeſe habere poſſunt, eſt & aliquid quod ſub effectio- 16
nem,& aliquid quod ſub actionem cadit. Diuerſa vero ſunt effectio,atque actus. de his autem ipſis & externis ſermonibus credimus. Quare & habitus qui cum ratione actiuus eſt: diuerſus eſt ab eo habitu qui cum ratione eſt effectiuus,neque alterum ab altero continetur. neque enim effectio actus eſt: neque a-
ctus effectio. ¶Atqui cum extruendarum ædium facultas,ars quædam ſit ac habitus 17
quidem faciendi cum ratione, nulláque ſit ars quæ non ſit habitus faciendi cum ratione,nec vllus habitus talis qui non ſit ars: ſit vt idem ſit ars, atque habitus faciendi vera
cum ratione.¶At vero circa generationem ars omnis verſatur:& inuentionem,contem 18
plationémve,quonam pacto fiat eorum aliquid quæ & eſſe, & nó eſſe poſſunt,& quorum
principium non in eo quod efficitur,ſed in ipſo eſt faciente. ¶Nam neque eorum quæ 19
neceſſario ſunt,vel fiunt eſt ars: neque eorum quæ ſunt ſecundum naturam. Hæc enim
in ſeipſis habent principium ipſum.¶Cum autem effectio,atque actus diuerſa ſint: ar- 20
tem effectionis eſſe,non actus,neceſſe eſt.¶Atque circa eadem quodam modo verſatur 21
ars,& fortuna: quemadmodum & Agatho dicit,

Quippe ars fortunam: fortunáque diligit artem.

Ars igitur (vt diximus) habitus eſt quidam faciendi,vera cum ratione.Contrarium autem artis habitus eſt faciendi,falſa cum ratione: circa id quod ſeſe aliter habere poteſt.

¶Qoarti capitis notæ. ¶Factiuus, effectiuus. ¶Factio,effectio. ¶Alio in loco, externis ſermonibus,in meta- 16
phyſicis.

¶Quartum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

¶Quarti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Habitus qui eſt cum ratiooe actiuus,ab eo di- 16
uerſus eſt qui cum ratiooe effectiuus eſt,neq; alterum ſub altero continetur. Nam contingentium,atque eorum quæ aliter ſeſe habere poſſunt: quoddam eſt quod ſub effectionem cadit, quoddã vero ſub actionẽ. at effectio,

& actio diuerſa ſunt, vt alio quoque in loco declarata credere debemus. igitur habitus qui eſt cum ratione acti-
uus: ab eo diuerſus eſt qui cum ratione effectiuus eſt, neq; alterum quidem ſub altero continetur. nam neq; effe-
17 ctio, actio eſt: neq; actio, effectio. ¶ Secunda concluſio. Idem eſt ars, & habitus vera cum ratione factiuus. Nam
cum ædium extruendarum facultas ſit ars, & eadem ſit habitus vera cū ratione factiuus, & nulla inueniri queat
ars quæ eadem non ſit habitus vera cum ratione factiuus. atq; contrà nullus habitus vera cum ratione factiuus
18 qui idem non ſit ars: ſit igitur recte vt idem ſit ars, atq; habitus vera cum ratione factiuus. ¶ Tertia concluſio.
Omnis ars circa generationem, artificijq; productionem verſatur. Nam artifex omnis totus occupatus eſt cir-
ca inuentionem, conſiderationémq;: quonam pacto fiat aliquod artificiorum, quæ quidem & eſſe poſſunt, atq;
poſſunt non eſſe, & quorum principium non in eo eſt quod efficitur, ſed in ipſo efficiente. ars igitur omnis: cir-
19 ca generationem, productionémq; rei verſatur. ¶ Quarta concluſio. Ars neque eorum eſt quæ neceſſario ſunt,
fiuntve neceſſario: neque eorum quæ ſunt ſecundum naturam. Nam hæc in ſeipſis principium ſui habent: artifi-
20 cia vero non. ¶ Quinta concluſio. ¶ Ars nō eſt actionis. Nam effectio, & actio diuerſa ſunt, diuerſorúmq; habi-
21 tuum. at ars eſt effectionis, igitur ars non eſt actionis. ¶ Sexta concluſio. Circa eadem quodammodo verſatur
ars, atq; fortuna. Hoc ipſum Agatho affirmat, id quidem hoc carmine teſtatus,
Quippe ars fortunam, fortunáq; diligit artem.
Ex iam dictis igitur colligere poſſumus: artē eſſe habitum vera cū ratione factiuum. Et atechnia, artiſq; contra-
rium idētidem circa idipſum quod aliter ſeſe habere poteſt eſſe habitum, ſed falſa cum ratione factiuum.

Cap. V.

22 DE prudentia vero quænam ſit, hoc perceperimus pacto: ſi contemplabimur
23 quoſnam ipſos prudentes dicimus eſſe. ¶ Videtur itaque prudentis eſſe, be
ne conſulere poſſe circa ea quæ ſibi ſunt bona, ac proſunt: nō aliqua ex par-
te, vt quænam ad ſanitatem vel vires, ſed quænam ad bene viuendum om-
nino conducant. Argumēto eſt id ita eſſe: eos etiam qui circa aliquid verſan-
tur prudentes dici, cum bene ad finem ſtudioſum aliquem, excogitauerint ea, quorum
24 nulla eſt ars. quare & omnino prudens is eſt, qui ad conſultandum eſt aptus. ¶ Conſul-
tat autē de ijs nemo: quæ aliter ſeſe habere nō poſſunt, aut de ijs quæ ipſe agere nequit.
25 ¶ Quare ſi ſcientia quidem eſt cum demonſtratione (quorum autem principia aliter
ſeſe habere poſſunt: eorum non eſt demonſtratio, cuncta enim & aliter ſeſe habere poſ-
ſunt) neq; de ijs quæ ſunt neceſſario, conſultatio fieri poteſt: ipſa prudētia profecto, neq;
ſcientia, neque ars eſſe poteſt. ſcientia quidem: quia quod ſub actionem cadit, aliter ſeſe
26 habere poteſt. ars autem: quòd aliud actionis aliud effectionis eſt genus. ¶ Reſtat ergo
habitum ipſam eſſe agendi, vera cum ratione: circa ea quæ ſunt bona homini atque ma-
27 la. ¶ Finis enim effectionis: eſt quid aliud præter ipſam effectionem, actionis vero non
28 ſemper. eſt enim ipſa bona actio finis. ¶ Quocirca Periclem & viros tales arbitramur
eſſe prudentes: quia quæ ſibijpſis, & quæ cæteris hominibus ſunt bona, perſpicere poſ-
ſunt. eſſe autem eos tales putamus, qui ad rem familiarem atque ad rem publicam ad-
29 miniſtrandam ſunt apti. ¶ Vnde & temperantiam conſeruatricem prudentiæ appella-
mus. Conſeruat autem talem exiſtimationem. Voluptas enim & dolor non omnem exi
ſtimationem corrumpit, atque peruertit. non enim hanc triangulū tres triangulos æqua
les duobus rectis habere. ſed eas quæ circa id habentur: quod cadit in actionē. nam prin
cipium quidem rerum agēdarum id eſt, gratia cuius ſunt ipſæ. ei vero qui corruptus eſt
ob voluptatem aut dolorem: continuo non videtur principium ipſum, nec huius gratia
ac propter hoc ipſum, expetenda eſſe vniuerſa atq; agenda. Vitium enim, principij cor-
ruptiuum eſt. Quare prudentiam habitum eſſe agendi circa humana bona, vera cum ra
30 tione: neceſſe eſt. ¶ At vero artis quidē eſt virtus: prudentiæ vero non eſt. Et in arte qui-
dem qui ſua ſponte peccat magis eſt expetendus. circa vero prudentiam minus. quem-
admodum & circa virtutes. patet igitur prudentiam virtutem quādam eſſe: non artem.
31 ¶ Cum autem duæ ſint animæ partes rationē habentes: alterius erit ipſa prudentia vir-
tus. ipſius inquā opinatiuæ. nam opinatio circa id verſatur, quod aliter ſeſe habere po-
teſt: & prudentia ipſa. Atqui neq; habitus eſt cum ratione ſolum. huius autem indicium
eſt, talis quidem habitus obliuionem eſſe: prudentiæ vero non eſſe.

28 ¶ Quinti capitis notæ. ¶ Pericles, quidam Athenienſium dux, philoſophus fuit, orator, Anaxagoræ diſcipulus: Pericles.
vna cum Sophocle tragico Lacedæmoniorū iniurias repreſſit. & cum Lacedæmonij Atticos fines depopulatu- Anaxagoras.
ri eſſent: Athenienſes ad conſilium conuocauit, conſuluit'q; rem ad vltionis tempus eſſe differendam, cum tunc Sophocles.
illis ſine periculo reſiſti nō poſſet. & futurū vt ipſi ſuos agros non tangerent: vt aduerſus ipſum, populum conci- Lacedæmonij
tarent, inuidiā conflarent, & ex ſuſpicione proditionis infamiam: & proinde ex tunc agros ſuos ad inuidiæ im- Athenienſes.
petum declinandum, reipublicæ conceſſit. quæ res cum (vt præuiderat) contigiſſet, vnde ſibi periculum quæſitū
fuerat: ſua prudentia magnam ſibi conſecutus eſt gloriam. Ex Iuſtino. Iuſtinus.

¶Qnintum cap. nouem concluſionibus,& vna diffinitione partitum eſt.
¶Quinti capitis commentarius ad literam. ¶Prima cõcluſio. Expedit de prudente: determinatinnem ſuſcipe- 22
re. Nam ſi determinauerimus quos prudentes eſſe dicimus, hoc pacto de prudentia quænam ipſa ſit: facilis erit
deprehenſio. Expedit igitur eiuſce rei conſideratin. ¶Secũda concluſin. Prudentis eſt non modo ſecundum par 23
tem poſſe bene conſulere: ſed de ijs omnino quæ ad bene beatéque viuendum conducunt. Nam prudentis mu-
nus, officiũmque eſt : non modo qualia ad ſanitatem, vel robur in republica conferant conſulere, ſed omnino
quæ ad beatam vitam, cuius quidem rei argumentum id eſt. nam eos prudentes dicere ſolent qui circa aliquid
eorum verſantur: quæ opificia non ſunt,& circa quæ ars nulla verſatur. cum ea quidem bene ad aliquem ſtudio-
ſum finem ea cogitauerunt. omnino igitur prudens is erit, qui omninn ad conſultandum aptus idoneũſque erit.
non eſt igitur prudentis ſolum particulariter conſulere poſſe : ſed omnino , atque vniuerſaliter quæ ad beatum
vitæ ſtatum efficiunt, conducũntque. ¶Tertia concluſio. Prudentis non eſt de omnibus conſultare. Nam ne- 24
mo conſultat de ijs quæ aliter ſeſe habere non poſſnnt, aut de ijs quæ nullo pacto agi poſſunt : quemadmodum
ipſa neceſſaria ſunt atq; impoſſibilia. igitur prudentis non eſt: de talibus conſultare. non itaq; de omnibus con-
ſultat. ¶Quarta concluſio. Prudentia neq; ſcientia,neque ars eſſe poteſt. Scientia quidem primo non erit, quia 25
ſcientia cum demonſtratione eſt: prudentia autem ſine demonſtratione. nam quorum principia aliter ſeſe habe-
re poſſunt: non eſt demonſtratio. quandoquidem & cuncta quæ ſequuntur: aliter ſeſe habere poſſunt. Secundo.
quia ſcientia eſt eorum quæ neceſſaria ſunt: prudeotia vero non, ſed de ijs quorum eſt conſultatio. atqui de ijs
quæ neceſſaria ſunt, conſultatio fieri non poteſt. prudentia igitur ſcientia non eſt. nam nihil quod prudentia a-
gitur: neceſſarium. at quòd ars non ſit, ideo eſt: quòd actionis aliud eſt genus, atque aliud effectionis. ¶Diffini- 26
tio prudentiæ. Ex his hæc reſtat prudentiæ diffinirio elicienda. Prudentia, eſt circa hominis bona, atq; mala ha
bitus: vera cum ratione actiuus. ¶Quinta concluſio. Actio effectióq;: fine differunt. Nam ſemper effectionis fi- 27
nis aliud quicquam eſt præter effectionem: actionis vero nõ ſemper aliud quicquam præter actinnem. eſt enim
ipſa bona actio, finis. ¶Sexta concluſio. Prudentes tales exiſtimari debent: vt qui ad rem familiarem guberuan 28
dam, pariter & ciuilem ſint apti, atq; idonei. Nam nb idipſum Periclem, viróſq; ſimiles prudẽtes exiſtimauerũt:
quòd quæ ſibijpſis, ſuæq; familiæ, cæteriſq; ciuibus bona eſſent , bene proſpicerent . qui autem hæc & ſibijpſis,
& cæteris, bene proſpiciunt: ad rem familiarem, pariter & publicam miniſtrandam apti, idoneiq; ſunt. tales igi-
tur eſſe prudentes: merito exiſtimari debent. ¶Septima concluſio. Temperantia prudentiam ſaluat: voluptas 29
autem & dolor eandem peruertit. Nam temperantia incolume ſeruat iudicium, rectámq; circa agenda exiſtima
tionem. ergo merito temperantiam prudentiæ cuſtodem, conſeruatricémq; nuncupamus. Sed voluptas atq; do-
lor (etſi non omne iudicium corrumpit: nam indicium non corrumpit, triangulum ſcilicet tres angulos duobus
rectis æquos habere) tamen iudicium, rectámq; exiſtimationem omnem circa agenda, corrumpit atq; peruertit.
nec ab re quidem. nam rerum agendarum principium: finis eſt, atq; id cuius gratia. at vero qui ob voluptatem,
aut dnlorem corruptus eſt: ei protinus tale principium minime apparebit. neq; apparebit eius gratia, atq; nb id-
ipſum expetenda, agendáq; eſſe vniuerſa. perturbatin enim principium corrumpit. quare ſummopere omnibus
expedit humanis: prudentiam habitum eſſe ad recte, veráq; cum ratione circa ea ipſa bona humana, agendum.
¶Octaua concluſin. Prudentia virtuti annexa eſt: nõ autem ars ipſa. ¶Primo. quia arti virtute opus eſt: non au- 30
tem prudentiæ. ¶Secundo. quia qui in arte, ſua ſponte peccat: magis eſt eligendus. circa autem prudentiam: qui
ſponte peccat minus. quemadmodum & qui ſponte circa moris virtutes peccat. eſt igitur prudentia virtus quæ-
dam, virtutiq; annexa: non autem ars ipſa. ¶Nona concluſio. Prudentia opinatiuę partis mentis habitus exiſtiis 31
attamen ab npininne altera eſt. Nam cum duæ ſunt partes mentis quæ rarionis particeps eſt: earum alterius par
tis prudẽtia virtus aſciſcẽda eſt. at nõ niſi opinatiuæ. quandoquidem & opinio, & prudentia circa ea verſentur,
vtraque: quæ aliter ſeſe babere poſſunt. at ab opinione alteram eſſe, hinc liquet: quòd opinatio in ſola ratione
conſiſtit non autem prudentia. quod hoc indicio deprehendi poteſt. nam npinionis poteſt eſſe oblinio: pruden-
tiæ autem, eſſe non contingit. conſtat igitur prudentiam opinatiuæ partis mentis habitum eſſe, at ab opinione
tamen alteram eſſe.

Cap. VI.

CVm autem ſciẽtia exiſtimatio ſit de vniuerſalibus & ijs quæ neceſſario ſunt, 32
ſint'que demonſtrabilium, ſcientiæ'q; omnis , principia (eſt enim ipſa ſcien-
tia cũ ratione) principij rei ſcibilis nec eſt ſciẽtia, nec ars, nec prudentia. ſciẽ-
tia: quia ipſum ſcibile demõſtrabile eſt. ars & prudẽtia: quia in ijs verſantur,
quæ ſeſe aliter habere poſſunt. At neq; ſapientia eſt. eſt enim ſapiẽtis, de quibuſdam de-
monſtrationem habere. ¶Quòd ſi ea quidem quibus verum dicimus, & nunquam fal- 33
ſum in ijs quæ poſſunt aut non poſſunt aliter ſeſe habere, hæc ſunt: ſcientia, prudentia,
ſapientia, intellectus, horum autem trium habituum nullus eſſe poteſt: atque tres dico,
prudentiam, ſcientiam, ſapientiam: reſtat intellectum eſſe principiorum.

¶Seati capitis notæ. ¶Intellectus eſt habitus ptincipiorum. ¶Principia ſunt: quæ per ſeipſa & non per alia fi- 33
dem habent. Alia, alia principia.

¶Sextum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

¶Sexti capitis cõmentarius ad literam. ¶Prima cõcluſin. Principiorũ ſcientiarũ: neq; ſcientia, neq; ars, neq; pru 32
dentia, neq; ſapientia eſt. Nam cũ ſcientia ſit & vniuerſaliũ, & neceſſariorũ certa quædã cõprehenſio. & cũ ta-
liũ neceſſariorũ, imò vniuerſæ ſcientiæ ſint principia eſt enim ſciẽtia ex ratiocinatione. hinc ergo ſciẽtiæ prin-
cipij, ſcientiã non eſſe, cognoſcere eſt perfacile. nam ſcibile demonſtrabile eſt. principiũ autem ipſum, minime.
Neq; ars quidẽ, aut prudentia erit. nã ars & prudentia: eorũ ſunt quę aliter ſeſe habere poſſunt. principiũ autem
aliter ſeſe habere non poteſt. neq; ſapientia. nam ſapientis eſt de quibuſdam demonſtrationẽ afferre. principio-
rum autẽ demonſtratio nulla eſt. igitur ptincipiorũ: neq; ſcientia, ars, prudentia, neq; ſapiẽtia eſt. ¶Secunda cõ- 33
cluſio. Intellectus: habitus eſt principiorũ. Nam cũ habitus quibus verũ dicimus, & nunquã falſum: cũ in ijs quę
poſſunt, tum quæ nõ poſſunt aliter ſeſe habere: ſint ſciẽtia, ars, prudentia, intellectus, & ſapiẽtia, & habitus prin-
cipiorum vnum ė quatuor: ſcientia, prudentia, intellectus aut ſapientia ſummopere eſſe videatur: non ſit autem
aliquod trium, ſcientia, prudentia, aut ſapientia: relinquitur igitur vt principiorum habitus, ſit intellectus.

Cap. VII.

34 SApientiam autẽ in artibus ijs tribuimus, qui in ipſis ſunt exactiſſimi. Phi-
diam enim, ſapientem ſculptorem lapidum dicimus: & Polycletum ſtatua-
rium identidem ſapientem. Atq; hic ſapientiã nil aliud intelligimus quàm
ipſius artis virtutem. At quoſdam etiam eſſe ſapientes omnino, non aliqua
ex parte: nec aliquid aliud q̃ ſapiẽtes arbitramur. vt in Margite dixit Homerus,
Diuûm is munere, nec foſſor nec durus arator:
Nec ſapiens alia vlla nimirum extitit arte.
35 Quare conſtat exactiſſimam ſcientiarum ipſam ſapientiã eſſe. ¶ Sapientem ergo nõ ſo-
lum ea ſcire quæ ex principijs cognoſcuntur: ſed etiam circa principia dicere vera opor-
tet. quare ſapientia, intellectus eſt & ſcientia: & (vt caput habens) ſcientia eorum quæ ho
36 norabiliſſima ſunt. ¶ Perabſurdum eſt autem ſi quiſpiam facultatẽ ciuilem, aut pruden-
tiam ſtudioſiſſimam eſſe putet, ſi non ſit homo eorum optimum quæ ſunt in mundo.
Quod ſi ſanũ quidem, ac bonum aliud eſt hominibus, aliud piſcibus, album autem & re-
ctum ſemper eſt idem: & ſapiẽs omnes idem profecto, prudens vero diuerſum dixerint
eſſe. Singula nanq; quod ſuum perſpicit bonũ, id prudens dixerint eſſe: eiq; ſeipſa guber-
nanda commiſerint. Quapropter & nonnulla mutorum animaliũ prudentia dicunt eſſe:
quæcunque ſua in vita prouidendi vim habere videntur. Conſtiterit autem eandem nõ
eſſe ſapientiam & facultatem ciuilem. ¶ Nam ſi eam facultatem ſapientiam eſſe dicent,
quæ circa commoda propria verſatur: multæ ſane ſapientiæ erunt. non enim vna circa
omnium animalium bonũ: ſed alia atque alia circa vnumquodque verſatur, niſi de omni
bus quæ ſunt: vna ſit & facultas medendi. quòd ſi homo præſtantiſſimum eſſe cæterorũ
animalium diceretur: nil refert. etenim homine ſunt alia longe diuiniora natura: vt hæc
manifeſtiſſima, ex quibus ipſe conſiſtit mundus. Patet igitur ex ijs quæ diximus: ſapien-
37 tiam, ſcientiam eſſe & intellectum, eorum quæ honorabiliſſima ſunt natura. ¶ Quapro-
pter Anaxagoram, & Thalẽ, & ſimiles: ſapiẽtes quidem, at non prudentes inquiũt eſſe,
cum vident ipſos propria commoda ignorare: & ſuperflua quidem, & admiranda, & dif-
ficilia cognitu diuináque ſcire ipſos, ſed inutilia dicunt quia non quærũt bona humana.
prudentia autem circa humana verſatur: & in quibus habet cõſultatio locum. prudentis
enim hoc maxime opus dicimus eſſe, bene inquam conſulere. Cõſultat autem de ijs ne-
mo: quæ aliter ſeſe habere non poſſunt, & quorum non eſt aliquis finis. atque is bonum
agendum. Is autem ad bene conſulendum eſt ſimpliciter aptus: qui coniectura quod eſt
homini optimum eorum quæ cadunt in actionem: excogitando mente capere poteſt.
¶ Neque prudentia eſt vniuerſalium ſolum, ſed ſingula etiam oportet cognoſcere. eſt
38 enim actiua: & actio circa ſingula ipſa verſatur. ¶ Quapropter & neſcientes nõnulli, ma-
gis quàm nonnulli ſcientes: idonei ſunt ad agendũ. & in cæteris ij qui ſunt experti. Nam
ſi quiſpiam ſciat leues carnes facile concoqui, ac eſſe ſalubres, quæ vero ſint leues igno-
ret: non efficiet ſanitatem. ſed qui ſcit auium carnes leues eſſe, atque ſalubres: is efficiet
magis. prudentia autem eſt actiua. quare vtranq; cognitionem, aut hanc potius habere
oportet. fuerit autem quædam & hæc architecturæ ſubiens rationem.

35 ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Sapientia, ſcientia eſt vt caput habens: quòd diuinorum contemplatrix ſit, & vt in al
38 36 tiſſima ſpecula longe cuncta digniſſime proſpectās. ¶ Manifeſtiſſima, cæli, entia beata. ¶ Fuerit autem & hæc
hæc, altera ſcilicet vniuerſalis cognitio. Nam ea ijs eſt vt artifex & architectus. particularis autem ijs eſt vt ex-
pertus. artifex autem præeſt, præcellitque experto.
¶ Septimum cap. tribus concluſionibus, & duobus corollarijs partitum eſt.
34 ¶ Septimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sapientiam ſcientiam eſſe exactiſſimam: par,
atque conſentaneum eſt. Nam ſapientiam in artibus tranſlatitie ijs tribuimus artificibus: qui in ipſis ſummi, ex-
actiſſimique euaſerunt. vt Phidiam ſapientem lapidum efformatorem, effigiatorémque dicimus: & Polycletum
identidem ſtatuarium ſapientem atqui his hunc in modum ſapientiam tribuentes: per ſapientiam nihil aliud in-
telligimus, quàm ipſius artis excellentiam, virtutem, perfectioniſque apicem. at vero quoſdam omnino eſſe ſa-
pientes arbitramur: non quidem aliqua ex parte, & ex additione quadam: ſed ſimpliciter, neque ob aliud quic-
quam: quemadmodum de Margite canit Homerus, Homerus.
Hunc neque foſſorem, neque dij fecere colonum:
Nec reliqua ſapiens vlla fuit arte ſtupendus.
35 Conſentaneum igitur eſt: ſapientiam ipſam ſcientiarum eſſe exactiſſimam. ¶ Secunda concluſio. Sapientia: in-

tellectus & ſcientia eſt. ſcientia quidem vt caput, aliarúmque apicem tenens: eorum quæ io natura ſunt hono-
rabiliſſima. Nam ſapientem non ſolum decet ea cognoſcere, quæ ex principijs dinoſcuntur: ſed & eundem cir-
ca principia, vera determinare oportet, & quidem honorabiliſſimorum in oatura. Eſt igitur ſapieotia intelle-
ctus, pariter & ſcientia: eorum quæ honorabiliſſima ſunt in natura caput, ſummitatémque tenens, oam(vt præ-
determinatum) exactiſſima. ❡ Tertia concluſio. Sapientia oon eadem facultati ciuili, aut prudentiæ: exiſtiman- 36
da eſt. ❡ Primo quidem. quia virtutũ mentia ſapieotia optima eſt. atqui abſurdum eſt peritiam ciuilem, aut pru-
dentiam: virtutum exiſtimare optimam, oiſi homo optimum ſit eorum quæ io vniuerſo exiſtunt. non eſt igitur
ſapieotia: ciuilis facultas, aut prudentia. ❡ Secundo. vt album, vt rectum ſemper eſt idem: ita quoque quod
ſapiens eſt, ſemper vnum eſſe dixerint omnea. & vt ſanum quidem, ac bonum aliud eſt hominibus, aliud eſt pi-
ſcibus: ita ſane quod prudens eſt, varium diuerſúmq; eſt. cuncti enim ea quæ ſibi bona ſuot proſpicere valentem
illum prudentem dicunt. & proinde ſui curam, atq; gubernamen ei tute committunt. & nonnulla mutorum ani-
malium prudentia eſſe dicunt: vt quæcunque vim circa ſuam vitam prouidendi retinent. conſtat igitur ſapien-
tiam non eſſe eandem, ac facultatem ciuilem, aut prudentiam. ❡ Tertio. ſi ſapientiam, eam facultatem eſſe po-
neremus, quæ circa propria commoda verſatur: iam valde variaa ſapientias efficeremus. nam non vna circa om
nium animalium bonum facultas: ſed alia, & alia circa vnumquodque verſatur. niſi forte dixeris omnium vnam
eſſe medendi facultatem. & quanuis homo cæterorũ animalium perfectiſſimum eſſe ſtatuatur: oihil refert. nam
ſunt alia pleraq; longe homine diuiniora natura. vt hæc manifeſtiſſima ex quibus coaleſcit mundus. non igitur
ſapientia, ciuilis facultas eſt, aut prudentia: ſed quemadmodum ex ijs quæ diximus patuit, ſapientia: intellectus
eſt, & ſcientia eorum quæ honorabiliſſima ſunt in natura. ❡ Corollarium. Quapropter Anaxagoram, Thalem 37
& ſimiles ſapientes quidam: at non prudentes eſſe dicunt. Nam eos vident propria negligere commoda, & vi-
tæ ſuperuacanea, admiranda, ſcitu difficillima, diuináq; ipſos callere. ſed hæc inutilia putant: quòd ea noo quæ-
rant bona quæ ſunt humana. nam prudẽtia circa humana bona verſatur, & io quibus habet conſultatio locum.
prudentis enim, vel omnium maxime opus eſt: recte, benéq; conſulere. ❡ Quioto. ſapientia eſt eorum quæ ali-
ter ſe habere non poſſunt: & quæ alicuius gratia non ſunt. at de ija quæ aliter ſeſe habere non poſſunt, nemo cõ
ſultat, & quorum oon eſt aliquis finia. eſt eoim finia agendorum bonorum. & omoino is ad beoe conſulendum
idoneus eſt qui in rebus agẽdis quod homini optimum eſt, bene ratiocinando coniectura conſequitur, mentéq;
capit. ❡ Sexto. ſapientia ſolum vniuerſalium eſt: prudentia non vniuerſalium ſolum, ſed & ſingula prudentem
metiri oportet, atq; cognoſcere. Eſt enim prudẽtia: actiua, adminiſtratiuáq;. & actio circa ipſa ſingula verſatur.
non igitur ſapientia: aut ciuilis peritia, aut prudentia ipſa eſt. ❡ Corollarium. Quapropter nonnulli neſcientes, 38
potius quàm ſcientea nonnulli: ad agendum magis idonei reperiuntur. & vt ſummatim dicatur, in cæteris magis
ad operationem idonei ſunt: qui ijdem ſunt experti. Nam ſi quiſpiam ſciat leues carnes perfacile concoqui di-
geriq;, ac eſſe ſalubres, at vero quæ carnium leues ſint ignoret: is profecto ſanitatem non efficiat. ſed qui ſcit a-
uium carnes leuea eſſe, atque ſalubres: is potius efficiet ſanitatem. at prudentia actiua eſt. hanc igitur vtranque
cognitionem habet, aut hanc potiua: quæ experti eſt, opúſque dirigit, & quæ vniuerſalem norit: hæc præcipua
eſt, architectonicæ'que rationem ſubiens.

Cap. VIII.

ATqui ciuilis facultas, & prudentia idem eſt habitus: eſſe tamen ipſarum non 39
idem eſt. Eius autem quæ in ciuitate verſatur: ea quidem (quæ eſt vt archite-
ctura) prudentia, legum eſt ferendarum facultas. quæ vero in ſingulis verſa-
tur: ciuilis, nomine communi vocatur. ❡ Hæc autem eſt actiua, & deliberati-
ua. decretum enim in actionem venit vt vltimum. idcirco rem ciuilem hos ſolos gerere
dicunt. hi nanque ſoli agunt: perinde atque ij qui ſuis manibus artis conficiunt opus.
❡ Videtur autem ea maxime prudentia eſſe: qua ſibijpſi quiſpiam vni quærit ac pro- 40
ſpicit bona, atque hæc ipſo communi nomine prudẽtia nuncupatur. Illarum autem alia
gubernandi rei familiaris: alia ferendarum legum facultas, alia ciuilis vocatur. atque hu-
ius alia eſt deliberatiua, alia iudicialis. ❡ Cognitionis igitur quædam ſpecies fuerit: ea 41
quæ bona ſunt ſibi ſcire, ſed magnam differentiam habet. Atque qui ſciunt ea quæ ſibi-
ipſis ſunt bona, in illiſque verſantur, prudentes eſſe videntur: ciuiles autem negotioſi.
Quapropter & Euripides dixit,

Qui nanque prudens ſum: negotio ſine?
Licebat inter milites cui viuere:
Aequámq; partem habere, cunctis ex bonis.

Quærunt enim quod ſibijpſis eſt bonum, & hoc arbitrantur eſſe agendum. ex hac igitur opinione eſt ortum, prudentes hos eſſe. & tamen proprium vniuſcuiuſque bonum: non eſt fortaſſe ſine rei familiaris gubernatione, atque ciuilis. ❡ Præterea enim quonam modo ſua cuiuſque adminiſtranda ſit res: non eſt manifeſtum, atque conſiderandum eſt. Indicatur id quod dicitur illo ſigno. Geometræ enim iuuenes, & mathematici ac ſapientes in talibus fiunt: prudentes autem fieri non videntur. cauſa autem eſt, quòd & ſingularum rerum eſt ipſa prudentia: quæ quidem per experientiam notæ fiũt. Iuuenis autem non eſt expertus. experientiam enim temporis efficit longitudo. Nam & hoc quiſpiam conſiderauerit: cur puer mathematicus quidem fieri poteſt, ſapiens

autem,aut naturalis non poteſt?An quia mathematica quidem ſunt per abſtractionem:
horum vero principia , experientia innoteſcunt ? & hæc quidem adoleſcentes non cre-
42 dunt , ſed dicunt: illorum autem diffinitiones non ſunt obſcuræ. ¶ Præterea peccatum
quod fit in conſulendo:aut circa vniuerſale,aut circa ſingulare fieri ſolet. ignorare nan-
que quiſpiam poteſt, aut omnes aquas ponderoſas eſſe prauas , aut hanc ponderoſam
43 eſſe . ¶ Prudentiam autem non eſſe ſcientiam patet : eſt enim (vt dictum eſt)ipſius
extremi. Tale enim id: quod cadit in actionem . opponitur igitur intellectui . hic enim
eſt terminorum : quorum ratio non eſt . Hæc autem eſt vltimi cuius non eſt ſcientia,
ſed ſenſus : non propriorum quidem, ſed qualis eſt is quo ſentimus id quod vltimum
in mathematicis eſt , triangulum eſſe . ſtabitur enim & ibi, ſed hic prudentia magis eſt
ſenſus . illius autem eſt alia ſpecies.

43 41 ¶ Octaui capitis notæ. ¶ Negotium,opera:quòd otium neget. ¶ Prudentia & intellectus ideo dicuntur habitus
oppoſiti:quòd intellectus à ſingularibus ad vniuerſale euadit. prudentia vero contrà ab vniuerſalibus ad ſingu-
lare. Et de prudentia accommodatior eſt huic diſciplinæ determinatio ꝙ de ſcientia,intellectu & ſapientia: qui
ſunt habitus morali virtute ſuperiores.& de arte quæ eſt virtute morali inferior. idcirco bono iure de illis Ari-
ſtoteles ſermonem contraxit. De prudētia vero latius expandit,ex actiúſq; ſubinde proſequitur. huic enim men
tis actiuæ virtuti:ſemper virtutes morales ſunt comites,& ipſa viciſſim ſemper virtutibus moralibus comes. ideo
non ab re fuerit, vt & de virtutibus moralibus,ita quoq; hic de prudentia adducere exempla. Huic in primis vir
tuti triplicem oculum tribuunt:memoriam, intelligentiam, prouidentiam Primo præterita reſpicit, ſecundo
præſentia, & tertio futura: virtus oculatiſſima, tota ſalubribus intenta conſilijs. Alexander Seuerus adeò vſus Seuerus.
legitur Vlpiani iuriſperiti prudentis viri conſilijs , vt Ælius Lampridius literis demandarit : hunc principem Vlpianus.
adeo fuiſſe ſummum imperatorem,quòd Vlpiani præcipue conſilijs rempublicam rexerit. nec iniuria nam nun Ælius.
quam ij errare poſſunt:qui prudentem ducem ſequuntur,ipſumque audiunt. Quod non minus exemplo Philip Philippus.
pi Macedonum regis cognoſcitur. Philippus enim Macedo obſes triennio Thebis,virtutibus Epaminundæ pru Epaminūdas.
dentis viri adeo formatus eſt: vt regno Græciæ, Aſiæq; potitus fuerit,& obſcurum prius Macedonum nomen, Homerus.
rerum geſtarum gloria illuſtrauerit . Et tota Homeri in Odyſſea fictio de Vlyſſe & Minerua huc contendit, vt Vlyſſes.
viro debeat ſemper prudentia eſſe comes. Quis enim non intelligit Homerum per Mineruam illic prudentiam Minerua.
intelligere: quam ſemper inducit Vlyſſi rerum agendarum conſilia præſtare,& quorum conſilij ſemper innitit-
tur Vlyſſes. De prudētia dicebat Pittacus: Prudētiæ eſt prius ꝙ aduerſa cōtingāt,prouidere ne veniant. imò ve Pittacus.
ro eius officium eſt, præteritorum argumento præſentia metiri,& futura ſapienter coniectare: mediáque præ-
ſtare quibus futura bona aſſequamur, deuitemus autem noxia. Dicebat & Bion quantum viſus à cæteris ſenſi- Bion.
bus:tantum prudentia à cæteris virtutibus. Et Antiſthenes Athenienſis: Murus tutiſſimus prudentia eſt:non e- Antiſthenes.
nim decidit,neque proditur. & hunc murum in noſtris inuiolabilibus cogitationibus eſſe ſtruendum qui in ſe cu
ſtodem habet ſemper peruigilem, & attentum,& caute omnem vitæ partem explorantem: ne noſtram ciuita-
tem hoſtes occupent. Hoſtes enim vitia ſunt. Et Heſiodus, Heſiodus.

Optima, crede, iuuat rerum prudentia cunctos:
Læditur aduerſo qui negligit vndiq; fato.
Si ſit pingue ſolum,grauidæ inclinantur ariſtæ:
Felices operum ſucceſſus,ab Ioue ſummo
Hinc capias.

Itaq; vult Heſiodus aduerſo fato ſemper laborare:qui imprudens eſt. contrà vero prudentē
deum habere,rebus ſuis aſpirantē. hanc igitur tutiſſimam vitæ noſtræ comitem nobis vindicemus prudentiam:
res noſtras quaſcunq; ſuſceperimus agendas ſuis conſilijs,fideliſſime moderantem.

¶ Octauum cap. quinq; concluſionibus partitum eſt.

39 ¶ Octaui capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Prudentiæ: multæ ſunt partes. Nam ciuilis fa-
cultas,& prudentia idem re ipſa habitus eſt:eſſe autem, atque ratio non eadem. & ciuilis facultatis multæ ſunt
partes: igitur & prudentiæ. prudentia enim quæ cæteris præeſt, atq; principatur: legum ferendarum facultas
nuncupatur. quæ vero in ſingulis agendis, conſultandiſq; verſatur:communi appellatione facultas ciuilis nomi-
natur. & hæc in deliberatiuam, & actiuam diducitur. Nam alterius eſt deliberare, alterius vero eſt decretum,
ſententiámq; ferre. & hæc in actionem venit, quod eſt prudentiæ vltimum. & proinde hos ſolos inquiunt rem
ciuilem gerere,atq; adminiſtrare:qui talem iudiciariam,ferendiq; decreti poteſtatem habent. nam hi ſoli agunt
40 perinde atq; qui ſuis manibus artis conficiunt opus. prudentiæ igitur multæ ſunt partes. ¶ Secunda concluſio.
Specierum prudentiæ hæc maxime prudētia dici videtur:quia quiſpiam ſibijpſi vni quæ bona ſunt proſpicit ac
prouidet. nam hæc commune nomen prudentiæ ſibi vendicat. aliæ autem ſpecies, alia peculiaria nomina: vna
quidem gubernandæ rei familiaris diſciplina: alia legum ferendarum facultas, alia facultas ciuilis. Et ciuilis fa-
41 cultatis pars vna deliberatiua dicitur: alia vero iudicialis. ¶ Tertia concluſio. Vnius ſpeciei prudentiæ ea cogni-
tio eſt quæ ſibijpſi bona ſunt cognoſcere: at id differentiam,& difficultatis arduitatem habet. ¶ Primo. nam qui
ſciunt ea quæ ſibijpſis bona ſunt,in illiſque occupantur:prudentes exiſtimantur. ſimiliter & ciuiles,& negotio-
ſi. Quapropter de quodam qui otio marceſceret,inquit Euripides: Euripides.

Qui nanq; prudens ſim negotio ſine?
Licebat inter milites cui viuere,
Æquámq; partem habere cunctis ex bonis.

Ex hac opinione ductum eſt: hos etiam prudentes eſſe qui ſuperflua ſibi congerunt. quærunt enim quod ſibi bo
num eſt,& id arbitrantur eſſe agendum. at forte id ſibijpſis addictum, propriúmque bonum non eſt: niſi illis gu-
bernationis rei familiaris cura ſit, atque ciuilis. & id varium eſt, atque difficile. vnius igitur ſpeciei prudentiæ
ea cognitio eſt: qua quiſq; quæ ſibi bona ſunt cognoſcit,& diſcrimen & difficultatem habens. ¶ Secundo. quo-
nam pacto ſua cuiuſq; adminiſtranda ſit res: non eſt manifeſtum. ſed longa indagatione eget. quod hoc depre-
henditur indicio. nam iuuenes: geometræ, mathematici, ac in talibus ſapientes fiunt: prudentes autem minime
fieri videntur. & nulla in hoc cauſa eſt: niſi quia ipſa prudentia ſingularium eſt: quæ per experientiam nota ſunt.

experientiam autem efficit temporis longitudo. & proinde iuuenis expertus non eſt. nimirum igitur ſi quæ ſibi bona ſunt, proſpicere: differentiam ac difficultatem habet. Sed hoc in loco quæri forte dignum eſt: quid cauſæ eſt cur puer mathematicus fieri queat: ſapiens autem, aut naturalis non queat? Hoc ideo eſſe poteſt. ¶Primo. quód mathematicus cognitione abſtrahit, neque experientia eget. at ſapientis & naturalis principia: deprehenduntur experientia. quapropter adoleſcentes illa quidem dicunt: attamen illis non credunt. ¶Secundo, mathematicorum diffinitiones non obſcuræ ſunt. obſcuriores autem ſunt: & ſapientis, & naturalis. ¶Quarta concluſio. 42
Prudentia & circa vniuerſale, & circa ſingulare verſatur. Nam in conſulendo: & circa vniuerſale, & circa ſingulare peccatum fieri contingit. poteſt enim quiſpiam ignorare, aut omnes aquas ponderoſas, prauas eſſe: aut hanc ponderoſam eſſe: verſatur igitur prudentia & circa vniuerſale, & circa ſingulare. ¶Quinta concluſio. 43
Prudentia non eſt ſcientia. Nam (vt dictum eſt) prudentia ipſius eſt extremi. extremum autem ipſum agendum eſt, atq; ſub actionem cadit. prudentia igitur non modo ſcientia non eſt, ſed intellectui opponitur. conueniunt tamen prudentia, & intellectus: quód hic extremorum eſt, quorum non eſt demonſtratio: illa autem vltimi eſt, cuius non ſcientia, ſed ſenſus eſt. non ſenſus quidem exterior, qualis eſt propriorum ſenſibilium: ſed internus, vt qualis is eſt, quo ſentimus in mathematicis triangulum quid vltimum eſſe, quód in illo ſtatur, infimiúſque in mathematicis non deſcenditur. at vero is ſenſus qui ipſi addicitur prudentiæ, magis ſenſus eſt. is autem qui proprijs ſenſibilibus ſenſus eſt: altera ſpecies eſt.

Cap. IX.

At vero quærere, ac conſultare differunt. Conſultare nãque eſt aliquid quærere. Oportet autem & de bona conſultatione quidnam ſit accipere: vtrum ſcientia quædam ſit, an opinio, an coniectatio bona, an aliquod aliud genus. 44
¶Scientia igitur non eſt. Non enim de iis quærunt quæ ſciunt. At bona conſultatio quædam eſt conſultatio. qui vero cōſultat: quærit, rationémque ſubducit. ¶At qui neque bona coniectatio eſt. Ipſa nanque ſine ratione, & cito fit: ad conſultationem vero longum temporis ſpatium adhibetur. atque aiunt celeriter quidem deliberata eſſe agenda, cum mora autem conſulendum. ¶Præterea, diuerſa ſunt: ſolertia, & conſultatio bona. Solertia vero, bona quædam eſt cōiectatio. ¶At neque opinio vlla. ¶Sed cum is qui male deliberat peccet, is autem qui bene conſultat recte deliberet: conſtat bonam conſultationem rectitudinem eſſe quandam. non autem ſcientiæ, neque opinionis. Scientiæ nanque non eſt rectitudo: quippe cum neque peccatum ſit. opinionis vero rectitudo, veritas eſt. Et inſuper determinatum iam eſt id omne: cuius eſt opinatio. at vero neque ſine ratione eſt ipſa conſultatio bona. deficit ergo à mente. Hæc enim nondum eſt enuntiatio. Etenim opinatio non inquiſitio: ſed quædam iam enuntiatio eſt. ¶Qui vero conſultat ſiue bene ſiue male conſultet: quærit aliquid, rationémque ſubducit. ſed ipſa conſultatio bona: conſilij quædam eſt rectitudo. Quapropter quærendum eſt primum quidnam ſit conſilium: & circa quid ipſum verſetur. ¶Cum vero multipliciter rectitudo dicatur: conſtat non omnem rectitudinem, bonam conſultationem eſſe. Incontinens enim & prauus: id quod videre proponit attinget, cogitando, rationémque ſubducendo. quare recte quidem conſultabit. malum autem magnum, exiſtimabit. Bene vero conſultaſſe, bonum quoddam eſſe videtur. talis enim rectitudo conſilij, qua bonum quiſpiam aſſequi poteſt: bona eſt conſultatio. ¶At poteſt quiſpiam & hoc ratiocinatione falſa attingere: atque id quidem quod facere oportet aſſequi, non autem per quod oportet, ſed falſus medius terminus eſſe poteſt. Quare nec ipſa bona eſt conſultatio, qua quiſpiam adipiſcitur quidem id quod oportet: non tamen per quod oportet. ¶Præterea fieri poteſt, vt alius longo deliberans tempore id conſequatur: alius cito. igitur nec illa bona eſt conſultatio: ſed eadem rectitudo bona eſt conſultatio, qua quiſpiam ratione conducentis aſſequitur, quod oportet, & vt oportet, & cum oportet. ¶Inſuper fit vt & abſolute quiſpiam bene conſultet: & ad aliquem finem. Atque bona quidem conſultatio abſolute eſt ea: qua ad eum finem qui eſt abſolute finis pergitur recte. quædam autem ea: qua ad aliquem finem. Quód ſi bene conſultare prudentium eſt: conſultatio bona, rectitudo eſt ea qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finem: cuius ipſa prudentia eſt exiſtimatio vera.

45
46
47 48
49
50
51
52
53

¶Noni capitis notæ. ¶Inquirere ſubducendo rationem: eſt inquirere quantum, quale, gratia cuius, quis, quo, quando, vbi, & quomodo. quæ regulæ ſunt prudentiæ. ¶Rectitudo conſilij multipliciter dicitur: proprie in bonis, & tranſlatitie in malis. 45 50

¶Nonum cap. decem concluſionibus partitum eſt.

¶Noni capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. De bona conſultatione aptus hic ſeſe offert determinandi locus: an ſcientia, bona coniectatio, an opinio ſit, an genus aliud quodcunq;. Nam quærere & conſultare differunt. conſultare enim protinus quærere eſt: at contrà non oportet. hæc autem inquirunt: ſcientia, 44

bona coniectatio, atque opinio. conſentaneum igitur eſt examinare an bona conſultatio ſcientia ſit, bona con-
45 iectatio, opinio an aliud quicquam. ¶ Secunda concluſio. Bona conſultatio: ſcientia non eſt. Nam qui ſciunt: ra-
tionem ſubducendo non quærunt ea quæ ſciunt. at bona conſultatio hoc pacto quærit. nam bona conſultatio:
46 conſultatio quædam eſt. qui vero conſultat, quærit rationémq; ſubducit. non itaque ſcientia eſt. ¶ Tertia con-
cluſio. Bona conſultatio: minime bona coniectatio eſt. ¶ Primo. quia bona coniectatio: & ſine ratione, atque ci-
to fit. at bona conſultatio: neq; ſine ratione, neq; cito. nam ad conſultandum maturum exigitur tempus, atq; eſt
(vt aiunt) multo tempore conſulendum: at quæ mature deliberata ſunt celeriter exequendum. igitur bona con-
ſultatio: minime bona coniectatio eſt. ¶ Secundo. bona conſultatio ſolertia non eſt: bona autem coniectatio eſt
47 ſolertia. non igitur ſunt eadem: bona conſultatio, & bona coniectatio. ¶ Quarta cõcluſio. Neque item bona cõ-
ſultatio: opinio vlla eſt. Id oſtenditur ea ratione, qua bona conſultatio: ſcientia non eſt. nam qui opinantur: rati-
48 onem non ſubducunt. ¶ Quinta concluſio. Bona conſultatio: rectitudo quædam eſt, non ſcientiæ, aut opinio-
nis. Nam is qui male conſultat: peccat. qui vero bene conſultat: & is quidem recte conſultat. eſt igitur bona con
ſultatio: rectitudo quædam. ſed quòd neq; ſcientiæ, aut opinionis: hoc ideo eſt, quòd ſcientia rectitudine non
eget. cum ea ipſa neceſſaria ſit, circa quod peccatum nullum eſt. ¶ Et quòd opinionis rectitudo non ſit, con-
ſtat. Primo quòd opinionis rectitudo veritas eſt: id autem bonæ conſultationi non ſatis eſt. ¶ Secundo. deter-
minatum omne eſt: cuius opinatio eſt. at id cuius eſt bona conſultatio: indeterminatum eſt, & adhuc inquiritur.
nam ſine inquiſitione, ſubductionéque rationis: bona conſultatio non eſt. ¶ Tertio. bona conſultatio deficit à
mente, enuntiando ſic eſſe aut non ſic eſſe: ſed inquirit quid enuntiet. opinio enim non inquirit: ſed iam enun-
tiat, vt eſſe quemadmodum opinatur, aut non eſſe. non igitur bona conſultatio: rectitudo eſt, aut ſcientię, aut o-
49 pinionis. ¶ Sexta concluſio. Bona conſultatio rectitudo conſilij eſt. Nam qui conſultat ſiue bene id ſit, ſeu per-
peram: quærit aliquid, rationémque ſubducit. ſed qui bene conſultat: recte quærit, rectéque rationem ſubducit.
bona igitur conſultatio, rectitudo quædam conſilij eſt. Quo fit vt qui bonam conſultationem bene deprehen-
50 ſurus ſit: primum quid conſilium ſit, & circa quæ verſetur tenere, dignoſceréque debeat. ¶ Septima concluſio.
Non omnis rectitudo conſilij bona conſultatio eſt. Nam cum rectitudo multipliciter dicatur, & prauus, & incon
tinens quod aſſequi proponit: volutando animo, rationémq; ſubducendo attinget. recte igitur ad id conſequẽ-
dum conſultat. At forte id grande malum eſt: quod conſequi exiſtimat. nam bene cõſultaſſe: bonum quoddam
videtur eſſe. non igitur omnis rectitudo conſilij, bona conſultatio eſt: ſed ea ſola potius, qua boni quicquam
51 nos aſſequi poſſumus. ¶ Octaua concluſio. Neq; quidem omnis conſultatio, qua bonum aſſequimur, atque quod
oportet: bona conſultatio cenſenda eſt. Nam nihil vetat aſſequi bonum, quódq; facere oportet, ratiocinatione
falſa. cum autem id fit: non fit per id quod oportet, vt neq; in diſciplinis cum medius terminus, ipſumq; antece-
dens falſum eſt. non igitur ea conſultatio: bona eſt. non itaq; omnis conſultatio qua bonum, quódq; oportet con
ſequimur, bona conſultatio putanda eſt: verum ea potius qua quiſpiam quod oportet aſſequitur, & per id quod
52 oportet. ¶ Nona concluſio. Neq; ſatis eſt quòd bona cõſultatio dicatur: vt bonum per id quod oportet aſſequa-
tur, ſed quanto tempore oportet conſultandum eſt. Nam fieri poteſt, vt quis longo tempore, atq; mature delibe
rans id aſſequatur quod decet, & per quod oportet: alius autem cito, & præcipitanter. atqui ea conſultatio præ-
ceps: bona conſultatio non eſt. igitur non bonæ conſultationi ſatis eſt: vt bonũ, per id quod oportet aſſequatur,
ſed potius ea conſilij rectitudo: bona conſultatio dicatur, qua quiſpiam ratione conducentis, honeſtive, ſpermo-
53 tus quod oportet aſſequitur, per quod oportet, & quanto tempore oportet. ¶ Decima concluſio.. Quædam bo-
na conſultatio abſolute eſt, & quædam particularis. Nam vſu euenit vt quiſpiam abſolute, & in omnibus bene
conſultet. euenit etiam vt quiſpiam bene conſultet ad aliquem finẽ, & non de omnibus. eſt igitur bona conſul-
tatio quæ abſolute eſt. & ea eſt qua ad totius vitæ bonum, & ad finem qui abſolute finis eſt, recte conſultando
pergimus, & conſultatio quædam, atq; particularis. & eſt qua recte conſultando ad aliquem finem peruenimus.
Quo fit vt ſi bene conſultare prudentium eſt (eſt etenim) vt bona conſultatio ea rectitudo conſilij ſit: qua con-
ferentis habita ratione ad aliquem proficiſcitur finem, cuius ipſa prudentia, vera, rectáq; exiſtimatio eſt.

Cap. X.

54 ESt autem & ipſa ſagacitas, cui contrarium eſt hebetudo, quibus ſagaces dici-
mus, ac hebetes: nec idem omnino quod ſcientia aut opinio (omnes enim
ſcientes vel opinantes, ſagaces eſſent) nec vna quædam ſcientia. vt aut medi-
55 cina de ſanis, aut geometria circa magnitudines. ¶ Neque enim de ijs eſt
quæ ſunt ſemper, & non mouentur, neque de ijs quæ à quouis fiunt, ſed de quibus du-
bitauerit quiſpiam, aut conſultauerit. Quapropter eſt quidem de ijs circa quæ verſatur
56 prudentia. ¶ Non eſt autem idem ſagacitas, & prudentia. Prudentia nanque præcepti-
ua eſt. finis enim ipſius eſt: quidnam ſit agendum, aut non agendum præcipere: ſagaci-
tas autem iudicatiua eſt ſolum. Idem eſt enim ſagacitas, & bona ſagacitas: quippe cum
57 ſagaces ſint, & boni ſagaces. ¶ Neque autem habere, neque accipere prudentiam: eſt ipſa
ſagacitas, ſed in opinationis vſu ad ea bene iudicanda de quibus eſt prudentia, alio di-
cente conſiſtit. fit'que hic perinde atque cum diſcipulus ea diſcit, ac comprehendit quæ à
ſcientiam tradente præcipiuntur.

57 ¶ Decimi capitis notæ. ¶ Altero dicente, altero decretum, legémve ſtatuente.
¶ Decimum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.
54 ¶ Decimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sagacitas, & hebetudo, à quibus ſagaces hebe-
téſq; denominamus: non omnino idem ſunt quod ſcientia, ac opinio. ¶ Primo. nam omnes ſcientes, aut opinan-
tes: ſagaces eſſent. ¶ Secundo. neque vna quidem ſcientiarum videtur eſſe ſagacitas, vt medicina quæ circa ſa-
na, & ægra verſatur: ſagacitas non eſt. nec geometria: quæ contemplatur circa magnitudines, & ita de relquis
eſſe videtur. quare & tanto minus hebetudo. non itaque ſagacitas, & ipſi contraria hebetudo: idem ſunt vt ſci-
55 entia, ac opinio. ¶ Secunda concluſio. Sagacitas eorum eſt: circa quæ prudentia verſatur. Nam ſagacitas non
eorum eſt quæ ſemper ſunt, & à nullo fiunt: neq; de ijs quæ à quouis fieri queunt: verum de ijs de quibus meri-

to dubitauerit aliquis, atque conſultauerit.ea autem ſunt circa quæ prudentia verſatur. igitur ſagacitas eorum
eſt:circa quæ prudentia intenta eſt,atq; verſatur. ❡ Tertia concluſio. Sagacitas,& prudentia non omnino idem 56
ſunt. Nam quædam prudentia eſt præceptiua. eſt enim ipſius prudentiæ finis: quidnam ſit agendum,aut non a-
gendum,præcipere. atqui ſagacitas,iudicatiua ſolum eſt:non autem præceptiua. & nos hoc in loco ſagacitatem
& bonam ſagacitatem idem intelligimus: quippe cum eoſdem dicamus & ſagaces & bonos ſagaces. ❡ Quarta 57
concluſio. Sagacitas non idem eſt ac habere prudentiam, prudentiámve accipere. Nam ſagacitas in vſu bonæ
exiſtimationis conſiſtit:ad ea quæ iudicanda ſunt altero dicente,de quibus quidem ipſa eſt prudentia. ſit'q; per-
inde vt quis dicatur ſagax: atq; cū diſcipulus ea diſcit,ac comprehendit,iuxtáq; præceptoris mentem interpre-
tatur,quæ à docente audiuerit,ſæpenumero ſagacem appellare ſolemus. Et ſyneſis appellatione græca,ſagaci-
tas dicitur:à qua ſyneti hoc eſt ſagaces dicuntur. & eu quidem bene ſignificat. hinc euſyneti bene ſagaces dicti
ſunt:qui in diſcendo ſapiunt,rectéq; dicentis præcepta callent,ac capiunt.

Cap. XI.

EA vero quæ vocatur ſententia ,qua bene ſentientes homines dicimus ſen- 58
tentiámque habere: iudicium eſt rectum æqui & boni viri. Cuius hoc indi-
cium eſt . Bonum enim & æquum virum ad ignoſcendum procliuem dici-
mus eſſe . & veniam in aliquibus dare , bonum & æquum eſſe.at venia:ſen-
tentia eſt iudicatiua recta æqui & boni viri.recta autem eſt ea quæ eſt ipſius
veracis. ❡ Omnes autem habitus non ſine ratione ad idem tendunt . Nam ſententiam, 59
ſagacitatem,prudentiam,& mentem ad eoſdem afferentes : prudentes illos atque ſaga-
ces , & ſententiam habere , mentémque dicimus. Omnes enim hæ potentiæ, extremo-
rum ſunt , ac ſingularium . Atque idem ea ratione qua eſt idoneus ad ea iudicanda de
quibus eſt prudens:ſagax eſt,benéque ſentiens,aut ad dandam veniam aptus.bona enim
& æqua , omnibus ſunt communia bonis : ea ratione qua ad alium tendunt. ſunt autem
ſingularia & extrema ea: omnia quæ agi poſſunt. & prudentem oportet ipſa cognoſce-
re.& ſagacitas & ſententia circa hæc ipſa verſatur. hæc autem ſunt extrema. ❡ Et intel- 60
lectus extremorum eſt ad partem vtranque.etenim primorum terminorum , ac extre-
morum:intellectus eſt & non ratio. is quidem qui ad demonſtrationes attinet immo-
bilium terminorum , atque primorum . is autem qui in agendis rebus verſatur, extre-
mi & contingentis , atque alterius propoſitionis . hæc enim principia ſunt eius, gratia
cuius. ex ſingulis enim emergit ipſum vniuerſale . horum igitur ſenſum habere opor-
tet. hic autem eſt intellectus . ❡ Quapropter & naturalia hæc eſſe videntur.Atque ſa- 61
piens quidem natura eſt nemo:ſententiam autem habet,& ſagacitatem & intellectum
natura.ſignum autem eſt nos hæc ætates ſequi putare : atque hanc ætatem intellectum
dare ſententiámque habere, vtpote quæ à natura proficiſcuntur. ❡ Quocirca principiū, 62
& finis eſt intellectus.Ex his enim & de his: ipſæ demonſtrationes efficiuntur. ❡ Quare 63
non minus eorum qui ſunt experti, & ſeniorum vel prudentium indemonſtrabilibus
ſententijs, opinionibúſve : quàm ipſis demonſtrationibus mentem adhibere oportet.
Quia nanq; iam experientia viſum habent: principia ipſa cernunt. Quid igitur pruden-
tia,& ſapientia eſt,& in quibus vtraque verſatur,& diuerſarum animæ partium vtranq;
virtutem eſſe,iam diximus.

❡ Vndecimi capitis notæ. ❡ Mentis nomen,nō habitus ſed potentiæ nomen eſt. Primi termini,primæ propoſi- 60
tiones,immediatæ propoſitiones, principia. ❡ Duplex eſt intellectus: contemplatiuus ſcilicet & actiuus. Intel-
lectus contemplatiuus:finis eſt actiui(quemadmodū pars mentis actiua ad contemplatiuam ordinatur)cū ſcili-
cet aſcendimus. cum autem proprium immediatúmq; finem reſpicimus:intellectus actiui,& mentis actiuæ finis
eſt actio. ❡ Singularium præter ſenſum exteriorem, eſt ſenſus internus, præcipuúſq; qui eſt intellectus actiuus
atque de illis recte iudicans,imò ſuperior ſenſu eſt,ſed quadam ſimilitudinis reſponſione,quòd circa ſingularis
negotiatur , vt ij qui proprie ſunt ſenſus , hoc in loco internum ſenſum nuncupamus . vt vero ſingularia deſe-
rit, & prudentiæ vniuerſalia conſiderat: intellectus actiuus nominatur. itaque idem intelligatur ſenſus actiuus,
& intellectus actiuus . ſed ſenſus actiuus ſingularium : intellectus autem vniuerſalium . ❡ Alterius & alterius.
nam ſapientia partis contemplatiuæ eſt: prudentia vero actiuæ. ❡ Ex his enim & de his,id eſt ex vniuerſalibus 62
& de vniuerſalibus qui fines ſunt : eſt demonſtratio . quare ex ſingularibus & de ſingularibus quæ ſunt princi-
pia(nam ab illis ad vniuerſalia procedimus ſuntque vnde incipimus) eſt rationis ſubductio.adiungimus tamen
plerunque ſubductionibus rationis vniuerſale experientia prudentum cognitum . nihil igitur mirum fuerit : ſi
non minus ſuo modo & in ratiocinio actiuo indemonſtrabilibus ſententijs ſcitiſque prudentum quàm ipſis de-
monſtrationibus acquieſcere oporteat. ❡ De ſapiente & prudente hic aliquantulum non ab re ex nota ludendū.
Sapiens habet altiſſimum intellectum:prudens infimum.nam ille maxime vniuerſalium,hic autem maxime ſin-
gularium fit etiam vt prudentis intellectus multiplex ſit ſapientis vero vnus ſit & ſimplex . nam ſapientis intel-
lectus ſolius vniuerſalis: prudentis, vniuerſalis & ſingularis. & ſi prudens eſt ſciens, ſingulariter eſt ſciens. ſub-
ducendi enim ratio ex vniuerſali & ſingulari eſt. concluſionem igitur colligi ſingularem oportet. & ſi ſapiens

ſciens: maxime eſt vniuerſaliter ſciens. & quod ſanè eſt in prudentia ſubducendi ratio: id in ſapientia eſt demon
ſtratio. demõſtratio igitur prudentis: eſt rationis ſubductio. & ſapientis rationis ſubductio: eſt ſimpliciter demon
ſtratio fit etiã vt prudẽtia & prudẽs vt cõtingẽter ſciens, corruptibilis, diuiſibilis, multiplex, mobilis, & mortalis:
ſapiẽtia vero & ſapiẽs neceſſario ſciẽs, incorruptibilis, indiuiſibilis, ſimplex atq; vnus, immobilis, & immortalis.
¶ Vndecimum cap. tribus concluſionibus, & tribus corollarijs partitum eſt.
58 ¶ Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sententia à qua bene ſententiantes homines
dicimus, ſententiámque habere: boni & æqui viri rectum iudicium eſt. Huius rei hoc indicium eſt. quòd bonum
& æquum virum: ad ignoſcendum procliuem eſſe dicimus. & ignoſcere aliquo euentu: bonum & æquum eſt. ac
ignoſcere: eſt ipſum bonum & æquum virum, rectè iudicando ſententiam ferre. rectè autem iudicat, quoniam
59 verax eſt. ſententia ergo boni & æqui viri: rectum iudicium eſt, rectéq; iudicandi habitus. ¶ Secunda concluſio.
Omnes hi habitus prudentia, ſagacitas, ſententia, atq; mens ipſa adminiſtratiua: in idem rationabiliter tendunt.
¶ Primo. nam prudentiam, ſagacitatem, ſententiam, ac mentem ad eoſdem afferimus, eóſque prudentes, ſaga-
ces, ſententiámq; habentes, atque mentem dicimus. & omnes hos habitus atque potentias: extremorum eſſe co
gnoſcimus atque ſingularium. omnes igitur huiuſmodi habitus: in idem rationabiliter tendunt. ¶ Secundo.
vnus idémque quatenus idoneus eſt ad ea iudicanda de quibus eſt prudens: aut ſagax nominatur, aut bene ſen-
tiens & ad veniam elargiendam aptus. & reuera æqua & bona ad omnia bona ſe extendunt vt ad alterum ſiunt.
at ea bona omnia ſingularia ſunt, & extrema quæ agi queunt: & prudentem illa cognoſcere oportet. id autem
non fit ſine mente. & ſagacitas, & ſententia circa hæc ipſa verſantur: hoc eſt extrema. ſunt igitur merito circa
60 idem prudentia, ſagacitas, ſententia atque mens ipſa. ¶ Tertia concluſio. Vtriuſque partia mens ipſa, ipſeq; in-
tellectus extremorum eſt. Nam aut primorum terminorum & quorum non eſt ratio: aut extremorum atq; ſin-
gularium intellectus eſt. is enim intellectus qui contemplatiuus eſt, ac ad demonſtrationes accommodus: termi
norum eſt neceſſariorum, atque à ſua veritate immutabilium, ac primorum. & is qui actiuus eſt, in rebúſq; agen
dis verſatur, extremorum eſt, & contingentium, alteriúſq; naturæ (ac contemplatiuus) propoſitionum. & hæc
quidem extrema: principia ſunt vniuerſalis, quòd eorum finis, & cauſa gratia cuius eſt. ea ſingulis enim ipſum
vniuerſale colligimus. & ſingularium vim percipiẽdi, intimúmq; ſenſum eſſe oportet. hinc autem in agendis in-
61 tellectus actiuus eſt. ¶ Primum corollarium. Quo fit vt qui hunc conſequuntur intellectum exiſtimauerint com
plures naturalia eſſe. Nam exiſtimauerunt ſapientem quidem natura eſſe neminem: ſed ſagacitatem, ſententiã,
intellectumq; natura habere. hoc illis ſignum: quòd nos hæ, ætates ſequi putamus. atque hanc ætatem intelle-
62 ctum dare, hanc ſententiam habere: quaſi hæc à natura, certâque eius lege proficiſcantur. ¶ Secundum corolla-
rium. Fit iterum vt intellectus principium ſit, pariter atque finis. Nam ex his, & de his principijs demonſtratio-
63 nes efficiuntur. vt igitur intellectus ſingularium eſt, principium: vt vero vniuerſalium, finis eſt. ¶ Tertium corol
larium. Quapropter rurſus euenit, vt non minus expertorum, ſeniorúmq;, atq; prudentium ſententijs indemon-
ſtrabilibuſque opinionibus: quàm demonſtrationibus ipſis mentem adhibere debeamus. Nam hi longa iam ex-
perientia viſum habent: atque bene ipſa principia cernunt. non igitur vllo pacto à ſuis ſententijs, nobis mente
recedendum eſt: ſed illis firmiter adhærendum. Sed quid prudentia, quid ſapientia, & circa quæ vtraque verſe-
tur, & vtranque alterius, & alterius partis animæ eſſe: dictum iam ſatis eſt.

Cap. XII.

64 DVbitauerit autem quiſpiam ad quidnam habitus hi ſunt vtiles? Nam ſapiẽ-
tia quidem nihil eorum contemplatur: ex quibus fuerit homo felix. nullius
enim eſt generationis. prudentia autem hoc quidem habet. Sed cuiuſnam
gratia opus eſt ipſa? ſi prudentia quidem eſt ea quæ circa iuſta & honeſta,
bonáque homini verſatur, hæc autem ſunt ea quæ viri boni eſt agere: atque
ipſa ſciendo non magis ad agendum nos ſumus idonei, ſiquidem virtutes ſunt habi-
tus, quemadmodum nec ea ſana, quæ non efficiunt bonam corporis habitudinem, ſed ab
ipſa proueniunt, non enim magis apti ſumus ad hæc agenda: medendi artem, aut exer-
cendorum corporum facultatem habendo. ¶ Quòd ſi non horum gratia ſit prudens
ponendus, ſed vt ſtudioſi homines fiant: ijs non fuerit vtilis ſanè qui iam ſunt ſtudioſi.
At nec etiam ijs qui ſtudioſi non ſunt. nihil enim refert ſiue ipſi habeant: ſiue alijs ha-
bentibus pareant. Atque hoc ſatis eſt nobis: quemadmodum & in ſanitate. nam & ſi va-
lere volumus: medicinam tamen non diſcimus. ¶ Inſuper abſurdum ſanè videbitur ſi
prudentia, quæ quidem eſt inferior ſapientia, ſit magis domina quàm ipſa, magiſq; prin
ceps. nam ea quæ agit: dominatur in ſingulis atque iubet. de his igitur eſt dicendum. nũc
65 enim de ipſis dubitauimus tantum. ¶ Primum itaque dicimus: has expetendas neceſſa-
rio per ſeipſas eſſe, quippe cum ſint partium vtrarunque virtutes, etiam ſi neutra ipſa-
66 rum quicquam efficiat. ¶ Deinde & faciunt quidem. at non vt medicina ſanitatem: ſed vt
ſanitas, ſic ſapientia felicitatem. nam cum ſit pars totius virtutis: felicem efficit, ex eo
quia habetur, ac operatur. Præterea opus ipſum & per prudentiam, & per virtutẽ mo-
ris efficitur. etenim virtus quidem propoſitum ipſum efficit rectum: prudentia autem
ea, quæ in illud perducunt. Quare autem partis animæ quæ quidem eſt principium ve-
67 getandi, nulla eſt talis virtus: quippe cum in ipſa non ſit agere aut nõ agere ſitum. ¶ De
eo vero quod dictum eſt non eſſe magis aptos ob prudentiam homines ad honeſta, iu-
ſtáq; agenda: paulo altius incipiendum eſt, hoc principio ſumpto. Nam vt & iuſta agen-

tes quoſdam nondum iuſtos eſſe dicimus, vt eos qui faciunt ea quæ legibus ſunt inſtituta inuiti, vel ob ignorationẽ, vel ob aliquid aliud, & nõ ob ipſa: & ſi agunt ea quæ oportet & quod virum oportet agere ſtudioſum, ſic (vt videtur) agere ſingula vnumquenque oportet modo quodam affectum, vt ſit homo bonus, ob electionem inquam & ipſorum gratia quæ aguntur. Electionem igitur rectam efficit virtus. Sed ea quæ illius gratia ſunt agenda, non ſunt ipſius virtutis: ſed ad aliam potentiam ſpectant. ¶ Dicẽdum autem de ipſis dilucidius eſt. Eſt igitur quædam potentia: quam habilitatem vocant. hæc talis eſt, vt ea poſſit agere atq; attingere quæ ad ſuppoſitam intentionem conducunt. Si igitur propoſitum ſit honeſtũ: laudabilis eſt. ſin improbum: verſutia eſt. Quapropter & ipſos prudentes habiles, & verſutos dicimus eſſe. ipſa vero prudentia non eſt quidem hæc dicta potentia. non tamen eſt ſine ipſa. habitus autem ipſe huic oculo imprimitur animæ. Neq; abſq; virtute ſicut diximus, atq; conſtat. ratiocinationes enim agendarum rerum principium habent, cum talis ſit ipſe finis: & ipſum optimum, quicquid tandem ſit illud. ſit enim (verbi gratia) quicquid contigerit. hoc autem non niſi bono viro videtur. prauitas enim peruertit, facitq; vt circa principia rerum agendarum homo fallatur. Quare patet prudentem neminem eſſe poſſe: niſi ſit bonus.

Et contrà numero 71 oſtẽditur.

¶ Duodecimi capitis notæ. ¶ De felicitate contemplatiua hic intelligitur. ¶ Propoſitum fortis: eſt ſe exponere 67
intrepide periculis pro cultu diuino, pro ſalute patriæ, pro parentibus, coniuge, liberis, amiciſque ſaluandis. &
prudentiæ officium: eſt inuenire media recta propoſitum exequendi. Et liberalis propoſitum: eſt viſitare infirmos,
potare ſitientes, cibare famelicos, redimere captiuos, operire nudos. & prudentiæ eſt inuenire gratia cuius
& quos, & quibus, quando, vbi, & quomodo. Et ſecundum vnamquanq; virtutem, rectum habemus propoſitum
ad ea ſolum agenda quæ bona ſunt: ſolúmque ijs de ſe ad recta inclinamur. prudentia media præbet. ¶ Quod

Analogia ſenſibiliũ: ſtudioſum virum ſine prudentia eſſe nõ poſſe.

oculus ad artificem: hoc intellectus ad ſtudioſum. & quod lumen ad artificem: hoc prudentia viro bono ſtudioſoq;.
vt igitur artifex, vt ſcriptor & ædificator opus ſuum ſine oculo & oculi lumine non bene perficit: ita quoq;
neque ſtudioſus virtutémque habens moralem, non bene ſine intellectu eiúſque prudentia ſuum opus peraget.
quam igitur lumen artifici ad efficiendum neceſſarium, tam prudentia aut etiam magis ſecundum virtutẽ moriſque
habitum quicunque is ſit operanti. non enim virtutum opera in tenebris fieri nata ſunt. ſemper igitur ſtudioſo
prudentia eſt opus. & non modo id: verumetiam ac ſi quis robuſtus & arte currẽdi præditus, ſi cæcus currat
aut currat in tenebris: ars ſua nocet detrimentúmque affert, & errat vehementer eo quòd viſum non habet.
haud ſecus virtutes morales ſine prudentia atque mente (ſi ſine illis eſſe poſſe dixeris) nocere poſſent, detrimentúmque
afferre. ſed & de hoc in ſequenti capite. ¶ Illa habilitas: naturalis potentia eſt, inſitáque menti præparatio,
ad ſimilia opera operibus prudentis peragenda. ¶ Principia rerum agendarum ſupponuntur eſſe bona, neque
oſtendenda ſunt eſſe bona, cum talia ipſa ſint ad quæ intellectus actiuus quodammodo ſic ſe habeat: ſicut
contemplatiuus ad dignitates. vt pro cultu diuino, & ſeruanda in deum pietate: ſe inconcuſſe periculis eſſe committendum
vnicuique quod ſuum eſt, eſſe tribuendum. alteri quod ſibi fieri nollet: non eſſe faciendum. crapulam
eſſe vitandam. ebrietatem eſſe malam. adulterium vitandum. & ſimilia: quę per omnes virtutes inquirantur
tum affirmantia, tum negantia, tum iubentia, tum vetantia.

¶ Duodecimum cap. vna quæſtione, & tribus concluſionibus partitum eſt.

¶ Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Quæſtio. Ad quidnam hi habitus, ſapientia ſcilicet, ac pru- 64
dentia vtiles ſunt? Et videtur ſapientia ad nihil vtilis. nam ſapientia nihil eorum contemplatur: ex quibus homo
futurus eſt felix. neque vnius quidem effectionis operis, ſapientia eſt. at prudentia hoc quidem habet vt etiam
non ſit alicuius operationis effectrix. ſed quonam modo idcirco vtilem eſſe ſtatuamus? nam prudentiam ponimus
circa ea cognoſcenda: quæ iuſta, honeſta, bonáq; ſunt hominibus. hæc autem ſunt quæ boni viri peragunt.
atqui nos ea ſciendo non magis idcirco ſumus ad agendum idonei (ſi virtutes ipſæ à quibus hæc bona proficiſcuntur:
ſunt habitus) quàm aut medicinam, aut exercitatiuam habentes. idcirco diceremur hęc ſana facere quę
quidem non bonam valitudinem efficiunt, ſed contrà quæ à bonæ valitudinis efficiuntur habitu. non enim magis
apti ſumus ad hæc agenda: medicandi artem aut exercendi corporis, facultatem habendo. ¶ Quod ſi dixeriot
non vt agatur gratia, illorúmq; gratia bonorum ſtatuendum eſſe prudentẽ: ſed cum ſtudioſi non ſint homines
tunc opus eſſe prudentia, vt ſtudioſi efficiantur. ergo prudentia eorum ſententia minime vtilis eſſet ijs qui
iam ſtudioſi euaſerũt. ſed nec etiam vtilis, neceſſariáq; putanda eſſet ijs, qui nondum ſtudioſi ſunt. nam nihil refert
an ipſi prudentiá habeant, an alijs prudẽtiam habentibus pareant. atq; hoc ſatis eſſet: perinde atq; nobis in
paranda ſanitate contingit. ſi enim non valemus, atq; nos ipſi valere volumus: non idcirco tamen medicinã diſcimus,
ſed medicinã habẽtibus parere nobis ſatis eſt. non igitur vtilis etiam eſſet ijs qui ſtudioſi non ſunt. Præterea
ſi prudentiá ad agendum vtilem poſueris: deridiculũ apparebit. Nam abſurdum eſt prudentiá quæ longe
ſapiẽtia inferior eſt: magis ſibi dominandi, principandiq; retinere imperium. atqui prudẽtia (ſi actiua eſt) ſingulis
quæ ad agendum dirigit, dominatur, ſinguláq; iubet. non igitur videtur ad agendum vtilis. ſed de his hactenus
eſt dubitatum. nunc autem de eiſdem ſecundum veritatem dicendum eſt. ¶ Prima concluſio. Hæ virtutes, 65
ſapientia ſcilicet, atque prudentia: per ſeipſas expetendas eſſe neceſſe eſt. Nam vtriuſque partis animę: virtutes
ſunt prudentia quidem actiuæ, ſapientia vero contemplatiuæ. quamuis etiam neutra earum quicquam ad felicitatem
efficeret. ſunt igitur per ſe expetibiles. ¶ Secunda concluſio. Sapientia & prudentia ad felicitatem mo- 66
mentum habent, aliquídque faciunt. Sapientia quidem non vt medicina ſanitatem, ſed vt ſanitas, ſanam operationem:
ipſam felicitatem facit. nam cum totius virtutis ſapientis pars ſit optima: eo ipſo felicem efficit, quòd
ipſa habeatur, operetúrque ſecundum eam felix. prudentia vero in hoc felicitati conducit: quòd actio ipſa per
prudentiam, & per virtutem moralem efficitur. nam virtus ipſa propoſitum rectum efficit: prudentia vero media
recta, quæ in illud perducunt, inuenit. Quo fit vt partis animæ quæ vegetandi principium eſt: nulla virtus
moralis ponenda ſit. nam in eius poteſtate ſitum non eſt aut agere, aut non agere. ¶ Tertia concluſio. Non con- 67
tingit virum prudentem eſſe: qui idem bonus non ſit, habitúmque non ſit conſecutus moralem. Id enim ſeo

hic diſcutiendum expedit: quòd paulo ante addubitando ſumptum erat, nihilo magis homines ob prudentiam ad iuſta honeſtáque peragenda aptos eſſe. ſed id paulo altius reſumpto principio falſum eſſe conſtat. ℂ Primo. nam vt iuſta agentes, quoſdam nondum iuſtos eſſe dicimus, vt eos qui aut inuiti faciunt quæ legibus præcipiuntur, aut per ignorantiam, aut ob aliud quicquã, & non ipſorum honeſtorum gratia, quanuis ea agant quæ oportet, & quæ virum ſtudioſum agere oporteret: ita quoſdam iuſta agentes, iuſtos bonóſque dicimus. qui autem ita agunt: par eſt, æquumque videtur vnumquenque ſingula agere quodam modo affectum, vt ſcilicet ob electionem, & ipſorum quæ aguntur gratia, vt homo bonus ſit. atqui propoſitum, electionémque rectam: ipſa virtus efficit. ſed ipſius virtutis moralis non eſt ea explorare, quæ illius gratia ſuſcipiẽda ſunt, & quæ ad huiuſmodi perducunt propoſitum: ſed ad alteram pertinem potentiam. hæc autem eſt prudentia: vt & id adhuc dilucidius euadat. igitur prudentia, morali virtuti coniuncta eſt, atque ipſam coadiuuat. ℂ Secundo. de eiſdem dilucidius, aperitiuſque dicendum eſt nam quædam eſt inſita potentia (quam habilitatem vocant) quæ talis eſt: vt ea poſſit attingere, quæ conducunt ad aliquam ſuppoſitam, decretam, determinatámque intentionem peragendam. & ſi hæc intentio, idque propoſitum honeſtum eſt, laudabilis eſt: ſin improbum, verſutia dicitur. & proinde ipſos prudentes: habilea, verſutóſque dicere ſolemus, quaſi ipſa prudentia, ea vis potentiáque ſit. at ipſa prudentia: dicta potentia oon eſt, non tamen ſine ipſa eſt. Nam habitus ipſe qui prudentia eſt: huic oculo imprimitur animę, ſed non ſine morali virtute vt dictum eſt. Quod adhuc & hinc cooſtat. nam conſilia, ratiocinationéſq; rerum agendarum: principium habent. ſupponunt enim quicquam eſſe bonum, atque proſequendum: & tale, ipſe finis eſt, imò & ipſe, optimum quicquid illud exiſtat. neque hoc in loco vim faciamus: quid ounc id ſit, ſed ſit quicquid eſſe poteſt. hoc autem bonum: non niſi à bono viro videtur, perſpiciturque. nam prauitas: iudicium peruertit, facitque vt circa principia rerum agendarum homo fallatur. non igitur contingit prudentem eſſe: qui idem bonus non ſit, virtutémque non ſit conſecutus moralem.

Ca

68 COnſiderandum autem iterum eſt & de virtute. Etenim vt prudentia ſeſe
bet ad habilitatem, quæ non eſt idem, ſed ſimile: ſic & proprie virtus ſeſe h..
bet ad naturalem virtutem. Omnibus enim ſinguli mores ineſſe quodam
modo natura videntur. etenim & iuſti natura, fortéſque, atq; ad temperan-
69 tiam nati videmur: cæteráq; continuo habemus ex ipſo ortu. ℂ Sed eſſe ta-
men quærimus aliquid aliud, quod eſt proprie bonum: & talia nobis alio modo ineſſe.
ℂ Pueris enim ac beluis naturales habitus inſunt. ℂ At abſque mente nocere videntur.
Atque vt robuſto fit in corpore ſine oculis ſe mouente (errat enim vehementer ex eo
quia non habet viſum) ſic & hic accidit. Si vero mentem acceperint, in agendo differt at-
70 que habitus ille ſimilis, tunc erit proprie virtus. ℂ Quare vt in opinatiuo duæ ſunt ſpe-
cies: habilitas, atque prudentia: ſic & in morali ſunt duæ, vna naturalis virtus, altera pro-
71 prie virtus. ℂ Atque harum ea quæ eſt proprie virtus: non fit ſine prudentia. Quapro-
pter inquiunt virtutes omnes, prudentias eſſe. & Socrates partim recte quærebat par-
tim peccabat: peccabat quia virtutes omnes, prudentias eſſe putabat. bene dicebat quòd
non eſſe ſine prudentia ipſas aiebat. ℂ Hoc autem huius indicium eſt. etenim nunc om-
nes cum virtutem diffiniunt, dicentes ipſam habitum eſſe, & afferentes ea circa quæ ver
ſatur: addunt ſecundum rectam rationem. at recta eſt ea quæ eſt ſecundum prudentiam.
Videntur igitur omnes vaticinari quodam modo talem habitum eſſe virtutem, qui eſt
ſecundum prudẽtiam. oportet autem parumper migrare. eſt enim is habitus virtus: qui
non ſolum eſt ſecundum rationem rectam, ſed cum recta etiam ratione. recta autem de
talibus ratio ipſa eſt ſanè prudentia. Socrates igitur virtutes ipſas rationes eſſe arbitra-
batur. Omnes enim ſcientias eſſe dicebat. at nos cum ratione eſſe cenſemus. Patet igitur
ex dictis: fieri non poſſe vt ſine prudentia ſit homo proprie bonus: & abſque morum vir
72 tute prudens. ℂ At enim & ea ratio qua quiſpiam diſſeruerit ſeparari virtutes: hinc ſol-
ui poteſt. non enim idem ad omnes ſuſcipiendas aptiſſimus eſt ingenio: quare aliam iam
accepit, aliam nondum accepit. Hoc enim in naturalibus quidem virtutibus fieri poteſt.
at in ijs quibus abſolute dicitur homo bonus: fieri nequit. Etenim cum prudentia quæ
eſt vna, ſimul inerunt vniuerſæ. ℂ Conſtat autem & prudentia opus eſſe, etiam ſi non eſ-
ſet actiua, quia partis eſt virtus. & ſine prudentia, ſinéq; virtute: electionem rectam non
fore. altera nanque finem: altera ea quæ ſunt ad finem agere facit. At vero neque ſapien
tiæ præeſt, neque præſtabilioris eſt partis: ſicut neq; ars medendi præſidet ſanitati. Non
enim vtitur ipſa, ſed videt vt fiat. Illius igitur gratia (non illi) iubet. Præterea ſimile eſt
ac ſi quiſpiam facultatem ciuilem principem eſſe deorum aſſerat: propterea quòd præ-
cipit de omnibus quæ aguntur in ciuitate.

68 ℂ Decimitertij capitis notæ. ℂ Naturales, inſitæque virtutes: ſunt ipſe rationalis appetitus, aut naturalea quædam potentiæ quæ ipſi appetitui natura inſunt, vt præparamenta virtutum, & vt virtutum quædam iacta ſun-

damenta. quemadmodū ſanitas, & bona ad videndum diſpoſitio natura ineſt oculo. Et de appetitu ſenſitiuo ſuo
modo. ❡Cum diffiniebant fortitudinem: dicebant fortitudinem eſſe habitum circa timores & fiducias ſecun- 71
dum rectam rationem. At non ſatis eſſet dicere virtutem habitum eſſe ſecundum rectam rationem. nam quis
altero dirigente poſſet acquirere habitum ſecundum rectam rationem non tamen haberet virtutem (ſed qui di-
cit ſecundum rectam rationem & cum recta ratione: id excludit. ❡Prudentia, perfecta prudentia. Et vt logica
omnium argumentationum vna eſt: ita prudentia omnium virtutum vna eſt.
❡Decimumtertium cap. quatuor concluſionibus & vno corollario partitum eſt.
❡Decimitertij capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Vt prudentia ſeſe habet ad ipſam natiuam 62
habilitatem, quæ ipſa prudentia non eſt, ſed aliquid perſimile: ſic proprie virtus, ſeſe habet ad inſitam, natura-
lémque virtutem. Nam omnibus ſinguli mores quodam modo natura inſiti videntur. videmur enim & natu-
ra iuſti, & fortes, ad temperantiámque nati & ad reliquos mores protinus ab ipſo natiuitatis e aortu. virtus igi-
tur ſeſe habet ad huiuſmodi inſitas vires: vt & prudentia ad ſuam natiuam habilitatem. ❡Secunda concluſio. 69
Præter huiuſmodi inſitos mores: quærendum eſt aliud vere, præcipuúmque bonum: & huiuſmodi vere bona
nobis non inſunt à natura. Nam inſiti naturaleſque mores: vera præcipuáque bona non ſunt. ❡Primo. quia na-
turales mores: inſunt pueris, & beluis. non ſunt igitur vere bona. ❡Secundo. naturales virtutes abſque mente
mentiſque diſcretione: nocere videntur: & quemadmodum in robuſto corpore ſine viſu ſeſe motante plerun-
que vſu euenit vt erret vehementer, ob idipſum quia viſum nullum habet: ita quoque & illic euenit. at ſi men-
tem acceperit qui huiuſmodi virtutum igniculos, inſitáſque vires habet: tunc plurimum in agendo refert. nam
habitus ille natiuæ virtuti aſſimilis: tunc adulta, propriéque virtus eſt. ❡Corollarium. Vnde fit vt quemadmo- 70
dum in parte mentis deliberatiua, duæ ſunt ſpecies, habilitas atque prudentia: ita quoque in parte animæ mo-
rali, atque appetitiua, duæ: vna naturalis virtus, altera vero proprie virtus, atque præcipua. ❡Tertia concluſio. 71
Harum ſpecierum virtutum: quæ proprie virtus eſt, ſine prudentia non eſt. ❡Primo. quia virtutes aiunt eſſe
prudentias animæ. & Socrates quidem partim recte quærebat: partim vero peccabat. peccabat enim quòd vir-
tutes omnes prudentias eſſe putabat. at recte ſentiebat: quòd eas ipſas ſine prudentia non eſſe aiebat. proprie
igitur virtus: ſine prudentia non eſt. ❡Secundo. illud idem, hoc iterum patet indicio, quòd omnes nunc virtu-
tem diffinientes dicunt ipſam eſſe habitum: & poſtquam adiecerunt circa quæ verſatur, addunt ſecundum re-
ctam rationem. at recta ratio eſt ea: quæ eſt ſecundum prudentiam. videntur igitur omnes augurari virtutem:
eum eſſe habitum qui ſit ſecundum prudentiam. & quanquam ita eſt: paulo tamen longius progrediendum eſt.
nam virtus is habitus eſt, non qui ſolum ſecundum rectam rationem eſt: ſed cum recta etiam ratione eſſe opor-
tet. & recta de ipſis agendis ratio: prudentia eſt. neque ſimiliter Socrati nos ipſi ſentimus. nam Socrates vir-
tutes ipſas, rationes eſſe putabat. & proinde virtutes: ſcientias eſſe ponebat. nos autem virtutes ipſas: cum ra-
tione eſſe cenſemus. patet itaque ex his, atque ſuperius dictis: neque virum proprie bonum ſine prudentia: neq;
prudentem ſine virtute eſſe poſſe. ❡Quarta concluſio. Dilui ſatis poteſt ratio qua diſceptant virtutes abinui- 72
cem ſeparari poſſe. Ita enim argumentantur. non idem ad omnes ſuſcipiendas virtutes: Ingenio aptiſſimus eſt.
ergo vnam iam accepit, & alteram nondum accepit. ❡Solutio hinc deprompta facilis eſt: quòd quanquam id
in naturalibus virtutibus fieri poteſt: in iis tamen virtutibus, quibus homo abſolute dicitur homo bonus, fieri
non poteſt. nec iniuria. nam cum ipſa prudentia (quæ omnium virtutum vna eſt) inerunt vniuerſæ virtutes.
Et ſimili facilitate dilui poſſunt argutiæ: quibus inſtabatur prudentiam vtilem non eſſe. nam conſtat pruden-
tiam vtilem eſſe: quamuis etiam actiua non eſſet. nam vnius particulæ mentis eſt virtus: conſtat & actioni con-
ducere. nam ſine prudentia, & virtute: electio recta non completur. Virtus enim finem: & prudentia ea quæ ſunt
ad finem agere facit. & falſo ſumebatur: prudentiam, ſapientiæ principari, atque præeſſe. nam prudentia: præſta-
bilioris particulæ mentis virtus non eſt. Tum non ſequitur: prudentia eſt ad agendum, non autem ſapientia: er-
go prudentia ſapientiæ præeſt. nam prudentia non vtitur ſapientia: vt neque ars medendi præeſt ſanitati, quæ
ſanitate non vtitur. ſed eius officium eſt videre, ac proſpicere, quo pacto fiat ſaluetúrque ſanitas. ſanitatis igi-
tur gratia ars medendi iubet: non ipſi ſanitati. itaque & ſapientiæ gratia prudentia iubet, & præcipit: at ſapien-
tiæ nihil præcipit. præterea id vt refellatur perquam paratum eſt. Simile enim eſt ac ſi quiſpiam ciuilem facul-
tatem diis ipſis principari, præeſſeque aſtruat. quoniam ea facultas de omnibus quæ in ciuitate aguntur præci-
piat. ſed de virtutibus mentis hactenus.

❡Sexti Ethicorum Ariſtotelis finis.

❡Septimus Ethicorum Ariſtotelis, interprete Argyropylo. Cap. I.

Poſt hæc dicendum eſt alio ſumpto principio, tres eſſe ſpecies eo- 1
rum quæ circa mores ſunt fugienda: vitium, incontinentiam, feri-
tatem. Atque contraria quidem duobus manifeſta ſunt. aliud enim
virtutem, aliud continentiam appellamus. Ad feritatem autem &
immanitatem: maxime virtutem eam conuenit dicere, quæ eſt ſu-
pra nos, heroicam inquam quandam atque diuinam. vt Home-
rus de Hectore, propterea quòd eximia bonitate præſtabat: dicen-
tem Priamum introduxit,

Nec iam hominis ſanè mortalis filius ille
Eſſe videbatur: ſed diuo ſemine natus.

❡Quare ſi ex hominibus ob virtutis exuperationem dij fiunt (vt aiunt) talis quidē is habitꝰ fuerit qui feritati opponitur. Etenim vt feræ, neq; vitiū eſt neq; virtus: ſic neq; dei. ſed hoc quidem præſtabilius eſt virtute, illud autem diuerſum quid eſt, à vitio genus. Atq; vt raro fit virum eſſe diuum: vt appellare Lacones conſueuere cum valde aliquem

admirantur(dicunt enim,vir diuus hic eſt)ſic & ferus,atque immanis eſt inter homines raro.Maxime vero inter nationes barbaras eſt.fiunt autem quidem tales & ob morbos, læſionéſque principij.& eos etiam homines qui in vitijs exuperant: hac infami conſueuimus appellatione notare.Sed de tali quidẽ diſpoſitione mentio aliqua poſterius fiet.
2 ❡De vitio vero prius eſt dictum.Nunc de incontinentia,mollitudine luxuriæ:& de cõtinentia,atque conſtantia eſt dicendum.Neque enim vt idem quod virtus & vitium, ne-
3 que vt diuerſum genus hæc ſunt putanda.❡Atque vt in cæteris egimus:afferre ea quæ videntur oportet, & dubitare primum. Deinde omnia quæ probabilia ſunt aut ſaltem plurima,maximéque præcipua circa hos effectus oſtendere. Nam ſi ſoluãtur quidem ea quæ difficultatem afferunt,relinquantur autem ea quæ probabilia ſunt: ſatis ſanè fuerit
4 demonſtratum.❡Videtur itaque continentia quidem,cõſtantiáque,ſtudioſa eſſe ac laudabilis.Incontinentia vero & mollitudo: praua atque vituperabilis. & idem eſſe continens,& perſiſtens in ratione:& idem etiam incontinens,& rationem egrediens. ❡Et incontinens quidem:improba ſciens improba eſſe,agit ob perturbationem: continens autem cupiditates ſciens prauas eſſe, non ſequitur ob rationem. ❡Et temperantem quidem continentem eſſe aiunt atque conſtantem. Talem autem alij temperantem eſſe omnem:alij nullum dicunt.Et item intemperantem incontinentem eſſe, & incontinentem intemperantem: confuſe nonnunquam diuerſos inquiunt eſſe. ❡Interdum etiam ipſum prudentem incontinentem eſſe non poſſe:interdum nonnullos homines qui prudentes,ac habiles ſunt:incontinentes eſſe dicunt.Præterea incontinentes & iræ,& honoris,& lucri dicuntur.Ea igitur quæ dicuntur hæc ſunt.

a ❡Primi capitis notæ. ❡Heroica virtus eſt quæ ſupra nos exiſtens communem humanarũ virtutũ modum excedit. Et feritas eſt vitium communea hominum malitias magnitudine excedens. Et heroica virtus temporibus apoſtolorum,& circa illa maxime effloruit: poſtquam dominus virtutum, duxq; vitæ,ſuæ conuerſationis odore totum reſperſerat orbem. tunc enim heroici fuere fortes,temperantes,liberales,heroicique magnifici,& tunc virtus omnis in ſublimitate quadam enituit. nec iniuria. nam ad res mortales,& ad horã tranſitorias quæ ſupra nos non ſunt, non eſt heroica virtus: ſed ad diuinas,ad quas tunc toto mentis conatu ferebantur, & caduca calcabant,& quicquid ſuæ ſortis neglecta dignitas, propriáque ignorantia facit magnum videri: vt opes,diuitias, honores. nihil enim io hoc ſenſibili mundo magnum præter mentem diuinorum capacem.& ſola tunc magiſtri vitæ præcepta cogitabant, nullàque illis alia ſtudia placebant. & tunc cæleſtes heroes cum hominibus conuerſabantur,quadam vitæ conformi bonitate allecti. Heroes enim cæleſtes,angeli ſunt beati. Et proinde qui huius virtutis exempla requirunt ſacras literas adeant:& veras ſanctorum hiſtorias non ſtulta quadam pietate effictas lectitent. ſancti enim mendacio non gaudent,qui ſemper ſummam coluerunt,colẽntq; ſemper veritatem. Et eadem ætas quæ ſanctos,heroáſque tulit: tulit & immanes. Et in vmbram verorum heroicorum Herculem finxit gentilitas:& plurium immanium gentilium meminerunt hiſtoriæ. Vt Diomedis, Buſiridis, Mezentij, & ſimilium. De Mezentio Vergilius,

Hercules.
Diomedes.
Buſiris.
Mezentius.
Ver. 8. æneid.
Tereus.
Thyeſtes.
Nero.

Mortua quinetiam iungebat corpora viuis:
Componens manibúſque manus,atque oribus ora.
(Tormenti genus)& ſanie tabóq; fluentes:
Complexu in miſero longa ſic morte necabat.

Sed in his immorandum diutius non eſt. neque tragicorum vitiorum,vt Terei,Thyeſtis,& Neronis,& ſimilium narrationibus:ſacri de moribus ſermones ſunt polluendi.

❡Primum cap.tribus concluſionibus,& vna narratione partitum eſt,

s ❡Primi capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. conſentaneum eſt aliquam virtutem heroicam, atque diuinam quæ ſupra nos ſit: ſtatuere. ❡Primo. nam tres ſpecies ſunt eorum quæ circa mores ſunt fugienda: vitium,incontinentia,feritas. & contraria quidem duobus,vitio ſcilicet ac incontinentiæ:permanifeſta ſunt. nam aliud virtus, & aliud continentia eſt. feritati vero maxime conſentaneum eſſe videtur, vt quædam virtus quæ ſupra nos eſt,contrarietur: & hæc virtus inquam heroica quædam,atque diuina eſt: quemadmodum Homerus de Hectore quoniam nimia excelleret bonitate,introduxit Priamum ita loquentem,

Non hominis ſane mortalis filius ille
Eſſe videbatur:ſed diuo ſemine cretus.

Par igitur eſt:aliquam talem virtutem ſtatuere. ❡Secundo. ſi ex hominibus ob virtutis ſuperexcellentiam fiunt dij(vt aiunt)conſentaneum eſt huiuſmodi heroicum habitum ſtatuere: qui quidem feritati opponatur. nec iniuria quidem. nam vt feræ,neq; vitiũ eſt,neq; virtus: ſic neq; dei. & hic heroicus habitus quiddam præſtabilius virtute eſt: feritas vero aliud quoddã à vitio improbitatis genus. Et quemadmodum raro fit virum eſſe diuum, vt Lacones appellare conſueuere,aliquem oppido admirantes: tunc enim dicunt,vir diuus hic eſt.ſic ferus,atque immanis inter homines rarenter admodum eſt;ſed maxime inter nationes barbaras.fiunt enim quidam feri ob morbos læſionéſq; principij. ſed maxime omnium eos homines qui magnitudine vitiorũ excedunt: hac in-
a fami conſueuimus appellatione notare. verum hæc de heroico habitu, & feritate. ❡Secunda concluſio. Nunc de continentia,& incontinentia determinatio rationabiliter incumbit. Nam de virtute,& vitio prius actum eſt. & continentia,ac incontinentia,neque prorſus idem quod virtus,& vitium: neque vt prorſus diuerſum, abſimi-
3 léque genus putanda ſunt. par eſt igitur de continentia atque incontinentia determinationẽ ſuſcipere. ❡Tertia concluſio. Par eſt etiam primũ quæ alijs viſa ſunt adducere,ſubindéque dubitare,mox quę probabilia ſunt,

& maxime quæ propoſito cōducūt ad hos affectus pernoſcendos adducendo:dubitationes diluere. Nam in cæteris ferme ita egimus. & ſi ea ſoluantur quæ circa hos affectus difficultatem ingerunt, relinquantur autem ea quæ probabilia ſunt, maximéque rationi cōſentanea: ſatis horū affectuū fuerit demōſtrata natura. ❡ Quæ alijs 4
viſa ſunt: hæc ſunt. primum continentiam, conſtantiam, perſeuerantiámque eſſe ſtudioſorum, atque laudabiliū: incontinentiam vero, & mollitudinem prauorum ac vituperabilium. Secundum. idem eſſe continentē, & perſiſtentem in ratione: & idem incontinentem, & ab ratione egredientem. Tertium. continētem: cupiditates ſcientem prauas eſſe, non ſequi ob vincentem rationem. incontinentem vero, improba etiam ſcientem eſſe, ea improba agere ob perturbationem. Quartum. temperantem eſſe continentem, ac conſtantem: & intemperantem, incontinētem eſſe atque mollem. Sed in his controuerſias agunt. nam quidem aſtruunt omnem temperantem, continentem eſſe: alij vero nullum. & quidam omnem intemperantem, incontinentem eſſe: at alij intemperantem, incontinentémque eſſe diuerſos. Quintum. prudentem, incontinentem eſſe non poſſe. ſed obuerſantur alíqui, aſtruentes nonnullos prudentes babiléſque: eſſe incontinentes. Sextum. aliquos dici continentes, & iræ, & honoris, & lucri, & bæc ſunt quæ alij dicunt, aſtruúntque.

Cap. II.

DVbitauerit autem quiſpiam, qui fit, vt recte quiſpiam exiſtimans agat in- 5
continenter? Scientem igitur, inquiunt, quidam impoſſibile eſſe. nam ab-
ſurdum eſt (vt arbitrabatur Socrates) ſi ſcientia inſit: aliud quippiam vince-
re, & ipſum perinde atque mancipium trahere. Socrates enim omnino con-
tra rationem ipſam pugnabat, incontinentiámque exterminabat. neminem enim exi-
ſtimantem, præter id quod eſt optimum agere: ſed ob ignorationem dicebat. Hæc igi-
tur ſententia ijs aduerſatur, quæ manifeſte apparent. Atque quærere oportet quiſnam
in ipſa perturbatione ſi ob ignorationem agit: ignorationis ſit modus. conſtat enim in-
continentem non putare illud eſſe bonum, antequam in perturbatione ſit conſtitutus.
Sunt autem qui hæc partim concedunt, partim non concedunt. etenim ſcientia quidem
nihil eſſe validius confitentur. at huic non aſſentiuntur neminem agere præter id quod
viſum eſt melius. Quapropter inquiunt, incontinentem à voluptatibus ſuperari: non
ſcientiam quidem ſed opinionem habentem. at vero ſi ſit opinio, non ſcientia: neque
vehemens exiſtimatio quæ reſiſtit ſed remiſſa (ſicut in ambigentibus) venia danda eſt,
ſi non in his perſiſtit aduerſus vehementes cupiditates. at prauitati non eſt venia dan-
da: nec aliorum cuiquam quæ vituperabilia ſunt ❡ Eſt'ne igitur id quod reſiſtit pruden- 6
tia? Hæc enim eſt validiſſima. ❡ At eſt abſurdum. erit enim idem prudens atque incon-
tinens ſimul. Nemo autem dixerit prudentis eſſe ea ſponte agere: quæ prauiſſima ſunt.
❡ Et inſuper demonſtratum eſt antea prudētem aptum ad agendum eſſe (eſt enim qui-
dem extremorum) & cæteras virtutes habere. ❡ Præterea ſi cōtinens eſt ex eo quia ve- 7
hementes ac prauas habet cupiditates: neq; temperatus continens erit, neq; continens
temperatus. etenim neq; vehementes habere cupiditates neq; prauas, eſt temperati. At
oportet. nam ſi cupiditates ſint bonæ: prauus eſt habitus ille, qui prohibet nō ſequi. qua-
re non omnis continentia: eſt ſtudioſa. ſin imbecilles & non prauæ, non eſt quid egregiū:
nec etiam magnum quid: ſi ſint prauæ ac imbecilles. ❡ Præterea ſi continentia in quauis 8
opinione facit perſiſtere, & praua eſt: vt ſi & in falſa. Et ſi incōtinentia à quauis opinione
dimouet: erit aliqua incōtinentia ſtudioſa. quale fecit Neoptolemus apud Sophoclem in
Philoctete. eſt enim laudabile: quia non perſtitit in ijs quæ ſuaſerat Vlyſſes, ob men-
tiendi dolorem. ❡ Præterea captio mentiens, dubitatio eſt. Quia nanque admirabilia,
prætérque opinionem ſophiſtæ inferre volunt redarguendo, vt cum attigerint, videan-
tur acuti: ratiocinatio facta dubitatio fit. ligatur enim mens, cum manere quidem non
vult, quia concluſio non placet: procedere antem non poteſt, quia rationem ſoluere ne-
quit. ❡ Fit autem aliqua ratione vt imprudentia cum incontinentia ſit virtus. Qui nan-
que habet vtrunque: contraria ijs quæ exiſtimat ob incontinentiam aget. exiſtimat au-
tem bona eſſe mala, & agere nō oportere: quare bona aget, & non mala. ❡ Præterea qui 9
perſuaſus agit, voluptateſque ſequitur atque eligit: melior eo videbitur eſſe, qui non ob
rationem ſed ob incontinentiam agit. nam facilius curari poteſt: quippe cum poſſit illi
diſſuaderi. At incontinens obnoxius eſt ei prouerbio quo dicimus: quid inſuper bibe-
re opus eſt, cum ſtrangulat aqua? Etenim ſi non perſuaſum eſſet ipſi ea non agenda eſ-
ſe quæ agit: diſſuaſus tandem ceſſaſſet. nunc vero perſuaſum eſt ei, & nihilo minus talia

10 agit. ¶Inſuper ſi circa vniuerſa continentia ſit, atque incontinentia: quiſnam ſit ille qui
eſt incontinens abſolute? Nemo enim habet incontinẽtias omnes. dicimus autem quoſ-
dam ſimpliciter incontinentes eſſe. Tales igitur quædam hac in materia dubitationes
emergunt. Horum autem alia tollere, alia relinquere oportet. dubitationis enim ſolu-
tio, inuentio eſt.

9 ¶Secundi capitis notæ. ¶Incontinens nõ agit: ſuaſus ea agere quæ agit, ſed agit ſuaſus ea non eſſe agenda quæ
agit ¶Etenim ſi nõ pſuaſum eſſet ipſi. litera græca ſic habet, [illegible]
[illegible]. hoc eſt, ſi enim non eſſet perſuaſus ea quæ agit, diſſuaſus ſanè deſiſte-
ret. nunc autem ſuaſus, nihilominus alia agit. hæc ad literam græcam. primã particulam intelligo de temperan-
tia. ſecundam, nunc autẽ ſuaſus: intelligo de incontinentia. & credo literam Argyropyli in prima particula fuiſ-
ſe vitiatam vbi ſecunda apponitur negationis nota, & eſſe ſimplici negatione proferendum.
¶Secundum cap. ſex dubitationibus partitum eſt.
5 ¶Secundi capitis commentarius ad literam. ¶Prima dubitatio. An contingat ſcientem, rectéq; exiſtimantem
incontinenter agere? & quidam aiunt id impoſſibile eſſe, vt Socrates. Nam abſurdum arbitratur Socrates: ſi
ſcientia aſſit, aliud quippiam ipſum ſcientem vincere, atq; ipſum velut mancipium trahere. at Socrates omnino
rationi obluctabatur: incontinentiam exterminans. dicebat enim ſcientem agere neminem: præter id quod eſt
optimum: ſed ob ignorationem. verum hæc Socratica ſententia: ijs aduerſatur quæ vel manifeſtiſſime apparẽt.
& quærere liceret ſi ob ignorationem agit: quiſnam ergo in ipſa perturbatione ignorationis modus ſit? nam con
ſtat incontinentem non putare id quod agit eſſe bonum prius quàm perturbatione occupatus ſit. Et ſunt non-
nulli qui partim Socratis dictis conſentiunt: & partim diſſentiunt: concedunt enim nihil eſſe ſcientia validi-
us. at inficias eunt neminem agere præter id quod videtur melius, & proinde inquiunt, incontinentem ſupera-
tum iri à voluptatibus: non eum quidem qui ſcientiam, ſed qui opinionem habet. Sed id parum conſtare vide-
tur. nam ſi non ſit ipſius incontinentis ſcientia aut vehemens exiſtimatio: ſed remiſſa, tenuis elanguidáq; opi-
nio (vt plerunq; in ancipitibus ſit) præſtanda eſt venia, ſi non in hiſce perſiſtit, aduerſus vehemẽtes cupiditates.
at prauitati nullus eſt veniæ locus: neque idcirco alicui vituperabilium. non igitur in talibus videtur ineſſe eiuſ-
6 modi remiſſa opinio. ¶Secunda dubitatio. Vtrum id quod in continente reſiſtit prudentia ſit? & videri forte po
teſt. nam prudentia, validiſſima eſt. ¶Sed id abſurdum eſſe primo videtur. quia idem eſſet: & prudens, & incon-
tinens ſimul. ¶Secundo. non eſt prudentis ea ſponte agere: quæ prauiſſima ſunt, agit autem ea incontinens.
¶Tertio. ſupra mõſtratum eſt: prudentẽ aptum eſſe ad agendum. eſt enim vnus quidam eorum, qui circa extre-
ma, ſingulariáq; verſando occupantur. ¶Quarto. dictum eſt etiam: & prudentem cæteras virtutes habere. non
7 igitur prudens, incontinens. neque quod in incontinente reſiſtit: prudentia eſt. ¶Tertia dubitatio. An tempera-
tus ſit continens, atque contrà continens, temperatus? & videtur haudquaquam ita eſſe. nam neque tempera-
ti eſt magnas, vehementéſque cupiditates habere, neq; prauas. continens autem & vehementes, & prauas ha-
bet cupiditates. nam ſi continentis cupiditates bonæ eſſent: prauus is eſſet habitus, qui eas proſequi non ſine-
ret. quare non omnis continentia ſtudioſa, bonáque eſſet. & ſi cupiditates illæ imbecilles ſint, at non prauæ,
nihil egregium eſt illas non ſequi. ſin vero imbecilles ſunt, & prauæ: eas non ſequi nihil magnum. habet igitur
8 continens: vehementes, prauáſque cupiditates. ¶Quarta dubitatio. An continens ſit qui in opinione perſeue-
rat: incontinens vero qui ab opinione diſcedit, digreditúrque? at non ita eſſe videtur. Primo. nam ſi continen-
tia in quauis opinione perſiſtere facit: aliqua continentia praua eſt, vt quæ in falſa opinione detinet. & ſi incõti
nentia à quibus opinione dimouet: aliqua incontinentia ſtudioſa eſt, quemadmodum apud Sophoclem in Phi-
loctete: laudatur Neoptolemus quia non perſtiterit in ijs quæ ſuaſerat Vlyſſes: ob mentiendi dolorem. ¶Secun-
do. captio ſophiſtica, quædam dubitatio eſt: quoties ſophiſtæ quædam admirabilia, præterq; opinionem infer-
re volunt redarguendo, vt cum redarguerint: ſcioli videantur, & acuti. & factus paralogiſmus dubitationem re-
linquit. nam ligatur mens cum minime perſiſtere velit: quia concluſio ipſa non placet, ſed longius progredi non
valet, quia rationem ipſam diluere neſcit. at qui huiuſmodi dubitationem egreditur: non idcirco ſit incontinens.
¶Tertio. ſi incontinentia à quauis opinione dimoueret, eueniret aliqua ratione vt imprudentia cum inconti-
nentiâ virtus eſſet. nam qui vtraque & imprudentiam, & incontinentiam haberet: contraria ijs quæ exiſtimat,
ob incontinentiam ageret. at imprudens exiſtimat bona eſſe mala: & ea quidem bona quæ mala putat, non eſſe
agenda. aget autem ea quia incontinens, & non mala. eſt itaq; imprudentia cum incontinentia: vt quædam vir-
9 tus. ¶Quinta dubitatio. Vtrum intemperatus incontinente ſit deterior? & videtur incontinens deterior eſſe.
Nam qui perſuaſus agit, voluptatéſque ſequitur, atque eligit: melior, minuſque malus eſt, eo qui non perſuaſus
agit ſed ob incontinentiam. nam qui perſuaſus agit, facilius curari poteſt: quippe cum illi poſſit diſſuaderi. at
incontinens non perſuaſus agit, obnoxiúſque eſt prouerbio: quo dici ſolitum eſt, Quid inſuper bibere opus eſt,
cum ſtrangulat aqua? enimuero ſi intemperanti perſuaſum non eſſet ea non eſſe agenda quæ agit: diſſuaſus tan
dem deſiſteret. at vero incontinenti perſuaſum iam eſt ea non eſſe agenda: quæ agit, & nihilo minus alia agit
10 quàm ſit perſuaſus. deterior igitur intemperato ipſe incontinens. ¶Sexta dubitatio. Vtrum continentia & in-
continentia: circa vniuerſa, circa quæ & virtus, verſentur? id autem non videtur. Nam nullus eſſet abſolute in-
continens: quandoquidem incontinentias omnes habet nemo. atqui quoſdam dicimus ſimpliciter, abſolutéque
incontinentes. non ergo continentia, & incontinẽtia circa vniuerſa, circa quæ & virtus, verſantur. Et tales quæ-
dam hac in materia difficultates irrepunt: quarum nonnullæ diluendæ ſunt, aliæ vero relinquendæ. nam recta
dubitationis ſolutio: veritatis inuentio eſt.

Cap. III.

11 PRimum itaque conſiderandum eſt: ſi incontinentes, ſcientes agant necne,
& quonam modo ſcientes. Deinde circa quæ ſit incontinens ponendus, & cõ-
tinens. vtrum circa voluptatem omnem atque dolorem? an circa definitas
quaſdam voluptates, atque dolores? Et vtrum idem ſit an diuerſus: continẽs,
atque conſtans? Similiter & de cæteris quæ ad hanc attinent contemplatio-
nem. Eſt autem conſiderationis initium, vtrũ continens & incontinens, ijs circa quæ ver-

ſantur differant,an modo.dico autẽ hoc pacto vtrũ incontinẽs ex eo ſolũ ſit incontinẽs:
quia circa hæc verſatur an non:ſed ipſo modo,an vtriſq;.Deinde ſi continentia,& incon
tinentia ſint circa vniuerſa:necne.Neq; enim circa omnia verſatur is , qui eſt incontinẽs
abſolute:ſed circa ea circa quæ eſt intemperans.neq; ſimpliciter ſeſe habet ad illa . eſſet
enim incontinentia,ac intemperantia idem:ſed hoc modo.Nam ille quidem eligens du
citur:putans ſemper oportere perſequi voluptatem præſentẽ. incontinẽs autẽ nõ putat
quidem:perſequitur tamen.¶Si itaq; vera ſit opinio,ſed non ſcientia, qua tranſgredien 12
tes incontinenter homines agunt:nihil refert ad rationem. Nõnulli nanque eorum qui
opinantur non ambigunt:ſed arbitrantur exacte ſe ſcire.Si igitur opinantes ex eo quia
remiſſe credunt magis q̃ ſcientes,contra ſuã agent exiſtimationem:nihil differet ab opi-
nione ſcientia.Sunt enim qui non minus opinioni ſuæ,q̃ alij ſuæ ſcientiæ credunt: vt ex
Heraclito patet. ¶Sed cum dupliciter dicatur ſcire. (Nam & is qui ſcientiam quidem
habet,non autem vtitur ipſa:& is qui vtitur,dicitur ſcire) hæc inter ſeſe differẽt:haben
tem inquam ſcientiam at non contemplantem,& habentem ac contemplantẽ:agere ea
quæ agere non oportet.hoc enim videtur abſurdum. ſed non ſi nõ agat contemplando.
¶Præterea cum propoſitionum duo ſint modi: nihil prohibet vt quiſpiam agat cõtra-
rium eius quod ſcit,ſi habeat quidem vtraſque:vniuerſali tamen, & nõ particulari pro-
poſitione vtatur.Nam ea quæ aguntur: ſingularia ſunt. Differt autem & ipſum vniuer-
ſale. nam aliud eſt in ipſo,aliud in re. Vt omni homini ſicca conducunt . & hic eſt homo
vel ſiccum eſt quod eſt tale.ſed ſi hoc ſit tale: aut non habet, aut non operatur . Magna
igitur per hos emerget vtique differentia modos,atque adeo vt hoc quidem modo nõ
abſurdum eſſe,alio vero modo mirabile videatur.¶Præterea fit vt homines ſcientiam
habeant,alio modo quàm nuper diximus.Nam in habendo quidem,ſed non vtendo dif-
ferentem cernimus habitum:vt quiſpiam & habeat quodã modo & non habeat ipſum.
qualis eſt dormiens,& furens, ac ebrius . At hoc modo diſponuntur ij qui ſunt in per-
turbationibus conſtituti.nam iræ,& cupiditates venereæ, cæteraque ſimilia: corpus et-
iam manifeſte permutant. atq; nonnullos & in furorem, ac inſaniam adigunt. patet igi-
tur dicendum eſſe incontinentes perinde ſeſe habere atq; hi ſunt affecti . Dicere autem
eas ſententias quæ à ſcientia proficiſcuntur,nullum eſt ſignum.etenim ij qui ſunt in hi-
ſce perturbationibus conſtituti:demonſtrationes, & carmina dicunt Empedoclis. Et qui
primũ diſcũt,nectũt quidẽ orationes:ſed nondũ ſciunt.oportet enim ipſorũ inſideat mẽ
ti:ad quod tẽpore opus eſt.Quare putandũ eſt,vt hiſtriones poemata recitãt:ſic & incõ
tinenter agentes,ſententias dicere.¶Inſuper & hoc modo quiſpiã naturaliter inſpexe
rit cauſam.Opinionũ enim alia eſt vniuerſalis : alia de ſingularibus eſt,quibus iam ipſe
præſidet ſenſus.atq; cũ ex ipſis ratio fuerit vna: anima cõcluſum ipſum in contẽplandis
quidẽ dicat,in agendis autẽ rebus cõtinuo agat neceſſe eſt . Nam ſi omne dulce guſtare
oportet, & hoc eſt dulce vt vnũ quid ſingulariũ : is hoc ſimul agat & qui poteſt nec pro-
hibetur,neceſſe eſt.Cum igitur vna quidem vniuerſalis ineſt opinio guſtare vetans: alia
vero dicit omne dulce voluptatem afferre, & hæc inſuper hoc eſſe dulce: hæc operatur,
atq; ineſt forte cupiditas.illa quidẽ hoc fugere dicit:cupiditas autem ducit.mouere enim
partes ſingulas poteſt.Quare fit vt à ratione quodã modo,& opinatione incontinenter
agatur:non tamen per ſe cõtrarie,ſed per accidens.cupiditas enim rectæ rationi: ſed nõ
opinatio aduerſatur.¶Quare & propter hoc beluæ , non ſunt incontinentes : quia non 13
vniuerſalem exiſtimationem,ſed ſingularium imaginationem,atque memoriam habẽt.
¶Quomodo autem ſoluitur ignoratio,ac rurſus fit incontinens, ſciens:eadem eſt ratio 14
& de ebrio & dormiente & non huius eſt propria perturbationis:quam quidem à natu-
ralibus audire oportet.¶Cum autem vltima propoſitio rei ſit ſenſibilis opinatio atque 15
actuum domina:hanc incontinens aut non habet dum eſt in perturbatione:aut ſic habet
vt in habendo non ſit ſcire ſed dicere perinde atque temulentus , Empedoclis carmina
profert.Et quia terminus extremus non eſt vniuerſalis: nec ad ſcientiam vt vniuerſalis
attinere videtur.atque id accidere videtur quod Socrates quærebat . non enim ea quæ
proprie ſcientia videtur eſſe præſente, fit perturbatio, nec ipſa ob perturbationem diſ-

trahitur:ſed ſenſitiua. De his igitur ſi ſciens inquam incontinens,an non ſciens : & quonam modo ſciens incontinenter agat:tot à nobis ſint dicta.

12 ¶ Tertij capitis notæ. ¶ Heraclitus Epheſius odio vanitatis hominum permotus: vitam in montibus agebat,& continue miſerias hominum deplorabat.& contrà: eorum metas inſanias,meraq; deliramenta,continue Democritus ridebat.de quibus Iuuenalis, Heraclitus. Democritus. Iuuenalis ſaty. 10.

Iam'ne igitur laudas,ꝙ de ſapientibus alter
Ridebat:quoties à limine mouerat vnum
Protuleráтq; pedem:flebat contrarius alter?
Mirandum eſt vnde ille oculis ſuffecerit humor.
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus:quanquam non eſſent vrbibus illis
Prætexta,& trabeæ,faſces,lectica,tribunal.
Ridebat curas,necnon & gaudia vulgi.

Heraclitus iuuenis ſe nihil ſcire dicebat:factus autem vir,ſe nihil ignorare. author eſt Laertius. ¶ Differt autem & ipſum vniuerſale. Nam aliud eſt vniuerſale in ſe,id eſt ſecundum ſeipſum conſideratum & ſola mentis cogitatione:& aliud eſt vniuerſale in re,id eſt vniuerſale rebus ipſis applicatum. fieri enim poteſt vt agnoſcas in ſe vniuerſale omnem numerum duorum circunſtantium & ab eo æqualitate diſtantium eſſe medietatem,& ignores ipſum in re,vt ꝙ 29 ſit medietas 22 & 36 ſimul iunctorũ. eſt enim vniuerſale in ſe vt numerus formalis & in ſola mente exiſtens.& vniuerſale in re vt numerus rebus applicatus ¶ Non tamen per ſe contrarie. vt facta opinione,ratiocinationéq; rationis: nihil turpe admittendum,hoc turpe, hoc non admittendum: & ratiocinatione ſenſus omne dulce guſtandum,hoc dulce,hoc igitur guſtandum:neq; propoſitio propoſitioni, neque aſſumptio aſſumptioni,neq; concluſio concluſioni proprie eſt contraria vt notum eſt. ſed ſi ratiocinatio ſenſus ita eſſet: omne turpe perpetrandum,id eſt turpe,id igitur eſt perpetrandum:ratiocinatio ratiocinationi eſſet per ſe cõtraria. ¶ Sub particulari:ſingularem comprehendimus. Non modo vitant authores dicere quæ falſa ſunt: ſed & ea quæ videntur abſurda. vt abſurdum videtur ꝙ quis ſciat vniuerſale & particulare , & nihilo minus agat contra Laertius.
14 huiuſmodi ſcientiam,atq; iudicium, quamuis ex eius libertate, abſolute poſſit. ¶ Deſinente perturbatione,atq; corporis motione:potentiæ ſuis officijs,ſuiſque functionibus relinquũtur aptæ. vt poſtquam fumi & vapores in ebrio reſederint: efficitur ſui compos. ¶ Quanuis ligetur recta opinio vniuerſalis in incontinente: tanto magis ligatur ſingularis,quæ domina eſt ad agendum.

¶ Tertium cap. tribus concluſionibus, vno corollario & vna quæſtione partitum eſt.

11 ¶ Tertij capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Incontinens abſolute:neq; circa omnia verſatur, neq; incontinens dicitur,quia ſimpliciter circa aliqua ſit. Quæ primum conſideranda ſunt:hæc ſunt. vtrũ incontinẽtes:ſciẽtes agant,nécne.& ſi ſic:quo modo ſciẽtes:circa quæ cõtinens,& incontinẽs ponendus eſt:vt vtrum circa voluptatẽ omnem,atq; dolorẽ. an potius circa quaſdam definitas, determinatáſq; voluptates: & circa definitos determinatóſq; dolores. vtrum continẽs,& conſtãs idem:an diuerſi ſint. & cætera id genus quæſtionum: quæ huius diſciplinæ contemplationibus cognata,affiniáq; ſunt. & noſtræ cõſiderationis initium auſpicabimur: an continens & incontinens per ea ipſa differant,circa quæ verſantur,an ſeſe habendi modo. vt vtrum incontinens eo ſolo ſit incontinens,quia circa hæc verſatur,an non,ſed quia hoc modo verſatur,aut vtriſque,quòd ſit circa hæc,& verſatur hoc modo.& vtrũ continentia,& incontinentia circa omnia verſentur. Sed ſtatim incontinens abſolute:non videtur circa omnia verſari. nam ſolum circa ea verſatur:circa quæ eſt intemperans. intemperans autem non circa omnia eſt,neq; incontinẽs ideo dicitur: quòd ſimpliciter circa illa verſatur. nam incõtinentia,& intemperãtia idem eſſent. Verum eo dicitur incontinẽs, quòd circa hæc,& illo modo ſe habeat. intemperans enim eligẽs ducitur,putans ſemper expedire præſentem ſequi voluptatem:incontinẽs autem non id
12 quidem putat,perſequitur tamen. ¶ Secunda cõcluſio. nihil refert ad rationem, atque ad ea quæ intẽdimus:an opinio vera ſit, an ſcientia qua tranſgredientes homines incontinenter agunt. ¶ Primo quidem. quia nonnulli eorum qui opinãtur:non ambigunt ſed arbitrantur ſe exacte ſcire. ¶ Secundo. quia ſi opinantes ex eo quòd remiſſe credunt, magis quàm ſcientes contra ſuam agent exiſtimationem: nihil differt in hoc ab opinione ſcientia. nam profecto ſunt,qui non minus ſuæ opinioni quàm alij ſuæ ſcientiæ credunt:vt ex Heraclito notum eſſe poteſt. non igitur ad quæſtionem referre putandum eſt: an ſcientiam,an opinionem veram habentes,tranſgrediantur peccentq; incontinentes ¶ Tertio. cum ſcire dupliciter dicatur:& actu,& habitu(nam tam is qui ſcientiam habet quidem at ea non vtitur: quàm qui ea vtitur,ſcire dicitur) & hæc longo interſtitio inter ſe diſtent: habentem ſcilicet ſcientiam at non contemplantem,ea agere quę non oportet:& ſcientiam quidem habentem & contemplantem,identidem ea agere quæ non oportet. nam hoc videtur abſurdum:illud vero non. nihil enim abſurdum videtur ſcientiam habentem, ſed non contemplantem: ea agere quæ non oportet. nihil igitur vetat dicere ſcientem incontinenter agere . ¶ Quarto. duo ſunt propoſitionum modi : & vniuerſalis & particularis. quemadmodum & duo ſciendi modi in vniuerſali ſcilicet,& in particulari. at nihil prohibet vt quiſpiam vtraſq; has propoſitiones habens,agat contrariũ eius quod ſcit:vniuerſali propoſitione vtens,eámq; contemplans,non autem vtens particulari. nam ea quæ aguntur,ſingularia ſunt. nihil igitur prohibet eum etiam qui ſcientiã actu habet:incontinẽter agere. item differẽtias habet ipſum vniuerſale. nam aliud eſt ſecundũ ſeipſum conſideratũ: aliud vero ſingulari applicatum. vt omni homini ſicca conducũt,ſi abſolute conſideratur & omni homini ſicca conducunt:& hic eſt homo,omni homini ſicca conducunt:hoc autem eſt ſiccum. ſic conſiderantes ſingulari applicamus. Et ſi vniuerſale tale ſit:vt ſingulari comparatum ſit,aut quis tale vniuerſale non habet,ipſum quidem actu contemplãs,aut non operatur. ipſum autem vniuerſale ſecundum ſe habere atq; operari nihil prohibet. & magna admodum differentia per hos duos vniuerſalis modos emergit , adeò vt vniuerſale primo modo ſciendo actúq; contẽplando incontinẽter agere nihil incommodi,abſurdíq; videatur:ſecundo autem modo,ſciendo, atq; cõtemplando agere,mirabile videatur. ¶ Quinto. fit iterũ vt quia alio q̃ dictũ eſt modo ſcientiam habeat. nam habitu ſciens,ſcientiámq; habendo,& non vtendo: differentias habet. & fit vt quis quodam modo habeat ipſam,& quodam modo non habeat. quis enim liberum habet huiuſmodi habitum vt vigilans, & omni perturbatione vacuus, & quis ligatum,impeditúmque vt dormiens, furens, & ebrius: quo modo & ſcientiam habentes poſſumus aſtruere ipſos delinquere incontinentes. nam qui perturbationibus aguntur : perinde ac furentes,

atq; ebrij diſponuntur. nam iræ, cupiditates venereæ, & cætera id genus ſimilium perturbationũ: corpus etiam
perq̃ manifeſte permutant, & nonnullos in furorem, inſaniamq; adigunt. nõ ergo immerito aſtruendum eſt: in-
continentes perinde ſe habere, atque qui ſuperioribus perturbationibus ſunt affecti. Et quòd incontinentes eas
ſententias dicant quæ a ſcientia proficiſcuntur: eos liberum habere ſuæ ſcientiæ vſum, nullum ſignum eſt. Pri-
mo. quia qui in ebrietate, & in manifeſta inſania ſunt conſtituti: demõſtrationes, & carmina dicunt Empedoclis.
Secundo. quia qui primum diſcunt: orationes nectunt, ſententiáſque dicũt. at nondum tamen ipſi ſciunt. verum
enimuero oportet vt eorum bene inſideant menti: ad quod tempore opus eſt. Quapropter ita putandum eſt,
incontinenter agentes ſententias depromere: perinde atque hiſtriones poemata recitant. ¶ Sexto: ſi naturalem
cauſam incontinentiæ perſpexerimus: facile notum erit quod quærimus. Opinionũ enim alia vniuerſalium eſt,
& alia ſingularium quibus iam ipſe præſidet ſenſus. & cum in contemplatiuis ex vniuerſali & ſingulari, vna ra-
tiocinatio fit, vt anima id quod concluſum fuerit dicat, acceptètq; neceſſe eſt: ita in agendis ex vniuerſali & ſin-
gulari, ratiocinatione cognita, quod concluſum eſt vt agat ipſe ſi poteſt, & non prohibeatur, oportet. vt ſi in a-
gendis quis cognoſcat omnis dulcis guſtum proſequi oportere, & hoc eſſe dulce: vt is ſimul, cõtinuóq; hoc dul-
ce proſequatur ſi poteſt, nec prohibeatur neceſſe eſt. Cum ergo vna erit vniuerſalis opinio agere vetans, vt quę
dicit nullum dulce guſtare oportere, & altera dicit omne dulce delectabile eſſe, & inſuper hoc eſſe dulce: ſecun-
dum vltimam fiet operatio, atque huius dulcis proſequutio. & illa forte eſt quæ à cupiditate naſcitur. & prima
idem dulce non guſtare, atq; fugere dictabat: ſed cupiditas vincit. mouere enim partes vel ſingulas poteſt. Quo
fit vt quodam modo à ratiocinatione, ac opinione incontinenter agatur: vt ea quã ſuſcitat cupiditas & ea ope-
ratio, & recta ratio per ſe contrariæ non ſunt, ſed per accidens. ſed cupiditas rectæ rationi aduerſatur: non au-
tem ipſa opinatio. ¶ Corollarium. Vnde euenit vt beluæ incõtinentes non ſint. nam vniuerſalem exiſtimationẽ 13
non habent: ſed ſolum ſingularium imaginationem, ac memoriam. ¶ Quæſtio. Cum omnis incontinens, in per- 14
turbatione ſit ignorans: quo pacto igitur illa ignoratio ſoluitur, fitq; iterum ſciens? ¶ Reſponſio. Eadem eſt ra-
tio vt de dormiente, & ebrio. neque ratio propria peculiariſque huius perturbationis habetur ſed quædam com-
munis, quæ quidem ratio à naturalibus requirenda eſt. ¶ Tertia concluſio. Quodam modo recte euenit quod 15
Socrates inueſtigabat: vt præſente ſcientia non fiat incontinens. nam cum rectæ rationis vltima propoſitio, ac
opinatio rei ſit ſingularis, atq; eade actionum domina: aut hanc incontinens in perturbatione non habet, aut
ſic eam habet vt ligata, compeditáque ſit, neq; ſcit eã in habendo ſcire, ſed dicere, perinde atq; temulentus Em
pedoclis carmina profert. & quia etiam in agendis vltimus terminus, vltimáq; propoſitio non eſt vniuerſalis, ne-
que ad ſcientiam æque vt vniuerſalis pertinere videtur: euenit igitur quodammodo recte quod Socrates inue-
ſtigabat. nam ea ſcientia (quæ proprie ſcientia eſt) præſente: non fit perturbatio, neq; ob perturbationem diſtra
hitur, ſed ſingularis, ſenſitiuáq; quædam. Sed de his an ſciens incontinens ſit, an vero non ſciens, & quonam pa-
cto ſciens incontinenter agat: tot à nobis dicta ſatis ſint.

Cap. IIII.

VTrum autem ſit aliquis incontinens abſolute, an aliqua ex parte ſint om- 16
nes, & ſi ſit, in quibuſnam ſit: dicendum deinceps eſt. Patet igitur continen-
tes atque conſtantes, & incontinentes ac molles: circa voluptates, doloréſque
verſari. Quoniam autem eorum quæ voluptatem efficiunt: alia ſunt neceſ-
ſaria, alia per ſe quidem expetibilia ſunt, exuperationem autem habent. atque neceſſa-
ria quidem dico: quæ ad ipſum pertinent corpus, alimentum inquam, Veneris vſum,
& huiuſmodi cætera, circa quæ temperantiam intemperãtiámq; poſuimus. non neceſſa-
ria vero, per ſe autem expetibilia: victoriam, honorem, diuitias & quæ ſunt ſimilis gene-
ris quæ bona ſunt & delectant. Eos quidem qui in his præter rectam rationẽ quæ eſt in
ipſis, exuperant: abſolute quidem incontinentes nõ dicimus. ſed hæc addentes pecunia-
rum incontinentes, & lucri, & honoris, & iræ dicimus: vt diuerſos & ſimilitudine nomen
idem habentes. vt homo qui ludo in olympico vicit. Cómunis enim ratio parum ab illi-
us ratione propria differebat. attamen erat diuerſa. atq; huius ſignum eſt illud. nam in-
continentia quidem non ſolum vt delictũ: ſed etiam vt quoddam aut ſimpliciter, aut ali
qua ex parte vitium vituperatur. At horum nemo. Eorum autem qui circa corporis vo-
luptates verſantur, in quibus temperantem, intẽperantémq; ponimus qui non eligendo,
ſed præter electionem ac mentem, efficientium quidem voluptatẽ exuperationes perſe
quitur, dolorem autẽ inferentium fugit, famis, ſitis, æſtus, frigoris, & omnium quæ ad ta
ctum guſtúmq; pertinent: is non additione circa hæc inquam (vt circa iram) ſed abſolu-
te ſolum incontinens dicitur. Cuius hoc indicium eſt. circa nanque has voluptates, & nõ
circa vllam illarũ intẽperantes dicuntur. & propterea in eodẽ incontinentẽ ponimus &
intemperantẽ, & continentẽ ac temperantem. ¶ Sed illorum neminem ꝙ circa volupta 17
tes eaſdẽ quodam modo, doloréſq; verſantur. ¶ Atq; ſunt quidem hi circa hæc eadẽ: ſed
non eodem modo, ſed illi quidem eligunt, hi vero non eligunt. ¶ Quapropter potius
eum intemperantem dixerimus qui non cupiens, aut remiſſe exuperationes voluptatũ
perſequitur, ac mediocres fugit dolores, quàm hunc qui ob vehemẽtes cupiditates ea-
dem agit. quid enim faceret ille ſi cupiditas adueniret ingẽs: & circa rerũ neceſſariarum

18 indigentiam vehemens dolor? ❡Cum autem cupiditatum ac voluptatum, aliæ genere
ſint honeſtæ,ſtudioſæ'que,aliæ non ſint(eorum enim quæ voluptatem efficiunt,quædam
expetibilia ſunt natura,quædam hiſce contraria,quædam media,quemadmodum prius
diſtinximus:vt pecuniæ lucrum,honor, victoria) in omnibus talibus atque medijs non
ex eo vituperantur homines,quia his afficiuntur,cupiunt atque amant: ſed ob modum,
& quia exuperant.Quapropter qui præter rationem aut vincūtur aut ſequuntur quip-
piam eorum quæ natura ſunt honeſta & bona,non laudantur. vt ij qui circa honorem
magis quàm oporteat ſtudent:aut erga filios,& parentes.Etenim bona ſunt hæc: & lau-
dantur qui circa hæc ſtudent.attamen eſt & in his exuperatio quædam: ſi quiſpiam(vt
Niobe)& aduerſus deos contenderet, aut ſi erga patrem afficeretur, vt Satyrus ille qui
patris amator appellabatur. inſanire nanque nimium videbatur. Circa igitur hæc nul-
la eſt prauitas:propterea quòd vnumquodque per ſe(vt diximus) natura eſt expetibi-
le,exuperationes tamen ipſorum improbæ ſunt,ac fugiendæ. Similiter nec incontinen-
19 tia.etenim incontinentia non ſolum eſt fugienda: ſed etiam vituperanda. ❡Ob pertur-
bationes autem ſimilitudinem adiungentes ſingula incontinentiam circa vnumquod-
que dicunt:vt malum medicum,aut malum hiſtrionem,quem abſolute non dicerent ma
lum.vt igitur neque hic abſolute dicitur malus,quia non eſt vitium quicquam ipſorum,
ſed rationum comparatione ſimile: ſic & illic ſolam exiſtimandum eſt incontinentiam
& continentiam eſſe quæ in ijs eſt circa quæ temperantia, intemperantiáque verſatur.
circa autem iram per ſimilitudinem dicimus. Quapropter & ipſam addentes, inconti-
nentem dicimus iræ,quemadmodum & honoris & lucri.

16 ❡Quarti capitis notæ ❡Triplicia ſunt efficientia voluptatem. quædam turpem:vt ea quæ exuperationes vo- Quot volu-
luptatum efficiunt. quædam neceſſariam: vt cibus & potus & venerea ijs qui ad prolem lege ſunt ſociati. quæ- ptatem cau-
dam honeſtam & per ſe expetibilem potius quàm neceſſariam: vt honor, victoria, gloria diuitiæ ijs qui illa vt ſent.
oportet ſequuntur. primæ:infimæ ſunt & fugiendæ.tertiæ:honeſtæ ſunt & magis expetēdæ. ſecundæ vero:me-
diæ,& ſequendę quidem,non tamen tam honeſtæ,quàm neceſſariæ. neceſſitas enim vltima bonorū cōditio. Et
re vera bonas voluptates diducere poſſemus in vtiles & neceſſarias:quales ſunt guſtus & tactus. in delectabiles,
quales ſunt honores, gloriæ & ſimilia. & honeſtas,quales ſunt eæ quæ operationes ſequuntur virtutum. & illæ
dúntaxat ſunt animi. ſed de voluptatibus poſterius. ❡Præter rectam rationem quæ in ipſis eſt. Proprium eſt om
nium incontinentium & abſolute & cum addito rectā habere rationem(nam nondum corrupti ſunt)ſed ob for-
tem concupiſcentiam faciunt oppoſitum eius quod ex recta ratione rectóque iudicio iudicant eſſe faciendum.
❡Incontinens habet concupiſcentias fortes ad turpes delectationes pertrahentes, vt ad crapulandum,ſcortan-
dum, mœchandum. ſed illa ſunt ſemper malitiæ commiata. quare non ſolum vt delictum vel peccatum, ſed vt
quodam modo vitium. concupiſcentia autem honoris vel gloriæ non trahit ad aliquid malitiæ connexum,ſed
18 ſolum peccatur quòd plus quàm oportet. vituperatur igitur vt delictum,nō autem vt vitium. ❡Niobe, vxor fuit
Amphionis Thebani,quondam vana tumiditate numinum contemptrix. de qua Ouidius ſexto ſuæ Metamor
phoſis. ❡Satyrus amore patris(vt volunt)planè furebat. ❡Similiter nec incontinentia. ſimili modo nec inconti-
nentia abſolute eſt circa hæc,vt neq; circa hæc eſt prauitas.
❡Quartum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.
16 ❡Quarti capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Abſolute continens,& incontinens:circa eas vo
luptates,ac triſtitias quæ in guſtu,tactúque ſunt verſantur. Vtrum aliquis abſolute dicatur incontinens an om-
nes ſecundum partem atque ſecundum quid:& ſi abſolute incontinens,circa quæ verſatur poſtea determinatio
ſuſcipienda erat. Et id in primis notum eſt:continentes,atq; conſtantes:itidem incontinentes,ac molles circa vo
luptates triſtitiáſque verſari. & quoniam efficientium voluptatem: quædam ſunt neceſſaria, ceu quæ ad ipſum
corpus attinent,vt alimentum ad ſalutem,& veneris vſus ad ſobolem, & ſimilia eiuſmodi,quæ circa temperan-
tiam, intemperantiámque poſuimus. alia vero non neceſſaria ſunt,ſed expetibilia quidem per ſe ſunt:vt victo-
ria,honor,diuitiæ: & quæ eiuſce generis ea iſtunt, quæ bona quidem ſunt, atque obiectant, & vtraque exupe-
rare queunt. Sed eos qui circa victoriam,honorem, diuitias,& cætera id genus præter rectam rationem exupe-
rant:non abſolute incōtinētes dicimus,ſed particulas adijcimus,& eos pecuniarum incontinentes, lucri incon-
tinentes,honoris,iræq; incontinentes dicimus, quaſi ab abſolute incontinentibus diuerſi ſint,ſed quadam ſimi-
litudine idem nomen ſortientes,quemadmodum homo, & homo qui in certamine vicit olympico. vbi commu-
nis ratio, á propria ratione parum differt: attamen altera eſt. reſtat igitur vt circa ea voluptuaria, voluptatém-
que efficientia quæ neceſſaria ſunt: abſolute continens, incontinénſque ſtatuatur. ❡Secundo. Adhuc eius rei
id ſignū eſt:quòd incōtinentia non modo vt delictum,ſed etiam vt quoddam aut ſimpliciter,aut aliqua ex par-
te vitium vituperatur. nemo autem ob honoris, victoriæ,lucri & ſimilium perturbationem hoc pacto vitupe-
ratur. ſed is qui circa eas corporis voluptates detinetur, in quibus temperantem, intemperantémque locamus,
qui quidem non eligendo ſed præter electionem, mentiſque deliberationem exuperationes eorum, quæ volu-
ptatem efficiunt,proſequitur. & contrà: famis,ſitis,æſtus,frigoris,ſimiliúmq; omnium(quæ ad guſtum,tactúmq;
pertinent)dolorem inferentium exuperationes refugit. & is non additione quadam vt is qui circa iram, & ho-
norem: ſed abſolute dúntaxat incontinens dicitur. cuius rei iterum id indicium eſt: quòd ſolum circa guſtus,ta-
ctúſque voluptates,intemperantes dicimus. at conſentiunt omnes temperantem, ac continentem: & intempe-
rantem,ac incontinentem circa eadem exiſtere. non igitur ab re continentem, atque incontinentem circa eaſ-
17 dem voluptates atq; dolores: guſtus ſcilicet ac tactus collocauimus. ❡Secunda concluſio. Temperantem ac in-
temperantem neutrum talem dicimus: propterea quòd circa eaſdem voluptates, ac triſtitias verſatur. Nam &

intemperantes & incontinentes circa hæc eadem ſunt : verum non eodem modo. nam intemperantes eligunt:
incontinentes vero non eligunt. quo fit vt eum potius dixerimus intemperantem, qui aut non cupiens, aut re-
miſſe quidem cupiens:exuperationes voluptatum quærit,mediocréſque dolores & horret & fugit,quàm qui ob
vehementes cupiditates ipſa eadem agit. quid enim faceret intemperans : ſi cupiditas ingrueret ingens, & cir-
ca indigentiam neceſſariarum rerũ vehemens dolor? ℭ Tertia concluſio. Circa rerum honeſtarum cupiditates, 18
ſuas oppoſitas,atque medias : non ſtatuitur incontinentia.ſunt enim cupiditatum,voluptatúmque: aliæ genere
honeſtæ atque ſtudioſæ, aliæ inhoneſtæ,aliæ mediæ.nam eorum quæ voluptatẽ efficiunt : quædam natura ex-
petibilia ſunt,vt honor,victoria, parentes, liberi:quædam oppoſita, naturáque fugienda. & quædam media: vt
diuitiæ, lucrum , vt prius quodam modo diſtinximus . & in omnibus quæ voluptatem efficiunt natura quidem
expetibilibus & medijs:non ideirco vituperantur homines quia ijs afficiantur,ea cupiant,ac ament,ſed ob mo-
dum,quia ſcilicet & cupiendo,& amando exuperãt. & perinde qui præter rationem eorum amore ſuccumbunt,
vincunturque præter rationem, & proſequuntur quæ honeſta, bonáque ſunt: non laudantur. vt ij qui circa ho-
norem magis quàm oportet ſtudent,aut circa filios & parentes. hæc enim & bona ſunt,& qui circa hæc medio-
critèr ſtudent, laudantur. attamen in his exuperatio quædam contingit. vt ſi quiſpiam ob filiorum amorem ad-
uerſus deos contenderet:vt Niobe. aut ſi quis ita erga patrem afficeretur:vt Satyrus ille,qui patris amator hinc
appellatus eſt,qui planè nimium inſanire videbatur. attamen circa hæc non eſt vitium,prauitáſque. nam vnum-
quodque per ſe, vt diximus, natura eſt expetibile . veruntamen exuperationes eorum improbæ ſunt, ac fugi-
endæ. non igitur circa ea incontinentia eſt. nam incontinentia non ſolum fugienda:ſed etiam vituperanda eſt.
ℭ Quarta concluſio. Secundum vnumquodque prædictorum: quadam perturbationis ſimilitudine, & ſingulo- 19
rum facta additione incontinentes dicere ſolemus. Nam ſecundum vnumquodq; prædictorum voluptatem af-
ferentium & non neceſſariorum quidem: ſic dicimus incontinentem,vt dicere ſolemus malum medicum,& ma-
lum hiſtrionem. at non abſolute malum medicum, aut malum hiſtrionem malum eſſe diceremus. nam non eſt
vitium cuiuſquam ipſorum, ſed rationum comparatione quiddam ſimile. igitur neq; hic abſolute continentiam
aut incontinentiam exiſtimare oportet: niſi in ijs circa quæ temperantia, intemperantiáque verſatur. ſed circa
iram,honorem,lucrum,& ſimilia: per ſimilitudinẽ dicimus incontinentem. idcirco dicimus incontinentem iræ,
incontinentem honoris,& lucri,& ſimiles huiuſmodi.

Cap. V.

CVm autem quædam , natura voluptatem efficiant: quorum alia ſimpliciter, 20
alia generibus animalium voluptatem, atque hominum afferunt:quædã non
natura,ſed partim ob morbos,partim ob conſuetudinem, partim ob naturas
prauas delectent : licet & circa horum ſingula ſimiles habitus cernere. Dico
autem ipſos immanes:vt mulierem illam quam grauidas reſcindentem, fœtus deuora-
re aiunt:aut qualibus ferunt nonnullos circa Pontum efferatos homines delectari.quo-
rum alios inquiunt crudis , alios humanis carnibus gaudere, alios ſuos filios in conui-
uijs comedendos mutuo dare : aut id quod de Phalaride dicitur. atque hi quidem ſunt
habitus ferales . Alij autem quibuſdam ob morbos, & ob inſaniam fiunt . vt qui macta-
uit matrem atque comedit:quique conſerui iecur item comedit. Alij ſunt ex morbo,vel
ex conſuetudine:vt euulſiones pilorum, & vnguium eſus,& carbonum, & terræ: & inſu-
per venereorum habitus maribus. Alijs enim natura: alijs ex conſuetudine accidunt. vt
ijs,qui à pueritia conſueſcunt. Quibus igitur cauſa eſt natura: eos nemo dixerit incon-
tinentes. quemadmodum neque mulieres, quòd venerem non agant ſed patiantur: pa-
ri modo neque eos qui ob conſuetudinem, morbóſve ſe habent . Igitur ſingula quidem
horum habere extra fines eſt vitij:quemadmodum & ipſa feritas. Habẽtem autem vin-
cere aut vinci,non eſt ea quæ abſoluta eſt continentia aut incontinentia : ſed ea quæ per
ſimilitudinem dicitur. Quemadmodum & is qui circa iram ſic ſe habet: dicendus eſt
cum affectu,& non incontinens abſolute. ℭ Omne nanque vitium exuperans & demen- 21
tia, & timiditas, & intemperantia & acerbitas : aut eſt ferale aut ex morbo. Nam qui ta-
lis eſt natura vt vniuerſa formidet , etiam ſi obſtrepuerit ſorex : timidus eſt timiditate
ferali. quidam etiam muſcipulam ob morbum pertimeſcebat . & dementium qui natu-
ra quidem ratione carent , ſenſúque tantummodo viuunt , immanes ſunt . quales non-
nullæ nationes ſunt longe habitantium barbarorum. Qui vero non natura,ſed ob mor-
bos vt comitialem aut inſaniam : ij ſunt morboſi . fieri autem poteſt vt horum aliqua
quiſpiam interdum habeat tantum: ſed non ſuperetur . vt ſi Phalaris puerum percu-
piens comedere,ſeſe detineret:aut à nefanda libidine abſtineret . Fit etiam vt nõ ſolum
habeat,verumetiam ſuperetur. Vt igitur & prauitatum ea quidem quæ eſt humana,ab-
ſolute dicitur prauitas,alia vero cum additione (feralis inquam,aut ex morbo) & non
abſolute:ſic & incontinentia alia eſt feralis, alia ex morbo . Abſolute autem ea eſt ſola,
quæ intemperantiæ humanæ nõ egreditur fines. Perſpicuum igitur eſt incontinentiam
& continentiam in ijs eſſe duntaxat circa quæ intemperantia temperantiáque verſatur.

& in cæteris ſpeciem aliam incontinentiæ eſſe:quæ quidem non abſolute, ſed per tralationem incontinentia dici ſolet.

10 ❡Quinti capitis notæ. ❡Circa Pontum,Danubium,& pleriſq; alijs in locis leguntur fuiſſe feri. Nam Eſſedonea populi,Danubij accolæ: pareotum & propinquorũ funera victimis,& feſto conuentu familiarium celebrãt. cadauera autem laniata,& pecorum viſceribus immixta obſonando,epulaodóque conſumunt. capita vero auro, argentóq; ornata,pro poculis habeot. Hircani,Caſpij & Bactriani,canes ad id officij domi educãt: vt illis mortuos deuorandos,laniandóſq; præbeaot. Indorum Maſſagetæ propinquos cognatóſq; cum ad multam ſenectutem peruenerunt,vel aliquo caſu,morti propinquant: iugulatos ante,magno epularum apparatu alijs edulijs mixtos comedunt: aiuntq; id facere quòd peſſimam hominum fortunam exiſtiment à vermibus deuorari. Seianus canes ſanguine paſcebat humaoo quo aduerſus hoſtes io bello ſæuiores eſſent. Bactri ad belli vſum carnibus humanis nutriunt canes,& illis in cibum obijciunt ſenes. Et hæc omnia immania,feráque ſunt. ❡Phalaris Agrigentinus Siciliæ tyrannus tormentorum immaoitate gaudebat,& immaoia patrare. De quo Ouidius,

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit:infelix imbuit author opus.

Pontus. Danobius. Eſſedones. Hircani. Caſpij. Bactriani. Maſſagetæ. Seianus. Bactri. Ouidius. Phalaris. Perillus. Zeno.

21 Zenonem tormentis eneeauit,& multa huiuſmodi crudelia facta ❡Aut à nefanda libidioe. nefanda non fanda quòd nefas ſit noo modo talia patrare:ſed & nominare. nominat enim Ariſtoteles ea duntaxat fera:quę horrorem non nimium ingerunt nominata. ab aiijs autem abſtinet. vt quæ infaoda ſiot,qualia fabulæ de Paſiphae & Prœtidibus,quæ nullus honeſtus ob horrorem oominat.& ſacra abſtinent eloquia. ſatiſque ſit noiſſe,propter illa mundum ſemel periſſe, ignem, picem, & ſulphur de cælo pluiſſe,& ſe deum manifeſtum præbuiſſe vindicem. ❡Pilorum euulſiooes. ſunt qui quamprimum iraſcuntur pilos ſibi vellitant,crinéſque furioſorum more dirumpunt. ❡Sorex,mus. ❡Muſcipula,tendiculum capieodorum murium. ❡Morbus comitialis quo ſubito tentati coocidunt,aliquandiu mortuis ſimiles:qui & Herculeus morbus,& epilepſia dicitur. ❡Et in cæteris ſpeciem aliam incontinentiæ. Earum incontinentiarũ quædam eſt incontinentia cum adiuncto humana. Alia vero cum adiecto incontinentia feralis. ſed vitium feraie longe deterius fugibiliúſque quàm feralis incontinentia. à quo vtroq; qui vere bonus eſt & ſolus potens det reſpirare mundum.

❡Quiotum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

20 ❡Quinti capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Circa ea delectabilla quæ præter contráq; naturam ſunt:minime ſumenda eſt incontinentia. Nam voluptatem efficientium: quædam eam natura efficiuot. & horum quædam ſimpliciter,omnibúſque animalibus,porro quędam pluribus animalium generibus,atque hominibus:quædam hominibus ſolum voluptatem afferunt. alia vero oon natura,ſed præter naturam voluptatem efficiunt. & horum quædam ob morbos, quædam ob conſuetudinem, quædam vero ob prauas complexiones, atque naturas. & in his omnibus huiuſmodi contra naturam delectabilia:relinquunt ſimiles habitus,habitus dico vnde immanes,feróſque dicimus. vt mulierem illam quam grauidarum aluos reſcindentem,fœtus deuoraſſe dicunt:immanem dicimus. atque eos qui talibus oblectarentur,qualibus ferunt nonnullos circa Pontum efferatos homines delectari. quorum aiunt alios crudis,alios humanis carnibus gaudere,ac veſci:alios in conuiuijs,filios ſuos mutuo epulandos dare. aut quod de Phalaride narratur. & hi omnes habitus ſunt ferales,immanéſque. quos quidam ob morbos,& inſaniam incurrunt: vt is qui matrem mactauit,atque comedit. pariter & is qui conſerui ſui iecur mandit. & quidam eiuſmodi feros habitus ex morbo:alij vero conſimiles ex cõſuetudine trahunt. vt pilorum euulſiones,vnguium,carbonum,terræ eſus,inſuper & maſculorum nefaoda libido. quidam vero natura fera hos conſequuotur: & alij eoſdem, atque conſimiles conſuetudine, vt ij qui à pueritia conſueſcunt. at vero eos quibus natura fera eiuſmodi delectabilia proſequendi cauſa eſt:nemo dixerit incontinentes. vt neque mulieres contioentes quòd generationis opus non agant ſed patiantur. id enim illis natura aſtringente, prouidentéque conuenit. Neque ſimili modo eos incontinentes dicimus qui ob conſuetudinem,morbóſque talia ſequuntur. nam qui ex conſoetudine,aut morbo ſingula horum proſequitur: extra fines eſt vitij,quemadmodum & ipſa feritas. incontioentia autem vitiorum limites non excedit. circa igitur ea delectabilia mioime incontinentia ſumenda eſt. & talea concupiſcentias habentem, aut vincere,aut vinci: neque abſolute continentia aut incontinentia eſt, tametſi ſimilitudine quadam dici nihil referat. quemadmodum is qui circa iram ita ſe habet dicendus eſt:cum affectu,ipſiúſque perturbationis nominis expreſſione continens,aut incontinens:& non abſo-

21 lute continens,aut incontinens. ❡Secunda concluſio. Quædam incontinentia feralis,& quædam ex morbo dicenda eſt. Nam omne exuperans vitium, omniſque modum humanum ſuperexcedens prauitas: vt exuperans dementia, timiditas, intemperantia, crudelitas & ita ſecundum alias malitias: aut feralis eſt, aut ex morbo. Nam qui talis eſt natura vt vniuerſa formidet etiam ſi obſtrepuerit ſorex: timidus eſt timiditate ferali. verum etiam & quidam ob morbum, muſcipulam pertimeſcebat. & ſunt quidam dementium, qui natura ratione carent: ac ſenſu tantummodo viuuot. & hi quidem immanes ſunt: quales nonnullæ nationes longe habitantium barbarorum ſunt. qui vero crudelia quædam tentant ob morbos, vt ob comitialem, aut inſaniam: ij morbidi feri ſunt. At fieri poteſt vt aliquis horum immanium nonnullorum appetitum habeat: ſed non ſuperetur. vt ſi Phalaris puerum mandere percupiens: ſeſe contineret, aut à nefanda libidine abſtineret. fieri etiam contrà poteſt vt non ſolum talem habeat appetitum: verumetiam ſuperetur. igitur vt ſola prauitatum,quæ humana eſt abſolute prauitas dicitur,& alia non abſolute ſed cum additione quadam vt prauitas feralis,prauitas ex morbo: ita par, conſentaneumque eſt,vt incontinentia quæ humana non eſt quædam quidem feralis,& quædam ex morbo dicatur,& ea ſola abſolute dicatur incontinentia,quæ delectabilium humanæ intemperantiæ fines,modúmque non egreditur. Sed iam ſatis perſpicuum euaſit, ſimpliciter continentiam ac incontinentiam in ijs duntaxat reperiri: circa quæ temperantia, intemperantiáque verſatur. & in cæteris alium incontinentiæ modum atque ſpeciem eſſe: quæ oon abſolute quidem incontinentia ſed ſimilitudine, tranſlatitiéque incontinentia dici ſolet.

Cap.VI.

22 POſt hæc autem & minus eſſe turpem, iræ quàm cupiditatum incontinentiam oſtendamus. ❡Ira nanque aliqua ex parte & non perfecte rationem audire videtur:perinde atq; veloces miniſtri, qui quidem antequam totum id audierint quod dicitur,excurrunt:deinde in agẽdo aberrant. canes etiam

antequam conſiderent ſi ſit amicus ſi tantum pulſauerit oſtium, latrant. Sic & ira pro-
pter caliditatem,celeritatémque naturæ,audita quidem ratione, non præcepto autem
audito:ad ipſam properat vltionem.ratio nanque vel imaginatio contumeliam aut par-
uipenſionem eſſe oſtendit. illa autem ac ſi ratiocinatione facta concluſerit oportere ta-
li bellum inferre: ſtatim inſurgit. At cupiditas ſi ſolum dixerit ratio aut ſenſus hoc af-
ferre voluptatem,pergit ad fruendum. Quare ira quidem ſequitur quodam modo ra-
tionem:cupiditas autem non ſequitur. turpior igitur eſt. nam incontinens quidem iræ
à ratione quodam modo vincitur: cupiditatis autem non à ratione ſed à cupiditate.
¶ Præterea magis eſt ignoſcendum:ſi quiſpiam naturales appetitiones ſequatur. quip-
pe cum & cupiditates tales ſequenti, quæ ſunt omnibus communes, & quoad commu-
nes ſunt:venia magis detur. At ira atque acerbitas magis eſt naturalis, quàm eæ cupi-
ditates quæ exuperant, & quæ non ſunt neceſſariæ. Vt qui ſe excuſabat quòd patrem
pulſaret.& hic enim dixit ſuum patrem pulſabat,& ille ſuum:& hic etiam(oſtenſo pue-
ro) cum vir fuerit,me pulſabit.eſt enim nobis gentile. Et qui trahebatur à filio, ſiſtere
iubebat in oſtio: & ſe enim patrem eouſque traxiſſe dicebat. ¶ Præterea iniuſti magis
ſunt ij qui magis occulte procedunt, ac inſidias faciunt: atqui iracundus igitur non inſi-
dias facit,nec ira, ſed eſt manifeſta. cupiditas autem contrà quemadmodum Venerem
aiunt.Nam ipſam dolos nectere dicunt.& Homerus baltheum ipſi tribuit in quo frau-
dem etiam ineſſe dicit,

Fraus quoque ineſt:quæ prudentem perſæpe feſellit.

Quare ſi cupiditas magis ſit iniuſta quàm ira:& incontinentia quæ eſt circa ipſam,turpi-
or erit ea quæ eſt circa iram,& abſolute incontinentia,atq; quodam modo vitium. ¶ In-
ſuper nemo vtitur libidine dolens.ſed qui facit per irã,dolens omnis facit:qui vero exe-
quitur libidinẽ, id facit cum voluptate. Si igitur ea ſunt magis iniuſta quibus iraſci ma-
gis iuſtum:& incontinentia profecto quæ ſit ob cupiditatem, magis erit iniuſta: non eſt
enim in ira libido.Incontinentiam igitur circa cupiditates,turpiorem eſſe incontinentia
circa iram: & continẽtiam atque incontinentiam circa corporis cupiditates voluptatéſ-
que verſari,ex ijs quæ diximus perſpicuum iam euaſit. ¶ Harum autẽ ipſarum differẽ- 23
tiæ ſunt ſumendæ. Nam (vt ab initio diximus) aliæ ſunt humanæ ac naturales & gene
re,& magnitudine: aliæ ferales, aliæ ob labefactatum principium atque morbos emer-
gunt.Circa autem harum tantummodo primas:temperantia, intemperantiáque verſa-
tur.Quapropter & feras nec temperatas nec intemperatas niſi per tranſlationem dici-
mus:& ſi quo omnino aliud genus animalium ab alio differt petulantia,coitu, voracita-
téque.Non enim habent electionem, nec rationem, ſed dimotæ ſunt à natura : perinde
atq; homines qui ſunt mẽte capti atq; inſani. ¶ Feritas autem minus eſt malum,quàm 24
vitium:ſed terribilius eſt.Non enim corruptum eſt id quod eſt optimum:vt in homine,.
ſed non habet.Fit igitur perinde atque ſi quiſpiam inanimatum cum animato compara
ret,vtrum ſit peius.Semper enim prauitas eius quod non habet principium minus no-
cere poteſt.at mens principium. Perinde eſt igitur atq; ſi quiſpiam iniuſtitiam ad iniu-
ſtum hominem compararet.eſt enim vtrunq; aliquo modo peius.homo nanque malus,
millies plura mala quàm fera facere poteſt.

¶ Sexti capitis notæ. ¶ Ratio nanque vel imaginatio: quia non ſemper pro veritate ſed opinione,imaginatio- 23
néque iraſcimur,non ſemper iuſte ſed etiam nonnunquam iniuſte. ¶ Si ſolum dixerit ratio aut ſenſus, quanuis
etiam aliquo pacto non oſtenderit. atque ita eſt. vt puer enim non facile illuditur ſed celeriter probabili duci-
tur argumento:cupiditas ad ſolum nomen procurrit aut quamprimum audito nomine fugit. ¶ Dicuntur hæ vo-
luptates humanæ genere : quando eius generis voluptatum ſunt, quas homo natus eſt concupiſcere. mandere
enim pueros,carbones & præſegmenta vnguium: non homini ſua natura competit,neque ad illorum volupta-
tes natus eſt,naturave trahitur. ¶ Periode eſt igitur. Perinde eſt comparare feritatem ad feram,ac iniuſtitiam 24
ad hominem iniuſtum. Et vtrunque (iniuſtitia inquam & iniuſtus homo) aliquo modo deterius feritate & fera.
quandoquidem malus iniuſtuſque homo millies plura mala quàm fera facere poteſt.
¶ Sextum cap. duabus concluſionibus & vna differentia partitum eſt.
¶ Sexti capitis commentarius ad literam ¶ Prima concluſio. Incontinentia iræ,minus quàm cupiditatum tur- 22
pis habetur. ¶ Primo. quia ira aliquo pacto rationem audit,quanuis imperfecte: & haud ſecus quàm veloces mi
niſtri qui priuſquam id totum quod illis mandatur audiant:excurrunt, & ſubinde in agendo aberrant. aut perin-
de ac canes, qui priuſquam conſiderent an amicus ſit qui obſtrepuerit, foréſve pulſauerit: allatrant. ita quoque
& ira propter celeritatem, feruorémque naturæ audita ratione ſed præcepto haud quidem expectato:prope-

rat ad vltionem.ratio enim,aut imaginatio iræ: contumeliam aut paruipenſionem eſſe oſtendit. at illa protinus
ac ſi ratiocinatione concluſerit tali iniurianti repugnandum eſſe, bellúmque inferendum: ilico inſurgit. cupi-
ditas vero ſi ſolum in mentem, cogitatúmque venerit, aut ſenſus quicquam afferre voluptatem dixerit: feſti-
nat ad fruitionem. igitur audit,ac ſequitur aliquo pacto ira rationem: cupiditas autem non ſequitur. ergo cupi-
ditatum incontinentia, quàm incontinentia iræ turpior eſt. Incontinens enim iræ quodam modo à ratione vin-
citur: incontinens autem cupiditatis non à ratione ſed à ſua vincitur cupiditate. ℭ Secundo magis illi ignoſcen-
dum eſt, qui naturales appetitiones ſequitur. nam ille qui tales cupiditates ſequitur quæ omnibus communes
ſunt, & quatenus communes ſunt, magis venia dignari ſolet. atqui ita, iræ'que excandeſcentia magis natura-
lis eſt: quàm illæ exuperantes libidinum perturbationes,& quæ minime neceſſariæ ſunt. quod exemplo prodi-
dit ille qui ſeſe excuſabat quòd ſuum patrem pulſaret:nam & hic(inquit)patrem ſuum pulſabat,& ille ſuum. &
hic etiam (oſtenſo puello) dum adoleuerit vir me ipſe pulſabit. hoc enim nobis gentile, hæreditariúmque eſt.
& alter qui cum à filio protrahebatur: in oſtio ſiſtere iubebat. nam euſque ſe patrem traxiſſe dicebat. inconti-
nens igitur iræ magis venia dignus,ac minus turpis eſt ipſo cupiditatum incontinente. ℭ Tertio. ij magis iniu-
ſti ſunt qui magis occulte procedunt,inſidiaſque moliuntur. at nec iracundus, nec ira inſidias tendunt: eſt enim
aperta. cupiditas autem contrà: occulta eſt,molitúrque inſidias, quemadmodum Cyprigenam Venerem aiunt.
nam(vt dicunt) dolos nectit ipſa Venus. & Homerus baltheum Veneri tribuit: in quo fraudem etiam ineſſe di-
cit. inquit enim:

Fraus quoque ineſt adimens longe mentem ſapienti.

Quare ſi cupiditas magis quàm ira iniuſta eſt: merito euenit vt cupiditatum incontinẽtia turpior ipſa ſit,quàm
incontinentia ſit ob iram. imò vero cupidinum incontinentia: abſolute incontinentia, & quodam modo vitium
eſt. ℭ Quarto. nemo vtitur procacitate dolens. at vero omnis qui per iram quicquam agit, dolens agit: contrà
vero,libidinem procacitatemq; exequens: cum voluptate exequitur,atq; gaudet. ſi ergo ea magis iniuſta ſunt,
quibus magis iraſci iuſtum eſt: voluptatum profecto incontinentia magis iniuſta erit. nam perperam cum vo-
luptate agit. at in ira nulla adeſt procacitas,nulláque voluptas libidinis. conſtat ergo circa cupiditates, inconti-
nentiam turpiorem eſſe: quàm circa iram. & ex ijs quæ iam quoque dicta ſunt, ſimpliciter incontinentiam cir-
23 ca corporis illecebras voluptatéſque verſari: iam ſatis euaſit perſpicuum. ℭ At voluptatum differentias hic pa-
rumper iterum reſumere par eſt. Nam ab initio determinationis huiuſce rei dictum eſt: earum quaſdam eſſe hu-
manas ac naturales genere quidem & magnitudine,& alias ferales eſſe: quarum quædam ob oblæſum tum com-
plexionis,tum rationis principium contingunt,quædam ob morbos, & quædam ob conſuetudinem: & ſolarum
primarum temperantiam, intemperantiámque eſſe. & hinc quoque fit, vt neque feras temperatas, neque in-
temperatas eſſe niſi tranſlatitie dicamus,quanuis protſus aliquo aliud animalium genus ab alio genere differat:
vt contumelia,ſalacitate,edendique voracitate. nam neque electionem, neque rationẽ habent: ſed à natura &
electione, & ratione captæ ſunt, penitúſque exortes: perinde atque homines qui mente capti ſunt, atque inſa-
24 ni: ſua inſania,electione,rationéque ſpoliantur. ℭ Secunda cõcluſio. Animalium feritas minus malum eſt, quàm
humanum vitium: ſed terribilius quiddam eſt. Nam in feris animalibus corruptum non eſt id quod eſt natura
optimum: quemadmodum in prauo homine corruptum eſt. nam animal ferum id optimum natura non habet.
fit igitur vt cum feritas vitio comparatur: perinde ſit, atque ſi quiſpiam inanimatum cum animato conferat v-
trum ſit peius. ſemper enim prauitas eius quod non habet principium: minus nocere poteſt. mens autem quod-
dam principium eſt. rurſum cum comparatur feritas vitio: perinde eſt,atque ſi quiſpiam iniuſtitiam ad iniuſtum
hominem conferat. eſt enim vtrunque quodam modo peius: hic conſuetudine, hæc natura. iniuſtitia deterior
feritate, iniuſtum ipſa fera. homo nanque malus millies plura mala quàm fera, facere poteſt. terribilem tamen
eſſe animalium feritatem: ſatis conſtat. eſt itaque notum: animalium feritatem minus malum eſſe,quàm huma-
num vitium quanuis terribilius.

Cap. VII.

25 EIt autem vt circa voluptates doloréſque per tactum, guſtúmque & cupidi-
tates ac fugas, circa quæ verſari temperantiam & intemperantiam prius
eſt definitum: ita ſeſe habeat quiſpiam,vt aut ſuperetur ab iſiſpis quæ ple-
rique ſuperant homines,aut ſuperet ea ipſa à quibus pleriq; vincuntur. At-
que ſi circa voluptates ita ſeſe habeat: primo quidem modo incontinens eſt: ſecundo
autem continens. Sin circa dolores, primo quidem modo mollis eſt: ſecundo autem
conſtans. In horum autem medio plurimorum hominum habitus collocantur: etſi ad
26 deteriores magis declinant. ℭ Quoniam autem quædam voluptatum ſunt neceſſariæ,
quædam non neceſſariæ, & vſque ad quendam terminum: exuperationes vero defe-
ctionéſve non ſunt neceſſariæ. Et ſimili modo res ſeſe habet & in cupiditatibus, atque
doloribus. qui voluptatum exuperationes, aut exuperantes voluptates ob electionem
atq; ob ipſas,& ob nullam rem aliam inde prouenientem perſequitur: intemperans eſt.
hunc enim non pœnitere neceſſe eſt. quare eſt incurabilis. quem enim non pœnitet, is
eſt incurabilis. Qui vero deficit: oppoſitus eſt. Atqui qui inter hos medius collocatur:
27 temperans eſt. ℭ Similiter intemperans eſt, & qui (non quia vincitur,ſed ob electio-
nem) dolores corporis fugit. Eorum autem qui non eligunt,alius ob voluptatem: alius
ob eius fugam doloris, qui à cupiditate prouenit: ducitur. Quare inter ſeſe differunt.
cuilibet enim deterior eſſe videbitur: ſi quis non cupiens,aut remiſſe,quippiam ageret
turpe,quàm vehementer cupiens: & ſi non iratus pulſaret, quàm concitatus ira. quid
enim ageret: ſi eſſet in perturbatione? quapropter intemperans incontinente deterior

eſt.at eorum quos diximus,alter mollitudinis magis ſubijcitur ſpeciei, alter eſt incon-
tinens. ¶ Atque incontinenti quidem continens: molli vero conſtans opponitur. Con- 28
ſtantia nanque in reſiſtendo:continentia vero in ſuperando conſiſtit.ſuntq; diuerſa reſi-
ſtere ac ſuperare:ſicut haud vinci,& vincere. ¶ Quapropter & continentia magis quàm 29
conſtantia eſt expetenda . ¶ Qui autem aduerſus , quæ plerique reſiſtunt & poſſunt, 30
deficit: is mollis eſt atque delicijs defiuens (deliciæ nanq; ſunt mollitudines quædam)
qui quidem veſtem trahit,ne ſubeat laborem tollendi , & cum imitetur ægrotantem:ſe
non putat miſerum eſſe,qui miſero ſimilis eſt. ¶ Similiter res ſeſe habet , & circa conti- 31
nentiam & incontinentiam . Non eſt enim mirum ſi quis à vehementibus,exuperanti-
bus, aut voluptatibus,aut doloribus vincitur: quin ignoſcendum eſt ſi reſiſtens vincitur
tandem:vt Theodecti poetæ Philoctetes,à ſerpente morſus . Aut Carcini Cercyon in
Alope:& vt homines ij,qui detinere riſum enitentes accumulatum illum effundunt : vt
accidit Xenophanto.Sed ſi quis ijs quibus multitudo reſiſtere poteſt : ſuccumbit,& non
aduerſari poteſt,non ob generis naturam aut ob morbum qualis eſt mollitudo quæ re-
gibus Scytharum ineſt ob genus.& vt fœmella à maris diſtat natura. ¶ Videtur autem 32
& is qui eſt ad iocum propenſior,intemperans eſſe:eſt tamen mollis.Nam iocus relaxa-
tio eſt:ſiquidem requies eſt.qui vero ad iocum procliuis eſt: ex ijs eſt qui in hac exupe-
rant. ¶ Atqui incontinentiæ alia eſt temeritas, alia infirmitas. Quidam enim delibera- 33
tione facta,non perſiſtunt in ijs quæ ſtatuerunt ob perturbationem : quidam ex eo quia
non conſultarunt,à perturbatione ducuntur.Sunt enim qui ante ſentientes & præuidẽ
tes:ac ſeipſos rationémque excitantes, non ſuperantur à perturbatione , ſiue volupta-
tem id quod mouet , ſiue dolorem efficiat , perinde atque prætitillati non titillantur.
¶ Maxime autem celeres,ac bilioſi atra bili: temeraria incontinentia ſunt incótinentes. 34
Illi enim velocitatem : hi ob vehementiam , non expectant rationem: ex eo quia ipſius
ſunt imaginationis ſequaces.

¶ Septimi capitis notæ . ¶ Ii qui inter continentes & incontinentes continentur : ſunt qui ſuperant voluptates 25
à quibus vincuntur incontinentes : ſed vincuntur à voluptatibus quas vincunt, ſuperántque continentes. Ii ta-
men ad deteriorem partem magis declinant , appellanturque ideo potius incontinentes : quamuis partim vide-
antur habere vtrunque. Et inter mollem , & conſtantem : ſunt qui vincunt dolores à quibus vincuntur molles,
ſed vincuntur à doloribus quos ſuperant, conſtantes. & partim conſtantes, partim'q; molles eſſe videntur, ſed
deterioris partis nomen potius ſibi vendicant, molléſque appellantur. ¶ Incurabile, difficile curabile. ¶ Alope 26 31
Cercyonis filia ex qua & Neptuno natus eſt Hippotoon. luctatus pater diu, ferre ſtuprum filiæ, tandem impa-
tientia victus doloribus ſuccubuit. ¶ Xenophantus in conuiuio cum luctatus voluiſſet riſum detinere, copioſiſ-
ſime effudit. vt noſtri de Philemone aiunt, quem immoderatum riſum abſtuliſſe ferunt . paratas enim ficus at-
que in conſpectu poſitas aſello conſumente puellum vt illum abigeret inclamauit. qui cum iam comeſtis omni-
bus ſuperueniſſet:quoniã (inquit) tam tardus aduenisti da nunc merum aſello. ac vrbanitatem dicti crebro an-
helitu cachinnorum proſecutus,ridendo defecit. ¶ Titillatur quis: cum leui tactu inhorreſcit,quem ſubinde re- 33
fugit, riſuque plerunque ſoluitur. ¶ Sub incontinentia temeraria, & infirma: mollitiem temerariam, pariter &
infirmam intelligimus. .

¶ Septimum cap.octo concluſionibus, quatuor diffinitionibus,& vno corollario partitum eſt.

¶ Septimi capitis commentarius ad literam. ¶ Diffinitiones. Incontinens,eſt qui à voluptatibus guſtus, tactúſ- 25
ve ſuperatur: quas plerique ſuperant. Continens, eſt qui guſtus, tactuſve voluptates ſuperat:à quibus plerique
ſuperantur. Mollis,eſt qui à guſtus tactúſve doloribus ſuperatur: quos plerique ſuperant. Conſtans vero: qui gu
ſtus tactuſve ſuperat triſtitias à quibus plerique ſuperantur. Nam fit vt circa voluptates, atque triſtitias per gu-
ſtum, pariter & tactum acceptas, circa horum ſenſuum illecebras, atque circa eos quos homines refugiunt do-
lores(circa quæ omnia temperantiam, intemperantiámque verſari prius definitum eſt) quiſpiam ita ſeſe habe-
at:vt ab iſdem ſuperetur quas plerique ſuperant,aut eas ſuperet à quibus plerique ſuperantur. ſi circa volupta-
tes ita ſeſe habeat: primo modo incontinens eſt, ſecundo autem modo continens. ſin vero circa triſtitias: pri-
mo quidem modo mollis eſt , ſecundo autem modo conſtans. & inter hos plurimorum hominum habitus con-
tinentur: quamuis ad deteriores partes declinent,ac prolabantur. ¶ Prima concluſio. Intemperantia longe de- 26
terior eſt ipſa incontinentia. Nam voluptatum guſtus,tactúſq;:quædam ſunt neceſſariæ,ſed vſque ad quendam
terminum,certámq; menſuram:quædam non neceſſariæ vt exuperationes,atque defectiones.exuperationes e-
nim defectionéſve neceſſariæ non ſunt. & vt de voluptatibus: ita eſt & de earum doloribus. & qui voluptatum
exuperationes, imò ipſas exuperantes voluptates ob electionem , atque ob eas ipſas neque ob aliud quicquam
inde proueniens proſequitur: intemperans eſt. qui autem ob electionem & ob eas ipſas nec ob aliud quicquam
proſequitur voluptates:eum facti non pœnitet. quem autem non pœnitet: is incurabilis eſt. intemperans igitur
incurabilis eſt. at incontinentem (perturbatione ſedata) & pœnitet & curabilis eſt. igitur intemperantia longe
deterior eſt ipſa incontinentia. qui vero ex electione deficit,atq; ob eas ipſas voluptates refugit:inſenſibilis eſt,
intemperantique oppoſitus . & inter hós intemperantem ſcilicet, & inſenſibilem : medius temperans colloca-
tur. ¶ Secunda concluſio. Non modo intemperans incontinente,ſed & molli deterior eſt. Nam intemperans eſt 27
qui non quia à perturbatione , ſed quòd ob electionem ipſam dolores corporis refugit . ſed eorum qui non eli-
gunt quidam ob voluptatẽ vt incontinẽs, & quidam ob fugam doloris qui ex cupiditate prouenit ducitur, vin-

citúrq;.quare intemperans & incontinens, & mollis inter ſe differunt.at cuilibet is deterior eſſe videbitur, qui
aut non cupiens, aut remiſſe cupiens quippiam agit turpe: quàm ſi vehemẽter cupiens id admitteret. vt dete-
rior eſſe videbitur ſi quis nõ iratus,alterum pulſauerit:quàm ſi id egerit, ira cõcitatus. quid enim tũ ageret ſi in
perturbatione eſſet?eſt igitur intemperãs:& incontinẽte,& molli deterior.eorũ enim quos diximus alter molli-
28 tudinis ſpeciei ſubijcitur,& alter incontinẽs eſt. ¶ Tertia cõcluſio. Continens incontinẽti, & conſtãs molli op-
ponitur:& ſunt continentia & conſtãtia diuerſa. Continentẽ incontinenti & conſtantem molli oppoſitum eſſe:
ſtatim notum eſt.nam continens vincit,incontinẽs vincitur.& conſtãs reſiſtit:mollis ſuccumbit,atq; ſuperatur,
& quia continentia in ſuperãdo conſiſtit,& cõſtãtia in reſiſtẽdo,& ſuperare & reſiſtere diuerſa ſunt:vt vincere
29 & nõ vinci.ſunt igitur continentia & conſtãtia diuerſa. ¶ Corollariũ. Quo fit vt continẽtia magis q̃ conſtãtia:
30 expetenda ſit. Nã vincere quàm non vinci præſtabilius eſt. ¶ Quarta cõcluſio. Mollis eſt qui aduerſus ea aduer
ſus quæ pleriq; reſiſtunt & poſſunt ſuccumbit. Nã qui doloribus ſuccumbit aduerſus quos & pleriq; reſiſtunt &
poſſunt:mollis eſt,delicijsq; deſluẽs.deliciæ enim mollitudines quædã ſunt;vt qui veſtẽ trahit ne tollendi ſubeat
laborẽ.qui cum imitetur ægrotantẽ: non ſe putat eſſe miſerum, ſemper quidẽ miſero ſimilis. mollis igitur ijſce
31 ſuccumbit aduerſus quæ pleriq; reſiſtunt,poſſuntq;. ¶ Quinta cõcluſio. Non omnis qui à voluptatibus, aut do-
loribus,reluctatus vincitur:incontinens aut mollis eſt. Nam vt de conſtantia & mollitudine ad dolores moleſti-
áſq; fugiendas: ita quoq; de continentia & incontinẽtia circa voluptatum illecebras aut ſequendas aut fugien-
das.atqui mollitudo & conſtãtia nõ circa omnes dolores moleſtiáſq; verſatur,ſed circa eas quas pleriq; vincunt
& à quibus etiam pleriq; vincuntur. quare & circa conſimiles voluptates continẽtia atq; incontinentia Nam ſi
quis à vehemẽtibus,exuperantibúſq; voluptatibus,aut doloribus vincitur:nihil mirũ eſt ſi neq; incontinens neq;
mollis eſt.verum ignoſcendum eſt illi ſi reluctatus tãdem vincitur. vt Theodecti poetæ Philoctetes à ſerpente
morſus aut Carcini Cercyon in Alope,& vt homines ij qui detinere riſum enitentes,accumulatius illum effun-
dunt:quod accidit Xenophãto.ſed ſi quis ijs doloribus quibus multi reſiſtere valent,ſuccũbit:neq; aduerſari po-
teſt non ob generis naturã,neq; ob morbum:is incontinẽs molliſve dici poteſt.ob generis quidem naturã dico:
32 nam Scytharum regibus quędã ob genus mollitudo ineſt,quod vt fœmina à virilitate degenerat maſcula. ¶ Se-
xta concluſio. Qui ad iocum propenſior eſt:nõ intemperãs,ſed mollis eſt. Nam iocus quædã eſt laboris relaxa-
tio.eſt etenim quædã à laboribus requies.at qui ad iocum propenſior habetur:ea ijs eſt qui in hac laborũ relaxa
33 tione,requie,atq; fuga exuperant.eſt igitur ad iocum propenſior, mollis,& non intemperãs. ¶ Septima conclu-
ſio. Incontinentiæ,& mollitiei duæ ſunt ſpecies:temeritas ſcilicet atq; infirmitas. Nam quidã deliberatione fa-
cta:in ijs ipſis quæ ſtatuerunt,ob ſurgentem perturbationẽ non perſiſtunt.& hi debiles, infirmiq; dicuntur.qui-
dam vero contrà ob idipſum q̃ non præconſultauerunt:à perturbatione ducuntur, quos & temerarios appella-
mus. Et ſunt alij qui ante ſentientes,ac præuidentes:ſeipſos,rationémq; excitãt,atq; ſe præmuniunt:neq; à per-
turbatione vincuntur,ſiue id quod mouet voluptatem,ſiue dolorem efficiat.& hos nunc continentes nunc con-
34 ſtantes dicimus:ſimiles quidem illis qui prætitillati non titillantur. ¶ Octaua concluſio. Maxime celeres,quos &
cholericos,& bilioſi atra bili, quos & melancholicos appellant: temeraria teneri ſolent incontinentia. Nam illi
ob velocitatem,& hi ob vehementiã,quódq; ſint vehementis imaginationis ſequaces:rationem non expectant,
incidunt igitur hi vel maxime in temerariam incontinentiam.

Cap. VIII.

35 AT vero intemperãtem quidem non pœnitet:vt eſt dictum.In electione nan- Numero 16.
que perſiſtit. incontinens autem facilis eſt omnis ad pœnitentiam : quocirca Numero 9.
non ita res ſeſe habet vt dubitauimus. ſed ille quidem incurabilis: hic autem
eſt curabilis. Vitium enim morbis eſt hiſce perſimile,aquæ intercuti inquam,
& tabi.incontinentia vero:morbo comitiali.Etenim illud,continua: hæc non continua eſt
improbitas. ¶ Atq; omnino diuerſum eſt genus incontinentiæ, atque vitij.Vitiũ enim
36 latet:incontinentia vero non latet. ¶ Horum autem ipſorum ij qui ante rationem du-
cuntur:meliores ij ſunt qui rationem quidem habent,non autem perſiſtunt in ea.à mi-
nore nanque perturbatione vincuntur , & non abſque deliberatione, vt illi.incontinens
37 enim ſimilis eſt ijs qui cito fiunt ebrij:& pauco vino,& pauciore quàm plerique. ¶ Pa-
tet igitur incontinentiam vitium non eſſe : niſi aliqua ex parte fortaſſe. Nam hæc qui-
dem eſt præter electionem: illud autem cum electione. in actionibus tamen eſt ſimili-
tudo:vt Demodocus in Mileſios dixit:Mileſij nanque inſipientes quidem non ſunt : ea
tamen faciunt quæ agunt inſipientes.& incontinentes iniuſti quidem non ſunt:iniuriam
38 tamen faciunt. ¶ Cum autem alter ſit talis: vt non ex eo quia eſt ipſi perſuaſum, exu-
perantes corporis voluptates, præterque rationem rectam ſequatur , alteri ſit perſua-
ſum, propterea quòd talis eſt vt ipſas ſequatur: illi quidem diſſuaderi facile,huic autẽ
haud facile poteſt.Principium enim ipſum, virtus quidem conſeruat : vitium vero cor-
rumpit. id autem gratia cuius, principium eſt in actibus : perinde vt ſuppoſitiones ipſæ
in mathematicis. Neque igitur ibi docendorum principiorum eſt ratio : neque hic. ſed
virtus aut naturalis,aut aſſuetudine parta:cauſa eſt opinandi,circa principium rectẽ.Ta-
lis igitur homo temperans eſt.at contrarius eſt intemperans.Eſt autem quidam alius:ob
perturbationem à recta ratione diſcedens.quem perturbatio vt non agat quidem vt re-
cta ratio iubet,ſuperat. vt ſit autem talis vt ipſi ſit perſuaſum oportere perſequi volu-
ptates libere,tales non vincit.at hic eſt incontinens,qui quidẽ intemperante melior eſt.

Nec eſt abſolute prauus.conſeruatur enim id in ipſo,quod eſt optimũ:principiũ inquam
ipſum. Alius autẽ eſt huic contrarius:is qui perſiſtit,& non ob perturbationẽ à ratione
diſcedit.Ex his igitur patet hunc quidem ſtudioſum:illũ autẽ,improbũ habitum eſſe.

¶Octaui capitis notæ. ¶Aqua intercus,hydrops. ¶Tabes,phthiſis: & eſt vlceratio pulmonis cũ extenuatione 35
totius corporis,& ſanguinis excreatione.
¶Octauum cap.quatuor concluſionibus partitum eſt.
¶Octaui capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Intemperans incontinente deterior eſt. ¶Pri- 35
mo.nam(vt iam quoque dictum eſt)intemperantem non pœnitet,ſed in electionis voto perſiſtit.at incontinens
omnis:promptus eſt ad pœnitentiam.eſt igitur intemperans: incontinente deterior. non eſt igitur quemadmo-
dum prius prædubitatum fuerat.verum intemperans incurabilis:& incontinens,curabilis eſt. ¶Secundo.intem-
perantia vitium eſt hiſce morbis aſſimile: aquæ ſcilicet intercuti, & tabi. incontinentia vero morbo aſſimilatur
comitiali.nam intemperantia,continua manet improbitas:incontinẽtia vero continua non eſt.eſt igitur intem-
perantia,quam incontinentia deterior. ¶Tertio.incontinentiæ,atque intemperantiæ omnino diuerſum genus
eſt. nam intemperantia latet: incontinentia vero aperta eſt . deterior autem, curáque difficilior morbus latens
eſt:igitur intemperans incontinente deterior eſt. ¶Secunda concluſio. Incontinentes temerarij: minus mali,mi- 36
nùſque culpandi incontinentibus infirmis. Nam infirmi qui rationem habent, & in ea non perſiſtunt: à minore
vincuntur perturbatione,& non abſque deliberatione. ratio enim atque deliberatio perturbationem imminuit,
incontinentes autem temerarij à fortioribus vincuntur perturbationibus impræmuniti, neq; quidem rationem,
neque conſultationem præhabentes . ſunt igitur incontinentes temerarij minus mali : & incontinentes infirmi
debileſque perſimiles ſunt ijs qui cito ſunt ebrij, & pauco vino, & pauciore quidem quàm plerique alij. ¶Ter- 37
tia concluſio. Incontinentia non omnino vitium eſt:ſed aliqua ex parte vitium. Nam incontinentia præter ele-
ctionem eſt:vitium vero, cum electione.at in actionibus ſimilitudo eſt: vt Demodocus in Mileſios dixit.inquit
autem,Mileſij etenim inſipientes quidem non ſunt:ea tamen faciunt, quæ faciunt inſipientes. ita quoq; & in-
continentes iniuſti quidem non ſunt: iniuriam tamen faciunt. ¶Quarta concluſio. Incontinenti,ne voluptates 38
ſequatur facile diſſuaderi poteſt:intemperato autem haud quaquã id facile fieri poteſt. Nam quanquam incon-
tinens talis eſt vt non ob idipſum quòd ipſi perſuaſum ſit , corporearum voluptatum ſuperabundantias præter
rectam rationem ſectetur,intemperanti autem perſuaſum ſit:nihilominus facile incontinenti diſſuaderi poteſt,
intemperato autem id haud quaquam diſſuadebitur facile . Nam in continente principium ſanum incolumeq;
eſt,in intemperante vero non . incolume enim principium virtus conſeruat·vitium vero corrumpit. at in actio-
nibus humanis principium id gratia cuius,finiſq; eſt:periode in agendis ſeſe habens vt ſuppoſitiones in mathe-
maticis.vt enim in mathematicis nulla demonſtrandorum principiorum ratio eſt:itidem neq; in agendis demõ-
ſtrandi finis.ſed virtus,aut natura,aut aſſuetudine parta:cauſa eſt circa idipſum principium recte opinandi. qui
autem talem virtutem circa voluptates corporeas arcendas nactus eſt:homo temperans eſt & contrarius intem
perans.aſt alius eſt,qui ob perturbationẽ à recta ratione diſcedit, quem perturbatio ſuperat vt non agat quem-
admodum recta ratio iubet . Non tamen peruincit vt talis ſit vt ei perſuaſum ſit oportere libere & abſque vlla
perturbatione huiuſmodi voluptatum illecebras perſequi,& hic eſt incontinens, & intemperato melior,neque
abſolute prauus.nam in ipſo,quod optimum eſt ſaluatur,ipſum inquam principium,rectúmq; de fine iudicium.
facile igitur incontinenti diſſuaderi poſſunt voluptates:at intemperanti haud facile. & contrarius incontinenti
is eſt qui perſiſtit.neque ob perturbationem quidem à rationis rectitudine diſceditːéſtque is continens.& ex his
permanifeſtum euadit : continentis habitum ſtudioſum eſſe imperfectum quidem, & diſpoſitionem quandam.
incontinentis autem habitum eſſe improbum.

Cap.IX.

QVærendum eſt autẽ,vtrum is ſit cõtinens qui quauis in ratione,electionéve 39
perſtat:an is qui in recta perſiſtit?Et vtrũ is ſit incontinens:qui non perma-
net in quauis electione rationéve:an is qui perſiſtit in ratione falſa,& electio
Numero 4. & numero 8. ne non recta,quemadmodum antea dubitauimus.An per accidens quidẽ in
quauis:per ſe autem in ratione vera,rectáque electione alter perſtat,alter non perſtat?
nam ſi quiſpiam ob hoc expetit,aut ſequitur:per ſe quidem hoc expetit atque ſequitur:
per accidens autem ipſum prius.at quod eſt per ſe,id ſimpliciter eſſe dicimus.quare fit,
vt aliquo quidẽ modo quauis in opinione,abſolute autẽ in vera:alter perſiſtat, alter non
perſiſtat.¶Sunt autem quidam in opinione perſiſtẽtes:quos pertinaces appellãt.hi nõ 40
niſi cũ difficultate dimoueri à ſua ſentẽtia poſſunt. Et ſimile quidẽ quid habent cũ con
tinente ſicut & prodigus cũ liberali,& audax cũ confidente.Sũt autẽ in multis ab illo di-
uerſi:cõtinens enim non mutat ſententiã ob perturbationẽ,atq; cupiditatẽ.nã cũ accide
rit,facilẽ ſeſe offeret recta perſuadenti. Illi vero nõ à ratione mutãtur, nam cupiditates
capiũt.atq; à voluptatibus pleriq; ducũtur.Sunt autẽ ij pertinaces,qui ſuæ ſunt ſentẽtiæ:
& qui ſunt indocti,ac ruſtici.atq; ſuæ ſententiæ homines , ob voluptatem atq; dolorem
ſunt pertinaces.gaudent enim vincentes ſi nõ ẽ ſua ſentẽtia diſſuaſione vlla dimoueãtur.
& dolent,ſi ſua ſint irrita,vt decreta.quare potius ſunt incontinenti, q̃ cõtinenti ſimiles.
¶Sunt etiã qui nõ ob incõtinentiã in ſententia nõ perſiſtũt. Vt Neoptolemus apud So- 41
phoclẽ in Philoctete:quãq̃ ob voluptatẽ nõ perſtitit:ſed honeſtũ.Erat enim honeſtũ illi
vera loqui.ab Vlyſſe autẽ fuerat illi perſuaſum mẽtiri.Etenim nõ omnis qui propter vo-

luptatē quippiam agit:intēperans eſt,aut prauus,aut incontinens:ſed qui agit ob turpē.
42 ¶Cū autē ſit & quidā talis,vt minus q̄ oporteat corporis gaudeat voluptatibus,nō per-
ſiſtens in ratione inter hunc & incontinentem,medius ipſe cōtinens collocatur. Incōti-
nens enim nō perſiſtit in ratione:quia magis q̄ oportet voluptatibus delectatur.hic ve-
ro non permanet:quia minus q̄ oportet eiſdē gaudet.At cōtinens perſtat, & ob neutrū
43 ſententiā mutat. ¶Oportet autē ſi cōtinentia ſit ſtudioſum: habitus hos vtroſq; cōtra-
rios,improbos eſſe,quēadmodū & vidētur.Sed quia perpaucis alter hominibus ineſt,ra-
róq; admodū fit vt tēperantia ſoli cōtrariū intemperantiæ eſſe videtur, ſic & cōtinentia
44 ſoli incontinentiæ aduerſari putatur.¶At vero cū ob ſimilitudinem multa dicantur: fa-
ctum eſt vt temperans per ſimilitudinem continens dicatur. Continens enim talis eſt,
vt nihil præter rationem ob voluptatem corporis agat.& temperans etiam talis eſt.ſed
ille quidem habet prauas cupiditates : hic autem non habet. Et hic quidem eſt talis, vt
non delectetur præter rationem:ille vero talis vt delectetur quidem, ſed non ducatur.
ſimiles etiam ſunt incontinens & intemperans : qui quidem diuerſi ſunt. vterque enim
corporis ſequitur voluptates:ſed alter & oportere putat:alter non putat.

39 ¶Noni capitis notæ ¶Qui expetit vinū ob dulcedinē: per ſe dulcedinē expetit, & per accidens vinū. ita qui
expetit aut cibū,aut potū honeſtatis gratia,neq; cupedia ducitur:ſed recta ratione, & hunc cibū, & hunc potū
exiſtimat eſſe talē qui ſecundū rectā rationē ſumi poſſit:tametſi talis non ſit,propter vim quandā latentē, quā
deliberans ignorat, neq; ſcire poteſt (vt de Loto apud Homerū,& de vino in ſacris literis quod nunquā guſta-
uerat Noe)ſi continens perſiſtit in propoſito:hunc ſcilicet cibum,aut potum eſſe ſecundum rectam rationē ſu-
mendum,& ſumat:perſiſtet continens rationi falſæ & electioni non rectæ,non per ſe,ſed per accidens.
¶Nonum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

39 ¶Noni capitis cōmentarius ad literā. ¶Prima concluſio. Continens nō in quauis ratione, atq; electione cū re-
cta,tum non recta:niſi ſecundū accidens perſiſtit,per ſe autē in recta perſiſtit. Hoc in loco quærendū eſſe vide-
batur:vtrū is continens ſit qui in quauis ratione,ac electione perſiſtit:an is potius qui perſiſtit in vera. & vtrum
is incontinens qui in quauis ratione ac electione nō perſtat, an potius qui perſtat in falſa , atq; in electione non
recta. nā & id antea addubitatū fuerat. Sed videtur continēs in electione recta, veráq; ratione per ſe perſiſtere:
in falſa vero ſi perſiſtere pergat nō per ſe,ſed per accidens. Nam qui vnū ob alterū expetit, ac ſequitur:id alte-
rum per ſe expetit,ſequiturq;:atq; ipſum primū per accidens expetit. nam quod per ſe eſt:hoc in loco ſimplici-
ter,& non ob alterū eſſe dicimus. cōtinēs autē ſi quicq̄ expetit,proſequiturq;: ob electionē rectā expetit. igitur
continens quodam modo in quauis electionis opinione,ſed in vera duntaxat per ſe immanet,atq; perſiſtit:incō-
40 tinens autē non perſiſtit. ¶Secunda concluſio. Conueniūt pertinax,& continens: pariter atq; inter ſe differunt.
Nam pertinaces appellare ſolent:qui in ſua opinione perſiſtentes,nō niſi cū difficultate à ſua ſentētia dimoueri
poſſunt. at hi reuera cum cōtinente ſimile quid habent: ceu prodigus cū liberali,& audax cū forti. ſed differunt
in multis. cōueniūt quidē:nam continens ob perturbationē atq; cupiditatē nō mutat ſententiā:ita neq; pertina-
ces. differunt autē:nam cōtinēs vbi oportuerit, ſe facilem præbet recta ſuadenti. pertinaces vero nō,neq; aliqua
ratione ſuadētur:verū à cupiditatibus detinentur,& eorū pleriq; ducūtur à voluptatibus. at incontinētes neque
detinentur,neq; ducūtur à voluptatibus. Rurſus pertinaces ſunt ij qui ſuæ ſunt ſentētiæ,indocti, atque agreſtes:
atq; huiuſmodi ſuæ ſententiæ pertinaciter inſiſtentes homines , ob voluptatē atq; dolorem ſolent eſſe pertina-
ces. & gaudēt victores,ſi à ſua ſententia nulla ſuaſione dimoueri queāt:dolent vero ſi ea quæ ſuę ſunt ſentētiæ,
cadāt irrita,ceu quædā publica decreta. quo fit vt pertinax incōtinēti,q̄ cōtinēti ſimilior ſit:nā voluptates pro-
ſequuntur,& triſtitias fugiunt: & ob voluptatē, aut dolorem in ſua ſententia perſiſtūt: vt & ipſi incontinentes.
41 ¶Tertia concluſio. Non omnis qui propter voluptatē quippiā agit:intēperans,prauus,aut incōtinens eſt. Nam
ſunt qui in ſententia nō perſiſtūt:ſed nō ob incontinentiā etſi ob voluptatē. vt Neoptolemus apud Sophoclē in
Philoctete ob voluptatē,ſed honeſtā in ſententia non perſtitit. erat enim illi,& iucundū, & honeſtū vera loqui.
at ab Vlyſſe illi perſuaſum fuerat mentiri. non igitur omnis quippiā propter voluptatē agens,intemperans,pra-
42 uus aut incōtinens eſt:ſed qui ob turpem agit. ¶Quarta concluſio. Cōtinens inter magis & minus q̄ par,deco-
rūmq; ſit,voluptatibus gaudens : medius quidā laudabilis exiſtit. Nam quidā talis eſt vt minus q̄ oporteat cor-
poris gaudeat voluptatibus,in recta ratione non perſiſtens. & incōtinens nō perſiſtit in recta ratione, quia ma-
gis q̄ oportet voluptatibus delectatur. at continens in recta ratione perſtat,atq; ob neutrū ſententiā mutat. igi-
43 tur continēs horū duorū quidā laudabilis medius exiſtit. ¶Quinta cōcluſio. Vterq; illorū extremorum contra-
riorū habituū: prauus. Nam cōtinentia ſtudioſa eſt. oportet igitur vtroſq; hos habitus cōtrarios: improbos pra-
uóſq; eſſe:& re vera tales eſſe videntur. Sed quia alter eorū vt qui in defectu verſatur,paucis hominibus cōtin-
git:fit vt cōtinentia,ſoli incōtinentiæ aduerſari putetur. quēadmodū eandē ob cauſam tēperantia ſoli intēperā-
44 tiæ videtur aduerſata: q paucisſimis hominū contingat inſenſibilitas. ¶Sexta concluſio. Cōtinens: abſolute tē-
perans nō eſt. Nam cū multa per ſimilitudinē dicantur:etiā quoq; factū eſt,vt cōtinens per ſimilitudinē dicatur
tēperans. nā cōtinēs talis eſt vt nihil præter rationē ob voluptatē corporis agat:qualis etiā eſt & temperās. ſed
lato diſſociātur interuallo. Nam cōtinens prauas habet cupiditates:temperans autē nō habet. & temperans ta-
lis eſt vt non delectetur præter rationem:continens vero talis vt delectetur quidem ſed à perturbatione non du-
catur. Et ſimili proportione inter ſe reſpondent intemperans,ac incontinens:qui tamen diuerſi ſunt. nam vterq;
corporis ſequitur voluptates, ſed intemperans proſequitur & proſequi oportere putat: incontinens proſequitur
quidem,at proſequendas eſſe non putat.

Cap.X.

45 ATqui neque fieri poteſt vt idem ſit prudens atq; incōtinens ſimul. Eſt enim
demonſtratū:prudentē ſimul & more ſtudioſum eundem eſſe. præterea non
ſolū ex eo quia ſcit,prudens eſt:ſed ex eo etiā quia idoneus eſt ad agendum.

at incontinens non eſt idoneus ad agendum. habilem autem nihil prohibet eſſe incon-
tinentem. ❡Quapropter & interdum nonnulli prudentes eſſe videntur, atque incon- 46
tinentes:quia differt habilitas à prudentia eo modo quem ſupra diximus,& ſunt ratione
quidē propinqua:electione vero diuerſa.Nec incontinens ſeſe habet,vt is qui ſcit ac cō-
templatur:ſed vt is qui dormit,aut eſt vinolentus,& ſpōte ſua quidē agit.ſcit enim quo-
dam modo & quid,& cuius gratia facit.❡Malignus tamē nō eſt.electio nanq; eſt bona. 47
Quare ſemimalignus eſt:& nō iniuſtus.nō eſt enim inſidiator.nam ipſorū,alter quidem
non perſiſtit in ijs quæ ſtatuit conſultando. bilioſus autē atra bili: nec ad conſultandum
omnino eſt aptus.Et ſimilis eſt igitur incōtinēs quidē ciuitati,quæ decernat quidē omnia
quæ ſunt agēda,& leges habeat bonas:ſed nō vtatur.vt Anaxandrides facete dixit,
Vrbs cōſultabat,leges quæ negligit almas.
Malignus autem:ciuitati,quæ legibus quidem vtatur:ſed prauis. ❡Eſt autem continen- 48
tia atq; incontinentia,circa id quod multitudinis exuperat habitū.Alter enim magis,al-
ter minus perſiſtit:q̄ plurimi poſſunt.❡Facilius autē ea curari poteſt incontinentia: qua 49
bilioſi atra bili incontinenter agunt,q̄ eorū qui deliberant quidē,ſed nō perſiſtunt.& ij
facilius curari poſſunt:qui per aſſuetudinē,q̄ ij qui natura incontinentes ſunt. eſt enim
facilius conſuetudinem,quàm naturam mutare.Ideo enim & cōſuetudinem mutare dif-
ficile eſt,quia ſimilis eſt naturæ.quemadmo dum Euenus poeta dixit,
Vſus:longus mos eſt,ac meditatio crebra.
Hunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.
❡Quid igitur continentia ſit,& incontinentia,& quid conſtantia,mollitudóque,& quo-
modo inter ſeſe habeant habitus hi:iam diximus.

❡Decimi capitis notæ.❡Atra bilis,cholera nigra,quæ & melancholia dicitur. Flaua bilis,à qua homines appel- 47
lamus cholericos.
❡Decimum cap. quatuor concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.
❡Decimi capitis commentarius ad literam.❡Prima concluſio. Eundem ſimul prudentē,& incontinentem eſſe, 45
impoſſibile eſt. ❡Primo. nam prius monſtratum eſt eundem eſſe ſimul & prudentem,& morum virtutibus præ-
ditum. ❡Secundo,non modo quia ſciat:aliquem prudentem eſſe dicimus, ſed & etiam quia ad agēdum ſit ido-
neus.at incontinens minime ad agendum idoneus eſt.non eſt igitur incontinens,prudens:etſi inſitam ad agen-
dum habilitatem nihil prohibeat ipſum habere incontinentem . ❡Corollarium. Hinc fit vt interdum nonnulli 46
pariter videantur eſſe prudentes,atque incontinentes:non ſunt tamen. nam huiuſmodi inſita habilitas:eo à pru-
dentia(quo ſuperius dictum eſt)modo differt,ac ſeparatur.& ratione quidem, prudentiæ propinqua eſt: at ele-
ctione differt. diſcerniculum item à prudente ſuſtinet incontinens. nam ipſe incontinens non ita ſeſe habet: vt
is qui ſcit, se contemplatur,ſed vt is qui dormit,aut vinolentus eſt. ſponte ſua tamen agit nam ſcit quodam mo-
do:& quid,& cuius gratia agit.❡Secunda concluſio. Incontinens non omnino malus eſt. Nam electio bona eſt: 47
quanuis in ea non perſiſtat, quare non omnino malus, ſed ſemimalus potius dicendus eſt, & non iniuſtus. nam
non eſt inſidiator,atque ex deliberatione nocens. cum eorū alter quem ſubitum,celerémque dicimus,in ijs quæ
conſultando ſtatuit non perſiſtat, & bilioſus atra bili non omnino ad conſultandum ſit aptus. quinimo perſimi-
lis eſt incontinens ciuitati,quæ decernat quæ agenda ſunt omnia:& leges quidem habeat bonas,non vtatur au-
tem illis,vt comiter inuexit Anaxandrides:
Vrbs decernebat:cui legum nulla voluntas.
Malus autem vt intēperans:aſſimilatur ciuitati quæ legibus quidem,ſed prauis vtatur. ❡Tertia concluſio. Con- 48
tinentia & incontinentis circa id ſunt,quod multitudinis ſuperat habitum. Nam continens magis:& incontinēs
minus perſiſtit quàm queat plurium multitudo. ❡Quarta concluſio. Incontinentia qua atræ bilis incontinētes 49
peccant:facilius ſanatur,quàm ea qua ij laborant qui conſultant, in ſententia autem non permanent. & hi fa-
cilius qui per aſſuetudinem,quàm qui natura ſunt incontinentes. primum ideo eſt:quia præconſiliati magis,po-
tioréque iure malum vitare queunt. Secundum autem hinc patet,quòd aſſuetudinem mutare facilius eſt,quàm
naturam. nam ideo aſſuetudinem mutare difficile eſt: quòd aſſuetudo aſſimilatur naturæ, quemadmodum & id
quoque hoc pacto Euenus poeta dixit:
Mos vetus,atque frequens meditatio durat amice:
Qui tandem natura viris cognoſcitur eſſe.
Sed quid continentia,quid incontinentia,quid item conſtantia,ac mollitudo,& quo pacto inter ſeſe hi differāt
habitus:iam dictum eſt abunde.

Cap. XI.

AD ipſum autem ciuilem philoſophum pertinet, de voluptate contempla- 50
ri , atque dolore . Hic enim architectus eſt finis. ad quem videntes, vnum-
quodque aut malum aut bonum ſimpliciter dicimus . ❡Inſuper & neceſſa-
rium eſt de ipſis conſiderare,& virtutem enim morum & vitium circa do-
lores , voluptatéſque poſuimus . ❡Et felicitatem plurimi cum voluptate
aſſerunt eſſe . ❡Quibuſdam igitur nulla voluptas aut per ſe, aut per accidens bonum 51
eſſe videtur . Non enim idem bonum eſſe putant ac voluptatem. ❡Quibuſdam, non-

nullæ quidem bonæ: pleræq; autem prauæ eſſe videntur. ¶ Sunt & qui tertio cenſent:
52 eſſi omnes ſunt bonæ, ſummum tamen bonum voluptatē eſſe nō poſſe. ¶ Non bonum igitur omnino eſſe putatur: quia omnis voluptas generatio eſt ſenſibilis ad naturam. generatio vero nulla: genus idē ſubit quod fines. nulla enim ædificatio domus eſt. ¶ Præterea vir temperans fugit ipſas voluptates. ¶ Præterea prudens perſequitur vacuitatē doloris non id quod afficit voluptate. ¶ Præterea voluptates impedimento prudentiæ ſunt. atque quo magis hiſce quiſpiam gaudet: eo magis impeditur. vt in venerea fit voluptate. nemo nanq; dum eſt in illa, mente quicq̄ perſpicere poteſt. ¶ Præterea, ars nulla eſt voluptatis. & tamen omne bonum artis eſt opus. ¶ Inſuper & pueri, & feræ: ipſas voluptates ſequuntur. ¶ Non eſſe autem omnes ſtudioſas exiſtimatur: quia ſunt & turpes atq; infames. Et quia afferūt detrimentū. eorum enim quæ voluptatem efficiūt, nónulla pariunt morbos. Ex eo vero voluptas ſummum bonū non eſſe putatur: quia nó eſt finis, ſed generatio. Hæc igitur fere ſunt quæ de voluptate dicuntur.

50 ¶ Vndecimi capitis notæ. ¶ Particulas deriuationum vocabulorum, quòd dictiones Græcæ ſint, ſciens omittit Argyropylus: vt & in ſexto huius numero 57. Quod enim beatus apud Græcos à gaudio appellationem ſumat, latinæ locutioni non reſpondet. Nihil enim ad latinum pertinet vtrum μακάριος. quod beatum ſignificat: ἀπὸ τοῦ χαίρειν quod gaudere ſignificat, an aliunde deducatur. quamuis beatus à beo (quod conſolor ſignificat) apud la-
52 tinos deriuari videatur, & non multum ab appellatione quam Ariſtoteles tribuit ſuo modo differre videatur. ſiquidem ſolamen, & gaudiū non multum inter ſe patiuntur diſcrimen. ¶ Virtutes: boni artes eſſe ponebant. hinc omne bonum humanum aſtruebant eſſe alicuius artis opus.

¶ Vndecimum cap. vna concluſione, tribus opinionibus, & earum rationibus partitum eſt.

50 ¶ Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Concluſio. Ad moralem philoſophum de voluptate atq; dolore incumbit determinatio. ¶ Primo. Nam moralis philoſophus eſt architectus, atq; præcipuus ſpeculator finis: ad quem reſpicientes vnumquodque vel bonum, vel malum ſimpliciter eſſe dicimus. voluptas enim vt quidam finis eſt, igitur ad ipſum i voluptatis incumbit determinatio. quare & doloris eius contrarij. ¶ Secundo. Ad moralem philoſophū eorum expedit determinatio: circa quæ & morū virtus, & vitium verſatur. at morū virtutem ipſumq; vitium circa dolores, voluptatéſq; verſari iam aſtruximus. igitur de voluptate atq; dolore incumbit determinatio. ¶ Tertio. eius determinatio ſuſcipienda eſt: ſine quo felicitatē eſſe non exiſtimant. at q̄plurimi ſine voluptate felicitatē eſſe non poſſe autumāt: & hinc quoq; beatum à gaudio nomen ſuū traxiſſe. eſt igitur de vo-
51 luptate pariter atq; dolore expedienda determinatio. ¶ Tres de voluptate opiniones. Prima eſt dicentium nullam voluptatem: aut per ſe, aut per accidens eſſe bonum. ſiquidem ij voluptatē & bonum: idem eſſe non putant. ¶ Secūda eſt ſententium quaſdam eſſe bonas, at earū plurimas eſſe prauas. ¶ Tertia eſt aſtruentium omnes vo-
52 luptates bonas eſſe: ſed ſummū bonum voluptatem eſſe non poſſe. ¶ Trium adductarum opinionum rationes. Quòd nulla voluptas omnino bonū ſit: his rationibus contendunt. Prima. Omnis voluptas generatio quædam ſenſibilis eſt: ad naturam, naturæq; iuuamentū. at nulla generatio rationem ſubit finis, atq; boni. quemadmodū & nulla ædificatio, domus eſt. igitur nulla voluptas bonum eſt ¶ Secunda. Vir temperás ipſas fugit voluptates. igitur voluptas ipſa, malum eſt. ¶ Tertia. Prudens indolentiam, dolorúmq; vacuitatē ſequitur: non autem ipſas voluptates. non ſunt igitur voluptates bonæ. ¶ Quarta. Voluptates prudentiam impediunt: atq; quo magis hiſce voluptatibus quiſpiam afficitur, ac gaudet: eo quoq; amplius impeditur. vt in venerea perſpici licet voluptate. nemo enim dum in illa eſt: quicquā mente perſpicere poteſt. non ſunt itaq; voluptates bonæ. ¶ Quinta. Voluptatis nulla eſt ars: omne autem bonum humanū artis opus eſſe videtur. non eſt igitur voluptas bonū. ¶ Sexta. Pueri & beluæ ipſas voluptates proſequuntur. ſunt igitur beſtiales voluptates, & non bonæ. Et q̄ aliquæ voluptates ſint malæ, illis videtur. Primo. quia nonnullæ voluptatum turpes ſunt, atq; infames. Secundo. quia nonnullæ voluptatum afferunt detrimentum. nam voluptatem efficientium nonnulla, aggenerant morbos. alias autem dici bonas nihil ipſis videtur eſſe abſurdum. Et quòd voluptas ſummum bonum non ſtatuat: hoc ideo eſt, quia voluptas non finis eſt, ſed in finem generatio. hæc ferme ſunt quæ de voluptate ab illis adducūtur.

Cap. XII.

53 NOn effici autē ob ea quæ dicta ſunt, vt voluptas bonum non ſit, nec id quod eſt optimum: ex hiſce ſanè conſtabit. primum nanque cum bonum ſit duplex (eſt enim aliud abſolute: aliud alicui bonum) & naturæ ipſæ & habitus hæc ſequentur. Quare ſequētur & motus, & generationes. ¶ Atque earum quæ prauæ videntur eſſe: quædam ſunt ſimpliciter prauæ, alicui vero non ſunt, ſed expetibiles huic. quædam nec huic: ſed nonnunquam & tempore paruo, expetibiles vero non ſunt. quædam neque voluptates ſunt, ſed videntur: quæ ſunt cum dolore, & medicaminis gratia, quales ſunt ægrotantium. ¶ Præterea cum bonorū aliud ſit operatio, aliud habitus: operationes quæ ad naturalem cōſtituunt habitum, per accidens afficiunt voluptate. Eſt igitur operatio in cupiditatibus reſtantis habitus atque naturæ. nam & ſine dolore, cupiditatéque ſunt voluptates: vt operationes contemplandi, non deficiente natura. ¶ Signum autem eſt quòd non eiſdem gaudent homines: cum repletur, & cum eſt conſtituta natura. ſed cum eſt conſtituta ijs quæ ſimpliciter afficiunt voluptate: cum repletur & contrarijs. nam & acribus gaudent, & amaris: quorum nihil prorſus aut natura, aut ſimpliciter afficit voluptate. quare nec voluptates. Nam vt ea quæ volu-

ptatem efficiunt inter ſeſe diſtant: ſic & voluptates eæ quæ ab illis proueniunt. ¶At-
qui non neceſſe eſt aliquid aliud eſſe præſtabilius voluptate: vt quidam inquiunt gene- 54
rationis ipſius finem. Non enim generationes, neque cum generatione ſunt omnes:
ſed operationes & finis. Nec eueniunt dum fiunt: ſed cum fit vſus. nec omnium eſt
finis aliud quicquam: ſed earum quæ ducunt ad perfectionem naturæ. Quapropter
& non bene ſeſe habet, voluptatem dicere generationem eſſe ſenſibilem: ſed dicen-
dum eſt potius operationem eius habitus eſſe, qui eſt ſecundum naturam, & pro hoc
ſenſibilem, ſine impedimento. Videtur autem ex eo generatio quædam eſſe: quia eſt
proprie bonum. Operationem enim generationem eſſe exiſtimant. eſt autem diuer-
ſum. ¶At vero ſi voluptates eſſe prauas ex eo cenſent, quia nonnullæ rerum afferenti- 55
um voluptatem morbos efficiunt: idem & in ſalubribus rebus cenſebunt. nonnullæ nan-
que obſunt pecuniariæ rei. hoc igitur pacto prauæ ſunt ambæ. At non ſunt ob idipſum
prauæ. nam obeſt interdum ad ſanitatem & contemplatio. ¶Impedit autem neque pru- 56
dentiam neque habitum vllum voluptas ea quæ ab vnoquoque prodit: ſed alienæ. Nam
eæ voluptates quæ ad contemplationem emergunt & diſciplinam: conferunt potius
ad contemplandum, atque diſcendum. ¶Id præterea quod dicitur nullam vllius artis
opus voluptatem eſſe: cum ratione accidit. nec enim vlla alia operatio artis eſt, ſed po-
tentiæ: quanquam & vnguentaria ars, & coquinaria, voluptatis eſſe videntur. Tempe-
rantem autem fugere voluptatem, & prudentem ſequi vacuitatem doloris, pueros de-
nique perſequi, beluáſque: afficientes res voluptate, eodem omnia modo ſoluuntur.
Nam cum voluptatum (vt dictum eſt) aliæ ſint abſolute bonæ, aliæ non bonæ: tales vo-
luptates tam pueri quàm beluæ perſequuntur. & harum indolentiam prudens quas cu
piditas comitatur, & dolor: quæq; corporis ſunt. Hæ nanque tales ſunt: & harum exupe-
rationes, quibus intemperans, intemperans eſt. quapropter has temperans fugit. Nam
ſunt voluptates & temperantis.

¶Duodecimi capitis notæ. ¶Abſolute bonum: bonus cibus, bonus potus. alicui bonum, eſus abſynthij. Abſolu- 53
te bonum quod ad animam: liberalitas, modeſtia, iuſtitia. Alicui bonum: pœnitudo & triſtitia. ¶Prauæ volupta-
tes corporeæ & ſimpliciter, ſed alicui expetendę inueniuntur: vt illaudabiles cibi atque impuri, vt fuogorum, vt
bulborum: qui aliquibus conducunt, eóſque quàm puri magis conſeruant. & prauæ: quæ ne alicui quidem expe-
tendæ, vt venena. ¶Naturalis habitus dicitur: qui ipſum habentem perficere natus eſt. ¶Nam vt ea quæ volu-
ptatem efficiunt. elemento enim generali topico id pendet: quorum efficientia bona, & ipſa quoq; ſimiliter bo-
na. & ex oppoſito: quorum efficientia mala, & ipſa ſimiliter mala. Et quanquam quæ hic adducit Ariſtoteles cō-
tra priſcorum placita ac aſſertiones qui paulo altius proſpicit, videt ex vera topica enaſci, & contra eos æquo
marte diſſerere. ¶Generatio, eſt via in naturam, aut habitum. Operatio vero, eſt ipſius habitus, aut quod vſum 54
comitatur. Nam voluptas nō proprie eſt ipſa immediate operatio habitus, ſed ſubſecutiua, illiq; ſuperueniens:
vt odorationi ſuauis, ſuperuenit delectationis appetitus. & veræ rationaléſq; voluptates: ſic à voluptate prode-
unt: quemadmodū ab appetitu ſenſitiuo, ſenſuales. ¶Non exacte determinando ponit Ariſtoteles voluptatem
ſummum bonum eſſe: ſed nihil ſua ratione prohibere, quin quædam eſſet quid ſummum.

¶Duodecimum cap. quatuor concluſionibus partitum eſt.

¶Duodecimi capitis cōmentarius ad literā. ¶Prima concluſio. Superioribus rationibus effectum non eſt: vt vo- 53
luptas bonum non ſit: neq; quidem vt non ſit optimum. Nam cum bonum ſit duplex, & abſolute bonum & bo-
num alicui: naturæ ipſæ, & habitus ipſi conſimiliter dicentur quidam abſolute bonum, & quidam bonum alicui.
quare conſimiles motus, ac generationes: has naturas hóſq; habitus ſequentur. erunt igitur & voluptatum quæ-
dam abſolute bonæ, & quædam alicui. ¶Secundo. voluptatum quæ prauæ videntur: quædam ſunt ſimpliciter
prauæ, alicui tamen prauæ non ſunt: verum illi expetibiles. quædam ne huic quidem expetendæ ſunt: ſed & ali-
quando & paruo tempore. ex quo non fiat vt ipſæ etiam alicui ſint expetendæ ſed ſimpliciter & alicui ſunt pra-
uæ. ¶Quare ſequetur & motus & generationes. nam quorum finis bonus & ipſa quoque bona ſunt, & contrà
quorum generationes bonæ, & ipſa quoque bona. Sunt & aliæ quæ videntur eſſe voluptates: non ſunt autem.
vt quæ cum dolore, & medicaminis gratia ſunt vt ægrotantium voluptates. non igitur efficiunt, nullam volupta
tem eſſe bonum. ¶Tertio. bonorū aliud operatio eſt, & aliud habitus. & operationes quæ ad naturalem conſti-
tuendum habitū efficiunt: per accidens voluptariæ ſunt, voluptatémq; efficiūt. nam hæ voluptates triſtitijs am-
mixtę ſunt. eſt enim talis operatio in cōcupiſcentija indigētis, imperfectiq; habitus, & naturæ. Verūtamen quę-
dam ſunt ſimpliciter, ac per ſe voluptates. nam quædā ſine dolore, ac concupiſcētia voluptates exiſtunt: vt quæ
operationibus contemplandi coniunctæ ſunt, nulla neceſſitate nulláq; indigētia naturam premente. ſunt igitur
quædā voluptates bonæ. ¶Quarto. hoc indicio voluptates quaſdam accidentarias eſſe, & quaſdā ſimpliciter, &
per ſe deprehenditur. Nam non eiſdem gaudent homines cum ob indigentiam natura repletur: & iam conſti-
tuta abſque indigentia natura. nam cum natura conſtat, in ſtatúq; eſt nullius indiga: tum afficitur ijs quæ ſimpli-
citer ſunt voluptaria. cum vero non conſtat, vt cum repletur: contrarijs afficitur, quandoquidem & acribus, &
amaris, quorum nullum prorſus, aut natura, aut ſimpliciter voluptarium eſt, voluptatéq; afficiens. quare neque
ſuæ voluptates aut natura, aut ſimpliciter, ſed accidentariæ exiſtunt voluptates. ¶Secunda concluſio. Ea ra- 54
tione quod finis ipſi generationi non attineat, vt quidam contendunt: minime efficitur quicquam aliud volu-
ptate præſtabilius eſſe. Nam nō omnes voluptates, generationes ſunt neq; cum generatione omnes: ſed quædā
operationes ſunt, atque finis, quæ nec eueniunt dum natura, habitúſve fiunt, ſed cum ſecundum naturam habi-

tùſve ſit vſus. nec vt ſua contendunt ratione:omniũ voluptatum finem aliud quicquam eſſe oportet:verum ea-
rum quæ ducunt in naturæ perfectionem. Quo fit vt perperam diffinierint voluptatem,dicendo eam eſſe gene
rationem ad naturam ſenſibilem:quinimo potius dicendum fuiſſet: voluptatem operationem eſſe eius habitus,
qui ſecundum naturam eſt. & loco particulæ ſenſibilem:dicendum potius fuiſſet,ſine impedimento. Sed eo ipſo
quòd voluptas proprie bonum ponitur:quibuſdam videbitur eſſe generatio: quòd omnem operationem exiſti-
55 ment generationem. at nos hoc in loco pro diuerſis vtimur. ❡ Tertia concluſio. Non ſatis probant aliquas volu-
ptates eſſe prauas,quòd nonnulla voluptatem afferentium,efficiant morbos. ❡ Primo. nam nonnullæ volupta-
tes:vt quæ forte valitudinem reſtituunt,rei pecuniariæ obſunt. eſſent igitur eodem iure vtræq; prauæ.non ſunt
autem. ❡ Secundo. impedit plerunq; contemplatio ſanitatem:igitur eodem argumento contemplatio mala. ſed
56 quis contemplationem malam eſſe exiſtimabit? ❡ Quarta cõcluſio. ❡ Cæteræ rationes quæ contendunt nullam
voluptatem eſſe bonam:facile diluuntur. Nam neq; prudentiam,neque aliorum habituum vllum ea impedit vo
luptas:quæ vnicuiq; propria, peculiariſque habetur,ab eóque proficiſcens: ſed alienæ potius. nam eæ volupta-
tes quæ ad contemplationem, diſciplinámq; inſurgunt:præſidio magis ſunt ad contemplandum & diſcendum,
neque quicquam obſunt. Præterea quòd aiunt voluptatem nullius artis opus eſſe: nec id quidem ſine ratione e-
uenit. nam nulla ſtudioſa operatio artis eſt: ſed potentiæ, moraliſque virtutis. quanuis & id refutari poſſet. nam
ars vnguentaria,pariter & coquinaria: voluptatis eſſe videntur. Quod inſuper addunt temperantem fugere vo-
luptatem, & prudentem ſequi indolentiam,dolorîſq; vacuitatem,& pueros,beluáſq; voluptate trahi: eodem mo-
do hæc diluuntur omnia. Nam voluptatum quædam ſunt abſolute bonæ, aliæ vero minime: & voluptates quæ
non abſolute,atq; ſecundum ſe bonæ ſunt: proſequuntur pueri & beluæ,quarum & indolentiam prudens quærit.
& quas quidem cupedia comitatur atque dolor,& quæ eædem voluptates ſunt corporis. & hæ voluptates tales
exiſtunt: vt in ipſis,ſuiſq; exuperationibus quis intemperans euadat. quapropter nihil mirum eſt: ſi tales tempe-
rans refugit. nam ſunt aliæ vt veræ,abſolutæ,perfectæ'q;: quæ ipſius ſunt temperantis. manifeſtum itaq; eſt, ſuis
rationibus non effeciſſe: nullam voluptatem bonam eſſe.

Cap. XIII.

57 ATqui malum & ipſum dolorem eſſe , ac fugiendum conceditur. Alius aliqua
ex parte ex eo quia affert impedimentum. at contrarium fugiendo, quò fu-
giendum quid eſt atque malum, eſt bonum. igitur voluptatem bonũ quid
eſſe neceſſe eſt. Eo nanque modo quo Speuſippus ſoluebat: nõ conuenit ſolu
tio. vt minori maius & æquali voluptatem contrarium eſſe. non enim ſub malo volupta-
58 tem ipſam vt ſpeciem dixerit ſub genere collocari. ❡ At vero nihil prohibet, voluptatẽ
aliquam optimum eſſe: ſi nonnullæ voluptates ſunt prauæ: quemadmodum & ſcientiam
59 aliquam: ſi ſunt nonnullæ ſciẽtiæ prauæ. ❡ Quin potius forſitan & neceſſarium eſt expe-
tibilem eſſe aliquam ſumme. ❡ Si ſint vniuſcuiuſque habitus operationes ſine impedi-
mento: ſiue omnis operatio ſit felicitas, ſiue vnius cuiuſpiam ipſorum, vacans impedi-
mento, hoc autem eſt voluptas. Quare fit vt aliqua voluptas, ipſum ſit ſummum bonũ:
etiam ſi forte pleræque voluptatum ſint ſimpliciter prauæ. ❡ Atque ob idipſum felicem
vitam, iucundam eſſe omnes arbitrantur: nectúntque ipſam voluptatem cum felicitate,
non abſque ratione. Nulla nanque operatio perfecta eſt: ſi impedietur. at felicitas opera-
tio eſt perfecta. quapropter felix indiget bonis & corporis & externis, ipſáque fortuna:
quo nõ impediatur. Qui autem aiunt eum qui rota torquetur , & magnis in calamitati-
bus eſt conſtitutus, felicem eſſe ſi modo ſit bonus: nihil profecto dicunt, aut ſua ſponte,
at inuiti. Quia vero felix indiget & fortuna: ideo quibuſdam fortunæ proſperitas, & feli-
citas, idem eſſe videtur. quod non eſt ita. Nam & ipſa ſi exuperet, impedimentum affert:
atque fortaſſe iure tum non eſt proſperitas appellanda. definitio enim ipſius , eſt ad
ipſam felicitatem. Illud etiam beluas hominéſque perſequi voluptatem : indicat ipſam
eſſe quodam modo ſummum bonum.

Quam populi celebrant: omnino fama perire,

Nulla poteſt. Sed quoniam eadem natura, habitúſque optimus neque eſt neque vide-
tur: nec voluptatem eandem omnes ſequuntur . Voluptatem tamen omnes ſequuntur:
fortaſſe autem & perſequuntur: non eam quam putant neque quam dicerent, ſed ean-
dem. omnia nanque diuinum quid habent natura. Sed corporis voluptates ex eo ſibi no
men hoc vendicarunt, quia ſæpiſſime occurrunt: & omnes ſunt ipſarum participes. ſolas
60 igitur has eſſe putant, quia ſolæ ſunt notæ. ❡ Patet etiam niſi voluptas & operatio ſit bo
num: felicem viuere cum voluptate non poſſe. cuius nanque gratia ipſa eſt opus: ſi non
bonum eſt? At ſimul & cum dolore ipſum viuere contingit. Dolor enim neque malum
eſt neque bonum: ſi neque voluptas . curnam itaque fugeret? ❡ Neque igitur ſtudioſi
ipſius vita iucunda erat: ſi non ſint & operationes ipſius iucundæ.

59 57 ❡ Decimitertij capitis notæ. ❡ Speuſipp⁹ Platonis ex ſorore nepos. ❡ At vero nihil prohibet. id manifeſtius de
habitu. nam tametſi aliqui habitus mali : vnus tamen optimus vt ſapientiæ habitus. Et quid prohibet aliquam

forſitan ſcientiam malam eſſe vt venereorum & toxicorum, ceu quæ præſentaneæ & quæ ſtatutis temporibus
pernecant,& multorum veneficiorum quæ exploratas cauſas habent,& quorũ nefarij libri relicti ſunt. ſed con-
trà inquiunt ſcelerati homines illam quidem ſcire, ſed ea ſcientia non licet vti. diſcant huiuſmodi: cuius vſus
malus eſt,& ipſa quoque mala eſſe. & non concedant eſſe ſcientias cum huiuſmodi maleficiorum cognitæ ſunt
cauſæ:aut aliquas ſcientias concedant malas eſſe neceſſe eſt. id tamen concedere velim,nullam ſcientiam libe-
ralium artium malam eſſe. ſed de his ſatis. ¶ Qui autem aiunt. Stoicorum id paradoxum reijcit Ariſtoteles: in
quo virtus ſit nihil illi deeſſe ad felicitatem, quaſi fortunæ bona, & aduerſa nihil habeant momenti aut ad fe-
licitatem ipſam iuuandam, aut impediendam. quod perinde videtur ac ſi quis dicat: cui ars ſcribendi inſit, ni-
hil illi deeſſe poſſit ad bene ſcribendum. eſt enim ars virtus ad faciendum, perinde ac moralis virtus ad agen-
dum. quid ſi deeſt illi calamus, ſi charta, ſi atramentum: quæ ſunt externa? quid inſuper ſi defuerint illi manus?
videtur igitur virtus actiua quæ eadem & moralis, vt & virtus effectiua exteriorum etiam indigere adminicu-
lis. neque quicquam dicere videntur qui id afferunt paradoxum: ex quo inferunt tortum in rota, in tauro Pha-
laridis non minus eſſe beatum. Et quanquam id vltimum verum eſſet, quia magnanimitas in tormentis etiam
relucet ſimpliciter, tamen verum non eſſet virtuti non opus eſſe bonis & corporis & externis, ipſaq; fortuna.
In proſperis ſanè omnis virtus ipſaque etiam magnanimitas clarior eſt atque illuſtrior quàm in aduerſis: atque
difficilius res ferre ſecundas vt oportet cum ingentes ſunt cum fortunæ tum honores, quàm aduerſa ipſa etiam
ingentia tolerare. & reuera felicitas in aduerſis etſi non tollitur, adumbratur tamen obſcuratúrque. ¶ Proſpera
fortuna ea dicitur quæ neque plus neque minus quàm ad felicitatem conſequendam par eſt, conueniens eſt in-
ſtrumentum ad ipſam conſequendam habens. ¶ Forte autem & perſequuntur, bene ſequuntur. proſequi enim
hic in bonam partem ſonare videtur, & reuera proſequendum (quod & frequenter alias proſequendum & ex-
petendum ſimpliciter eſt) ſolum bonum eſt. ¶ Dicebant nonnulli voluptatem non eſſe bonum: attamen felicem 60
cum voluptate viuere, quia etiam voluptas non eſſet malum. ergo dolor qui voluptati aduerſatur neque bonum
neq; malum. contingit igitur æque felicem viuere cum dolore, atq; cum voluptate. nam ſi dolorem malum po-
nis: ergo voluptas quæ ei aduerſatur bonum eſt aut malum: malo enim niſi bonum aut malum, aliud aduerſatur
nihil. ſinautem dolorem bonum poſueris, cum voluptas illi aduerſetur, & bono nihil aduerſetur niſi malum: erit
quoq; voluptas mala. quare dolor neq; bonum neq; malum, neq; voluptas bona eſt aut mala. ¶ Proſperitas eſt
bonorum fortunæ adeptio: quantum ad bene, beatéq; viuendum ſatis eſt. ¶ Exuperantem fortunam felicitati
impedimento eſſe habetur ex Horatio,

Horatius in arte poetica.

Poſtquam cœpit agros extendere victor: & vrbes
Latior amplecti murus, vinóq; diurno
Placari genius feſtis impune diebus,
Ruſticus vrbano confuſus, turpis honeſto.

¶ Decimumtertium cap quatuor concluſionibus partitum eſt.

¶ Decimitertij capitis cõmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Quædam voluptas aliquid bonum eſt. Nam 57
dolorem: malum aliquid eſſe ac fugiendum concedunt omnes. verùtamen alius eſt ſimpliciter malus. alius ve-
ro aliqua ex parte: vt quia affert alicuius boni vſus impedimentum. at contrarium fugiendo,& quatenus fugi-
endum, atq; malum eſt: bonum eſt. voluptas autem hoc pacto dolori aduerſatur. eſt igitur voluptas aliquid bo-
num. Neque ſolutio quam Speuſippus parabat, conueniens eſt, voluptatem ſcilicet ſic aduerſari dolori: vt maius
minori,& æquali. hoc eſt vt extremum extremo & medio. nam voluptatem ſub genere mali contineri oporte-
ret. at nemo voluptatem: ſpeciem ſub genere mali collocatam eſſe dixerit. ¶ Secunda concluſio. Quanuis non- 58
nullæ voluptates prauæ ſint: ex hoc non conficitur quin aliqua voluptas optimum ſit. Nam nihil prohiberet v-
nam ſcientiam eſſe optimam, tametſi nonnullæ eſſent prauæ. ¶ Tertia concluſio. Valentiore iure, biſq; rationi-
bus potius aliquam voluptatem ſummè eſſe expetibilem: ſentire debuiſſent. ¶ Prima. Si vniuſcuiuſq; habitus o- 59
perationes ſunt ſine impedimento,& omnis talis operatio felicitas ſit: ſiue vnius ipſorum habituum potius ope-
ratio, quæ ſine impedimento fuerit, ſit felicitas: erit & voluptas felicitas. nam aliqua talis operatio eſt voluptas.
quare fit vt, nihil prohibeat aliquam voluptatem eſſe quid optimum: quanuis etiam pleræq; voluptatum ſimpli-
citer ſint prauæ. ¶ Secunda. ob idipſum quòd aliqua voluptas ſummopere ſit expetenda: felicem vitam, iucun-
dam eſſe arbitrantur omnes, adijciúntque cum felicitate voluptatem: nec abſque ratione quidem, nam nulla o-
peratio: ſi impediatur perfecta eſt. at felicitas: operatio eſt perfecta. ſi autem non aſſit voluptas: impeditur. qua-
propter felix indiget bonis, tum corporis, tum exteris ipſaque fortuna: quo in agendo non impediatur. qui au-
tem dicunt eum qui rota torquetur, & qui grauiſſimis, ingentibúſq; calamitatibus premitur beatum eſſe, modo
ſit bonus: ſeu velint ſiue nolint (eorum venia dictum ſit) nihil dicunt: imò vero quia felix indiget fortuna: ideo
quibuſdam fortunæ proſperitas atque felicitas, idem eſſe viſum eſt, non tamen ita eſt. nam ſi fortunæ proſperi-
tas exuperet: impedimentum affert atque tum fortaſſe minime proſperitas appellanda eſt. nam ipſius termi-
nus, atque definitio ad ipſam felicitatem eſt. ¶ Tertia. omnia,& beluas & homines: ſummo ſtudio perſequi vi-
demus voluptates. id igitur indicium eſt: quodam modo voluptatem quid optimum eſſe. ¶ Quarta. id ferme o-
mnes vno ore prædicant,

Verum quam populi communi voce frequentant:
Nulla quidem omnino fama perire poteſt.

Attamen quia non omnium eadem natura eſt, neque omnium vnus, idémque optimus habitus eſt, neque eſſe
videtur: proinde non eandem voluptatem proſequuntur omnes. proſequuntur tamen omnes voluptatem, for-
te autem & perſequuntur, non eam quidem quam putant quámque dicerent eſſe perſequendam, vt incontinen-
tes: ſed proſequuntur ipſam voluptatem & quæ per ſe vna ſemper eadémque voluptas eſt, & diuina. habent
enim omnia nonnihil ſuapte natura diuinum, ſúntque voluptates omnes ſua quidem natura quoddam diuinita-
tis veſtigium. ſed corporis voluptates: ſibi voluptatis nomen, quaſi hæreditarium vendicarunt: quoniam fre-
quentiſſime occurrunt, quódque ipſarum omnes ſunt participes. atque idcirco ſolas has eſſe quamplurimi pu-
tant: quoniam hæ ſolæ illis cognitæ ſunt. ¶ Quarta concluſio. Præter corporeas voluptates eſt quædam alia vo- 60
luptas quæ bonum eſt. ¶ Primo. nam eſt quædam alia voluptas, aliáque operatio felicis. at ſi illa voluptas, ope-
ratióq; felicis bonum non eſſet: felix cum voluptate minime viuere poſſet. ad quid enim felici voluptate eſt o-
pus: ſi ipſa bonum non eſt? igitur præter corporeas voluptates: eſt quædam alia voluptas quæ bonum eſt. ¶ Se-
cundo. felicem ſimul cum dolore viuere contingeret. nam dolor neque bonum neque malum eſt: ſi neque volu-
ptas aut bonũ aut malum eſt. ſed tum cur felix fugeret dolorem? eſt igitur eius voluptas quiddam bonũ. ¶ Ter-
tio. ſi ſtudioſi atque felicis operationes iucundæ non ſunt: neque ipſius vita iucunda eſt. eſt autem eius vita iu-

cunda: ſunt ergo eius operationes iucundæ. eſt igitur præter corporeas, brutáſque voluptates: quædam alia voluptas, quæ bonum eſt.

Cap.XIIII.

61 DE corporeis autem voluptatibus conſiderandum eſt eis qui dicunt nonnul-
las voluptates expetibiles eſſe valde,& honeſtas:ſed non corporis,& in qui-
bus intemperans ipſe verſatur.cur igitur contrarij dolores ſunt praui? ma-
62 lo nanque bonum contrarium eſt.¶An neceſſariæ voluptates ſic ſunt bonæ
quia & id quod eſt non malum eſt bonum:an vſque ad aliquem terminum
bonæ ſunt?habituum enim eorum ac motuum,quorum non eſt melioris exuperatio:ne-
que voluptatis eſt.Eorum autem quòrum eſt:eſt & voluptatis exuperatio.At bonorum
corporis eſt exuperatio: & prauus in perſequendo exuperationem , ſed non neceſſarias
voluptates conſiſtit:omnes enim gaudent quodam modo & epulis,& vino,& venere,ſed
63 non vt oportet.¶Cótrà autem in ipſo dolore facit.Non enim exuperationem: ſed om-
nino fugit dolorem. Non enim eſt exuperationi dolor contrarius : niſi ipſi perſequenti
64 exuperationem.¶At enim cum non ſolum ipſum verum:ſed etiam falſi cauſam opor-
teat dicere(hoc enim ad faciendam fidem conducit:nam cum id rationi conſentaneum
fuerit viſum,ob quod verum eſſe videtur quod non eſt verũm: facit vt ipſi vero magis
65 aſſentiamur)dicendum eſt cur corporis voluptates expetibiliores videntur. ¶Primum
igitur ex eo quia pellunt dolorem.atque ob exuperationes doloris, voluptatem exupe-
rantem vti medelam,& omnino voluptatem corporis perſequuntur , ipſæ autem me-
delæ vehementes fiunt. Quapropter & ipſas ſequuntur: quia tales vidẽtur cum contra-
rium adeſt.& propter hæc igitur duo(ſicut dictum eſt)voluptas non ſtudioſum eſſe vi-
detur : quia aliæ prauæ naturæ ſunt operationes:aut ab ortu, quemadmodum feræ, aut
& ob conſuetudinem:quales prauorum ſunt hominum.aliæ ſunt medicamenta quia ſunt
66 indigentis:& melius eſt habere quàm fieri.¶Aliæ accidunt dum perficiuntur. per acci-
dens igitur ſunt ſtudioſæ . ¶Præterea ipſas quia ſunt vehementes : ij perſequuntur qui
alijs nequeunt gaudere.ipſi itaque ſitim quandam ſibi comparant.quæ cum ſine quidem
nocumento fit,non eſt increpandum:cum vero cum detrimento,perprauum eſt.Neque
enim habent alia quibus gaudent,& nec aliud habere pleriſque permoleſtum eſt ob na-
turam.Nam animal ſemper laborat : vt naturales etiam ſermones teſtantur, videre ac
audire dolorem inferre dicentes. ſed conſueti iam ſumus vt aiunt. Similiter in iuuentu-
te quidem ob incrementa:perinde diſponuntur ac vinolenti. Et iuuentus ad voluptates
propenſior eſt.Bilioſi autem atra bili natura ſemper egent medicamento.continue nan-
que corpus ob complexionem mordetur:& ſemper in appetitione ſunt vehementi. vo-
luptas autem contraria:& quæuis etiam modo ſit vehemens pellit dolorem.& propter-
67 ea intemperãtes homines prauíque fiunt.¶Voluptates autem eæ quæ ſine dolore ſunt,
exuperationem non habent. Atque hæ proficiſcuntur ex ijs,quæ natura , & non per ac-
cidens afficiunt voluptate. Ea vero dico per accidens afficere voluptate, quæ medentur.
etenim quia fit vt homini medeatur:eo quòd ſanum permanet,aliquid agente: ideo ta-
lia afficere voluptate videntur . at ea natura voluptate afficiunt , quæ faciunt operatio-
68 nem talis naturæ . ¶Nulla autem res eadem ex eo nos ſemper delectat , quia non eſt
ſimplex noſtra natura,ſed ineſt & aliquid aliud:quo corruptibiles ſumus.Quare ſi quip-
piam agat alterum:id eſt alteri naturæ præter naturam. at cum æquatur : neque mole-
ſtum,neque iucundum videtur quod agitur . Quòd ſi alicuius natura ſit ſimplex : ſem-
per eadem operatio iucundiſſima erit.Idcirco deus vna ſemper,ſimplicíque gaudet vo-
luptate.non enim ſolum motionis eſt operatio:ſed & immobilitatis.& voluptas in quie-
te potius,quàm in motu conſiſtit.mutatio vero omnium dulciſſimum eſt ſecũdum poe-
tam:ob prauitatem quandam.Vt enim homo prauus, facile eſt mutabilis : ſic & natura
praua eſt ea , quæ indiget mutatione. non eſt enim ſimplex nec bona . ¶Sed de conti-
nentia quidem atque incontinentia: & de voluptate doloréque , & quid vnumquodque
ipſorum eſt:& quonam modo alia ipſarum ſunt bona,alia mala diximus . Deinceps au-
tem de amicitia dicemus.

¶ Decimiquarti capitis notæ. ¶ Non eſt enim exuperationi dolor contrarius. ſi quis enim nõ gaudet exuperan 63
tibus voluptatibus & ijs quæ illas afferunt: neque ex abſentia talium triſtatur. ſic igitur fit vt exuperationi do-
lor non videatur contrarius niſi in ijs qui exuperantes voluptates ſequuntur. ¶ Sitim quandam ſibi comparant: 66
hoc eſt vndecunque ſibi quærunt modum ſuſcitandi voluptatum appetitum. more illorum qui nullum habent
cibi aut potus appetitum, & quærunt vndecunque ſibi prouocare ac facere appetitum. id enim eſt cibi appeti-
tus ſitim prouocare. ¶ Si oculus & intellectus ſine motione operantur: tanto magis illa ſimpliciſſima, beatiſſi-
máque entia.

¶ Decimumquartum cap. ſeptem concluſionibus, & vna ratione partitum eſt.

¶ Decimiquarti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. De corporeis voluptatibus conſideran- 62
dum expedit. Nam ſunt qui dicunt nonnullas voluptates expetibiles eſſe valde, pariter & honeſtas: ſed corporis
voluptates, & in quibus verſatur intemperás, non eſſe eapetendas. conſiderandum itaque eſt ita dicentibus: cur
ergo contrarij dolores praui ſunt, ſi voluptas bonum non eſt: cum tamen malo bonum contrarium eſt. ¶ Secun- 62
da concluſio. Exceſſus, exuperatióq; voluptatum corporearum: mala eſt. Nam neceſſariæ voluptates ſic bonæ
ſunt: aut quia quod eſt non malum bonum eſt, aut quia ad aliquem vſque terminum ſunt, ipſumque exceſſum.
nam eorum habituum ac earum operationum quarum non eſt melioris exuperatio (hoc eſt quorum non eſt ſu-
perando atque excedendo á bono egreſſio) neque ſuarum voluptatum eſt melioris exceſſio. & eorum habituum
quorum eſt pariter & actuum, identidem & voluptatum eſt exuperatio. at bonorum corporia, ſuorúmque habi-
tuum eſt eauperatio: fitque quis prauus in proſequendo huiuſmodi bonorum exuperationem, & non neceſſari-
as voluptates. exceſſus enim minime neceſſarius. & gaudent omnes quodam modo & epulis, & vino, & venere:
ſed non vt oportet. igitur exceſſus corporearum voluptatum malus eſt. ¶ Tertia concluſio. Prauus é diuerſo in 63
dolore atque voluptate ſeſe habet. Nam non modo doloris exuperationem: ſed omnino fugit dolorem. neque
enim dolor exceſſui contrarius eſt: niſi cum quis exuperationem voluptatis quærit. ¶ Quarta concluſio. Expe- 64
dit item dicendum cur corporearum voluptatum illecebræ: magis quám par eſt expetibiles videátur. Nam non
ſolum ipſum verum, ſed etiam falſi cauſam dicere operæpretium eſt: hoc enim ad faciendam fidem conducit.
nam cum id ob quod verum quicquam eſſe videtur (quod tamen minime verum eſt) conſentaneum rationi vi-
ſum fuerit: facit vt non amplius ob talis rationis apparentiam falſo credatur, quinimo id facit vt ipſi vero firmi-
us aſſentiamur. expedit igitur id dicendum. ¶ Ratio cur expetibiliores videantur corporeæ voluptates: eſt quia 65
corporeæ voluptates pellunt dolorem, & exuperantem voluptatem quærunt. veluti medelam exuperantis dolo-
ris & omnino corporis voluptatem perſequuntur: quòd ipſæ corporis voluptatea fortes ſunt medelæ. Quo fit vt
illas tum maxime ſequantur cum dolor contrarius adeſt. nam tunc maxime tales eſſe videntur. Sed contrà: duo
ſunt quæ faciunt corporeas voluptates, non bonas eſſe videri. Primum eſt: quia quædam ſunt quæ ſunt prauæ
naturæ operationes. prauæ dico aut ab ortu: vt qui talem ab ipſo ortu conſecutus eſſet naturam qualis eſt feræ:
conſimilibúſque gauderet. aut á conſuetudine: quales ſunt prauorum hominũ naturæ. Secundum. quædam ſunt
quæ etſi medicamenta ſint: nunquam tamen niſi indigenti, atq; laboranti conducunt. ex quo non ſequitur eas
bonas eſſe. & præſtat quicquam in habitu, permanénſque eſſe quàm dúntaxat in fieri. non enim perſtat volu-
ptas: ſed fugax, dum fit, elabitur. ¶ Quinta concluſio. Voluptates corporeæ bonæ ſunt per accidens. ¶ Primo. 66
nam quædam ſunt quæ ad naturæ perfectionem accedunt. ſunt igitur bonæ per accidens. ¶ Secundo. volupta-
tes corporis ij perſequuntur qui per ſe voluptatibus gaudere nequeunt: quòd corporeæ voluptates vehementes
ſunt. Ipſi enim quandam voluptarum ſibi ſitim comparant. quæ cum nulli nociua eſt, non increpantur: cum au-
tem nociua, increpantur, & praua eſt. ſunt igitur bonæ per accidens. ¶ Tertio. ſunt pleraq; quæ voluptates per
ſe non habent quibus gaudeant, & aliam voluptatem nullam habere, ob ſuam naturam illis durum atque permo-
leſtum eſt. nam animal ſemper laborat vt naturalium ſermones fidem præſtant: qui & videre, & audire, moleſti-
am, dolorémque ingerere aſtruunt. at vero quòd id non iudicamus id ideo eſſe aiunt: quòd horum perferendo-
rum laborum conſuetudinem iam traximus. & iuuenes dum adoleſcunt: ob ipſa incrementa perinde ac vinolen-
ti diſponuntur. & hinc iuuentus non ab re ad voluptates propenſior eſt. & qui atra bili laborant: natura ſem-
per voluptatum medicamento egent. nam illis continue corpus ob complexionem mordetur: ſempérque in ap-
petitione exiſtunt vehementi. voluptas autem contraria, & quæuis etiam (modo ſit vehemens) eorum propellit
dolorem. ſunt igitur quædam voluptates neceſſariæ, bonæ, ipſiſque conuenientes naturæ. Veruntamen hac de
cauſa quòd voluptas ipſa pellit dolorem: plerunque intemperantes homines, prauique fiunt. ¶ Sexta concluſio. 67
Perfectæ voluptatea ſine dolore ſunt: exuperationem nõ habentes. Nã hæ voluptates ex ijs quæ ſuapte natura,
& ſimpliciter voluptate afficiunt, iucundáq; ſunt, proficiſcuntur: & non ex ijs quæ per accidens voluptate affi-
ciunt. igitur perfectæ voluptates ſunt ſine dolore, & exuperationem non habentea. ea dico per accidens volu-
ptate afficere quæ medentur. fit enim vt homini huiuſmodi voluptatum medela ſit opus: quòd continue aliquid
(quod laboriferum eſt) agendo, ſuam ſanitatem ſaluat. & ideo illa per accidens voluptaria: iucunda eſſe, & volu-
ptate eblandiri videntur. at ea per ſe, naturáque voluptate afficiunt, quæ perfectę naturæ operationẽ efficiunt.
¶ Septima concluſio. Nulla eadem res nos continue delectat. ¶ Nam noſtra natura ſimplex non eſt: ſed præter 68
noſtri meliorem, ſimpliciorémq; naturam, ineſt quicquam aliud, ex cuius contagione corruptibilea ſumus. quare
ſi quippiam pars altera agat: alteri naturæ plerunque præter naturam eſt, illiq; aduerſatur. & ſi æquatur, puſil-
lúmque ſit quod agit: neque moleſtum, neq; iucundum eſſe videtur, quod agitur. At vero ſi alicuius natura ſim-
plex ſit: ſemper eadem operatio iucundiſſima erit. quo fit vt deus vna ſemper ſimplici gaudeat voluptate. ne-
que id inficias eundum eſt: quòd deus ſine motu, agitationéque vlla perſiſtat. nam non ſolum motionis eſt
operatio: ſed ſtatus atque immobilitatis. & voluptas in quiete quàm in motu: potius conſiſtit. & iuxta poetæ ſen-
tentiam mutatio ob prauitatem quandam omnium dulciſſimum eſt. neque ab re quidem. nam vt homo prauus,
facile mutabilis eſt: ſic & ea quæ mutatione indiget natura praua eſt. non enim neq; ſimplex neq; bona eſt. Sed
de continentia, incontinentia, voluptate atq; dolore, quid vnumquodq; eorum eſſe poſſit, & quo pacto eorum
quædam bona, & quædam mala ſunt: dictum eſt. nunc autem de amicitia nobis aggrediendum eſt.

Septimi Ethicorum Ariſtotelis, finis.

¶Octauus Ethicorum Ariſtotelis,interprete Argyropylo. Cap.I.

1 Oſt hæc conſequens eſt de amicitia pertractare. Eſt enim quædam virtus:aut eſt cum virtute. ¶Res eſt præterea ſumme neceſſaria in vita.Nemo enim habens cætera omnia bona:ſine amicis expeteret viuere.nam & locupletes & in principatu, poteſtatéque conſtituti: plurimum amicis indigere videntur. quid enim prodeſt talis proſperitas beneficio ſublato? quod quidem maxime fit in amicos: ac maxime commendatur.aut quonam pacto ſine amicis cuſtodiri,cõſeruariq; poteſt?quo nanq; magis abundat: eo magis periculis ſubiacet. In paupertate quoque cæteriſque calamitatibus vnicum eſſe confugium amici putantur. Iuuenibus etiam conferunt ad compeſcenda peccata.Et ſenibus ad obſequium, atque ad eos actus perficiendos quos ob imbecillitatem ipſi peragere nequeunt.Et ijs item qui ſunt in ſtatu,ad actiones honeſtas.etenim ſi duo ſimul eant:intelligere magis,atque agere poſſunt. Ineſſe etiam amicitia videtur natura ei quod genuit,ad id quod eſt ortum ab eo.non in hominibus ſolum ſed in plurimis etiam animalibus,& ijs inter ſeſe quæ ſunt eiuſdẽ gentis: & hominibus maxime. quapropter amatores hominum laudamus. Cernere etiam quiſpiam poteſt & in ipſis erroribus:familiarem omnem hominem homini,atque amicum eſſe. ¶Ciuitates etiam amicitia continere videtur. & legumlatores circa hanc magis quàm circa iuſtitiam ſtudent. concordia nanque ſimile quid amicitiæ eſſe videtur. hanc autem maxime affectant:ſeditionem autem vt inimicam maxime expellunt. Et ſi ſint quidem amici:iuſtitia non eſt opus. ſin vero ſint iuſti: indigent amicitia. & id quod maxime iuſtum eſt,ad amicitiam attinere videtur. ¶Non ſolum autem neceſſarium eſt: ſed & honeſtum. Laudamus enim eos,qui amant amicos:copiáq; amicorum, honeſtum
2 eſſe putatur.& quidam eoſdem viros bonos eſſe,atque amicos putant. ¶Eſt autem controuerſia de ipſa non mediocris.Quidam enim ſimilitudinem quandam ipſam eſſe poſuerunt:& ſimiles eſſe amicos. Vnde & ſimilem ad ſimilem inquiunt: & monedulam ad monedulam,& ſimilia.Quidam contrà,ſingulos inter ſeſe omnes tales inquiunt eſſe:& de ijs ipſis altius,naturaliúſve perquirunt.Euripides quidem inquiens,

Cum eſt ſicca tellus:ipſa certe tum imbrem amat.
Cum turget æther:imbre cum cælum tumet:
Affectat vt telluris in ſinus cadat.

Heraclitus autem:contrarium dicens eſſe conducens, & ex differẽtibus pulcherrimum concentum oriri, & per contrarietatem omnia fieri. Sed his contraria complures alij ſentiunt.& Empedocles:qui quidem ſimile appetere ſimile dicebat.naturales igitur dubitationes omittamus:non enim ad hanc ſunt accommodatæ conſiderationem.Quæ vero ſunt humanæ, & ad mores affectúſque pertinent: eas conſideremus, vt ſit'ne inter omnes homines amicitia: an impoſſibile eſt prauos eſſe amicos. & vtrum vna ſpecies amicitiæ ſit,an plures.Qui nanque vnam eſſe putant,quia magis eſt, atque minus: non ſufficienti argumento ducuntur. nam & quæ ſunt diuerſa ſpecie magis ſunt atque minus.Sed de his antea diximus.

1 ¶Primi capitis notæ. ¶Vlyſſes comitem habuit Diomedẽ, Achilles Patroclum, Niſus Euryalum, Oreſtes Py-
2 ladem,Pythias Damonem. ¶Monedula: eſt cornicula quædam tota nigricans. illis corniculis,auri atque argenti inſita furacitas ineſt. hinc à furandis monetis hæc auis nomen inuenit. de qua Ouidius,

Sytonis accepto quòd auara popoſcerat auro:
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoque diligit aurum,
Nigra pedes,nigris velata monedula pennis.

¶Amicitia,de qua hoc in libro amplam Ariſtoteles extendit determinationẽ,vltima duodecim virtutum moralium eſt: non minima ſed certe aut maxima,aut ſemper iuſtitiæ(quæ maxima eſt) coniuncta. Hæc virtus genus,cætúſque hominum ſaluat,hæc virtus ad deum & proximum:primum legis & maximum ſibi obtinuit præceptum quo cætera clauderet. hæc charitatem ſui habet apicem.quæ deo eſt ſupra nos debitus amor,& ſecundum nos proximo debitus. ſed qui ſupra nos deo debetur: diuina eſt toto mentis feruore comprehenſa amicitia, quæ ſummi cæleſtis amoris radio incaleſcit, & calefacta ſurſum leuatur. hic enim cæleſtis radius amoris: fauor eſt gratiáque ſuperna quæ mentibus nunquam denegatur paratis, vt neque ſolis illuſtratio,corpori denegatur tranſlucido. huius diuini amoris quæ nos diuinos efficit amantes: Picus Mirandula duodecim conditio-

Vlyſſes. Diomedes. Achilles. Patroclus. Niſus. Euryalus. Oreſtes. Pylades. Pythias. Damon. Ouidius. Mirandula.

nes annumerat. Prima. Hoc amore vnum ſolum amare debemus,& pro eo cuncta contemnere. Secunda. Miſerum putare:qui tam digno priuetur amato. Tertia. Omnia pati,omnia ſufferre,mortemque ipſam etiam libenter diuinum amantem:vt cum amato poſſit eſſe. Quarta. Se ornare;vt illi valeat placere.ornamēta enim amantis ſunt virtutes;& ante amatum integritas vitæ. Quinta. Cum illo (etſi re fieri non poteſt) cogitatione tamen ſemper eſſe. Sexta. Omnia propter eum:quæ ad ipſum attinent,amare. vt eius amicos,eius loca,eius inſignia,ſcripta,nomina,eiuſque imagines,atque in rebus veſtigia,adumbrationéſq;:quia eius ſunt opera. Septima. Nihil aliud cupere quàm eius laudes,nec eius aliquàm ignominiam poſſe ſuſtinere. Octaua. De eo omnia ſumma credere:& vt idem omnes credant ſummopere affectare. Nona. Optare pro eo pati aliquod incommodum,& illud quoq; incommodum propter ipſum dulceſcere. Decima. Flere pro eo ſæpe:vel ſi præſens ex lætitia exuberante,vel ſi abſens ex dolore. Vndecima. Semper languere,ſempérq; eius deſiderio rapi;ſemperq; ardere. Duodecima. illi diligenter ſeruire: nihil de præmio cogitando,aut recipienda mercede. nam eius ſeruitium per ſe ipſum ſummopere eſt appetibile. & ſumme dignus eſt qui debeat amari, optimus enim, pulcherrimus rerumq; ſapientiſſimus eſt: & qui nobis antequam ipſum cognoſceremus, omnia bona contulit abunde. & qui nos cum nihil eſſemus exiſtere fecit. & nos ſui amoris,& deſiderij capaces eſſe voluit:cætera autem infra nos huius muneris participes eſſe noluit. qui ſolus dare poteſt quicquid bonum,pulchrum,aut amabile deſiderare poſſumus. Propter ergo hunc amorem veneremini hanc virtutem,& diſcite fieri veri amatores,veriq; amici:& prima veſtra intentio ad deum conuerſa ſit,& ſecunda ad ſuperiores,tertia ad æquales,& quarta ad inferiorum directiones ſomnem amicitiæ gradum complexi, vnicuiq; quod ſuum eſt in amicitija tribuentes, quæ illius diuinæ amicitiæ feruoris vberantia caleant, & ad illam referantur. ſtultas effugite amicitias. nam quantum vera amicitia eleuat,quæ de ſurſum procedit,& mortalia immortalibus counit, immortaliáq; reddit: tantum ſtultæ amicitiæ deprimunt, & mortalia mortalibus copulant. Quapropter nos ſummopere cautos eſſe decet: ne imprudentius amando,quod deo debemus,creaturæ tribuamus. quod reuera,niſi virtutes noſtræ vitæ dirigant habenas,cœleſtiſque afflatus,atque præſidium: proculdubio faciemus. & hinc plurimi ſuas inde contrahunt ruinas. Auari enim;plane diuinum amorem tranſferunt in diuitias. nam illas ſolas cogitant,miſeros putant qui illis priuentur, omnia ferunt, omnia patiuntur propter amatas opum fortunas, & morti ſe exponere non formidant: dum illis potiantur. Se ornant vt ad illas capiendas placeant,amant diuitiarum loca,& quæcunque ad eas pertineant. laudes earum exquirunt & illas cupiunt,neque earum probra ſuſtinent quid plura? de ijs: omnia ſumma credunt, quódque ſummum ſint in vita bonum,cupiúntque ita alijs eſſe perſuaſum. Pro illis dura tolerant,& probra, & contemptus,& ſibila: quæ omnia diuitiarum amore dulceſcunt. ſi quicquam diuitiarum adimitur,cogiturq; eſſe abſens: veris ploratur lachrymis. quòd ſi elapſum reſtituitur: lętas præ gaudio iterum inueniunt lachrymas. ſemper languent,earum deſiderio rapiuntur, ſemper ardent,& illis iugiter ſeruiunt,eſuriunt,ſitiunt, neq; vſum,vtilitatémq; aliquam ex illis cogitant:quæ diuini amoris conditiones ſunt. immortalem ergo dei gloriam commutant in mortalem creaturam , & ita intemperantes & ambitioſi eum qui ſummo rerum parenti debetur honor, voluptati aut honori tribuunt. & vitioſi quiq; illis rebus ad quas ſuæ perturbationes eos raptant,deuoluunt,deturbántque atque detrudunt: habéntque ij diuitias deum,ij voluptatem,ij defluxam pulchritudinem: à quibus nulla ſalus, ſed ſola mors ſuis amatoribus prouenit. ergo ne ita facite homines: per illius ſummæ amicitiæ pulchritudinem. ſed diſcite vere amare,& veras amicitias(quę ſine prima haberi non poſſunt)eaquirite. cum enim lux abeſt:vt omnia tenebræ ſint,neceſſe eſt. lux veſtra,dux veſtra in amando:prima ſit amicitia. & verarum amicitiarum eaemplar ſacræ literæ vobis ſuggerent abunde. Atque interim diſcite quod poſtea monſtrabit Ariſtoteles,inter malos amicitias conſtare non poſſe. qui neque ſecum ipſi concordant,ſed plerunque ſcelerum conſcientia ſeipſos fugitant. Quos diri conſcia facti (vt inquit Iuuenalis)

Inuenalis ſaty. 13.

Mens habet attonitos,& ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit,aut Rhadamanthus:
Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.
Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent
Cum tonat.

Igitur vt veræ amicitiæ participes ſitis: operam date virtuti , & ſtudete ſummopere eſſe boni. Nihil enim hæc moralis philoſophia aliud mortalibus optat:quàm quòd viuant fortes,temperati,liberales,magnifici,humiles,patientes,modeſti,manſueti,affabiles,veraces,dextri,iuſti,ac amici.

¶ Primum cap. vna concluſione,& tribus opinionibus partitum eſt.

¶ Primi capitis commentarius ad literam. ¶ Concluſio. De amicitia tractare: conſequens eſſe videtur. Primo. 1
quia amicitia quædam virtus eſt, aut cum ipſa virtute. ¶ Secundo. quia amicitia res in vita, ſumme neceſſaria eſt. nam nemo(etſi cætera omnia bona poſſideret)ſine amicis eligeret viuere. primum nanq; ſi locupletes ſunt, & in principatu, atque poteſtate conſtituti: plurimum amicis indigere videntur . nam quid illis talis prodeſſet proſperitas: facultate beneficij conferendi ſublata?quod maxime omnium in amicos factum ſummopere commendatur. & quonam pacto & qui locuples eſt,ac in poteſtate conſtitutus:ſine amicis cuſtodiri,ſeruarique poteſt?quandoquidem quo quia magis abundet:eo magis periculis ſubiaceat. & ſi pauper eſt:in paupertate certe, cæteriſque calamitatibus vnicum confugium,vnicúſque refugij portus:amici eſſe putantur. ſi iuuenes ſunt:illis ſummopere conducunt amici,vt qui eorum vitam dirigunt in melius,vitiáque arcent,ac compeſcunt. ſi ſenes, vt illis obſequium præſtent: amici ſunt perneceſſarij, atque vt eos actus perficiant quos illi ob ætatis imbecillitatem: minime peragere queunt . & ſi ætate ſunt florentes : ad res illis præclaras obeundas, amici conducunt. nam duo ſimul euntes amicitia coniuncti:magis intelligere,magiſque agere poſſunt. patet itaque & cuiuſcunq; fortunæ viris,& cuiuſque ætatis:amicitiam rem neceſſariam eſſe. ¶ Tertio. quia amicitia videtur quoddam bonum à natura tributum. Primo. quia parentes natura,amant liberos:non modo homines ſolum,ſed & volucres, & animalium quāplurima,& animantes omnes quæ eiuſdem ſpeciei ſunt inter ſeſe natiuam ſeruant amicitiam: & homines maxime, quapropter eos laudamus qui hominum ſunt amatores,atque in cæteros beneuoli. Secundo. quia in erroribus viarum,id plane cernere licet:omnem hominem,homini natura familiarem,atq; amicum. par eſt igitur vt de amicitia: conſequens determinatio ſuſcipiatur. ¶ Quarto. quia ciuitates,conuentus,ſocietateſq; hominum amicitia continentur, ſaluanturq; . hinc legumlatores circa amicitiam magis, q̄ circa iuſtitiam ſtudent. nam ſummopere affectant ciuium concordiam ſtabilire(eſt autem concordia: quid amicitiæ perſimile) moliunturq; ſummopere tanquā rem ciuitatis conſeruandæ inimicam,ſeditionem explodere, atq; diſcordiam. ¶ Quinto. quia amicitia magis neceſſaria quàm iuſtitia eſſe videtur. nam ſi homines ſunt amici: iuſtitia non eſt

opus. ſi autem ſunt iuſti: adhuc opus eſt amicitia. imò vero quod iuſtitiæ maximum, præclariſſimúmq; eſt: amicitia eſſe videtur. de ea igitur haudquaquam irrationabile eſt, determinationem ſuſcipere. ❡Sexto. non modo amicitia bonum quiddam neceſſarium eſt, ſed & honeſtum. nam & eos qui afficiuntur erga amicos laudamus: & amicorum copiam poſſidere, honeſtum eſſe putamus. & quidem eoſdem viros bonos atque amicos: eſſe arbi-
a trantur. expedit igitur de amicitia determinatio. ❡Opiniones de amicitia. De amicitia enim cõplures ſunt controuerſiæ atque opiniones. ❡Prima eſt dicentium amicitiam, ſimilitudinem quandam eſſe: & amicos eſſe ſimiles. hinc aiunt ſimile ad ſuum ſimile, & cornicula ad corniculam, & ſimilia huiuſmodi. ❡Secunda eſt dicentium contrà: ſimile odire ſuum ſimile. vt figulos omnes inter ſeſe eſſe ſimiles: attamen figulos, figulum non amare. verum vt inquit Heſiodus:

Inuidet & figulus figulo, vel egenus egeno,
Siue faber fabro, dulciſque poeta poetæ.

Et de his ipſis altius magnificentiúſque ex naturalibus perquirunt: contrarium amare ſuum contratium, quemadmodum canit Euripides:

Cum eſt ſicca tellus ipſa certe tum imbrem amat.
Cum vero pulchrum pleno imbre cælum tumet:
Affectat, vt telluris in ſinus cadat.

❡Tertia eſt Heracliti dicentis: ex contrariorum concurrentia amicitiam gigni. inquit enim cõtrarium conferre, & ex differentibus contrariſque ſonis pulcherrimum ſuboriri concentum: & ſummatim per contrarietatem omnia fieri. Sed Heraclito complures contraria ſentiant: vt Empedocles, qui ſimile amare, appeteréque ſuum ſimile dicebat. Sed has naturales dubitationes, hoc in loco diſcutere omittamus: nam præſentis diſciplinæ contemplationi minime accommodatæ ſunt. verumpotius eas dubitationes, quæ humanæ ſunt, & ad mores, affectúſque pertinentes, diſcutiamus: cuius generis ſunt hæ: Sit'ne inter omnes homines amicitia: an prauos, amicos eſſe impoſſibile ſit. An amicitię vna ſpecies ſit: an plures, & ſunt qui vnam quidem eſſe putant: quòd magis eſt, atque minus. ſed hi inſufficienti quidem ducuntur argumento. nam & quæ ſunt diſſidentia ſpecie: magis ſunt atque minus, ſed id ex iam dictis: notum eſſe poteſt.

Cap. II.

3 Patebunt autem hæc fortaſſe: ſi ipſum amabile fuerit notum. Nõ enim omne quoduis amari videtur, ſed ipſum amabile. hoc autem: aut bonum, aut iucundum, aut vtile eſſe videtur. atque id vtile videbitur eſſe per quod efficitur aliquod bonum aut voluptas. Quare fit: vt amabilia ſint ipſum bonum & iu-
4 cundum, vt fines. ❡Vtrum igitur ipſum bonum ament homines: an id quod ipſis eſt bonum? Diſcrepant enim nonnunquam hæc. ſimiliter & circa ipſum iucundum. ❡Videtur autem id quiſque amare, quod bonum eſt ſibi. & eſſe ſimpliciter quidem amabile, ipſum bonum: vnicuique autem, id quod eſt vnicuique bonum. Amat autẽ quiſque non id quod eſt ſibi bonum, ſed quod apparet. neque quicquam id refert, erit enim
5 ipſum amabile apparens. ❡Cum itaque tria ſint ea, propter quæ homines amant: in amatione quidem inanimatarum rerum, non dicitur amicitia. quippe cum non ſit reciprocus amor: neque voluntas boni illarum. Eſt enim ridiculum forſitan: vino bonum quempiam velle. quod ſi vult: ſaluum illud vult eſſe, vt habeat ipſe. at oportere aiũt ami-
6 co bona illius gratia velle. ❡Eos autem qui hoc modo volunt bona, beneuolos dicunt: ſi non idem, & ab illo fiat. Mutuam nanque beneuolentiam, amicitiam eſſe dicunt: an adiungendum eſt, non latentem? Sunt enim complures iis beneuoli, quos non viderunt: putant autem ſtudioſos eſſe, vel frugi. atque fieri poteſt: vt illorum etiam quiſpiam eodem ad hos modo afficiatur. Igitur hi mutuo quidem beneuoli eſſe videntur. amicos autem ipſos quodam modo quiſpiam dixerit latentes, vt erga ſeſe mutuo ſunt affecti. Oportet ergo amicos mutuam habere beneuolentiam, & velle ſibi mutuo bona non latentes: ob vnum quid eorum quæ dicta ſunt.

3 ❡Secundi capitis notæ. ❡Amabile ſimpliciter, amabile alicui, amabile apparens: bonum ſimpliciter, bonum alicui, bonum apparens.

❡Secundum cap. tribus concluſionibus, & vna quæſtione partitum eſt.

3 ❡Secundi capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Si amabile notum fiat: amicitiam promptius cognoſcemus. Nam non omne quoduis amari videtur, ſed ipſum amabile. hoc autem honeſtum aut vtile aut iucundum eſſe videtur. & id eſſe vtile per quod aliquod bonum aut voluptatem aſſequimur. Vnde fit vt honeſtum & iucundum amabilia ſint vt fines. vtilia enim horum gratia quærimus ac amamus. atqui amicitia ſine a-
4 mabili non eſt. noto itaque amabili, ad amicitiam promptior patebit aditus. ❡Quæſtio. Vtrum homines ipſum bonum amant aut quod ipſis bonum eſt. hæc enim quandoque diſcrepant, & non ſunt eadem. Itidem vtrum amant iucundum, aut quod ſibi iucundum eſt. ❡Solutio. Et pleriſq; viſum eſt, vt id ament homines quod eſt ſibi bonum: atque ipſum bonum, ſimpliciter eſſe amabile. vnicuique autem amabile id quod eſt vnicuiq; bonum. Veruntamen id non oportet. nam non quiſque amat: quod eſt ſibi bonum, ſed quod ſibi bonum apparet: neque refert quicquam vt amet: bonum'ne ſit, an appareat. nam ſi apparet bonum: & ipſum erit amabile appa-
5 rens. ❡Secunda concluſio. Ad res inanimatas: nulla geritur amicitia. Nam amicitia eſt reciprocus amor: & tria ſunt propter quæ ipſi homines amant: honeſtum, vtile, & iucundum. at illis non volumus aliquid horum bonorum contingere. ridiculum enim videtur: quempiam vino bonum velle. quod ſi vult, idipſum bonum quod vult: eſt ipſum ſaluum manere, vt habeat ipſe. at oportet amicitiam eſſe reciprocam: & amico, & ipſius quidem ami-

ci gratia (quemadmodum aiunt) bona velle. non igitur ad res inanimatas vlla eſt amicitia. ¶ Tertia concluſio. 6
Non ſatis diffinita eſt amicitia, quòd mutua beneuolentia ſit: ſed non latens adijciendũ eſt. Nam eos qui alium
amant, & illius quidem gratia, etſi ab eo non idem rependatur: beneuolos dicimus. at fieri poteſt, vt complures
ija beneuoli ſint: quos nunquam viderunt, quòd eos ſtudioſos eſſe, aut frugi homines exiſtimant. & contrà: vt hi
ad illos primos hoc modo afficiantur. quare & ij mutuo quidem beneuoli eſſe videntur: at nemo illos proprie
dixerit amicos, niſi forte quodam modo, vt latentes amicos, quemadmodum & erga ſeſe mutuo beneuolentia
ſunt affecti. non ſatis igitur diffinita eſt amicitia: quòd beneuolentia mutua ſit, ſed adijciendum eſt non latens.
vt ita diffiniatur: Amicitia eſt aliquorum mutua beneuolentia, & alicuius quidem boni gratia: cum eos non la-
teat. Et amici ſunt qui mutuam habentes beneuolentiam: ob vnum quiddam bonorum (quæ dicta ſunt) ſibi mu-
tuo bona volunt, non latentes.

Cap. III.

DIfferunt autem hæc ſpecie, & amationes ergo, & amicitiæ. Tres igitur ſunt 7
amicitiæ ſpecies: æquales numero amabilibus ipſis. ob vnumquodque enim
eſt amatio mutua, non latens. atque qui ſeſe mutuo amant: hoc, bona ſibi-
inuicem volunt quo amant. ¶ Qui igitur ob vtilitatem ſe mutuo amant, 8
non per ſe amant: ſed quo aliquod, ex ſeſe mutuo capiunt bonum. Similiter & qui a-
mant ob voluptatem. non enim facetos amant, quia ſunt tales: ſed quia ipſis afferunt
voluptatem. Qui igitur ob vtilitatem amant: ob ſuum diligunt bonum. Et qui ob volu-
ptatem, ob id quod eſt ipſis iucundum: & non quo talis eſt is qui amatur, ſed quo
eſt vtilis aut iucundus. per accidens igitur hæ ſunt amicitiæ. non enim amatur quo ta-
lis eſt is qui amatur: ſed quo vel bonum aliquod affert, vel voluptatem. ¶ Tales autem 9
amicitiæ, facile diſſolui poſſunt: non permanentibus ipſis ſimilibus. Nam ſi non vlterius
iucundi ſint aut vtiles: amare deſiſtunt. Vtilitas autem non permanet: ſed aliàs alia
fit. dimoto igitur eo propter quod erant amici, diſſoluitur & amicitia: vtpote quæ ob
illud erat. ¶ Maxime au tem amicitia talis in ſenibus fieri videtur. Huius enim ætatis 10
homines, non voluptatem, ſed vtilitatem ſequuntur: & in ijs iuuenibus, atque viris qui
ſuæ ſtudent vtilitati. tales autem nec multum ſimul viuunt. interdum enim nec ſunt iu-
cundi. nec indigent igitur tali congreſſione: ſi non ſint vtiles. Nam eouſque iucundi
ſunt, quouſque boni conſequendi ſpem habent. cum his amicitijs & hoſpitalitiam po-
nunt. ¶ Iuuenum autem amicitia: ob voluptatem conſtare videtur. Viuunt enim cum 11
affectu. & id maxime ſequuntur, quod ſibiipſis eſt iucundum, & præſens. At cum muta-
tur ætas: alia fiunt & ipſa iucunda. quocirca cito fiunt amici, citóque deſiſtunt. nam ſimul
cum eo quod ipſos afficit voluptate: & amicitia ipſa mutatur. talis vero voluptatis, cele-
ris fit mutatio. ¶ Proni ſunt etiam ipſi iuuenes ad amores. plurimum enim amatoriæ
amicitiæ perturbatione fit, & ob voluptatem. quapropter amant, & cito deſiſtunt: ea-
dem die propoſitum ſæpe mutantes. Hi volunt totos dies vnà verſari, ſimúlque viuere.
Sic enim fit ipſis id quod per amicitiam ſuam affectant. ¶ Bonorum autem amicitia, ſi- 12
miliúmque virtute, perfecta eſt amicitia. Hi nanque mutuo ſibi bona ſimiliter volunt:
quo boni ſunt. boni vero ſunt per ſeipſos. Atque ij maxime ſunt amici qui bona ami-
cis illorum gratia volunt. propter ſeipſos enim ita ſeſe habent: & non per accidens.
¶ Permanet igitur horum amicitia, quandiu ſunt boni. At virtus res permanens eſt. 13
¶ Atque horum vterque bonus eſt ſimpliciter & amico. boni enim ipſi, & abſolute, & ſi-
bi mutuo boni ſunt: & vtiles & iucundi ſimili modo. Nam boni, & abſolute, & ſibi mu-
tuo ſunt iucundi. Singulis enim propriæ actiones ſunt voluptati: & quæ ſunt tales. bono-
rum autem actiones tales ſunt, aut ſimiles. talis autem amicitia, non ſine ratione per-
manens eſt. Coniunguntur enim in ipſa omnia quæ in amicis eſſe oportet. Nam omnis
amicitia aut eſt ob bonum: aut ob voluptatem, vel ſimpliciter, vel amanti, & ob ſimili-
tudinem quandam. hæc autem omnia bonorum per ſeipſos amicitiæ inſunt. huic enim
ſimiles ſunt & cæteræ. ¶ Et id quod eſt abſolute bonum, eſt & iucundum ſimpliciter. 14
Maxime igitur hæc ſunt amabilia: & amare ac amicitia, in his eſt maxime, & optima
amicitia. ¶ Sunt autem merito tales amicitiæ raræ. pauci enim ſunt tales. ¶ Tempo- 15
re inſuper & conſuetudine opus eſt. ſecundum enim prouerbium, non fit vt mutuo ſeſe
cognoſcant, anteaquam ſimul conſumant dictam ſalis menſuram. nec igitur fit: vt acce-
ptentur antea ſint'que amici, quàm amabilis vtriq; videatur eſſe, atque credatur vterq;

Qui vero ea celeriter inter ſeſe mutuo faciunt, quæ ad amicitiam attinent: volunt quidem eſſe amici:ſed non ſunt,niſi ſint & amabiles.& idipſum ſciant.amicitiæ nanq; voluntas:non amicitia celeriter fit. Hæc igitur & tempore, & cæteris perfecta eſt amicitia:& per hæc omnia fit:& vtrique ſimilis eſt ab vtroque,quod quidē amicis inſit oportet.

9 ¶Tertij capitis notę. ¶Quod amicitia voluptatum cito venit,citóq; fugit:hinc alatum fingunt Cupidinem.
15 ¶Vtrique ab vtroque,alterutri ab alterutro:quód idem volunt,iiſdem gaudent,iiſdémque triſtantur. & ita frequenter vſus eſt vocabulo vterque,pro alteruter:ad quandam vicariam,& reciprocam functionē deſignandam.
¶Paucos eſſe vere ſtudioſos:clamat Satyricus,

Rari quippe boni:numero vix ſunt totidem,quot
Thebarum portæ,vel diuitis oſtia Nili. Iuuenalis ſaty. 13.

¶Tertium cap.nouem concluſionibus partitum eſt.

7 ¶Tertij capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Tres ſunt amicitiæ ſpecies: honeſta,vtilis,atque
iucunda. Nam tres ſunt ſpecie differentes amationes.igitur tres ſunt amicitię ſpecies:& æquales numero,ama-
bilibus ipſis.nam ob vnumquodque ipſorum: amatio mutua, atque non latens fit. fit nanque vt qui ſeſe mutuo
8 amant:hoc ipſo ſibijnuicem bona velint quo amant.id autē eſt amabile. ¶Secunda concluſio. Amicitiæ ob vti-
litatem,atq; ob voluptatē:non per ſe ſed per accidens ſunt amicitiæ. ¶Nam qui ſeſe ob vtilitatē mutuo amāt:
non per ſe amant,ſed quód aliquod ex ſeſe mutuo capiunt emolumentum. itidem & qui ob voluptatem amāt.
nam non facetos amant,quia faceti ſunt:ſed quód eis ipſis voluptatem afferunt.qui igitur ob vtilitatem amant:
ob ſuum, & non ipſius amati bonum diligunt. & qui ob voluptatem,ob id quod ipſis amantibus eſt iucundum:
& non amant hi quia talis is ſit,qui amatur,ſed quo vtilis eſt,aut iucundus.igitur ob vtilitatem,aut voluptatem
amicitiæ,per accidens ſunt amicitiæ.nā qui per ſe amant:quo qui amantur tales ſont,amant. at ob emolumen-
tum, aut voluptatem non amatur quo talis is eſt, qui amatur: ſed quo vel commodum aliquod vel voluptatem
9 aliquam affert. ¶Tertia concluſio. Amicitiæ ob vtilitatem,atq; voluptatem:facile diſſolui queunt. ¶Nam ipſis
qui amantur non manentibus ſimilibus (vt ſi vlterius aut vtiles, aut iucundi non ſint) deſiſtunt amare. nam di-
moto eo propter quod erant amici,diſſoluitur amicitia: vtpote quæ ob illud erat. at vtilitas non permanet: ſed
10 aliàs alia fit.itidem & voluptas fugax,horariáque eſt.igitur hæ amicitiæ:facile diſſoluuntur. ¶Quarta conclu-
ſio. Maxime omnium amicitia ob vtilitatem:in ſenibus fieri videtur. ¶Primo. nam eius ætatis homines:non vo-
luptatem,ſed vtilitatem quærunt.& non modo in ſenibus fit,ſed & in iuuenibus,atq; viris,qui ſuæ ſtudent vtili-
tati. ¶Secundo. ſenes non multū alijs pariter conuiuunt,neq; interdum iucundi ſunt. nō ergo tali iucundorū cō-
greſſione indigent:ſi nō ſint vtiles.oā eouſq; illis iucundi ſunt,quouſq; cōmodi conſequendi ſpem retinent.cum
talibus enim amicitijs in quibus cōmodi ſpes aliqua eſt, hoſpitalitiam ponunt. hæc igitur amicitia, maxime fit
11 in ſenibus. ¶Quinta concluſio. Amicitia ob voluptatem: maxime fit in iuuenibus. ¶Primo. nam iuuenes cum
affectu viuunt: & id maxime proſequuntur,quod ſibiipſis iucūdum eſt,atque præſens.fit igitur in ipſis maxime
amicitia ob voluptatem.verum hæc amicitia admodum fragilis eſt,ac decidua.nam cum mutatur ætas: alia at-
que alia fiunt illis iucunda. quocirca & cito fiunt amici citóque deſiſtunt. nec ab re quidem: nam ſimul cum eo
quod ipſos voluptate afficit:ipſa fugit mutatúrque amicitia.at iuuenilium voluptatū cita, velóxq; mutatio eſt.
¶Secundo. quia iuuenes ad amores procliues admodum ſunt. nam plurimum amatoriæ rei: perturbatione fit,
atque ob voluptatem. amant igitur cito, citóque deſiſtunt:eadem etiam die propoſitum perſæpe mutantes.
¶Tertio. iuuenes totos dies volunt vnà conuerſari,ſimúlque viuere. ſic enim voluptate fruuntur:quam per ſuā
amicitiam quærunt. nimirum igitur ſi hæc iucundorum amicitia:in ipſis iuuenibus vel maxime fieri ſit comper-
12 ta. ¶Sexta concluſio. Bonorum amicitia probitate, virtutéque ſimilium:perfecta amicitia eſt. Nam hi ſibi mu-
tuo bona ſimiliter volunt, quo boni ſunt: boni autem ſunt per ſeipſos. volūt igitur ſibi mutuo bona propter ſe-
ipſos. at ij maxime omnium ſunt amici:qui bona amicis illorum quidem amicorum gratia, volunt. atqui qui ita
ſe habent:propter ſeipſos,& non per accidens amant. eſt igitur ſtudioſorum amicitia,virtutéque ſimilium: ſtu-
13 dioſa,& per ſe,& perfecta amicitia. ¶Septima concluſio. Studioſorum amicitia permanens eſt. Primo. nam ea
amicitia tandiu durat:quandiu boni ſunt. at virtus res perdurans eſt, atque permanens eſt. igitur hæc amicitia:
iugis,atque permanens. Secundo. quia horum vterque bonus eſt ſimpliciter. nam ſtudioſus, pariter & bonus a-
mico. ſiquidem ipſi ſtudioſi & abſolute:& ſibi mutuo boni ſunt,ac ſtudioſi,imò & vtiles,& iucundi. nam ſtudio-
ſi iucundi ſunt. quare & adinuicem iucundi. ſingulis enim ſuæ propriæ actiones voluptati ſunt, & eæ quæ illis
ſunt ſimiles. at bonorum,ſtudioſorúmque operationes tales ſunt, atque ſimiles. talis igitur amicitia non ſine ra-
tione:permanens eſt,atque aſſidua,vtpote in qua quæ in amicis eſſe oportet,coniuncta ſunt omnia. nam omnis
amicitia aut eſt propter bonum:honeſtum ſcilicet,aut vtile, aut voluptatem,aut ſimpliciter,aut amanti,aut (vt
aiunt)ob quandam aſſimilationem. at vero hæc omnia amicitiæ ſtudioſorum, qui per ſeipſos amanti inſunt. &
14 cæteræ amicitiæ,ad huius ſimilitudinem dicitur. ¶Octaua concluſio. Studioſa amicitia:maxime amicitia, at-
que optima amicitia eſt. Nam quod eſt abſolute bonum:eſt ſimpliciter, atque abſolute iucundum. ſunt igitur
abſolute bona:maxime amabilia,& amatio & amicitia in ijs maxima, atque optima. at quæ in ijs amicitia eſt:
ſtudioſa amicitia eſt. ſtudioſa igitur amicitia:& maxime amicitia atque optima eſt. ¶Nona concluſio. Merito
15 ſtudioſæ amicitiæ:raræ ſunt. ¶Primo quidem. nam abſolute boni,atq; ſtudioſi: pauci ſunt. ¶Secundo. ad hanc
amicitiam comparandam:& tempore opus eſt,& cōſuetudine. & iuxta prouerbium,nō fit vt ſeſe mutuo cogno-
ſcant, anteaquam edictam ſalia menſurā ſimul conſumant. quo fit vt non ante in amicitia recipiātur, fiántque
amici quàm vterque vtrique videatur,credatúrque eſſe amabilis. merito igitur hæ amicitiæ rarenter, paucóq;
tempore eueniunt. Qui enim ea celeriter inter ſeſe faciunt, quæ ad amicitiam attinent: volunt quidem eſſe a-
mici. non ſunt autem: niſi ſint & amabiles, & idipſum quoque ipſi ſciant. fit enim celeriter amicitiæ voluntas:
non autem amicitia. ſed tempore,& cæteris adoleſcit amicitia, pérque hæc omnia fit. fitque ſimilis vtrique ab
vtroque. id enim amicis ineſſe oportet.

Cap. IIII.

16 EA vero quæ ob voluptatem, & ea quæ ob vtilitatem eſt: ſimilitudinem huius habent. Boni nanque: & iucundi, & vtiles ſibi mutuo ſunt. maxime autem & tales amicitiæ permanent:cum æquale fit ab vtriſque, vt voluptas. & non ſolum hoc modo,ſed etiam ab eodem. vt inter facetos fit: & non inter

amatorem ac adamatum , hi nanque non delectantur eiſdem . ſed ille quidem aſpectu
gaudet adamati: hic autem obſequio amatoris . Deſinente vero pulchritudine : amici-
tia quoque nonnunquam deſinit.illi nanque aſpectus non eſt iucundus:huic autem ob-
ſequium non præſtatur. Plerique autem in amicitia permanent:ſi ex conſuetudine mo-
res dilexerint , eoſdem mores habentes. ſed qui non ob voluptatem in amoribus, ſed
vtilitatem commutant : ij & minus ſunt amici & minus permanent . Qui vero ſunt ob
vtilitatem amici: ij ſimul cum vtilitate diſſoluuntur.non enim hi ſeſe mutuo: ſed vtilita-
tem amabant. ¶Fit igitur vt & praui prauis , & boni prauis , & neutri quibuſuis amici 17
ſunt ob voluptatem atque vtilitatem:ſed boni ſoli ſunt propter ſeipſos amici.Mali nan-
que ſeipſis non gaudent:niſi vtilitas proueniat aliqua. ¶In ſola etiam bonorum amici- 18
tia,nullum calumnia locum habet . Non enim facile cuiquam quiſquam de eo credere
poteſt:quem ipſe diuturno tempore comprobauit. in hiſipſis eſt, & ſibi mutuo credere,
& nunquam iniuriam facere, cæteráque omnia quæ amicitiæ veræ cenſentur ineſſe. In
cæteris autem amicitijs : nihil prohibet ea quæ ſunt hiſce contraria fieri.nam quando-
quidem homines, eos etiam dicere conſueuerunt amicos , qui ob vtilitatem amant : vt
ciuitates (ſocietates enim à ciuitatibus , conducentis gratia fieri videntur)& item eos
qui ſe propter voluptatem mutuo diligunt , vt pueri:nos etiam fortaſſe tales quidem
amicos dicere oportet. ¶Aſſerere autem ſpecies amicitiæ plures eſſe atque primo qui- 19
dem & proprie amicitiam eam eſſe: quæ bonorum eſt hominum ratione ſane qua boni
ſunt, cæteras autem per ſimilitudinem . quo nanque bonum quoddam in ipſis eſt & ſi-
mile, hoc ſunt amici. Id enim quod afficit voluptate,bonum quoddam ijs eſt , qui vo-
luptatem amant.non autem multum hæc copulantur. nec ijdem ob vtilitatem, volupta-
témque fiunt amici.Nam ea quæ per accidens ſunt,non nimium coniunguntur. In has
autem ſpecies amicitia diſtributa : praui quidem erunt ob voluptatem aut vtilitatem
amici, hac ratione ſimilitudinem ſubeuntes, boni autem ſunt propter ſeipſos amici. ea
nanque ratione qua boni ſunt . Hi igitur ſunt abſolute amici : illi vero per accidens , &
quia ſunt ſimiles his.

¶Quarti capitis notæ. ¶Neutri:qui neq; boni,neque praui,neque ſtudioſi, aut vitioſi. ¶Calumnia, accuſatio, 17 18
falſa criminatio.

¶Quartum cap.tribus concluſionibus,& quorundam dictorum epilogo partitum eſt.

¶Quarti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Amicitiæ ob voluptatem, atq; vtilitatem ſimi- 16
litudinem ad ſtudioſam amicitiam gerunt. Nam ſtudioſi: ſibi mutuo & iucundi,& vtilea ſunt. & maxime tũ du-
rant ob voluptatem,atque vtilitatem amicitiæ: cum æquale viciſſim rependitur ab vtroque, vt voluptas. & in-
terdum noo ſatis eſt vt rependatur voluptas: ſed ab eodem etiam proficiſcatur oportet. vt inter facetos fieri ſo-
let. Interdum noo proficiſcitur ab eodem:vt inter amãtem & adamatum,quorum voluptas non ab eiſdem ena-
ſcitur. hi enim nec eiſdem delectantur. ſed amans aſpectu gaudet adamati, adamatus vero obſequio delectatur
amatoris. & proinde defluente,deciduáque pulchritudioe:plerunque ſoluitur amicitia. nam amatori non ampli-
us eſt aſpectus iucundus,neque adamato obſequium amplius præſtatur vllum. Verum nonnulli in amicitia per-
ſeuerant: vt ſi ex conſuetudine mores dilexerint: eoſdem,ſimileſq; mores habentes. Sunt & qui in amoribus nõ
voluptatem [illegible] vtilitatem commutant: & ij minus ſunt amici, minúſque permanent. & qui ſuot ob vtilitatem
amici: ij ſimul cum vtilitate diſſoluuntur. nec immerito. hi enim non ſeſe mutuo: ſed vtilitatem amabant. ¶Se- 17
cunda concluſio. Cuiuſuis conditionis homines amicitia vtili, aut delectabili coniungi poſſunt : ſoli autem ſtu-
dioſi ſtudioſa,honeſtorúmque amicitia. Nam fit vt praui prauis, & boni prauis & oeutri quibuſuis: ob volupta-
tem,atque vtilitatem euadant amici. ſed ſoli ſtudioſi propter ſeipſos ſunt amici. amicitia igitur ob voluptatem,
atque vtilitatem: omnibus conuenire poteſt hominibus, ſtudioſa vero ſolis ſtudioſis. mali enim ſeipſis non gau-
dent: niſi aliqua voluptas,aut aliqoa intercedat vtilitas. ¶Tertia concluſio. In ſola ſtudioſorum amicitia: nullum 18
calumnia locum habet. Nam non facile de eo quiſquam male credere poteſt: quem ipſe longo iam tẽpore pro-
bauerit. ſtudioſus autem amicus: amicum loogo tempore probauit. oam ipſorum eſt ſibijpſis mutuo credere,nũ-
quam iniuriam facere,& cætera omnia quæ ad veram ſtudioſámque amicitiam cenſentur pertinere. igitur que-
rela , atque calumnia in huiuſmodi amicitijs nullum ſibi reperit locum . Sed in cæteris amicitijs nihil prohibet
querelas,calumniáſque fieri: quandoquidem eos homines conſueuimus dicere amicos qui ob vtilitatem amant,
vt ciuitates. nam ſocietates à ciuitatibus vtilitatis gratia plerunque fieri videmus. & cum eos qui ſe mutuo pro-
pter voluptatem diligunt, vt pueri, aliquo pacto dicere oporteat amicos, qui plerunq; cauſas querelæ, atque ac-
cuſationes habent. ¶Epilogus. Ex dictis igitur hæc colligere poterimus: plures eſſe amicitiæ ſpecies, ſed præci- 19
puam, & proprie amicitiam: eam eſſe quæ ſtudioſorum eſt hominum,ea ratione qua boni ſunt. cæteras autem
amicitias per ſimilitudinem dictas eſſe, vt quatenus bonum quoddã in ipſis eſt,& ſimile: eatenus & hoc ipſi ſunt
amici. quod enim voluptate afficit: bonũ quoddam in ijs eſt, qui voluptatem amant. dictum etiam eſt has ami-
citias non multum cohærere: nec multum eoſdem ob voluptatem, vtilitatémque fieri amicos. nam ea quæ per
accidens ſunt: non multum cohærent, ac iunguntur. & cum amicitia in has ſpecies diſtributa ſit, prauos ob vo-
luptatem aut vtilitatem amicos eſſe, voluptatis ſcilicet, aut vtilitatis ratione ſimilitudinem ſubeuntes: ſtudioſos
autem propter ſeipſos eſſe amicos. nam ea ratione qua boni, ſtudioſi' que ſunt . atque eos abſolute eſſe amicos:
illos autem per accidens,& quia his ſunt ſimiles.

Cap.V.

20 VT autem in virtutibus alij habitu,alij actu boni dicuntur:ſic & in amicitia.
Amicorum enim alij ſimul viuentes gaudēt ſe mutuo:bonáque conferūt.
alij dormientes aut locis ſeiuncti non operantur quidem : ſed ita ſeſe ha-
bent,vt operentur amice. loca nanque non diſſoluunt amicitiam abſolute:
ſed operationem.Quòd ſi diuturna abſentia fuerit:amicitiæ quoque vide-
tur obliuionem efficere.vnde dictum eſt:taciturnitas amicitias complures diſſoluit.
21 ¶Atqui neq; ſenes neque ſeueri,videntur eſſe ad amicitiam apti.Exigua enim afficiunt
voluptate.nemo autem conuerſari cum eo poteſt qui dolorem afferat,aut non ſit iucun-
dus.maxime nanque natura videtur moleſtiam quidem fugere: oblectamēta autem af-
22 fectare. ¶Qui vero ſe quidem mutuo acceptant , non ſimul autem viuunt : ij beneuo-
lis magis ſunt ſimiles,quàm amicis. Nihil enim tam proprium eſt amicorum quàm vi-
uere ſimul.Nam egentes quidem,vtilitatem affectant.ſimul autem viuere, & ipſi beati.
etenim ſolitarios quidem hos eſſe minime conuenit.Vt ſimul autem degant:fieri nō po
teſt,niſi ſint iucundi eiſdémq; gaudeant:quod quidem amicitia ſodalitia videtur habere.
23 ¶Bonorum igitur amicitia maxime eſt(vt ſæpe diximus)amicitia. Nam amabile qui-
dem & id expetibile eſſe videtur,quod eſt abſolute bonū,aut iucundum:vnicuique vero
24 quod ipſi eſt tale.bono autē propter hæc vtraq; bonus.¶At vero amatio quidem ſimi-
lis eſt affectui:amicitia vero habitui.Amatio nanq; nō minus eſt ad inanimata.Amici au-
tem amant ſeſe mutuo cū electione.electio vero ab habitu proficiſcitur . ¶Et volunt ijs
bona quos amant,illorum gratia:non per affectum ſed habitum:& amantes amicum id
amant quod ſibijpſis eſt bonū.vir enim bonus factus amicus,bonum fit ei cui iā eſt ami
cus. Vterq; igitur,& id quod ſibi bonum eſt amat:& par reddit voluntate,atq; iucundita-
te.dicitur enim amicitia æqualitas.maxime autem hæc bonorum amicitiæ inſunt.

¶Quinti capitis notæ. ¶Opera amicitiæ ſunt bene velle,benefacere & concordare.

¶Quintum cap.quatuor concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.

20 ¶Quinti capitis commentarius ad literam ¶Prima concluſio.Quemadmodum & in cæteris virtutibus alij ha-
bitu,alij vero actu boni dicuntur:ita & in amicitia euenit. Nam amicorum alij ſimul conuiuentes actu gaudent
mutuo,ſibique bona conferunt. alij autem aut dormientes, aut locis ſemoti: non operantur quidem, ſed ita ſe-
ſe habent vt operari queant amice. nam loca non diſſoluunt amicitiam abſolute:ſed operationem. verum ſi ab-
ſentia diuturna fuerit:amicitiæ quoq; videtur obliuionem efficere. & hinc ortum eſt prouerbium, Amicitias cō
21 plures:taciturnitas dirimit. ¶Secunda concluſio. Neque ſenes itidem neque difficiles : ſunt ad amicitiam apti.
¶Primo.nam modica voluptate afficiunt, aut triſtitiam afferunt. at nemo conſuetudinem, conuerſationem, fa
miliaritatémq; eius perferre poteſt qui dolorem afferat,aut non ſit iucundus. nam maxime nobis inſitum natu-
ra videtur : moleſtiam fugere oblectamentáque affectare.conuerſari autem præſertim amicorum eſt.ſenes igi-
22 tur atque auſteri,difficileſque:ſunt perparum ad amicitiam apti. ¶Tertia concluſio. Qui ſe ſimul acceptant at
non ſimul conuiuunt:beneuoli potius q̃ amici cenſendi ſunt. Nam nihil tam amicorū proprium eſt:quàm ſimul
viuere. gentes enim vtilitatē quærunt: ſimul autē viuere etiā ipſi beati. beatos enim minime ſolitarios eſſe con-
uenit. at vero vt ſimul conuiuant fieri nequit:niſi ſint iucundi,eiſdémque gaudeant. quod amicitia conſuetudi-
ne atque ſodalitia præſtare videtur. igitur neque ſenes,neque ad conuiuendum difficiles: ſunt ad amicitiā apti.
23 ¶Corollarium.Quapropter bonorū amicitia(vt iam ſæpe dictum eſt)maxime eſt amicitia. Nam quod abſolu-
te bonū,& abſolute iucundum: maxime amabile atq; expetibile eſſe videtur, vnicuiq; vero quod ipſi tale eſt. at
bonus bono propter hæc vtraque & abſolute bonum & iucundum, & ſibijpſis bonum, & iucundum:amicus eſt.
24 eorum igitur amicitia maxime amicitia eſt . ¶Quarta concluſio. Amatio affectus eſt : amicitia vero habitus.
¶Primo.nam amatio non minus eſt ad inanimata,quàm animata:amicitia vero non,ſed cum redamatione eſt.
nam amici ſe mutuo , & cum electione amant . at vero electio ab habitu proficiſcitur . eſt igitur amatio potius
affectus,amicitia vero habitus.¶Secundo.amici ijs volunt bona:quos amant, & ipſorū quidem amatorum gra-
tia,non per affectum,ſed per habitum. imò vero amantes amicum,id etiam amant quod ſibijpſis eſt bonū.nam
vir bonus factus amicus:bonum eſt ei qui amat,cuiq; iam eſt ei amicus. quo fit: vt vterq; & bonum amici amet,
& amici gratia,& quod ſibimetipſi bonum eſt,& vt par volūtate,atq; iucunditate reddat. aſtruitur etenim ami-
citia quædam æqualitas,& quæ dicta ſunt:maxime bonorum amicitiæ aſſunt.

Cap.VI.

25 IN ſeueris autem atque ſenibus,tanto minus fit amicitia:quanto difficiliores
ſunt , & minus congregationibus gaudent . Hæc enim ad amicitiam maxi-
me ſpectare,& ipſam efficere videntur. Quocirca iuuenes quidem cito : ſe-
nes autem non cito fiunt amici. non enim fiunt ijs amici quibus non dele-
ctantur.ſimiliter nec ſeueri.Sed tales beneuoli quidem mutuo ſibi ſunt. etenim & bo-
na volunt:& prompti ſunt ad neceſſitates,amici vero non valde ſunt:propterea quòd nō
ſimul degunt,neque ſeſe mutuo delectantur:quæ quidem ad ipſam amicitiam maxime
26 pertinere videntur . ¶Non fit autem vt amicitia perfecta multis quiſpiam ſit amicus:

quemadmodum nec vt complures ſimul adamet. Eſt enim exuperationi ſimilis. tale au-
tem ad vnum aptum fieri. ¶ Multos vero eidem vehementer placere, non facile eſt, for-
taſſe autem nec bonos eſſe. ¶ Oportet autem: & experientiam accipere, & in conſuetu-
dine fieri: quod quidem eſt perdifficile. ¶ Ob vtilitatem autẽ ac voluptatem multis pla- 27
cere quis poteſt. Cõplures enim ſunt tales. & ſubminiſtrationes manifeſtæ, breui in tem-
pore fiunt. ¶ Harum autem ea magis eſt ſimilis amicitiæ, quæ eſt ob voluptatem: cum 28
eadem ab vtriſq; proueniunt, & ſeſe mutuo gaudent, aut eiſdem. quales ſunt iuuenũ ami-
citiæ. ineſt enim magis in his liberalitas. At ea quæ ob vtilitatem conſtat: eorũ eſt homi-
num, qui quæſtui vacant. ¶ Beati etiam vtilibus non indigent, ſed iucundis. cum quibuſ-
dam enim ſimul viuere volunt: & moleſtum paruo quidem tempore ferunt. cõtinue ve-
ro nemo: nec ipſum bonum toleraret, ſi dolore afficeret. Quare iucundos quærũt
amicos. ſed forſitan & bonos oportet: cum ſint tales & etiam ipſis. ſic enim ipſis inerunt:
quæ amicis ineſſe oportet. ¶ Qui autem ſunt in poteſtatibus conſtituti: diuiſis vti viden- 29
tur amicis. Alij enim ſunt ſibi vtiles: alij iucundi. vt autem ambo ſint ijdem non nimium
fit. Neque enim cum virtute iucundos quærunt, neque vtiles ad honeſta. ſed facetos qui-
dem quærunt, voluptatem appetentes: habiles autem vt agant ipſum præceptum. Atq;
hæc homine in eodem non nimium fiunt. ſtudioſus autem homo iucundus eſt ſimul (vt
diximus) atque vtilis. ſed talis amicus non fit excedenti: ſi non & virtute excedatur. ſin
minus non æquatur: cum rata ſit inferior ratione. non nimium autem tales fieri ſolent.
¶ Hæ igitur amicitiæ dictæ: in æqualitate conſiſtunt. Eadem enim ab vtriſque fiunt: & ſi- 30
bi mutuo volunt. aut aliud pro alio (vt voluptatem pro vtilitate) commutant. Dictum
eſt etiam has minus amicitias eſſe, minúſque permanere. Videntur autem ob ſimilitu-
dinem & diſſimilitudinem eiuſdem: & eſſe amicitiæ, & non eſſe. nam ſimilitudine amici-
tiæ quæ eſt ob virtutem: videntur amicitiæ eſſe. Altera nãque voluptatem: altera habet
vtilitatem, quæ quidem inſunt & illi. Sed quia illa quidem omni calumnia caret, & ſta-
bilis eſt: hæ vero cito diſſoluuntur, alijs'que compluribus differunt: nõ videntur ob illius
diſſimilitudinem amicitiæ eſſe.

¶ Sexti capitis notæ. ¶ Senes ob naturæ deficientis imbecillitatẽ: donis vt plurimũ carent quibus ineant amici- 25
tiarũ gratiã: vtpote cũ quibus difficilis ſit conuerſatio, quæ ad amicitias ineundas plurimũ valet. de quib⁹ Iuue.

Iuuenalis ſatyra 10.

Vna ſenum facies, cum voce trementia membra,
Et iam leue caput, madidique infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi:
Vſqueadeo grauis vxori, natiſque ſibique.

¶ Sin minus nõ ęquatur: cũ rata ſit inferior ratione. grœce habetur, [illegible], quod vi- 29
detur prætendere: ſi is qui in poteſtate conſtitutus eſt bonitate etiam non ſuperet: non ſecundum analogum &
dignitatis rationem æquari poteſt ei qui bonus eſt, tametſi poteſtate inferior ſit atque ſuperatus.

¶ Sextum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

¶ Sexti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Iuuenes cito: ſenes autẽ, & difficiles, rigidiq; atq; 25
moroſi non cito fiunt amici. Nam tanto difficilius in ſenibus, & moroſis conciliatur amicitia: quanto difficilio-
res ſe præbent, & congreſſionibus minus gaudent q̃ iuuenes facilitas enim congrediendi, & voluptas, ſummo-
pere ad amicitiam ſpectant, ipſámq; efficere vidẽtur. igitur iuuenes cito: ſenes autẽ ac huiuſmodi difficiles, tar-
de atq; difficulter fiunt amici. non enim ſenes, ac difficiles & tetrici ijs fiunt amici quibus non delectantur: ſed
tales potius beneuoli ſibi mutuo ſunt. volunt enim ſibi mutuo bona, & ad neceſſitates prompti ſunt. at amici nõ
valde ſunt, multúmve dicuntur: propterea quòd non ſimul conueniunt neque mutua conſuetudine gaudent, ac
delectantur. quæ ad ipſam amicitiam vel maxime pertinere videntur. ¶ Secunda concluſio. Perfecta, ſtudioſáq; 26
amicitia non fit quiſpiã multis amicus quemadmodum neq; fit vt cõplures quis adamet vehementer. ¶ Primo.
quia perfecta amicitia cuidam vehementiæ & ſuperabundantiæ amoris ſimilis eſt. talis autem vehemens, abun-
dánſq; amor: ad vnum ſolum fieri natus eſt, igitur & perfecta amicitia: non autem ad q̃ plurimos. ¶ Secundo. dif-
ficile eſt multis vehementer placere. quod tamen in perfecta amicitia oportet. imò & difficile eſt multos repe-
rire bonos. nõ igitur facile fit, vt quiſpiã perfecta amicitia multis amicus ſit. ¶ Tertio. cui quiſpiã perfecta ami-
citia ſit amicus: oportet experientia accipere, & longa conſuetudine fieri amicum. quod non modo in pluribus,
ſed in vno quidem fieri perdifficile eſt. perfecta igitur amicitia: nõ fit vt quiſpiam pluribus fiat, euadátq; amicus.
¶ Tertia concluſio. Amicitia aut vtili, aut delectabili: contingit eundem pluribus fieri amicum. Nam ob vtilita- 27
tem, voluptatémq; quis pluribus complacere poteſt. & reuera complures ſunt tales. nam ad tales amicitias ex-
perientia, & longi temporis conſuetudo non requiritur, ſed ſubminiſtrationes, vicariáque obſequia. ſubmini-
ſtrationes autem paruo tẽpore fieri dinoſcuntur. igitur amicitia aut vtili, aut delectabili contingit eundem plu-
ribus fieri amicum. ¶ Quarta concluſio. Amicitia quæ ob voluptatẽ eſt: veræ amicitiæ ſimilior eſt cũ ab vtriſq; 28
mutuo rependuntur oblectamina, q̃ amicitia ob vtilitatẽ. ¶ Primo. quia in talibus amicitijs in quibus ab vtriſq;
proueniunt eadẽ: & ſeſe mutuo, & eiſdem gaudent (quales & ſunt iuuenum amicitiæ) magis ineſt liberalitas. at
ea amicitia quã vtilitas parit: eorum eſt hominum qui quæſtui, lucróq; inhiant, minúſq; ſunt liberales. eſt igitur
amicitia quæ delectabilium eſt: veræ amicitiæ ſimilior. ¶ Secundo. quia beati amicitijs vtilibus non indigent,
ſed iucundis. nam cum quibuſdam ſimul viuere volunt. & quod moleſtum paruo quidem tempore ferre poſſunt.

nemo tamen continue poſſet, imò vero neque ipſum bonum toleraret, ſi ipſum continue moleſtia, doloréque afficeret. non ab re ergo beati iucundos ſibi quærunt amicos: ſed reuera bonos, cum ſint & ipſi boni, atque boni
29 amicis. ſic enim & beatis inerunt: quæ & veris amicis ineſſe oportet. ¶ Quinta concluſio. Homines in poteſtatibus conſtituti: diuerſis vtuntur amicis. Nam alij ipſis ſunt vtiles, alij vero ſunt iucũdi. vt enim ambo ſint ijdem vtiles videlicet atq; iucundi: non plurimum euenit. nam eiuſmodi potentes, non virtute iucundos quærunt, neq; vtiles ad honeſta: ſed iucundos quidem, ac facetos ad voluptatum oblectamina quærũt, habiles autem, & promptos, vt celeriter exequantur præcepta. atque raro admodum fit vt eodem in homine hæc coniuncta reperiantur: niſi ſtudioſus exiſtat. nam ſtudioſus homo (quemadmodum & iam quoque dictum eſt) & iucundus, pariter & vtilis eſt. verum talis huiuſmodi viro in potentatu excedenti amicus non fit: niſi idem virtute præluceat præemineátq; ſic vt alter bonitate ſuperetur. alioqui non æquatur: neque pro dignitatis ratione amicus fieri poteſt
30 is qui inferior eſt atque ſuperatur. ¶ Sexta concluſio. Amicitiæ de quibus prætactum eſt: in æqualitate conſi-
2 ſtunt. Nam aut eadem ab vtriſq; fiunt, & ſibi mutuo volunt: aut aliud pro alio commutant, vt voluptatẽ pro vtilitate, in quibus quandam æqualitatem ſeruare oportet. ſaluat igitur æqualitas: amicitias. & dictum iam eſt a-
3 micitias voluptatum, & commoditatum: minus amicitias eſſe, minúſque permanere. Quinimo ob eiuſdem amicitiæ ſimilitudinem, diſſimilitudinémque: nunc amicitiæ eſſe, nunc non eſſe videntur. nam ob ſimilitudinem ſtudioſæ amicitiæ (quæ quidem ob virtutem eſt) amicitiæ videntur eſſe: hæc ob voluptatem, hæc vero ob vtilitatem quæ & veræ amicitiæ aſſunt. At vero quia illa vera, perfectáq; amicitia prorſus omni calumnia caret, & ſtabilis firmáq; eſt: hæ vero cito fugaces, atq; ſolutæ, & compluribus alijs differentijs diſſentientes, ob eiuſdem diſſimilitudinem interdum non videntur amicitiæ eſſe.

Cap. VII.

31 Est autem & alia ſpecies amicitiæ quæ in excellentia conſiſtit: vt amicitia patris ad filium, & omnino ſenioris ad iuniorem, viríque ad vxorem, & principis omnis ad eos qui ſibi ſubijciuntur. atq; hæ inter ſeſe etiam differunt. Non eſt enim eadem amicitia parentibus ad liberos: & principibus ad ſubditos. nec patri ad filium, & filio ad patrem. nec viro ad vxorem, & vxori ad virum. diuerſa enim eſt vniuſcuiuſque horum virtus ac opus. Diuerſa etiam ſunt & ea propter quæ amant. diuerſæ igitur & amationes & amicitiæ. Atq; eadem quidem vtriq;
32 ab altero nec fiunt, nec ſunt quærenda. ¶ Sed cum liberi quidem ea parentibus tribuũt quæ tribuenda ſunt genitoribus, parentes autem filijs quæ natis tribui debent: ſtabilis
33 talium & bona eſt amicitia. ¶ Oportet autem & amationem omnibus in amicitijs quæ in excellentia conſiſtunt comparatione fieri rationum. Magis enim amari præſtabiliorem, vtiliorémve: q̃ amare oportet. & cæterorum vnumquenq; ſimiliter. Nam cum amatio fit pro dignitate: tunc fit aliquo modo æqualitas. quod quidem amicitiæ eſſe videtur.
34 ¶ Aequale autem in iuſtis & in amicitia, non ſimiliter ſeſe habere videtur. Eſt enim iuſtis quidem æquale primo, quod eſt pro dignitate: ſecundo, quod eſt in quantitate. In amicitia autem id quidem quod eſt in quantitate, primo. id autem quod eſt pro dignitate, ſecundo. conſtat autem: ſi in virtute, vel vitio, vel diuitijs, vel in aliqua alia re, magna diſtantia fiat. non enim vlterius ſunt amici: nec dignum putant ſe eſſe amicos. Maxime autem hoc eſt manifeſtum in ipſis dijs immortalibus. hi nanque plurimum bonis omnibus antecellunt. Conſtat autem & in regibus: nec enim his ſe eſſe amicos dignum ij putant: qui ſunt longe inferiores. nec item optimis viris aut ſapientiſſimis: ij qui nullius
35 ſunt pretij. ¶ Exacta igitur in talibus non eſt definitio quouſque ſint amici. multis enim ablatis adhuc amicitia manet. quòd ſi nimis fuerint ſeparati (vt à deo) non permanet.
36 ¶ Vnde & dubitatur ſi amici velint amicis ea bonorum quæ maxima ſunt, vt deos eſſe: non enim vlterius erunt ipſis amici. quare nec bona. amici nanque bona ſunt ſuis amicis. Quòd ſi bene ſit dictum, amicum amico bona illius gratia velle: manere oportet, qualiſcunque ſit ille. homini autem volet maxima bona ineſſe: & fortaſſe non omnia. ſibi enim ipſi maxime quiſque vult eſſe bona.

31 ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Officia parentum ad liberos & liberorum ad parẽtes, viri ad vxorem, & vxoris ad virum, domini ad ſeruum, & ſerui ad dominum: partim in hoc opere, partim in œconomicis adducuntur.
¶ Septimum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.
31 ¶ Septimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Præter amicitias prædictas, eſt quædam amicitiæ ſpecies quæ in excellentia conſiſtit: quæ quidem multas inter ſe differentes amicitias cõplectitur. Nam prædictæ amicitiæ in æqualitate conſiſtunt. Sed alia eſt amicitia patris ad filium, ſenioris ad iuniorem, viri ad vxorem. & cuiuſlibet principis ad ſuos ſubditos: quæ non in æqualitate, ſed excellentia conſiſtit. & hæ amicitiæ inter ſe etiã diuerſæ ſunt. nam non eadem amicitia parentum ad liberos, & principum ad ſubditos, nec eadem patris ad filium, & filij ad patrem, nec viri ad vxorem, & vxoris ad virum ¶ Primo. quia vniuſcuiuſque horum virtus ac opus diuerſa ſunt. ¶ Secundo. diuerſa ſunt & ea: propter quæ amant. ¶ Tertio. quia nec eadem vtrique
32 ab altero fiunt, nec fieri quærenda ſunt. ¶ Secunda concluſio. Hæ amicitiæ ſaluantur cum ſuperiores inferioribus, & inferiores ſuperioribus: pro dignitate mutuo, alternáque exhibent officia. Nam cum liberi ea parentibus tribuunt quæ genitoribus tribuenda ſunt, & parentes filijs quæ filijs pro dignitate debentur: ſtabilis tum eorum,

firmáque amicitia eſt. ¶Tertia concluſio. In omnibus amicitijs quæ in excellentia conſiſtunt: amatio,compa- 33
ratione rationum fieri debet. Nam præſtabilior magis diligi debet,quàm ipſe diligere,& vtilior, & cæterorum
vnuſquiſque. cum enim ita ſit vt cum pro dignitate fiat amatio , & qui dignior ſit magis ametur:tunc fit aliquo
pacto æqualitas,quod quidem amicitiæ proprium eſſe videtur. ¶Quarta concluſio. Æquale in iuſtis & in amici 34
tia non ſimiliter ſumi videtur : Nam in iuſtis primo dignitatum operationum ratio habenda eſt : ſecundo ratio
quantitatis præmiorum. in amicitia vero contrà, primo quantitatis excellentiæ perſonarum attendenda eſt; ſe-
cundo vero dignitatum operationum,amationúmque ratio habenda eſt. & quòd in amicitia primum quantitas
attendenda ſit: hinc eſt manifeſtum. nam ſi in virtute,vitio, diuitijs,aut alijs rebus:permagna fiat diſtantia,non
amplius fiunt amici nec dignum id quidem putant. quod in dijs immortalibus vel quam manifeſtiſſimum eſt:qui
plurimum omnibus bonis antecellunt. & quorum amicitijs nemo ſe dignum exiſtimat. Itidem & in regibus quo
rum longe inferiores non dignum ducunt ſe eſſe amicos . item neque ij qui nullius æſtimationis exiſtunt : opti-
mis viris,atque ſapientiſſimis. ¶Quinta concluſio . Exacta determinatio, & terminus in his non eſt:quouſque 35
ſint amici. Nam multis ablatis,adhuc amicitia manet. quòd ſi magnus,nimiúſque ſupereuadit exceſſus:ceu ho-
minum ad deum:non permanet. non igitur exactus in his amicitijs præfigendus eſt terminus. ¶Sexta concluſio 36
Amicus amico maxima bona optare non debet,ſed pro dignitate. Nam addubitatum aliquando fuit: an amici
amicis debeant maxima bona velle,vt deos eſſe. at non ita eſſe videtur. ¶Primo. quia non vlterius eſſent ami-
ci & ſic optando,bona perderent,nam amicos. ſunt enim amici amicis bona. ¶Secundo. ſi bene dictum eſt ami-
cum amico bonum illius gratia velle: amicus(quicunque ſit ille)manere debet, volétque maxima pro dignita-
te bona: quæ homini adeſſe queunt, & forte non omnia adeſſe volet vbi particeps non eſſet. nam ſibipſi vnuſ-
quiſque maxime bona vult. non igitur volet amico maxima bona : vt eſſe deum, vtpote vbi ſua non ſeruaretur
natura,& cuius boni ipſe particeps non eſſet.

Cap. VIII.

PLerique autẽ ob ambitionem,magis amari q̃ amare velle vidẽtur. Quapro- 37
pter pleriq; amant ipſos adulatores. adulator enim inferior eſt amicus, aut
fingit ſe talẽ:& magis amare q̃ amari. Amari autẽ propinquum huic eſſe vi-
detur:affici inquã honore. quod quidẽ pleriq; affectant. ¶Non per ſe autem 38
ſed per accidens videntur honorem expetere. Nam plerique gaudent:cum honorantur
ab ijs qui ſunt in poteſtatibus propter ſpem. putant enim ſe ſi quo indigeant,id ab illis
impetraturos. gaudent igitur ipſo honore:vt ſigno beneficij ſuſcipiendi. Qui autem ap-
petunt à bonis viris atque ſcientibus honorari : confirmare opinionem eam quam ipſi
habẽt de ſe affectant. gaudent igitur : quia ſunt boni,credentes eorum iudicio qui id di-
cunt. Amari autem per ſe gaudent. quapropter præſtabilius ipſum eſſe quàm honorari
videbitur:& amicitia expetenda per ſeipſam eſſe. ¶Videtur autem magis in exhibendo 39
amorem: quàm in ſuſcipiendo conſiſtere. Argumento ſunt matres, amando gaudentes.
Nonnullæ nanq; ſuos tollendos filios dant:& amant quidẽ ſcientes. vt amẽtur autem ab
illis nõ quærũt:ſi vtrunq; fieri nequeat. ſed ſatis ipſis eſſe videtur ſi in proſperitate vidẽt
illos eſſe conſtitutos. Amántq; illos: etſi illi non poſſunt ob ignorationẽ ea quæ ſunt ex-
hibenda retribuere matri. ¶Cum igitur amicitia magis in amando conſiſtat, & lauden- 40
tur qui amant amicos: virtus amicorum videtur eſſe amare. ¶Quare in quibus hoc fit
pro dignitate:ij ſtabiles ſunt amici,& amicitia taliũ eſt ſtabilita. hoc autem modo & qui
ſunt inæquales,maxime fuerint amici. æquales enim fieri poſſunt. æqualitas autem & ſi-
militudo eſt amicitia. ¶Et maxime quidem eorum ſimilitudo qui ſimiles ſunt virtute. 41
Nam cum ſtabiles per ſeipſos ſint,& tales inter ſe ſunt. & neq; indigent prauis,neq; talia
ſubminiſtrant:quin potius etiã prohibent. Eſt enim bonorũ hominum neq; ipſos delin-
quere:neq; amicos permittere praua ſubminiſtrare . ¶Praui autẽ ſtabilitatẽ quidẽ non 42
habent:quippe cũ neq; ſibijpſis ſimiles perſeuerent. breui vero tempore fiunt amici: ſua
gaudentes mutuo prauitate. ¶Vtiles autem & iucundi permanent magis . permanent 43
enim quouſque voluptates aut commoda ſibi mutuo præſtant. ¶Ex cõtrarijs autẽ ma- 44
xime videtur ea fieri amicitia quæ ob vtilitatem efficitur. Nã fit amicus pauper diuiti,
ac indoctus ſcienti. Cuius enim quis indiget:id affectans aliud affert,pro ipſo. huc trahe-
re quiſpiã & amatorẽ ac adamatũ: & pulchrum ac turpẽ poteſt. Quapropter & amato-
res ridiculi videntur interdũ:dignũ eſſe cenſentes perinde amari vt amãt. At ſi ſimiliter
quidem amabiles ſint:amandi ſunt fortaſſe vt cẽſeãtur. ſi vero nihil amabilis habeãt,ridi-
culum eſt profecto,ſeſe vt amant amari oportere cenſere . Fortaſſe autẽ neq; contrariũ
per ſe cõtrariũ appetit:ſed per accidens. appetitio vero,ipſius eſt medij. hoc enim eſt bo-
num. veluti ſicco:nõ vt humidũ fiat,ſed vt accedat ad medium,& calido,& cæteris ſimili
modo. Sed hæc quidem miſſa faciamus. non enim ad hunc locum accommodantur.
¶Octaui capitis notæ. ¶Vnaquæque virtus magis conſiſtit in agere quàm pati. 39

❡Octauum cap.ſeptem concluſionibus,& duobus corollarijs partitum eſt.
37 ❡Octaui capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Plerique magis amari, quàm amare affectant.
Nam complures ſunt honorum ambitioſi: qui magis amari, quàm amare cupiunt. & hinc plerique ipſos aſſen-
tatores adulatoréſq; amant. eſt enim adulator: inferior amicus,aut ſe talem eſſe fingens. & magis amare quàm
amari:aliquid propinquum eſt ei quod eſt honore affici. quod quidem plerique affectant.nihil mirum igitur eſt
38 ſi plerique magis amari,quàm amare affectent. ❡Secunda concluſio. Amari, quàm honorari: quid præſtabilius
eſt. Nam non per ſe, ſed per accidens: plerique videntur honorem expetere. gaudent enim plerique cum ab ijs
qui in poteſtatibus conſtituti ſunt honorantur,propter ſpem:arbitrantes ſi quo indigeant,ſe facile ab his impe-
traturos. gaudent igitur hi ipſo honore per accidens, & vt ſigno beneficij (ſi forte egeant)ſuſcipiendi. Sunt &
alij qui appetunt à bonis, atque ſcientibus viris honorari: affectantes eam opinionem quam de ſeipſis habent,
confirmare. & tales,honore propter aliud gaudent.nam gaudent quia boni ſunt:credentes bonorum,ſcientium-
que iudicio, qui id dicunt, ſignóq; declarant at homines per ſe amari gaudent. quid igitur præſtabilius amari,
39 quàm honorari eſſe, videtur:& amicitia per ſeipſam expetenda. ❡Tertia concluſio. Amicitia magis in eo con-
ſiſtit,quòd quis amat,quàm quòd ametur. Id matrum indicio cognoſcitur,quę filios amando multum gaudent,
etſi filios educandos committunt: amant tamen, ſuos filios eſſe cognoſcentes. neque ab eis amari quærunt,vbi
vtrunque fieri non poteſt:ſed illis ſatis eſt, ſi illos videant in proſperitate conſtitutos.& amant illos quamuis ob
ignorationem ea quæ matri ſunt exhibenda, retribuere non valeant. Signum igitur eſt amicitiam potius in a-
40 mare quàm amari conſiſtere. ❡Primum corollarium. Fit vt amicorum virtus, atq; perfectio videatur eſſe ama-
re. Nam amicitia magis in hoc quòd amant exiſtit:magiſque laudantur amantes amicos. amicorum igitur qua-
tenus ipſi amici ſunt: virtus, & perfectio in amare eſt, atque conſiſtit. ❡Secundum corollarium. Fit iterum vt
qui id pro dignitate faciunt: ſtabiles ſint amici, ſit'que illorum ſtabilita amicitia. Nam hoc modo qui ſunt in-
æquales: maxime ſolent fieri amici, maximéque hac via fieri poſſunt æquales. at amicitia æqualitas, & simili-
41 tudo quædam eſt. ❡Quarta cõcluſio. Amicitia maxime eorum eſt ſimilitudo:qui virtute ſunt ſimiles. Nam per
ſeipſos in virtute ſtabiles ſunt: & in virtute ſimiles adinuicem manent.neque indigent prauis, quo minus in ſua
ſimilitudine permaneant,neque praua ſubminiſtrant vnquam:verum potius etiam prohibent nam bonorum ho
42 minum eſt non permittere amicos delinquere, neque praua ſubminiſtrare. ❡Quinta concluſio. Praui ſtabilita-
tem in amicitia non habent. Nam praui neque ſibijpſis quidem ſimiles perſeuerant: ſed breui momento fiunt,
manéntque amici,ſua mutuo prauitate gaudentes. non habent ergo in amicitia firmamentum,ac ſtabilitatem.
43 ❡Sexta concluſio. Vtiles, & iucundi in amicitia diutius quàm mali perſeuerant. Nam couſque durant, quouſ-
44 que aut commoda, aut voluptates ſibi mutuo præſtant. ❡Septima concluſio. Amicitia quæ ob vtilitatem fit:
maxime ex contrarijs coaleſcere videtur. Nam ob vtilitatem fit amicus pauper diuiti,& indoctus ſcienti.cuius
enim quiſque indiget, id affectat:pro quo aliud affert, ac rependit.ad hanc enim vtilitatem quis trahere poteſt
nunc amantem nunc amatum,nunc quoq; & pulchrum atque turpem.Quapropter amatores interdum ridicu-
li videntur: dignum eſſe cenſentes ſeipſos perinde amari, ceu ipſi amant. at ſi ſimiliter amabiles ſunt, ſimili-
terq; boni,nihil prohibet eos(vt cenſent)amari.ſin vero nihil præclarum habent,vnde amari debeant:ridiculum
profecto eſt ſeſe(vt amant)ita amari oportere cēſere. Et forte in hoc amicitia contrarium:non per ſe contrariũ
appetit,ſed per accidens.verum appetitio ipſius medij eſt:hoc etenim bonum eſt. veluti ſicco non vt humidum
fiat,ſed vt ad medium accedat: appetitus eſt.& calido, & cæteris eodem modo. ſed hæc miſſa nunc faciamus:
nam ad hunc locum minus accommodata videntur.

Cap.IX.

45 VIdetur autem amicitia, & iuſtum (vt in principio diximus) circa eadem &
in eiſdem eſſe.in omni nanque ſocietate iuſtum aliquod, & amicitia eſſe vi-
detur. ❡Itaque vt amicos appellant: ſimul nauigantes, & commilitones,
& cæteros ſimiliter ſocios. atque quatenus communicant eatenus eſt ami-
citia: & iuſtum enim eodem modo. ❡Et prouerbium recte, ea quæ ſunt amicorum,
communia dicit eſſe. Amicitia nanque in communicatione, ſocietatéque conſiſtit.
46 ❡Atque fratribus quidem,ſodalibúſque, cuncta communia ſunt:cæteris autem defini-
ta. & alijs plura, alijs pauciora. & amicitiarum enim aliæ magis, aliæ minus amicitiæ
ſunt. Differunt autem & iuſta.non enim eadem ſunt parentibus ad filios & fratribus in-
ter ſe:neque ſodalibus atque ciuibus,& in cæteris ſimiliter amicitijs.diuerſa igitur ſunt
47 & iuſta ad horum ſingulos. ❡Et incrementa ſuſcipiunt,quòd ſunt ad magis amicos. eſt
enim grauius, ſodali quàm ciui pecuniam auferre, & fratri quàm extraneo opem non
ferre:& patrem quàm quemuis alium pulſare. creſcit autem & iuſtum cum amicitia ſi-
48 mul:quippe cum ſint in eiſdem,& æque ſeſe extendant. ❡At vero ſocietates omnes: ſi-
miles ſunt partibus ſocietatis ciuilis.Nam ob vtilitatem aliquam conueniunt homines:
& aliquid eorum conſequuntur,quæ ad vitam conferunt. Ciuilis quoque ſocietas, con-
ducentis ab initio conſtitui gratia, permaneréque videtur. hoc enim & latores legum
coniectant:& iuſtum id inquiunt eſſe quod publice prodeſt.Cæteræ igitur ſocietates per
partes vtilitatem appetunt. nautæ quidem eam quæ ex nauigatione prouenit, acquiſi-
tionem inquam pecuniarum aut aliquid tale:milites autem eã quæ fit ex bello,ſiue pe-
cuniam,ſiue victoriam, ſiue ciuitatem affectent. eodem modo contribuléſque & popu-
lares.Nonnullæ autem ſocietates gratia voluptatis conſtare videntur. vt eorum qui ſi-
mul choros exercent,aliáque ſimilia:& eorum qui pecunias conferunt ad conuiuia ſibi

paranda . hæ nanque ſacrificij , conuictúſque cauſa fiunt . ❡Omnes autem hæ ſub ciui-
li ſocietate eſſe videntur. Non enim præſens commodum ciuilis affectat:ſed ad omnem
vitam. Atque ſacrificia & cœtus circa hæc faciunt,honorem dijs tribuentes:& ſibijpſis re
quiem præſtantes cum voluptate. Vetuſta nanque ſacrificia,conuentúſque poſt frugum
fieri perceptionem (vt primitiæ) videntur. hoc enim in tempore maxime otio indul-
gebant . Societatis igitur vniuerſæ , partes ciuilis eſſe videntur . tales autem amicitiæ:
tales ſocietates ſequuntur.

❡Noni capitis notę. ❡Sodales qui ſimul enutriti ſunt(vt volũt)quaſi ſimul edales. ❡Ciuitatẽ,ciuitatis libertatẽ. 46 48
❡Nonum cap. quinq; concluſionibus partitum eſt.
❡Noni capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. In communicatione ſocietatéque:quædam ami- 45
citia verſatur. ❡Primo. Nam & amicitia, & iuſtum(vt & ſuperius tactum eſt)circa eadem & in eiſdem eſſe vi-
dentur. at in omni ſocietate, iuſtum aliquod:locum habet. igitur & amicitia. ❡Secundo. eos qui ſimul nauigant
appellant amicos, & qui ſimul militant , & reliquos identidem ſocios : & quatenus communicant, eatenus illis
amicitiam aſcribimus,& pariter iuſtum eodem modo. in communicatione igitur, atq; ſocietate:amicitia verſa-
tur. ❡Tertio. recte dictum videtur prouerbium,quæ amicorum ſunt,eſſe communia: quód amicitia in quadam
communione ſocietatéque conſiſtat. in communicatione igitur atq; ſocietate,verſatur amicitia. ❡Secunda con 46
cluſio . Communitatum amicitiæ variaotur quemadmodum & iuſta. Nam conſaoguineis amicis vt fratribus &
ſodalibus omnia ſuot communia:cæteris autem non,ſed determinata, alijs quidem plura,alijs pauciora. & eiuſ-
modi amicitiarum:aliæ magis,aliæ minus amicitiæ ſunt,atq; variæ. ita enim differunt & iuſta. nam noo eadem
ſunt parentibus ad filios, & fratribus inter ſeſe,neq; eadem ſodalibus atq; ciuibus:& in alijs ergo ſocietatibus in
quibus & amicitiæ ſunt, altera erunt & iuſta. vt igitur amicitiæ:ita variantur & iuſta ad ſiogulos. ❡Tertia con- 47
cluſio. Vt amicitiæ creſcunt: ita quoq; ſuſcipiunt incrementa & iuſta. Nam quæ ſuot ad magis amicos,& ma-
gis iniuſta ſunt quemadmodum & ad eos iniuſta, vt grauius atq; iniuſtius eſt ſodali,quàm ciui pecuniam auferre·
& grauius fratri quàm extraneo opem non afferre:& patrem quàm quemuis alium pulſare. creſcit itaq; & iu
ſtum cum amicitia ſimul: quippe quæ in eiſdem ſint, & æque ad eadem ſeſe porrigant extendántq;. ❡Quarta 48
concluſio. Particulares ſocietates omnes:ciuilis ſocietatis partibus ſimiles ſunt. Nam ob vtilitatem aliquam,in-
eunt homines ſocietates: quibus & aliquid eorum conſequuntur quæ ad vitam conducunt, neceſſariáq; ſunt. at
ciuilis ſocietas ab initio gratia eius, quod ad vitam conducit: conſtituta eſſe atq; permanere videtur. & hoc le-
gumlatores coniectãt. & iuſtum id eſſe inquiunt:quod publicam affert vtilitatem,publicúmq; commodum. ſunt
igitur cæteræ communitates ſuis partibus ſimiles. cæteræ enim ſocietates per partes vtilitatẽ quærunt:vt nau-
tæ eam quæ ex nauigatione pendet,velut acquiſitionem pecuniarum,aut aliquid eiuſmodi. & milites eam vti-
litatem,quæ ex bello paratur: ſiue pecuniam,ſiue victoriam,ſiue ciuitatem optent,& eodem modo contribules,
& populares. neq; inficias imus aliquas ſocietates voluptatis gratia conſtare: vt eorum qui ſimul choros ducunt
& alia ſimilia,& eorum qui ad conuiuia ſibi parãda pecunias corrogãt:aut ſacrificij conuictuſve cauſa. ❡Quin- 49
ta concluſio. Omnes hæ ſocietates ſub ciuili ſocietate eſſe videntur. Nam ciuilis ſocietas non modo præſens cõ-
modum affectat:ſed omnino ad vniuerſam vitã. & voluptatem meditatur. Nam ciuiles ſacrificia faciunt,& cir-
ca hæc cœtus inſtituunt,dijs honorem tribueotes,& ſibijpſis requiem cum voluptate parantes. & vetuſta ſacri-
ficia conuentúſq;, vt primitiæ quædam poſt frugum perceptionem ordinata ſunt: ꝙ plurimum per id temporis
otio indulgebant. omnes igitur particulares ſocietates tum ob vtilitatem,tum ob iucunditatem partes quædam
ciuilis eſſe videntur. & quales ſocietates:tales & amicitiæ eas conſequentur.

Cap. X.

REi autem publicæ,tres ſunt ſpecies:& totidem etiam tranſgreſſiones & qua- 50
ſi labes illarum. Et illæ quidem ſunt:regnum,& optimorum poteſtas,& ter-
tia eſt ea,quæ è cenſibus fit.quam cenſupoteſtatem dicere,accommodatum
videtur . plurimi autem rempublicam appellare conſueuerunt. Atque ha-
rum optima quidem eſt regnum:deterrima vero cenſupoteſtas. Tranſgreſ-
ſio autem regni quidem tyrannis eſt. ❡In vtraque enim vnus eſt princeps,ſed inter ſe- 51
ſe plurimum differunt. Nam tyrannus quidem ſuum,rex autem eorum qui ab ipſo re-
guntur conſiderat commodum . Non eſt enim rex , niſi ſit ex ſeſe ſufficiens , & bonis
omnibus antecellat. Talis autem nullius indiget rei: non ergo ſuas ipſe , ſed eorum qui
reguntur vtilitates conſiderat . qui nanque talis non eſt , ſorte potius quidam eſt prin-
ceps quàm rex. ❡Tyrannis autem eſt contraria regno. ſuum nanque bonum ſequitur 52
ipſe tyrannus . Quo magis patet ipſam eſſe peſſimam . peſſimum enim id eſt quod eſt
contrarium optimo. fit autem in tyrannidem ex regno tranſgreſſio. Tyrannis enim
principatus eſt prauitas eius in quo vnus eſt princeps. prauus autem rex : fit tyrannus.
❡Ex optimatum vero poteſtate ad paucorum potentiam fit tranſgreſſio : vitio princi- 53
pum , qui res ciuitatis præter dignitatem diſtribuunt, & cuncta bona ſibi vel plurima
tribuunt , & magiſtratus ſemper eiſdem plurimi diuitias facientes . pauci igitur & pra-
ui pro optimis dominantur . ❡Sed ex cenſupoteſtate ad popularem fit tranſgreſſio 54
poteſtatem . Sunt enim hæ finitimæ . nam & cenſupoteſtas , multitudinis eſſe ſolet : &
pares ſunt omnes qui ſunt in cenſu. ❡Minime vero prauum eſt popularis poteſtas. 55

parum enim reipublicæ tranſgreditur ſpeciem. Res igitur publicæ hoc maxime modo
56 mutantur.minima enim ſic atque facillima fit ipſarum migratio.¶ Similitudines autem
ipſarum & quaſi exempla quiſpiam & in domibus accipere poteſt. Societas enim pa-
tris ad filios:regni præ ſe fert effigiem.nati nãque patri ſunt curæ.hinc & Homerus Io-
uem patrem appellat. ipſum nanque regnum, imperium eſt ſuapte natura paternum.
Patris autem apud Perſas imperium tyrannicum eſt.ſuis enim filijs vtuntur vt ſeruis.
Heri etiam ad ſeruos tyrannicum eſt.nam in ipſo vtilitas agitur heri.atque hoc quidem
rectum eſſe videtur:ſed Perſarum aberrat.diuerſorum enim diuerſa ſunt imperia. Viri
autem & vxoris ſocietas:ſimilis optimatum poteſtati videtur. pro dignitate nanque vir
præſidet,& in ijs quæ virum decent: quæ vero vxori accommodantur, hæc illi tribuit.
Quòd ſi in omnibus vir dominetur:in paucorum poteſtatem mutatur. præter dignita-
tem enim hoc facit:& non ea ratione qua præſtabilior eſt. Interdum autem dominan-
tur vxores:ob amplitudinem patrimonij.non igitur fiunt imperia ob virtutem: ſed ob
diuitias,& potentiam,perinde atque in paucorum fit poteſtate.fratrum vero ſocietas,ſi-
milis eſt cenſupoteſtati.ſunt enim pares,præter differentiam ætatis. Quocirca ſi multũ
ætatibus differant:non fraterna inter ipſos fit amicitia. popularis autem poteſtas, in ijs
maxime habitationibus eſt:quæ domino carent.hic enim omnes ſunt æquales.& in qui-
bus princeps eſt imbecillis:& vnicuique ineſt poteſtas.

50 ¶ Decimi capitis notæ. ¶ Regnum: eſt vnius principatus,non ſuum ſed ſubditorum bonum intendentis. & qui
præeſt:rex appellatur. Tyrannus contrà: proprium,& non ſubditotum bonum intendit. Optimorum poteſtas:
eſt cum reſpublica per ſtudioſos ac optimos gubernatur.& qui pręſunt,optimates atq; magiſtratus appellantur.
Huic opponitur paucorum poteſtas. Cenſupoteſtas:eſt cum per multos mediocres,commune bonum intenden-
tes:reſpublica gubernatur. cui opponitur popularis poteſtas.

¶ Tres reſpublicæ		¶ Tres reipublicæ labes	
βασιλεία	Regnum	τυραννίς	Tyrannis
ἀριστοκρατία	Optimorum poteſtas	ὀλιγαρχία	Paucorum potentia
τιμοκρατία	Cenſupoteſtas	δημοκρατία	Popularis potentia
Hinc denominantur		Hinc denominantur	
βασιλεῖς	Reges	τύραννοι	Tyranni
ἀριστοκρατικοί	Optimates	ὀλιγαρχικοί	Pauci principantes
τιμοκρατικοί	Cenſupotentes	δημοκρατικοί	Populares

¶ Decimum cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.
50 ¶ Decimi capitis commentarius ad literam. ¶ Ptima concluſio. Tres ſunt reipublicæ ſpecies:& totidem aduer-
ſæ,contrariæ'que labes,atq; tranſgreſſiones. Nam vna reipublicæ ſpecies eſt regnum,altera eſt optimorum po-
teſtas.& tertia eſt quam à cenſibus,cenſupoteſtatem nominare poſſumus:quam plurimi rempublicam appella-
re cõſueuere & harum trium reipublicæ ſpecierum: ſumma,ac optima:eſt regnum.infima autem deiectiſſimaq;
cenſupoteſtas. & media: poteſtas optimorum. & tres contrariæ tranſgreſſiones ſunt: regni tranſgreſſio,tyran-
51 nis.optimatum poteſtatis:paucorum potentia.& cenſupoteſtatis:popularis poteſtas. ¶ Secunda concluſio. Re-
gnum,& tyrannis conueniunt:ſed inter ſeſe latiſſime differunt. Conueniunt quidem: nam & in regno,& in ty-
rannide vnus eſt princeps.at differũt plurimum. Nam tyrannus ſuum bonum meditatur:rex autem eorum com
modum,qui ab ipſo reguntur.non enim rex eſt:niſi ex ſeſe ſit ſufficiẽs,& omnibus bonis antecellat.at vero qui
talis eſt: nullius rei indiget. non ergo ſuas, ſed eorum quos gubernat quærit vtilitates . qui autem non eſt talis,
52 forte potius quidam eſt princeps,quàm rex. ¶ Tertia concluſio. Tyrannis tranſgreſſionum reipublicæ peſſima
eſt. Nam tyrannis contraria regno eſt.ſuum enim bonum ſequitur ipſe tyrannus. at regnum,optimus reipubli-
cæ ſtatus eſt:igitur tyrannis tranſgreſſionum peſſima eſt.peſſimum enim id eſt quod optimo contrarium eſt.fit
enim ex regno in tyrannidem tranſgreſſio.nam tyrannis prauitas eſt eius principatus in quo vnus princeps eſt:
53 & prauus rex tyrannus efficitur. ¶ Quarta concluſio. Ex optimatum poteſtate:ad paucorum potentiam perdu-
citur tranſgreſſio. Nam plerunque principum vitio: qui res ciuitatis præter dignitatem diſpenſant, cuncta bo-
na aut plurima ſibi tribuentes,& magiſtratuum functiones ſemper eiſdem,lucrum,& diuitias ſemper plutimi fa
cientes : pauci & praui pro optimis dominantur . tranſit igitur optimatum poteſtas : ad paucorum potentiam.
54 ¶ Quinta concluſio. Ex cenſupoteſtate ad popularem poteſtatem fit tranſgreſſio. Nam cenſupoteſtas,& popu-
laris potentia finitimæ ſunt. vtraque enim multitudinis eſt: & pares ſunt omnes qui in cenſu ſunt . non mirum
55 igitur ſi ex hac ad popularem potentiæ labem,tranſgreſſionémq; deuenitur. ¶ Sexta concluſio. Minima tranſ-
greſſionum reipublicæ:eſt popularis poteſtas. Nam parum reipublicæ trãſgreditur ſpeciem. ſic enim(vt dictum
eſt)reſpublicæ maxime mutantur. nam ſic ab illis ad aſſignatas labes:minima & quaſi è propinquo atq; facilli-
56 ma demigratio eſt. ¶ Septima concluſio. Specierum reipublicæ,atque ſuarum tranſgreſſionum ſimilitudines.&
quaſi exempla in re familiari,atque domeſtica deprehendi poſſunt . Nam ſocietas patris ad liberos: præ ſe fert
regni effigiem: nam & nati, patri ſunt curæ. hinc Homerus Iouem patrem appellat. ipſum enim regnum:vult
imperium eſſe paternum . Et apud Perſas : patris imperium tyrannicum eſt . nam ſuis filijs vt ſeruis vtuntur .
& heri ad ſeruos,dominium tyrannicum eſt. nam in eo vtilitas quæritur heri. & hoc quidem rectum eſſe vide-
tur. ſed Perſarum aberrat conſuetudo. nam diuerſorum,diuerſa debent eſſe imperia. Viri autem & vxoris ſo-
cietas: optimatum aſſimilatur poteſtati. nam vir pro dignitate præſidet, & in ijs quæ decent virum: quæ vero

vxori accommodantur, eadem & vxori tribuit. Quòd ſi in omnibus vir dominetur: paucorum aſſimilatur poteſtati. & præter dignitatem id facit, & non qua præſtabilior exiſtit. & interdum ob amplitudinem patrimonij dominantur vxores: quod cum fiat non ob virtutem ſiunt imperia, ſed ob diuitias, atq; potentiam. perinde atq; in paucorum poteſtate fieri ſolet, idque iterum paucorum aſſimilatur poteſtati. Sed fratrum ſocietas ſimilis eſt cenſupoteſtati. ſunt enim pares: ætatis excepta differentia. quocirca ſi multum ætatibus differant: non fraterna inter eos ſtatuitur amicitia. Verum in ijs domibus (quæ ſine domino ſunt) maxime conſpicitur popularis poteſtas. ibi enim omnes ex æquo viuunt, atq; inter ſe ſe gerunt æquales. ſimiliter & vbi princeps imbecillis eſt. illic enim vnicuiq; licentia poteſtâſq; adeſt. eſt itaq; notum: ſpecierum reipublicæ, ſuarúmq; tranſgreſſionum: in domibus ſua conſpici exempla atq; imagines.

Cap. XI.

IN vnaquaque autem republica tantum amicitiæ eſſe: quantum & iuſti vide- 57
tur. Atque regis quidem amicitia ad eos qui reguntur, in excellentia bene-
ficij conſiſtit. confert enim in eos beneficia, qui ab ipſo reguntur. ſiquidem
cum ſit bonus, curam ipſorum habet, quo bene ſeſe habeant: vt ouium pa-
ſtor. vnde & Homerus Agamemnonem, populorum nuncupauit paſtorem. ¶Talis 58
autem eſt & amicitia paterna: beneficiorum vero magnitudine differt. Eſt enim eſſendi
cauſa pater: quod maximum eſſe videtur, & enutritionis, ac eruditionis. Hæc eadem
& cæteris maioribus tribuuntur. ¶Natura nanque pater filiorum, & aui nepotum:
& rex eorum quibus præſidet, imperium obtinet. Hæ autem amicitiæ in excellentia
conſiſtunt. quapropter & honorantur ipſi parentes. ¶Et iuſtum igitur in his non idem 59
eſt: ſed quod efflagitat dignitas. ¶Sic enim ſeſe habet & amicitia. ¶Et viri etiam ad 60
vxorem eadem eſt amicitia, & in optimatum poteſtate. eſt enim vt virtus poſtulat. Et
præſtabiliori plus tribuitur boni & quod vnicuique accommodatur. ſic autem ſeſe ha-
bet & ipſum iuſtum. ¶At amicitia fratrum, ſimilis eſt ſodalitiæ. ſunt enim pares at- 61
que æquales ætate. tales autem eiuſdem plerunque diſciplinæ, & eorundem ſunt mo-
rum. Similis eſt huic, & quæ eſt in cenſupoteſtate. ciues enim pares eſſe ſolent ac bo-
ni. & quiſque nunc dominatur, nunc paret, & æque. ſic igitur eſt in ipſis & amicitia.
¶In tranſgreſſionibus autem, quemadmodum & iuſtum: ſic & amicitia exigua eſt. & 62
minime eſt in ea, quæ peſſima. in tyrannide nanque nihil aut perparum eſt amicitiæ. in
quibus enim nihil eſt commune imperanti atque parenti: nec amicitia eſt, nam neque
iuſtum. Sed tale quidem eſt, quale eſt artifici ad inſtrumentum: & animæ ad corpus, &
hero ad ſeruum. Hæc enim omnia, vtilitatem quidem ab ijs ſuſcipiunt, qui ipſis vtun-
tur. ſed amicitia non eſt ad inanimata, nec iuſtum. Quin neque ad bouem vel equum: ne-
que ad ſeruum, ea ratione qua ſeruus eſt. non eſt enim quicquam cõmune. Seruus enim
animatum eſt inſtrumentum. inſtrumẽtum autem inanimatus eſt ſeruus. ad ſeruum igi-
tur hoc ipſo quo ſeruus, non eſt amicitia: ſed quo eſt homo. Nam omni homini iuſtum
quiddam eſſe videtur ad omnem hominem: qui communicare ſecundum legem, pactio-
némq; poteſt. quare & amicitiam, ratione qua homo eſt. Perparum igitur & in tyranni-
de eſt amicitiæ atque iuſti. ¶In popularibus autem poteſtatibus plurimum. Complura 63
enim his ſunt communia: cum ſint pares.

¶Et viri i ex ſuperiori intelligitur negatio.

¶Vndecimi capitis notæ. ¶Ex comparatione amicitiæ paternæ ad regiam: cognoſci debet quantum rex ſubdi- 58
torum bonum intendere debeat. & in vnaquaque virtute ſubditis ceu pater liberis ſeſe præbere exemplum: ſed
tanto magis, quanto authoritate maior: & in factis ſeu bona, ſeu mala conſpectior. vt enim principes maxime
nocent exemploiita & maxime prodeſſe poſſunt exemplo.

¶Vndecimum cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.

¶Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Regis ad eos qui ab ipſo reguntur: amicitia 57
in excellentia eſt. Nam in vnaquaque republica tantum amicitiæ eſſe videturi quantum & iuſti. igitur ad eos
qui ab ipſo reguntur: amicitia in eacellentia beneficij conſiſtit. eſt enim regis: ſubiectis beneficia conferre. nam
cum bonus ſit, ipſorum curam gerit quo bene ſeſe habeant: ceu ouium paſtor. hinc & Homerus Agamemno-
nem populorum nuncupauit paſtorem. ¶Secunda concluſio. Amicitia paterna regiæ ſimilis eſt, ſed ab ea bene- 58
ficiorum magnitudine differt. Nam amicitia paterna, vt & regia in excellentia conſiſtit, differt autem, nam pa-
ter filijs eſſendi caoſa eſt, quod & maximum eſſe videtur. eſt & cauſa enutritionis, ac eruditionis, ſed hæc vlti-
ma cæteris ſuperioribus (vt & eadem impendere poſſunt) attribuuntur. rex autem ſobditis cauſa eſſendi, nutri-
cationis & diſciplinę hoc pacto non eſt. igitur paterna amicitia, beneficiorum magnitudine á regia differt. Quo
ſit vt rex ipſique parentes honorari debeant. nam natura pater filiorum, & aui nepotum, & rex eorum quibus
præſidet: imperium obtinet. hæ enim amicitiæ: in excellentia conſiſtunt. illos igitur honorare debemus. ¶Ter- 59
tia concluſio. Amicitiæ paternæ, atq; regiæ non eſt idem iuſtum. Nam in vtraq; id eſt iuſtum: quod efflagitat
dignitas. ſic enim ſe habet & amicitia. ¶Quarta concluſio. Viri ad vxorem, & in optimatum poteſtate: non ea- 60
dem amicitia eſt. Nam viri ad vxorem, eſt amicitia, vt virtus poſtulat, atque pro dignitate: & præſtabiliori plus
tribuitur boni, & quod vnicuiq; accommodum eſt. ſic enim ſeſe habet & ipſum iuſtum. non igitur viri ad vxo-

61 rem,& in optimatum poteſtate:eadem amicitia eſt. ℂQuinta concluſio. Amicitia fratrum ſimilis eſt ſodalitię.
Sunt enim pares,atque æquales ætate:& tales plerunque eiuſdem diſciplinæ,& ſimilium morum eſſe ſolent. ſi-
militer & amicitia fratrum: ſimilis eſt cenſupoteſtati. nam in ea ciues pares eſſe ſolent,ac boni,& qui nunc do-
62 minatur nunc & æque paret. ſic igitur in ipſis,vt in fraterna,amicitia eſt. ℂSexta concluſio. In trāſgreſſionibus
parum amicitiæ, & præſertim in tyrannide,aut nihil, aut perparum amicitiæ eſt. Nam in tranſgreſſionibus eſt
amicitia quemadmodum & iuſtum.in ipſis autem parum iuſti eſt:& maxime omnium in tyrannide,quæ tranſ-
greſſionum peſſima eſt.igitur in tyrannide aut nihil aut perparum amicitię eſt. Et quòd in tyrannide nihil pror-
ſus,aut perparum ſit amicitiæ:iterum hac ratione conſtat. Nam in quibus nihil eſt commune imperanti,& pa-
renti,amicitia nulla eſt:nam neq; iuſtum. ſed tale hic aliquid eſt,quale artifici ad inſtrumentum,animæ ad cor-
pus & domino ad ſeruum . quæ & ſi omnia iuuentur ab iis qui ipſis vtuntur: tamen ad ea nec amicitia, nec iu-
ſtum. ad inanimata enim nec amicitia nec iuſtum eſt. quin neque ad bouem,neque equum,neque ſeruum qua-
tenus ſeruus eſt. nam nihil heri cum ſeruo vt ſeruus eſt,commune eſt. eſt enim ſeruus animatum inſtrumentum:
inſtrumentum autem eſt inanimatus ſeruus . ad ſeruum igitur hoc ipſo quòd ſeruus, non eſt amicitia : ſed quo
eſt homo. Nam omni homini ad omnem hominem,iuſtum quiddam eſſe videtur: qui communicare ſecundum
legem, pactionèmq; poteſt. quare & amicitia: ea quidem ratione qua eſt homo. verum tyranno & ſubditis ni-
63 hil commune eſt,vt neque hero & ſeruo. igitur in tyrannide nihil amicitiæ,aut iuſti,aut perparum eſt. ℂSepti-
ma concluſio. In popularibus poteſtatibus,plurimum inter tranſgreſſiones amicitiæ eſt. Nam complura ſunt il-
lis communia,cum ipſis ſint pares,& ex æquo viuatur. inter igitur tranſgreſſiones: plurimum & amicitiæ,& iu-
ſti ſibi retinent populares poteſtates.

Cap.XII.

64 OMnis igitur amicitia (vt dictum eſt) in ſocietate conſiſtit. Conſanguineam
autem quiſpiam ſeiunxerit ac ſodalitiam . Ciuium autem amicitiæ , & con-
tribulum , & ſimul nauigantium , & quotquot ſunt tales , magis in ſocietate
conſiſtunt . nam ſtipulatione quaſi quadam conſtare videntur. Inter has
65 quiſpiam & hoſpitalitiam collocauerit . ℂConſanguinea vero multiplex eſſe videtur.
Pendet autem omnis ex paterna . ℂParentes enim diligunt natos vt aliquid ſui : na-
ti vero parentes vt aliquid ex illis. ℂAtque magis ſciunt parentes eos qui ſunt ex ip-
ſis , quàm nati ſe eſſe ex illis . ℂMagiſque coniunctum eſt id ex quo natum eſt ipſi na-
to,quàm factum ei quod fecit. eſt enim ei ex quo eſt ortum: proprium id quod ex ipſo
eſt ortum.vt dens,crinis,& quiduis habenti.nullum autem illorum id ex quo orta ſunt,
aut minus. Accedit eodem & temporis longitudo . parentes enim natos continuo dili-
gunt.illi vero parentes:incrementis tempore ſuſceptis, & mentis comprehenſione, vel
ſenſus.Ex his autem patet & cur magis diligant matres.parentes igitur natos vt ſeipſos
amant.qui nanq; ex ipſis ſunt orti: ſunt quaſi ipſi alij ſeparatione. nati vero parētes vt
66 orti ex illis. ℂFratres autē ſeſe mutuo diligunt,ꝙ ex eiſdē ſint orti.Identitas enim quæ
eſt ad illa,idem inter ipſos facit.Quapropter eundem ſanguinem dicunt, & ſtirpem,&
talia.ſunt igitur quodam modo idem & in diuiſis. ℂMagnum autem ad amicitiam eſt
& enutritos ſimul eſſe,& ætatis æqualis. Aequalis enim æqualem delectat:& ipſi fami-
liares ſodales ſunt.& idcirco fraterna amicitia ſodalitiæ ſimilis eſt:patrueles vero,cæte-
ríq; propinqui,ex his ſunt coniuncti,propterea quòd ſunt ex eiſdem. Atque alij magis,
67 alij minus fiunt ex eo coniuncti,quia prope eſt aut diſtat origo. ℂAmicitia autem quæ
filiorum eſt ad parentes,& hominum ad deos: vt ad bonum eſt atque excellens . Nam
maxima beneficia contulerunt.fuerunt enim eſſendi cauſa,& alimenti , ac educationis.
68 ℂHabet autem & voluptatem , & vtilitatem talis amicitia magis quàm extraneorum:
quanto & vita communior ipſis eſt.ℂSunt autem & in fraterna amicitia ea quæ & in ſo
dalitia ſunt:& magis in bonis, & omnino in ſimilibus quanto coniuncti ſunt magis, at-
que ab ortu ſeſe mutuo diligunt.Et quanto ſunt magis ſimilium morum,qui ex eiſdem
ſunt orti:& ſimul nutriti,& ſimiliter educati,ac eruditi.probatio enim , quæ quidem fit
tempore,plurima eſt atque firmiſſima.Sunt etiam & cæteris in conſanguineis ea quæ
69 ad amicitiam attinent: vt rationum comparatio flagitat . ℂViro autem & vxori ſecun-
dum naturam amicitia videtur ineſſe.homo nanque natura coniugale magis eſt, quàm
ciuile:quanto prius & neceſſarium magis eſt domus , quàm ciuitas , & procreatio com-
munior animalibus.Atque cæterorum quidem animalium , hic ſocietatis eſt terminus.
homines autem coniugium ſubeunt non ſolum procreationis , ſed eorum etiam gratia
quæ ad ipſam conferunt vitam.officia nanque continuo ſunt diuiſa, atque alia viri, alia
ſunt vxoris.opem itaque ſibi mutuo ferunt,res proprias in commune ponentes . Qua-
propter hac in amicitia vtilitas ineſſe videtur,atque voluptas.Fuerit autem & ob virtu-

tem,etiam amicitia:ſi boni ſint.eſt enim vtriuſque virtus: atque hoc ipſo eſſe gaudebũt.
¶ Filij autem coniunctio eſſe videtur. ¶ Idcirco & citius ij qui carent liberis diſſoluun- 70
tur. ¶ Filij nanque bonum,eſt vtriſque commune.ipſum autem cõmune continet. Quæ-
rere vero quonam modo viro viuendum eſt cum vxore, & omnino amico cum amico:
nil aliud eſſe videtur, quàm quærere quomodo iuſtum eſt. Non enim idem iuſtum vide
tur amico ad amicum:nec ad extraneum,& ſodalem,ac condiſcipulum eſſe.

¶ Duodecimi capitis notæ. ¶ Patrueles: ſunt patruorum filij,hoc eſt fratrum filij. ¶ Fieri poteſt vt extraneorum 66 65
amicitia plus voluptatis,& vtilitatis contineat:quàm conſanguineorum.at hoc accidit.non ita enim natura eſſe
debet.ſed de ijs quæ accidunt,non ſtatuitur ſcientia.

¶ Duodecimum cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.

¶ Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sodalitia amicitia à fraterna ſeiungenda vi- 64
detur: & potius alijs connumerãda. Nam omnis amicitia(vt dictum eſt)in quadam ſocietate verſatur,& ciuium
amicitiæ, & contribulum, & ſimul nauigantium, & quotquot tales ſunt: magis in ſodalitia conſiſtere videntur.
nam conuentione quadam videntur conſtare . inter has igitur potius quis annumeranerit hoſpitalitiam atq; ſo-
dalitiam. ¶ Secunda concluſio. Amicitia patris ad filium,quàm contrà filiorum ad patrem: maior eſſe videtur. 65
¶ Primo quidem. quia cum cõſanguinea amicitia videatur multiplex:omnis tamen à paterna pẽdet. nil mirum
igitur ſi paterna maior habeatur. ¶ Secundo. quia parentes natos diligunt,vt aliquid ſui:nati vero parentes,vt
aliquid ex ipſis. magis autem noſtra amamus,quàm amemur à noſtris. ¶ Tertio. bona quę magis cognoſcimus:
ea quoq; magis amamus. at parentes magis ſciunt cognoſcuntq; eos qui ex ipſis ſunt, quam nati ſe eſſe ex illis
cognoſcant. maior igitur amicitis patrum,quàm filiorum. ¶ Quarto. magis coniunctum eſt ipſi nato id ex quo
factum eſt:quàm factum ipſi facienti. id enim quod factum eſt ipſi facienti magis proprium,velut quod conti-
netur continenti, & quod habetur ipſi habenti: vt dens, crinis & quiduis tale. at vero nulli factorum id ex quo
orta ſunt hoc pacto proprium eſt,aut minus tale eſt. maior igitur amicitia paterna,quàm filiorũ eſt. amat enim
magis quiſque quod continet,quódq; habet:quàm contrà ipſe ab eo quod habetur viciſſim ametur. ¶ Quinto.
amicitijs parentum,temporis longitudo adeſt. amant enim natos continue ab initio parentes. nati vero tempo-
re ſuſceptis incrementis,ſuſceptáq; mentis atq; ſenſus comprehenſione. maior igitur amicitia patrum,quàm fi-
liorum eſt. Ex quibus quoque notum eſſe poteſt:matres magis quàm patres diligere filios. Nam magis cogno-
ſcunt, & certiores ſunt, & magis aliquid ſui eſſe videntur. ſed ſatis nunc conſtat quo pacto parentes vt ſeipſos
natos amant. nati vero contrà,parentes vt alij,& ſeparati,atque vt orti ex illis. ¶ Tertia concluſio. Poſt amici- 66
tiam paternam,fratrum amicitia maior eſt. ¶ Primo. Nam fratres ſeſe mutuo diligunt:quòd ex eiſdem ſunt or-
ti. identitas enim ad illos ex quibus ortum ducunt proxime,inter eos idem facit. hinc ſe dicunt eundem ſangui
nem,ac eandem ſtirpem eſſe,& ſimilia. maior igitur poſt paternam amicitiam: fratrum amicitia. ¶ Secundo. ma
gnum ad amicitiam eſt ſimul enutritos eſſe,& eſſe ætate æquales. æqualis enim æqualem oblectat. & ipſi ſoda-
les quoq; qui ſimul enutriuntur: familiares ſunt. tales autem ſunt inter ſeſe fratres, & idcirco fraterna amicitia
ſodalitiæ ſimilis eſt. & patrueles,& cæteri propinqui ex fratribus ſunt coniuncti: propterea quòd ex ipſis fratri-
bus ortum ducunt. & alij adinuicem magis,& alij minus fiunt amici:quia propè eſt aut procul iam diſtat origo.
¶ Quarta concluſio. Amicitia filiorum ad parentes,& hominum ad deos: vt ad bonum quiddam,atq; excellens 67
eſt. Nam dij atq; parentes maxima beneficia contulerunt. fuerunt enim eſſendi cauſa,alimenti ac educationis.
¶ Quinta concluſio. Conſanguineorum amicitia magis voluptatem, ac vtilitatem habet: quàm extraneorum 68
amicitia. ¶ Primo. quia conſanguineis vita communior eſt: & quanto amicis communior, tanto delectabilior
atq; vtilior. ¶ Secundo. inter fratres amicitiæ ſunt,quæ inter ſodales atq; connutritos: & magis in bonis,& om-
nino ſimilibus bonis quanto coniunctiores,& ab ortu ſeſe mutuo diligunt,& quanto ſimilium ſunt morum: vtpo
te qui ex eiſdem parentibus ſint orti, ſimúlque enutriti, & ſimili educatione, ac doctrina pariter imbuti. adde
quòd adinuicem bene ſunt probati. probatio enim quæ plurimo tempore fit,& plurima atq; firmiſſima eſt. & in
cæteris conſanguineorum amicitijs ea omnia ſunt: quæ ad amicitiam attinent ſecundum conſanguineitatis gra
dum, & vt ipſa analogia poſtulat. conſanguineorum igitur amicitia: magis voluptatem vtilitatémq; continet,
quàm extraneorum amicitia. ¶ Sexta concluſio. Amicitia viri & vxoris: ſecundum naturam eſſe videtur. Nam 69
homo magis natura coniugalis,quàm ciuilis: quanto natura prior,& magis neceſſaria domus eſt,quàm ciuitas,
& quanto natura procreatio animantibus communior eſt,quàm congreſſio. at cæteris animantibus,maris & fœ
minæ ad procreationem ſocietas eſt. & eiuſmodi ſocietatis eorum procreatio terminus eſt: in hominibus autem
non. nam homines coniugium ineunt,non modo procreationis gratia: verum etiam & eorum gratia quæ ad vi-
tam conferunt. nam in re familiari,maris & fœminæ officia continuo ſunt diuiſa: atq; alia viri,alia ſunt vxoris.
opem itaq; ſibi mutuo ferunt, res proprias in commune ſtatuentes. Quo fit vt in amicitia iugali vtilitas videa-
tur ineſſe,pariter atq; voluptas. verum enimuero ſi boni ſunt: non modo ob vtilitatem & voluptatẽ,quinetiam
& ob virtutem fuerint amici. nam vtriuſq; virtus eſt,atq; hoc ipſo ſimiles eſſe gaudebunt. ¶ Septima concluſio. 70
Viri & vxoris ſocietas,atq; coniunctio: liberorum procreatione ſaluatur. ¶ Primo. quia idcirco videmus eos qui
liberis carent: citius diſſolui,diuortiáq; quærere. ¶ Secundo. quia liberi vtriuſq; & viri & vxoris bonum commu-
ne ſunt: quod autem commune eſt,continet atq; vnit. liberi igitur: viri & vxoris coniunctio ſunt,ipſámq; ſaluãt.
Et quærere quomodo viro viuendum eſt cum vxore,& amico prorſus cum amico: nihil aliud eſt quàm quære-
re quomodo viri ad vxorem iuſtum eſt,& amico ad amicum. non enim idem iuſtum videtur eſſe amico ad ami
cum,& ad extraneum, ſimiliter ad ſodalem, & ad condiſcipulum.

Cap. XIII.

CVm autem tres ſint amicitiæ (vt ab initio dictum eſt) & in vnaquaque alij 71
ſint pares amici, alij impares (nam ſimiliter boni fiunt amici, & præſtabilior
deteriori: ſimiliter & iucundi , & ob vtilitatem etiam in commodis pares , &
differentes) pares quidem: tam amando, quàm cæteris æquales eſſe oportet:
impares autem id reddere quod excellentiæ ratio flagitat . Fiunt autem in ami-
citia , quæ vtilitatis eſt gratia , vel ſola vel maxime : incuſationes non ſine ratione,

atque querelæ. ¶Qui nanque ſunt ob virtutem amici: prompti ſunt ad beneficia ſibi
mutuo conferenda.hoc enim eſt & virtutis & amicitiæ. Atq; cum ad hoc certatim pro-
perent:nullæ prorſus inter ipſos accuſationes,nec rixæ fiunt. nemo enim amanti, & be-
neficia conferenti ſuccenſet:ſed ſi ſit gratus, beneficijs reſpondet. Atque qui in benefi-
cijs conferendis exuperat,cum id aſſequatur quod cupit:non incuſabit amicum. V terque
72 enim bonum affectat. ¶Nec in ijs quæ ob voluptatem conſtant:querelæ nimium fiunt.
Nam ſi ſimul degere gaudent:fit id ſimul vtriſque quod appetunt.ridiculus autem vide
73 tur & qui non delectantem incuſat:cum liceat non conuerſari. ¶At in ea quæ vtilitatis
gratia conſtat,locum incuſationes habent,atque querelæ.Nam cum ſeſe mutuo pro vti-
litate vtantur:ſemper indigent pluris.& minus quam oportet ſeſe habere putant:atque
queruntur ex eo quia non tot aſſequuntur quot indigent,cum ſint digni. Qui vero con
ferunt beneficia, nequeunt tot conferre: quot indigent ij in quos beneficia conferun-
tur. Videtur autem vt duplex eſt iuſtum, aliud ſine ſcripto, aliud lege: ſic & eius amici-
tiæ quæ vtilitatis eſt gratia, alia moralis, alia legitima eſſe. Fiunt igitur incuſationes
tum maxime: cum non per eandem commutant & diſſoluuntur. ¶Atque legitima
quidem eſt ea, quæ in definitis conſiſtit: & quædam eſt omnino ſordida de manu in
manum:quædam liberalior, ad tempus ſed per pactionem, quid pro quo. eſt id quod
debetur in hac, manifeſtum: & non ambigitur. habet autem dilationem ad amicitiam
attinentem.Quapropter apud nonnullos horum non ſunt iudicia. ſed arbitrantur eos
oportere contentos eſſe, qui fide commutarunt. Moralis autem non in definitis conſi-
ſtit:ſed vt amico quidem largitur,aut vt alij (quiſquis is tandem ſit) accipere autem di-
gnum eſſe cenſet,æquale aut plus:quaſi non dederit,ſed mutuauerit. Atque ſi non vt cõ
mutauit,diſſolutio fit:incuſabit.hoc autem ideo accidit: quia omnes vel plurimi,volunt
quidem honeſta,anteponunt autem ea quæ proſunt. Atque honeſtum quidem eſt be-
74 neficia conferre,non vt viciſſim ſuſcipiantur:vtile vero ſuſcipere. ¶Si poteſt igitur: di-
gnum reddere oportet beneficium ijs qui accepit, & ſponte quidem.inuitus enim non
eſt faciendus amicus.vt errore igitur in principio facto:& beneficio à quo accipere non
oportebat, ſuſcepto (Non enim ab amico, nec ob ipſum id faciente) diſſoluere ipſum
oportet, vt beneficio pro definitis ſuſcepto, atque polliceri, cum poſſet reddere. nam
ſi non poſſet: nec dignum is qui dedit, ipſum ſuo munere cenſuiſſet. quare redden-
dum eſt, ſi habeat facultatem. In principio autem conſiderandum eſt, à quonam be-
75 neficium,& pro quo confertur:vt pro his ſuſcipiat, aut non ſuſcipiat illud. ¶Exiſtit au-
tem dubitatio, vtrum eius qui ſuſcepit vtilitate metiri oporteat id quod reddi debet:
an eius qui contulit beneficium? ¶Qui nanque beneficium acceperunt:extenuantes id-
ipſum, ea dicunt ſeſe cepiſſe, quæ parua erant illis: quæq; ab alijs licebat accipere. illi
vero contrà, ea quæ maxima rerum erant ſuarum: quæq; ab alijs aſſequi non poterant,
76 & in periculis,aut neceſſitatibus talibus. ¶An quia amicitia eſt ob vtilitatem: vtilitas
eius qui beneficium ſuſcepit, menſura eſt ſtatuenda? Hic eſt enim qui indiget: & huic
fert opem vt accepturus æqualem. tantum igitur auxilium fuit, quantum vtilitatis ha-
buit hic. & reddendum eſt igitur tantum quantum ipſe conſecutus eſt, vel etiam plus.
77 eſt enim magis honeſtum. ¶In amicitijs autem quæ ſunt ob virtutem,accuſationes qui
dem non ſunt. Menſuræ autem ſimilis eſt electio eius,qui beneficium contulit.id enim
quod eſt virtutis ac moris præcipuum,in electione conſiſtit.

¶Decimitertij capitis notæ. ¶Æqualitas:omnem amicitiam ſeu vtilis,ſeu delectabilis,ſiue honeſti ſeruat. Inæqualitas autem diſſoluit.

¶Decimumtertium cap. ſex concluſionibus,& vna dubitatione partitum eſt.

71 ¶Decimitertij capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. In amicitia ſtudioſorum, incuſationes ac querelæ minime fiunt. ¶Primo. quia,vt à principio dictum eſt,tres ſunt amicitię:ob voluptatem ſcilicet,vtilitatem ac honeſtum. & in vnaquaq; earum inueniuntur amici: tum pares,tum impares.in excellentiaq; conſtituti. Nam qui æque boni ſunt:fiunt amici,ita & qui præſtantior eſt inferiori. Identidem & iucundi:& pares,& impares.& ob vtilitatem nihil minus in commodis pares,& impares,ac differentes. & pares: tam amando,quam cæteris æquales eſſe oportet,impares autem id mutuo reddere par eſt: quòd ipſa excellentiæ ratio,dignitáſq; poſtulat. & in ſola amicitia quæ vtilitatis gratia ſuſcipitur,vel maxime,& non ſine ratione: incuſationes atq; querelæ fiunt. vt poſtea euadet manifeſtum. nihil igitur mirum: ſtudioſorum amicitiam incuſationibus querelíſque carere. ¶Secundo. quia qui ob virtutem amici ſunt: prompti ſunt ad beneficia ſibi mutuo conferenda. beneficia

enim conferre: & virtutis, & amicitiæ eſt. ſed qui hoc faciunt: nulla inter eos iurgia, incuſationes, querelæve in-
ſurgunt. cum igitur ad hoc certatim honeſtatis, ſtudioſique amici contendant, ac properent: nullæ prorſus in-
ter ipſos accuſationes, ac querelæ fiunt. nemo enim, & amanti, & beneficia conferenti ſuccenſet: verum ſi ſit
gratus beneficijs reſpondet. quòd ſi aliquando fiat vt eorum aliquis in beneficija conferendis exuperet: cum id
aſſequatur quod cupit, non incuſabit amicum. vterq; enim vtriq; bonum affectat. ¶ Secunda concluſio. In ami- 72
citijs quæ ob voluptatem conſtant, non multum incuſationes ac querelę fiunt. Nam ſi ſimul degere gaudent: ſit
ſimul vtriſq; quod vtriq; appetunt. non igitur tum fient incuſationes, ac querelæ. quòd ſi conſuetudo iucunda
non fuerit: ridiculus videbitur, qui tum delectantem accuſabit, cum ipſi liceat non conuerſari. non igitur in
eiuſmodi amicitijs, multum incuſationes ac querelæ fiunt. ¶ Tertia concluſio. In amicitia quæ vtilitatis gratia 73
conſtat: incuſationes locum habent, ac querelæ. ¶ Primo. Nam cum ſe mutuo pro vtilitate vtantur, ſemper plu-
ris indigent, & ſeſe minus quàm oportet habere putant, ſuntq; queruli ob idipſum, quòd non tanta reportent:
quantis ipſi egent ſibique videantur digni. & qui beneficia cooferunt: nequeunt tot cooferre, quot ij egent in
quos beneficia conferuntur. in hac igitur amicitia merito accuſationes fiunt, ac querelæ. ¶ Secundo. duplex iu-
ſtum eſſe videtur: hoc ſine ſcripto, illud vero ſcripto, atq; lege. ita & amicitia vtilitatis duplex eſt: hæc moralis,
illa vero legitima. & maxime tum fiunt incuſationes cum non per eandem amicitiam commutant: & diſſoluun-
tur amicitiæ. Et legitima quidem amicitia ea eſt: quæ in definitis, determinatiſq; conſiſtit & quædam omnino
ſordida eſt: vt quæ eſt de manu in manum. quædam autem liberalior: vt quæ ad tempus vtilitatem præſtat, ſed
per pactionem quid pro quo. & in hac amicitia quod debetur manifeſtum eſt: & minime in cõtrouerſiam venit,
& habet dilationem ad amicitiam pertinentem, atq; gratioſam. quapropter apud nonnullos, horum non ſunt iu
dicia, ſed arbitrantur eos contentos eſſe oportere: qui fide commutauerunt. At moralis non in definitis, deter-
minatiſque conſiſtit: ſed vt amico quis largitur, aut alteri cuipiam: ita ſe accipere, dignum eſſe cenſet aut ęqua-
le, aut plus, quaſi ipſe non dederit, ſed commutauerit. atq; ſi non capit, vt commutauit: ſoluitur amicitia, & que-
retur, ac accuſabit. Et hoc ideo accidit, quia aut omnes aut plurimi volunt quidem hoeſta: anteponunt autem
ea quæ proſunt. honeſtum enim, beneficia conferre, non vt viciſſim ſuſcipiantur: vtile vero ſuſcipere. in hac igi-
tur amicitia incuſationum cauſæ ſunt: fiuntq; merito incuſationes ac querelæ. ¶ Quarta cõcluſio. Si poteſt ami 74
cus, ſponte paria reddere debet, beneficiaq; compenſare. Nam ſi poteſt: beneficium pro dignitate ija quæ acce-
pit compenſare oportet, & ſponte quidem: non enim cogitandum eſt inuitum ſibi beneficia contuliſſe amicum:
& quaſi errore in principio facto beneficium ſuſceperit à quo ſuſcipere non oportebat. nam non ſuſcepiſſet ab
amico, & ob ipſum id faciente. & beneficium diſſoluere oportet vt beneficio pro definitis in legitima amicitia
ſuſcepto, aut cum ſoluendo ſatis ſit: compenſationẽ polliceri. nam ſi reddere non poſſet: neq; is qui dedit, ipſum
ſuo munere dignum cenſuiſſet. quare ſponte amico beneficium (ſi facultates aſſunt) recognoſcendum eſt. atta-
men in principiu conſiderandum eſt: à quonam, & pro quo beneficium confertur: vt à quo & pro quo oportet
ſuſcipiat, aut non ſuſcipiat illud. ¶ Dubitatio. Vtrum beneficium, ſuſcipientis vtilitate metiri oportet quod re- 75
pendendum eſt, aut potius merito eius qui beneficium cõtulit. & id quidem nõ ab re dubitationem habet. Nam
qui beneficium acceperunt: idipſum attenuaotes, dicunt ea ſeſe accepiſſe & quæ exiguula illis qui contulerunt,
erant, & quæ ab alijs licebat accipere. contrà autem qui contulerunt dicunt ea contuliſſe, quæ maxima ſuarum
rerum erant: & quæ ab alijs, in periculis atq; huiuſmodi neceſſitatibus minime aſſequi poterant. ¶ Quinta con- 76
cluſio. Vtilitas accipientis, potius menſura eſſe debet: vt quantum conſecutus eſt vtilitatis, tantum rependat be
neficij, aut amplius. Nam hæc amicitia ob vtilitatem eſt. vtilitas autem eſt eius qui beneficium ſuſcepit. indiget
enim hic: & huic alter fert opem, parem gratiam accepturus. tantum igitur auxilium fuit: quantum & hic vtilita
tis accepit, tantúmq; debet compenſandum beneficium meditari. reddendum igitur tantum eſt, quantum ipſe
conſecutus eſt beneficij, vel etiam amplius. id enim vltimum magis honeſtum eſt. ¶ Sexta concluſio. In amici- 77
tijs quæ ſunt ob virtutem: menſura eſt referendæ gratiæ beneficium conferentis electio. Nam in ijs amicitijs
accuſationes & querelæ nullæ ſunt. & virtutis atq; moris quod ſummum pręcipuúmq; eſt, in electione conſiſtit.
erit igitur in hiſce amicitijs menſura referendæ gratiæ ex parte electionis penſitanda.

Cap. XIIII.

AT vero diſſentiunt & in amicitijs quæ in excellentia conſiſtunt. nam vterq; 78
dignum exiſtimat, plus habere. atque cum hoc non fit: diſſoluitur amicitia.
qui nanque præſtabilior eſt, plus habere oportere ſe putat. plus enim tribu-
endum eſt bono. eadem cenſet, & qui magis vtilis eſt. Si nanque quiſpi-
am inutilis ſit, non æquale inquiunt ipſum habere oportere. ſubminiſtrationem enim
& non amicitiam fieri dicunt: ſi non pro dignitate operum ea fuerint quæ ab amici-
tia fiunt. nam vt in pecuniarum ſocietate plus ij capiunt qui plures pecunias confe-
runt: ſic arbitrantur & in amicitia fieri oportere. qui vero eget & qui eſt inferior, con-
trà. ad amicum nanque bonum: ſpectare cenſet, egentibus opem ferre. Quid enim
prodeſt (inquiunt) amicum eſſe quempiam ſtudioſo viro aut potenti: ſi nihil conſecu-
turus ſit inde? ¶ Videtur autem vterque recte cenſere. Atque plus quidem vtriſque eſt 79
ex amicitia tribuendũ. non tamen eiuſdẽ, ſed excellenti quidem honoris, egenti autem
lucri. Virtutis enim & beneficentiæ præmium, honos eſt: indigentiæ vero auxilium, lu-
crum. ¶ Hoc ita ſeſe habere & in rebus publicis conſtat. Non enim is honoratur, qui
nihil boni reipublicæ præſtat. id enim quod eſt publicum ei tribuitur qui beneficia in
rempublicam confert. At honor publicum eſt. Non enim fit, vt ſimul quiſquam pecu-
nias à republica atque honorem accipiat. nemo nanque fert in omnibus minus habere.
Qui igitur in pecunijs imminuitur, ei honorẽ tribuunt: qui vero munera ſuſcipit, ei pecu
nias dant. Quod enim fit pro dignitate: id æquat & conſeruat amicitiam, vt eſt dictum.

ſic igitur & ijs eſt agendum atque congrediendum, qui impares ſunt. Et is qui in pecunijs aut virtute vtilitatem accipit:reddat honorem oportet, id reddendo quod poteſt. Amicitia nanque id expoſcit quod fieri poteſt:nō id quod eſt pro dignitate. Neque enim in omnibus eſt:vt in honoribus erga deos,atque parentes.nemo enim vnquam dignum
80 reddere poteſt. Sed qui quoad poteſt obſequitur: bonus & æquus eſſe videtur. ❡ Quapropter videbitur patrem quidem non licere filio abdicare:filium autem patri licere. Debentem enim reddere oportet.at quicquid egerit: nihil vnquam ijs dignum fecerit quæ à patre ſuſcepit.quare ſemper debet. Quibus autem debetur,poteſtas eſt dimittendi.igitur & patri.ſimul autem nemo forſitan vnquam ſeſe mouere videtur: niſi ille exuperet prauitate. Nam abſque amicitia naturali:humanum eſt,auxilium non negare. illi autem fugiendum eſt, aut non ſtudendum opem afferre: cum ſit prauus. plerique enim ſuſcipere quidem beneficia volunt:conferre autem nolunt, ac fugiunt vt inutile. Sed de his quidem eouſque ſit dictum.

78 ❡ Decimiquarti capitis notæ. ❡ Prima amicitia,omnium amicitiarū quæ in excellentia ſunt exemplar eſt:ideo errare non poteſt,qui ad eius imitationem cæteras regulat. Prima amicitia:eſt quæ eſt mortalium ad deum.
❡ Decimumquartum cap. duabus concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.

78 ❡ Decimiquarti capitis commentarius ad literā. ❡ Prima concluſio. In amicitijs quæ in excellentia conſiſtunt: itidem & diſſenſiones,& querelæ fiunt. Nam vterque ſe dignum exiſtimat plus habere: & cum hoc non fit,diſperit, diſſoluitúrque amicitia. nam qui præſtabilior eſt: ſe plus habere oportere putat: quandoquidem plus tribuendum bono eſt. & eadem cenſet qui magis vtilis eſt. ſi enim quiſpiam ſine vtilitate eſt, non dignum putant ipſum habere æquale. & ſubminiſtrationem, atque famulatū fieri aiunt ſupariores non amicitiam: niſi pro dignitate ea fuerint,quæ ab amicitia proficiſcuntur. nam vt in pecuniarum ſocietate plura capiunt ij qui plura erogarunt:ſic & in amicitia fieri debere arbitrantur. qui vero inopia premitur, & qui inferior eſt: contrà, boni amici officium eſſe cenſet,egentibus opem afferre. quid enim prodeſt (inquiunt) quempiam viro ſtudioſo, aut potenti amicum eſſe: ſi nihil emolumenti conſecuturus ſit inde? in his ergo amicitijs manifeſtum eſt diſſenſio-
79 nes ac querelas eſſe. ❡ Secunda cōcluſio. In eiuſmodi querelis, vterque quodam modo recte cenſet, ſe dignum eſſe plus habere. ❡ Primo. nam vtriſque plus ex amicitia tribuendum eſt: at non eiuſdem. ſed excellenti plus honoris:indigenti vero plus lucri. virtutis enim ac beneficentiæ præmium: honor eſt, indigentiæ vero auxiliū lucrum. iure igitur, amicitiæ quodam modo vtrique plus tribuendum eſt. ❡ Secundo. nam id ita ſe habet: & in rebus publicis. non enim is, qui reipublicæ nihil boni attulit: honoratur, ſed qui in rempublicam beneficia contulerit. eique tribuitur: quod publicum eſt. id autem honor eſt. neque fit vnquam vt quiſpiam ſimul lucrum, ac honorem à republica accipiat. nemo enim fert,in omnibus minus habere. quibus igitur pecunias non dant: eis tribuunt honorem. & qui non honorem,ſed munera ſuſcipit: ei pecunias dant. quod enim fit pro dignitate (vt iam quoque dictum eſt)id æquat,conſeruátque amicitiam. ſic igitur & in ijs amicitijs quæ imparīū ſunt, agendum atque congrediendum eſt:vt is qui pecuniarum,aut virtutis commodum acceperit,rependat honorem, id quidem reddendo quod poteſt. amicitia enim id expoſcit quod fieri poteſt. non enim ſemper quod pro dignitate. neque enim in omnibus id fieri poteſt. vt in honoribus erga deos,atque parentes. nemo enim deo, atque parentibus vnquam dignum reddere poteſt. ſed qui pro virili,& quoad poteſt aſſequitur: bonus & æquus eſſe vide-
80 tur. ❡ Corollarium. Hinc fit vt videatur non licere filio, patrem abdicare: patri vero abdicare filium, licere videatur. Nam qui ſemper debet, abdicare poteſt: & ſemper reddere oportet. at filius ſemper debet:& quicquid egerit nihil vnquam ijs dignum facere poterit, quæ à patre ſuſcepit. non igitur patrem ei abdicare licet: ſed ſemper ei debet. Quod vero patri liceat: hinc conſtat. nam quibus debetur: poteſtas eſt dimittendi,beneficiúmque negandi. patri autem ſemper debetur: igitur ipſi dimittendi poteſtas eſt,filiúmq; abdicandi. quod etſi ita eſt: ſimul tamen cum hoc nullus videtur filijs beneficium ſubtraxiſſe: niſi excellenti prauitate infenſus. nam & ſine amicitia naturali: humanum eſt beneficij auxilium non negare. patri autem tum fugiendum eſt aut non ſtudendum opem filio afferre: cum prauus eſt. plerique enim ſuſcipere beneficia volunt: conferre autem nolunt. at id tanquam inutile faciunt. ſed de his abunde.

❡ Octaui Ethicorum Ariſtotelis, finis.

IN omnibus autem amicitijs, quæ ſunt diſſimiles ſpecie: compara- 1
tio rationum æquat,atque conſeruat amicitiam,vt eſt dictum.vt &
in ciuili ſocietate ſutori pro calceamentis,& textori, & cæteris pro
dignitate permutatio fit. Atque hic quidem communis habetur
menſura, numus ipſe ad quem omnia referuntur, & quo menſu-
rantur.¶ In amatoria autem amicitia, interdum amator queritur
quòd ſupra modum amans, non viciſſim amatur,nihil habens for-
te amabile:interdum is qui adamatur ꝙ cum prius cuncta pollicere-
tur,nunc nihil facit. Fiunt autem talia:cum ille quidem ob voluptatem adamatum, hic
autem ob vtilitatem diligit amatorem, & hæc non aſſunt vtriſque. Nam cum propter
hæc ſit amicitia, fit diſſolutio: cum ea non fiunt, gratia quorum amabant.non enim ſe
mutuo amabant: ſed ea quæ inerant, quæ non permanent. quapropter tales & amici-
tiæ ſunt.Morum vero amicitia cum per ſe ſit, permanet vt eſt dictum. differunt autem
& cum alia fiunt ipſis,& non ea quæ appetunt. eſt enim ſimile ac ſi nihil fieret: cum non
id aſſequitur quod affectat. Quale fecit & qui citharœdo pollicebatur: quanto melius
cantaret, tanto ſe plura daturum. poſtridie vero repoſcenti promiſſa:voluptatem red-
didiſſe dixit pro voluptate.ſi igitur vterque hoc affectaret, ſatis vtique haberet. ſin ve-
ro ille voluptatem, hic lucrum affectabat, & alter habet, alter non habet:non bene ſeſe
habet ipſa ſocietas. Quorum enim indiget vnuſquiſque, hæc & aſſequi vult, & horum
gratia dabit ea quæ habet. ¶Vtrius autem eſt æſtimationem facere: eiúſne qui dat an 2
eius qui primo accepit? Nam qui dat videtur illi permittere:quod quidem & Protago-
ram feciſſe aiunt. cum enim docuiſſet ea quæ profitebatur: diſcipulum æſtimare iube-
bat,quanti ipſi viderentur ea quæ ſcit.& tantum accipiebat.Nonnullis autem in talibus
ſatis eſt illud,

Sufficiens ſocio merces ſanè eſt ſtatuenda.

Qui vero prius acceperunt argentum,deinde nihil eorum quæ promiſerunt ob exupe-
rationem promiſſionum efficiunt: merito incuſantur. non enim perficiunt ea quæ pe-
pigerunt.hoc fortaſſe ſophiſtæ facere compelluntur,quia nemo daret pro ijs quæ ſciunt
argentum.hi igitur(ea pro quibus acceperunt mercedem,non efficientes) merito accu-
ſantur.¶Eorum autem in quibus ſubminiſtrationis non fit pactio, qui propter ſeipſos 3
exhibent:incuſationibus carent,vt diximus.talis eſt enim ea amicitia, quæ ob virtutem
conflatur,remuneratióque facienda eſt electione:hæc enim eſt amici atque virtutis. Sic
eſt faciendum & in ſocietate quæ fit ob philoſophiam.non enim tantæ dignitati rei, pe-
cuniæ æquari poſſunt. nec honos paris vnquam fiet momenti. ſed ſatis eſt forſitan:
vt ad deos atque parentes id quod fieri poteſt.Quòd ſi datio non ſit talis, ſed pro ali-
quo maxime quidem oportet forſitan retributionem fieri,vt vtriuſque videtur eſſe pro
dignitate.Si vero hoc non accidit, non ſolum neceſſarium, verumetiam iuſtum eſſe vi-
debitur:ipſum præhabentem hanc ipſam ſtatuere.nam ſi quantum hic vtilitatis habuit,
aut pro quãto voluptatem expetit,tantum ille receperit: dignam de hoc remuneratio-
nem habebit. Etenim in rebus vænalibus ita fieri videtur. Et quibuſdam in locis ſunt
leges quæ vetant,ſponte actarum contractionum iudicia eſſe: propterea quod oportet
vnumquenque ad eum qui credidit ſic diſſolutionem facere vt ſocietatem contraxit.
putant enim eũ iuſtius eſſe ſtatuere cui permiſſum eſt quàm eum qui permiſit. Etenim
plerunque non æque æſtimant qui habent & qui accipere volunt.ſua enim cuique,& ea
quæ dat:multo videntur pretio digna.attamen retributio fit ea(quam ſtatuunt ij qui
capiunt)quantitate.Oportet autem fortaſſe,non tanti æſtimare,quanti videtur dignum
habenti:ſed quanti æſtimabat antea quàm haberet.

¶Primi capitis notæ. ¶Vt tenacius hæreant: nonnulla quæ prius tractauit Ariſtoteles, fermè reſumit. ¶Con- 1
tendunt: anceps vocabulum,contentionem agunt,& differunt.prima ſignificatione vſus eſt Leonardus,& ſecun
da Argyropylus.

¶ Primum cap. tribus concluſionibus partitum eſt.

1 ¶ Primi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. In omnibus cum inæqualium tum æqualium ami-
citijs viciſſim rependere beneficium: ſaluat amicitiam. ¶ Primo. nam in omnibus amicitijs quę ſpecie diſſimiles
ſunt, vt inæqualium: compenſatio ſecundum rationum comparationem (vt iam quoque dictum eſt) ſaluat ami-
citiam. & in amicitijs ſimilibus vt æqualium, quemadmodum in ſocietate ciuili: identidem. vt cum ſutori pro
calceis pro dignitate fit permutando compenſatio, & textori, ſimiliter & cæteris. viciſſim igitur rependere be-
neficium: omnem amicitiam ſeruat incolumem. ¶ Secundo. ſi alteri deſit quod rependat: querelæ fiunt, & ſolui-
tur amicitia: vt in amicitia amatoria interdum queritur amator: quòd impatienter amans, non viciſſim redame-
tur, cum nihil ipſe habeat quo dignus ſit amari. Interdum vero qui amatur, querulus eſt: quòd cum prius cun-
cta polliceretur amans, nunc autem nihil opere ipſo exequitur. & hoc tum præcipue fieri ſolet: cum amator ob
voluptatem diligit amatum: amatus autem ob vtilitatem ipſum amatorem. hæc autem tum non aſſunt vtriſq;.
idcirco cum propter hæc ſit amicitia: ſoluitur protinus, cum ea non ſiunt gratia quorum ſuſcipiebatur amicitia.
non enim ſe mutuo amabant: ſed ea ipſa quæ penes eos erant, quæ quidem non permanent. quapropter merito
& tales amicitiæ ſunt: momentaneæ ſcilicet, atq; fugaces. virtutum autem amicitiæ cum per ſe ſint, & ſemper
aſſit repenſione dignum: durant vt dictum eſt. viciſſim igitur repenſum beneficium: amicitiæ incolumitatem
ſaluat. Contendunt etiam cum quicquid rependitur, & aliqua fiunt ipſis: ſed non ea quæ appetunt. nam tum ſi-
mile ipſi eſt, acſi nihil prorſus fieret ſi non id aſſequitur, quod ipſe affectat: quale fecit & qui citharœdo pollice-
batur, quanto melius caneret tanto ſe plura daturum. poſtridie vero promiſſa repoſcenti: voluptatem ſe reddi-
diſſe dixit pro voluptate. ſi vterq; id affectaret, ſatis vtique haberet. ſin minus, ſed ille voluptatem, hic vero lu-
crum affectabat, & ille voluptatem habet, hic vero lucrum non habet: non amicabiliter ſeſe habet hæc ſocie-
2 tas. quorum enim vnuſquiſq; indiget, hæc & aſſequi cupit: & horum gratia quæ ipſe habet & largitur. ¶ Secun-
da concluſio. In hac penſitanda beneficiorum compenſatione: potius accipientis, quàm tribuentis æſtimatio ſe-
quenda eſt. Nam qui dat videtur accipienti ius, arbitriumq; æſtimationis permittere: quod & Protagoram fe-
ciſſe aiunt. cum enim docuiſſet ea quæ profitebatur: diſcipulum æſtimare iubebat, quanti ſibi viderentur illa
quæ ab eo percepiſſet & tantum accipiebat, & nonnullis in talibus ſatis id eſt:
Ipſa viro merces, dignus quicunque laborat.
At qui prius beneficium pecuniarum acceperunt, deinde nihil eorum quæ pacti ſunt ob promiſſionum magni-
tudinem efficiunt: merito querelis inceſſuntur. nam non ea perficiunt: quæ ipſi pepigerunt. Et hoc fortaſſe ſo-
phiſtæ facere compelluntur: quoniam nemo ſanus pro ijs quæ ſciunt daret pecunias. qui & ijdem cum ea (pro
3 quibus acceperunt pecunias) non efficiunt: merito accuſantur. ¶ Tertia concluſio. In ijs in quibus non fit mu-
tuo ſubminiſtrationis pactio, vt in ijs qui propter ſeipſos beneficium exhibẽt: accuſationes locum non habent.
id enim iam dictum eſt. nam ea amicitia eſt ob virtutem: vbi remuneratio electione facienda eſt. electio enim:
& amici & virtutis eſt. & ita quoque faciendum, in ea congreſſione: quæ ob philoſophiam eſt non enim nummis
tanta rei dignitas æſtimari poteſt: neque pretium vnquam ęquiualens pręſtari. ſed ſatis forte fuerit: vt ad deos,
atq; parentes id quod fieri poteſt. Verum ſi datio tantæ maieſtatis non fuerit, ſed aliquo, aut vtili, aut volupta-
rio: retributio forte facienda videbitur, vt vtriſq; pro dignitate eſſe videtur. etſi hoc ita euenire non poteſt: non
modo neceſſarium, ſed & iuſtum eſſe videtur, vt qui beneficium accepit, ſtatuat, atq; æſtimet. nam ſi quantum
commodi perceperit, aut pro quo voluptatem expetijt tantum is (qui beneficio affecit) ſuſceperit: dignam hac
in re compenſationem habere videbitur. nam & in rebus vænalibus ita fieri videtur. & in quibuſdam locis legi-
bus cauetur: ne ſpontanearum contractionum iudicia fiant, quaſi vnamquanq; eiuſmodi contractionum diſſolui
oporteat illis qui alteri æſtimationis fidem credidit, quemadmodum & ſocietatem contraxit. putant enim iu-
ſtius eſſe eum ſtatuere, atq; æſtimare cui permiſſum eſt: quàm eum qui permiſit. nam plerunq; non æque æſti-
mant qui habent & qui accipere volunt. ſua enim quiſq;, & quæ dat multi æſtimat. verum compenſatio ea ſit:
quam ſtatuunt ij qui acceperunt, valoriſque quantitatem agnouerunt. Et forte ſanum eſt non tanti æſtimare:
quanti videbitur poſſidenti, ſed quanti idipſum faciebat priuſquam poſſideret.

Cap. II.

4 HAbent autem & talia dubitationem: vtrum oporteat omnia patri tribue-
re, in omnibúſque obtemperare. an ægrotanti quidem parendum ſit me-
dico: deligenti vero ducem exercitus: deligendus ſit, rei militaris peritiſſi-
mus homo. ¶ Simili modo: vtrum amico ſit potius, an ſtudioſo ſubminiſtrã-
dum. ¶ Et benefactori reddenda ſit gratia, an ſodali potius dandum: ſi vtrũ-
que fieri nequeat. Omnia igitur talia, exacte determinare, non eſt facile. multas enim
ac varias habent differentias: & magnitudine & paruitate, & honeſtate, atque neceſſita-
5 te. ¶ Verum non omnia eidem eſſe tribuenda, non eſt obſcurum. Atque beneficia ple-
runque reddenda ſunt potius, quàm eſt largiendum amicis: ſicut & mutuum redden-
dum eſt potius cui debeas, quàm dandum ſodali. Fortaſſe autem neque hoc agendum
eſt ſemper: vt redemptum à prædonibꝰ vtrum eum qui ipſe redemit, redimere viciſſim
oporteat quicunque is ſit: aut non capto quidem, repetenti vero mutuum, reddere: an
redimere patrem? Videbitur enim patrem potius quàm ſe etiam redimere illum opor-
tere. Debitum igitur (vt diximus) ſimpliciter eſt reddendum. ſi vero datio honeſtate,
6 aut neceſſitate excedat: ad hæc ipſa eſt declinãdum. ¶ Interdum enim neque eſt æquum
beneficium retribuere: cum alter quidem in ſtudioſum ſciens ſtudioſum eſſe, contulit
beneficium, alter autem illum flagitioſum eſſe exiſtimat. Nonnunquam enim nec ei qui
mutuauit viciſſim eſt mutuandum. Nam ille quidem putans ſe recepturum, bono mu-
tuauit viro: hic autem non ſperat à prauo recipere. Siue igitur reuera hoc ſic ſe habeat:

non æqualis eſt dignitas. ſiue non ita quidem ſe habeat, putet autem ſic ſe habere:non
videbitur abſurde facere. ¶Quod igitur ſæpe eſt dictum: ſermones qui de affectibus, 7
actibúſve ſiunt, perinde habent definitionem, vt ea circa quæ ſunt. Non eadem igi-
tur vniuerſis eſſe reddenda, neque patri cuncta(quemadmodum neq; Ioui ſacra omnia
dantur)non eſt obſcurum quòd ſi diuerſa tribuenda ſunt parentibus, & fratribus, & ſo-
dalibus & beneficis:tribuenda ſunt ſingulis ſua,quæ'que ad quenque accommodantur.
Sic autem & facere videntur.nam ad nuptias vocant cognatos . genus enim ijs eſt com-
mune.quare & actus qui circa hoc ſunt.& ad ſponſalia etiam maxime cognatos propter
idem putant accedere oportere. ¶Videbitur autem parentibus maxime alimentis fi- 8
lios vt debentes,opitulari oportere: & honeſtius eſſe ijs qui cauſa ſunt eſſendi, quàm ſi-
bijpſis ſubuenire.Honorem etiam vt dijs tribuere oportet, non omnem autem paren-
tibus:neque eundem patri matríque,neque ſapienti,aut imperatori.ſed patri paternum:
& ſimiliter matri maternum . Omni quoque ſeniori honor eſt tribuendus qui ad æta-
tem accommodatur:aſſurgendo, locúmve cedendo , & talibus . ſodalibus autem atque
fratribus præſtanda eſt libertas,omniúmque communitas,atque cognatis,& ijs qui ſunt
eiuſdem tribus , & ciuibus ac cæteris vniuerſis ſemper eſt enitendum:id quod accom-
modatur tribuere, & comparare,quæ inſunt ſingulis ratione familiaritatis , & virtutis,
aut vtilitatis.eorum igitur qui generis ſunt eiuſdem, facile eſt iudicium: differentium
autem eſt difficilius . non tamen ob hoc deſiſtendum eſt : ſed vt fieri poteſt , ita eſt di-
ſtinguendum.

Ciconiæ
Cimon
Milciades
Xerxes
Iuſtinus.

¶Secundi capitis notæ. ¶Veſtigia amicitiæ parentum ad liberos: ferme in omnibus animalibus ad ſuos fœtus 5
viſuntur,& amicitiæ liberorum in parentes in ciconijs. Et Cimon Athenienſis Milciadis filius:qui Xerxem ter-
reſtri,naualique bello ſuperauit,& trepidum in ſuum ſe regnum recipere coegit: tanta pietate in patrem fuiſſe
memoratur, vt cum ob crimen peculatus in carcerem coniectus, defunctus eſſet: eius ſepulturam vinculis in ſe
tranſlatis redemerit. Iuſtinus.
¶Secundum cap. tribus quæſtionibus,& quatuor concluſionibus partitum eſt.
¶Secundi capitis commentarius ad literam. ¶Tres quæſtiones. Prima. Vtrum oporteat omnia patri tribuere, 4
& in omnibus ei obedire: vt vtrum ægrotanti potius quàm patri parendum ſit: an medico . & vtrum deligenti
ducem belli,pater deligendus ſit;an rei militaris peritiſſimus homo. ¶Secunda. Vtrum amico potius,an ſtudio-
ſo ſubminiſtrandum ſit. ¶Tertia. Vtrum benefactori referenda ſit gratia,an amico potius tribuendum:vbi fieri
nequit vtrunque.omnia enim hæc exacte determinare,non eſt facile.nam multas habent differentias nunc ma
gnitudine,& paruitate,nunc honeſtate,& neceſſitate. ¶Prima concluſio. Nō omnia eidem ſunt tribuenda. Nam 5
beneficia reddenda potius ſunt: quàm largiendum amico. vt mutuum reddendum potius eſt cui debeas, quàm
dandum ſodali. ſed forte id non ſemper agendum eſt. vt vtrum redemptum à latronibus, eum qui ipſum rede-
mit redimere oporteat quicunque is ſit:an patrem ſimili neceſſitate detentum. & vtrum ei qui mutuum dedit,
non capto quidem ſed mutuum repetenti reddere oporteat: an captiuum patrem redimere. In ijs & conſimili-
bus videtur patrem potius, quàm ſeipſum etiam redimere oportere. debitum ergo, vt dictum eſt, ſimpliciter
nullâq; maiore aut honeſtate,aut neceſſitate intercedente reddendum eſt. verum ſi aut honeſtatis,aut neceſſi-
tatis intercedat acceſſus: ad hæc ipſa,dando declinandum eſt. ¶Secunda concluſio. Interdum non eſt æquum 6
beneficij vicem rependere. Nam fieri poteſt,vt alter in ſtudioſum, & ſtudioſum eſſe cognoſcens contulerit be-
neficium:alter autem flagitioſum eſſe exiſtimat,cui non ſemper beneficij vices repēdendæ ſunt.vt ſi interdum
mutuauit pecunias ei non viciſſim eſt mutuandum.nam flagitioſus ſe recepturum putans bono mutuat viro.bo
nus autem vbi mutuaret,non ſperat amplius mutuum recipere à prauo.& ſiue res ita ſe in veritate ſit habitura,
non æqualis eſt dignitas,ſiue non ita quidem ſe ſit habitura,putet autem ſtudioſus rem ſic ſe habere: non vide-
bitur abſurde facere. non igitur ſemper æquum eſt ſimiles beneficij vices rependere. ¶Tertia concluſio. Non 7
eadem omnibus tribuere par eſt: neque quidem patri omnia, ſed quæ vnicuiq; pro dignitate accommodantur.
Nam vt iam quoque ſæpius dictum eſt: ſermones qui de affectibus, agendiſque humanis ſiunt, perinde habent
determinationem,vt ea circa quæ verſantur.non igitur omnibus eadem tribuenda ſunt,neq; patri quidem om-
nia:vt neque deo omnia ſacra dantur. ſi ergo diuerſa tribuenda parentibus,fratribus,ſodalibus,& beneficis:tri-
buenda ſunt ſingulis ſua & quæ ad quenq; ſunt accommodata. ſic enim & facere videntur.nam ad nuptias vo-
cant cognatos,ꝙ ijs genus commune eſt:quare & actus qui generis gratia ſunt.& hanc ob cauſam maxime om
nium ad ſponſalia cognatos, & generis affinitate propinquos accedere oportere putant . ¶Quarta concluſio. 8
Filij ſummopere parentibus alimenta debent,& vt dijs ſuo modo honorem dare: ſenioribus aſſurgere,locúmq;
cedere,fratribus æquam libertatem,omniúmque communionem:& vnicuique quod ſibi accommodatum eſt.
Nam parentes filijs fuerunt cauſa eſſendi:& proinde maxime videntur filios parentibus alimentis opitulari o-
portere: & honeſtius eſſe ijs qui ſibi ſunt cauſa eſſendi: quàm ſibijpſis ſubuenire. debent & honorem patri,non
quidem omnem. neq; enim patri eundem,& matri eundem neq; ſapienti & imperatori: ſed patri honorem de-
bent paternum,matri maternum,omni ſeniori honorem tribuere qui ad ætatem accommodatur aſſurgendo lo
cúmque cedendo & ſimilibus , fratribus & ſodalibus præſtanda eſt æqua libertas, & bonorum communitas, &
cognatis,& qui eiuſdem tribus ſunt,& ciuibus,& cæteris vniuerſis ſemper enitendum eſt id tribuere: quod vni-
cuiq; accommodatur,& comparare quæ ſingulis ratione familiaritatis,virtutis,aut vtilitatis aſſunt,vt vnicuiq;
pro dignitate fiat & eorum qui eiuſdem generis ſunt,facilis eſt huiuſce rei deprehenſio:vbi autem non eſt ge-
neris affinitas,difficilius.veruntamen,eam ob difficultatem,minime deſiſtendum eſt:ſed quàm fieri poteſt hoc
pacto inter eos eſt diſtinguendum.

Cap. III.

9 ESt etiam dubitatio: ſi diſſoluendæ ſint amicitiæ nec ne, ad eos qui non per-
manent. ¶ An ad eos qui ob vtilitatẽ aut voluptatẽ amici ſunt, cũ hæc non
habent: nõ eſt abſurdũ diſſolui? Illorũ enim erãt amici: quibꝰ deficiẽtibus, ra-
tioni conſonũ eſt non amare. Incuſauerit autẽ quiſpiã ſi ob vtilitatẽ aut vo
luptatẽ amans: ob mores ſimulat amare. quod enim ſuperius diximus: plu-
rimæ fiunt incuſationes inter amicos cum nõ ſimiliter putant, & ſunt amici. cum igitur
quiſpiam ſua ſe opinione fefellerit, putaueritq; ob mores amari nihil illo tale agente: tũ
ſeipſum is accuſare debet. Cũ vero à ſimulatione illius deceptus fuerit, tũ eum qui dece
pit, iuſtum eſt accuſare: & magis quàm eos qui numos adulterinos cõficiũt, quãto male-
10 ficiũ ipſum circa præſtabilius eſt. ¶ Quòd ſi acceptat vt bonũ, factus eſt autẽ prauus, atq;
videtur: éſtne amandũ? An impoſſibile eſt? ſiquidẽ nõ omne quoduis eſt amabile ſed bo-
num. neq; autẽ dignũ eſt prauũ amicum habere: neq; oportet. nõ enim amatorẽ prauo-
11 rũ eſſe oportet, neq; ſimilẽ euadere prauo. dictũ eſt autẽ ſimile ſimili eſſe amicũ. ¶ Eſt'ne
igitur ſtatim amicitia diſſoluẽda, an nõ omnis: ſed in qua eſt incurabilis ob prauitatem?
Qui autẽ emendari poſſunt, ijs magis ferendum eſt in moribus auxilium q̃ in pecunijs:
quãto præſtabiliores ſunt & magis amicitiæ proprij. Nihil autẽ abſurdi videbitur facere,
qui amicitiã diſſoluit. non enim huic aut tali amicus erat. cũ igitur mutatum ad priores
12 mores redigere nequeat: ſeſe ab illo ſeiungit. ¶ Quòd ſi alter permaneat, alter magis bo
nus euadat, multúmq; virtute differat: éſtne vtendum amico? An fieri nequit? In magna
autẽ diſtãtia maxime manifeſtũ fit: vt in amicitijs quæ à pueritia contrahuntur. Nam ſi
alter mente permaneat puer, alter optimũ in virum euaſerit: quonã modo fuerint ami-
ci? cũ neq; eadẽ ipſis placeant, neq; eiſdẽ gaudeãt, doleántq;. Neq; enim hæc erũt in ipſis.
ſine vero his eſſe amici non poſſunt. ſimul enim ipſos viuere impoſſibile eſt. Atq; de his
13 antè diximus. ¶ Oportétne igitur ipſum nõ ſecus ad illũ ſeſe habere, q̃ ſi amicus nunq̃
fuiſſet? an factæ memoriã cõſuetudinis habere oportet? Atq; vt amicis potius q̃ extrane
is arbitramur gratificari oportere: ſic & ijs qui fuerũt amici, tribuẽdũ eſt aliquid ob ami-
citiam quæ antea fuit. cum non ob exuperationem prauitatis eſt diſſolutio facta.

9 ¶ Tertij capitis notæ. ¶ Qui ſe putat ob mores amari, nihil tale agens vnde amari dignus ſit: apologo corui cui aſſeotatur vulpes luditur. ¶ Problema inter Platonicos & Ariſtotelicos: quòd homo ſit mens. Platonici vt Porphyrius, Iamblichus, Proculus, Plotinus contendunt ſolum hominẽ eſſe mentem: quod ex Phædone Platonis ſententia Socratis ſummopere confirmari volunt. Ariſtotelici vero non ſolum eſſe mẽtem: ſed mentem partem eſſe hominis. Verum ſi à parte denominandus eſſet: maxime omnium mens diceñdus eſſet, vt à digniori inſigniorique appellatione.

Ariſtotelici.
Platonici.
Porphyrius.
Iamblichus.
Proculus.
Plotinus.
Socrates.

¶ Tertium cap. quinque quæſtionibus partitum eſt.

9 ¶ Tertij capitis cõmentarius ad literam. ¶ Prima quæſtio. Vtrum diſſoluendæ ſint amicitiæ, an non ad eos qui
amici non permanent? ¶ Reſponſio. ad amicos ob vtilitatem atque voluptatem cum amplius nihil vtilitatis, vo-
luptatiſque habent: amicitias diſſolui haud abſurdum eſſe videtur. nam illorum gratia erant amici. Illis itaque
deficientibus, rationi conſentaneum eſt, non amare. & ſi quis ob vtilitatem aut voluptatem amat, qui ſimulet
ob mores amare: querelæ, incuſationéſque fiunt. nam (vt ſuperius adduximus) plurimæ inter amicos incuſatio-
nes fiunt: cum non ſimiliter putant, & ſunt amici. Itaque cum quiſpiam ſe ſua opinione fefellerit, putaueritque
ob mores amari nihil tale agens vnde amari dignus ſit: is ſeipſum accuſare debet: atque de ſeipſo queri. cum ve-
ro dignus, alterius ſimulatione, fictionéque deceptus fuerit: tum eum qui decepit, iuſtum eſt accuſare & magis
quidem quàm eos qui numos adulterinos cudunt, quanto maleficium ipſum circa præſtabilius eſt. ¶ Secunda
quæſtio. Vtrum ſi quis tunc bonus in amicitiam admittitur: ſed tempore lapſus, prauus effectus eſt, & talis eſ-
10 ſe cognoſcitur, vtrum inquam adhuc amandus ſit? ¶ Reſponſio. vt talis impoſſibile eſt. Nam omne quodcunque
amabile, bonum eſt: neque dignum eſt amicum prauum habere, neque oportet. ſiquidem amatorem prauorum
11 eſſe non oportet, neque ſimilem euadere prauo. dictum enim iam eſt ſimilem ſibi eſſe amicum. ¶ Tertia quæ-
ſtio. Vtrum huiuſmodi amicitia, cum prauefcit amicus: ſtatim atque ilico ſoluenda ſit? ¶ Reſponſio. Non om-
nis ſtatim diſſoluenda eſt: ſed eius qui incurabilis ob prauitatem eſſe dinoſcitur. nam qui emendari poſſunt ma-
gis in moribus, quàm in pecunijs auxilium ferendum eſt: quanto præſtabiliores ſunt mores, & amicitiæ accom-
modi. veruntamen nihil abſurdi facere videretur: qui amicitiam ſolueret. nam non huic, aut tali amicus erat.
12 at vero ſi deprauatum ad mores priores reducere nequeat: ſe merito diſſociat ab illo, ac expedit. ¶ Quarta quæ-
ſtio. Vtrum ſi alter amicorum eadem ſemper in diſpoſitione permaneat, alter vero melior in dies euadat, ſiat-
que tandem plurimum differens: manere debeat amicitia? ¶ Reſponſio. manere non poteſt. Nam in magna dif-
ferentia id vel maxime exploratum habetur: vt in amicitijs quæ ab ineunte ætate contrahuntur. ſi enim eiuſ-
modi amicorum alter mente puer permaneat: alter vero optimum in virum euadat, fieri nequit vt permaneant
amici. nam neque eadem ipſis placent, neque eiſdem oblectamina quærunt, doléntque: neque in ipſis erunt vn-
de hæc ipſis cõtingere poſſint, ſine quibus tamen amicos illos eſſe impoſſibile eſt. quandoquidem ſine his: ipſos
13 ſimul conuiuere impoſſibile ſit. ſed de his antea dictum eſt. ¶ Quinta quæſtio. Si ita res ſeſe habeant, vtrum is
qui optimus euaſit vir: ad alterum ſeſe habere debeat, perinde atque nunquam fuerit amicus? ¶ Reſponſio. mi-
nime: ſed præteritæ conſuetudinis memoriam habere debet. atque vt amicis potius quàm extraneis gratifican-
dum eſſe arbitramur: ita quoque & ijs qui fuerunt amici, ob amicitiam quæ antea fuit, aliquid tribuendum eſt,
cum non ob prauitatis exuperationem diſſolutio facta eſt.

Cap.IIII.

EA vero quæ ad amicos attinent,& quibus amicitiæ definiuntur:ex ijs quæ ad 14
ſeipſum quiſque facit profecta eſſe videntur.Ponunt enim eum amicum eſſe,
qui vult & agit bona, vel quæ videntur, amici gratia:aut eum qui vult eſſe vi-
ueréq; amicum,gratia ipſius amici.quod quidem matribus ad ſuos accidit fili-
os:& ijs amicis qui ſunt offenſi . Quidam autem eum eſſe dicunt, qui verſatur vnà cum
amico,& eadem expetit:aut eum qui dolet vnà,atque gaudet cum amico.maxime autẽ
& hoc matribus accidit.Horum etiam aliquo,& amicitiam ipſam definiunt.vnumquod-
que autem horum, viro competit erga ſe bono : reliquis vero ea ratione qua tales eſſe
exiſtimat.❡Videtur autem (vt dictum eſt) virtus & ſtudioſus ipſe,vnicuique eſſe men- 15
ſura.hic enim ſibijpſi conſentaneus eſt:ac eadem affectat anima omni.Et vult igitur ſibi-
ipſi bona,& quæ apparent:ac agit.eſt enim viri boni,bonũ agere:& ſuijpſius gratia.men-
tis enim cauſa:quæ quidem vnuſquiſque eſſe videtur.& vult etiam ſe viuere,ſaluúmque
eſſe:atque id maxime quo ſapit.eſt enim bonum homini ſtudioſo,eſſe. Vnuſquiſque au-
tem ſibi vult ipſa bona.factus vero alius:nullus expetit cuncta illud quod eſt factum ha
bere.Habet enim & nunc deus ſummum bonum:ſed eſt id quod eſt ipſe.videtur autem
id vnuſquiſque eſſe quod intelligit,aut maxime.Atque talis,ſecum degere vult.libenter
enim hoc,cum voluptatéque facit.Nam & actarum rerum recordatio periucunda eſt: &
futurarum ſpes bona.talis autem afficit voluptate. Et inſuper contemplationibus men-
te abundat.Præterea maxime ſecum vnà dolet,atque lætatur . Idem eſt enim omnino
ipſi moleſtum,atque iucundum:& non aliàs aliud.eſt enim ſine pœnitẽtia prorſus.❡Ex 16
eo igitur quia vnumquodque ipſorum ad ſeipſum competit ſtudioſo:ad amicum autem
ſic ſe habet vt ad ſeipſum (amicus eſt enim alius ipſe) & amicitia videtur horum ali-
quid eſſe:& quibus hæc inſunt videntur eſſe amici.Quærere vero vtrum ad ſeipſum ſit,
an non ſit amicitia:nunc omittamus. Videbitur autem hoc amicitia eſſe:quo duo vel plu
ra ex ijs eſt quæ ſunt dicta.& quòd exuperatio amicitiæ , ſimilis eſt ei quæ eſt ad ſeip-
ſum.❡At vero videntur ea quæ dicta ſunt & ipſis multis ineſſe:quanuis ſint praui. An 17
hoc participes ipſorum ſunt:quo ſibijpſis placent,& bonos ſe eſſe exiſtimant? Nam eo-
rum qui vehementer ſunt praui atque nefarij, nemini hæc inſunt:ſed nec ineſſe viden-
tur.ferè autem neque prauis. diſſident enim ſecum & alia quidem cupiunt, alia autem
volunt:vt incontinentes.Nam ijs quæ bona ſibi videntur, anteponunt ea quæ volupta-
te afficiunt atque nocent . ❡Quidam rurſus ob formidinem atque inertiam eas agere
res omittunt quas putant ſibijpſis optimas eſſe.Qui vero multas res graues atque ne-
fandas egerunt:vitam ob prauitatem odio habent ac fugiunt,ſibíque mortem cõſciſcũt.
Quærunt præterea alios ipſi flagitioſi quibuſcum conuerſentur : ſe vero ipſos fugiunt.
Nam ſi ſint ſecum:recordantur multarum, grauiúmque rerum,& ſperant alias tales . ſi
cum alijs autem ſint: obliuiſcuntur. ❡Atque cum nihil habeant quod ſit amabile nulla
re prorſus afficiuntur ad ſeipſos,quæ ad amicitiam attinet.neque igitur vnà ſecum gau
dent,atq; dolent.eſt enim eorũ anima in ſeditione.Atq; interdũ ob prauitatẽ dolet:abſti
nens à quibuſdã,interdũ lætatur.& hæc quidẽ pars huc: illa autẽ illuc trahit vt diuellen-
tes.Quòd ſi fieri nequeat vt doleat ſimul atq; lætetur:at paulopoſt dolet,ꝙ lætatus fuit,
& nollet ſibijpſi illa voluptati fuiſſe.improbi nanq; pœnitẽtia ſunt referti.Improbus igi
tur ne erga ſe quidem amice affectus eſſe videtur , propterea quòd nihil habet quod ſit
amabile.ꝙ ſi ita ſeſe habere vehementer eſt miſerũ: totis viribus fugiẽda eſt prauitas,&
enitẽdum eſt bonũ eſſe.ſic enim & ad ſeipſum habebit amice: & alij amicus poterit eſſe.

❡Quarti capitis notæ. ❡Vtrum ad ſeipſum ſit amicitia non magnopere contendit hic Ariſtoteles. imò quo 15
modo ad ſeipſum poteſt eſſe iuſtitia:ita & amicitia,vt & amplius in magnis diſcutitur moralibus.
❡Quartum cap. tribus concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.
❡Quarti capitis commentarius ad literam. ❡Prima concluſio. Quo pacto ad amicos ſe gerendum ſit: ex ijs 14
quæ quis ad ſeipſum facit cognoſcendum eſt. Nam ea quæ ad amicos attinent,& quibus determinantur amici-
tiæ,ex ijs quæ ad ſeipſum quiſque facit profecta eſſe videntur.nam eum ponunt amicum qui vult,& agit bona,
aut quæ bona videntur amici gratia.aut eum qui amicum eſſe,viueréque vult ipſius quidem amici gratia,quod
& matribus ad ſuos filios accidit, & ijs etiam amicorum qui offeoſi ſunt: & alij eum dicunt amicum qui verſa-
tur vnà cum amico,eadémque expedit. aut qui dolet vnà gaudétq; cum amico: quod & ſummopere matribus
accidere ſolet.atque horum aliquo amicitiam diffiniunt.verum vnumquodque dictorum viro bono ad ſeipſum
competit, reliquis vero quatenus tales eſſe: qualis ipſe eſt exiſtimat. ad amicos igitur quo pacto ſe gerendum

15 ſit:ex ijs quæ quis ad ſeipſum facit,cognoſcitur.❡Secunda concluſio.Viro ſtudioſo ad ſeipſum quæ modo alla-
ta ſunt:conueniunt.Dictum enim eſt virtutem,ipſumque ſtudioſum virum ex ijs quæ ad ſe cõueniunt vnicuiq;
amandi menſuram eſſe. nunc autem ea ſibi competere monſtrentur. Cum enim ſtudioſus vir ſibiipſi conſenta-
neus ſit,& eadem omni totáque anima cunctiſque eiuſdem potentijs affectans:vult igitur atque agit ſibiipſi bo-
na,aut quæ bona videntur.eſt enim ſtudioſi viri bonum agere,& ipſius gratia. nam mentis gratia: quæ quidem
vnuſquiſque,vel maxime eſſe videtur.vult etiam ſe viuere,ſaluumque eſſe:& id maxime quo ſapit.eſt enim bo
num viro ſtudioſo eſſe:& vnuſquiſque ſibiipſi ipſa vult bona.ſi enim non maneret,ſed alius fieret:nullus cuncta
hæc idipſum quod factum eſſet cuperet habere.& proinde deus nunc ſummum bonũ habet:nam idipſum ſum-
mum bonum ipſe eſt. & videtur vnuſquiſque hominum eſſe quod intelligit, ménſque ipſa : aut maxime. Et vir
ſtudioſus ſecum degere vult:& libenter id,& cum voluptate facit.nam actarum rerum recordatio illi periucun-
da eſt:& futurarum rerum ſpes bona.talis autem tum recordatio tum ipſa ſpes:eius perfundit animum volupta-
te.adde quòd ſtudioſus:mente contemplationibus abundat.præterea vir ſtudioſus maxime vnà ſecum dolet,ac
lætatur.idem enim omnino ſibiipſi moleſtum atq; iucundum:& non aliàs aliud iucũdum eſt,& poſtea moleſtũ.
nam ſine pœnitentia eſt prorſus.cõpetunt igitur ſtudioſo viro ad ſe hæc: ſibiipſi bene velle, ac facere,velle eſſe
ac viuere,& ſecũ iucunde viuere,eiſdem triſtari,eiſdémq; gaudere:quæ ſunt beneficentiæ,beneuolentię,cõcor-
16 diæq; officia. ❡Corollarium.Quo fit vt quia vnumquodq; dictorũ ſtudioſo ad ſeipſum competit & ad amicum
ſe habeat perinde ac ad ſeipſum(eſt enim amicus alter ipſe)vt ex ijs quę ſtudioſo ad ſeipſum fiunt:amicitię nor
ma ſumenda ſit.nam amicitia horum quiddam eſſe videtur : & amici illi eſſe quibus hæc aſſunt officia. Verum
hic quærere vtrúmne ad ſeipſum ſit amicitia,an ſecus:miſſum nunc faciamus.ſatiſque ſit id pernoſſe:amicitiam
eſſe vbi duo plurave eorum quæ dicta ſunt aſſint, & quòd amicitiæ præcellentia ad alterum, ſimilis eſt illi quæ
17 eſt ad ſeipſum. ❡Tertia concluſio.Praui ad ſeipſos hæc amicitiæ opera non habent. Tametſi nonnullis viſum
ſit multis ad ſeipſos(quanuis praui eſſent)hæc conuenire:id ita non eſſe declaratur.❡Primo.quia hæc ipſis non
conueniunt:quo ſibiipſis placent & bonos ſeipſos eſſe exiſtimant.nam nemo eorum qui vehementer mali,nefa-
riique ſunt:ſibiipſi placet,bonúmque ſe putat,imò neque ferè aliquis prauorum.verum ſecum diſſident, & alia
quidem cupiunt,alia vero volunt:velut incontinentes,qui ijs quæ bona videntur anteponunt ea quæ voluptate
deliniunt atque nocent.non igitur hæc ipſis conuenire queunt : quòd ſibiipſis placeant , bonóſque eſſe putent.
❡Secundo.quidam eorum ob torporem,atque ignauiam eas res agere prætermittunt:quas ſibi putant optimas
eſſe.& qui multa ſceleſta,atque nefanda egere:vitam ob prauitatem oderunt,atque fugiunt,ſibique lethum pa
rant,ac conſciſcunt.porrò ipſi flagitioſi,alios quærũt quibuſcum verſentur:ſe vero ipſos fugiunt. nam ſi ipſi ſe-
cum ſunt:recordantur multarum grauium ſceleſtarúmque rerum, & ſperant alias tales,quod ipſis horrorem in-
cutit.quòd ſi cũ alijs fuerint:interobliuiſcuntur.❡Tertio.cũ qui praui ſunt nihil habeant quod amabile ſit:nul-
la prorſus in re ad ſeipſos afficiuntur quæ ad amicitiã pertinet.nõ igitur vnà ſecũ gaudent,doléntq;.verum eo-
rum anima in continua cõflictatione,ſeditionéq; eſt:interdum ob prauitatẽ dolens, ꝙ à quibuſdam facinoroſis
abſtineat.interdum vero lætãs.& hæc animæ pars huc,illa vero illuc trahit:velut ipſum flagitioſum diuellentes.
quòd ſi fieri nequit vt ſimul doleat ac lætetur : paulopoſt tamen dolet quòd lætatus fuerit, & nollet ſibiipſi illa
voluptati fuiſſe.improbi enim pœnitentia ſunt repleti. non eſt igitur improbus ad ſeipſum amice affectus:pro-
pterea quòd nihil in ſe quod amabile ſit habeat.Quòd ſi ita ſe habere valde eſt miſerum (eſt etenim) totis re-
mis totiſque viribus nobis fugienda prauitas eſt,& enitendum nobis eſt bonos eſſe.ſic enim ad ſeipſum ſe quiſ-
que habebit amice:& alij amicus eſſe poterit.

Cap.V,

18 BEneuolentia autẽ,amicitiæ quidẽ eſt ſimilis.nõ tamen eſt amicitia.Fit enim
beneuolẽtia:& ad ignotos & latens.amicitia vero nõ fit.Hæc autẽ antea di-
19 ximus.❡At nec etiã eſt amatio.Non enim habet extenſionẽ nec appetitio-
nẽ.amationẽ autẽ hæc ſequuntur.❡Et amatio quidẽ eſt cũ conſuetudine.be
neuolentia autem fit & repente:vt fit & erga certantes.Spectantes enim beneuoli fiunt
ipſis:& volunt bona.nihil autem agerent ſimul. Quod enim diximus, repente fiunt be-
20 neuoli:& leuiter diligunt.❡Videtur igitur beneuolentia principium amicitiæ eſſe ſicut
& adamandi,voluptas ea quæ per aſpectum efficitur.Nemo nanq; adamat:ſi non antea
delectatus fuerit forma.qui vero gaudet forma,non continuo & adamat:ſed cum abſen
tem deſiderat,præſentiámque affectat.Sic igitur & amicos,impoſſibile eſt eſſe:niſi bene
uoli fuerint.beneuoli vero non continuo & amant.volunt enim dũntaxat ijs bona: qui-
bus beneuoli ſunt.ſed nihil agerent ſimul:neque pro illis moleſtiam ſuſciperent vllam.
21 ❡Quapropter quiſpiam per tranſlationem principium ipſum amicitiæ dixerit eſſe.diu
turnã autẽ factã,& ad conſuetudinẽ accedentẽ:amicitiam fieri. nõ eam quidem quæ ob
vtilitatem:neq; eã quæ ob voluptatẽ eſt.neq; enim pro hiſce beneuolẽtia fit. Qui nanq;
beneficium accepit : retribuit; pro ijs quæ accepit beneuolentiam,faciens iuſta.qui vero
vult aliquã proſperitatẽ habere,ſpe cõmodi alicuius cõſequẽdi per illum:nõ illi,ſed ſibi
potius beneuolus eſſe videtur:quẽadmodũ nec amicus ſi illi propter aliquẽ vſum obſe-
quium præſtat.Omnino autẽ beneuolentia ob virtutẽ,ac bonitatẽ aliquam fit.cum cui-
piam quiſpiam pulcher,aut fortis,aut aliquid tale videtur:vt & in certantibus diximus.

18 ❡Quinti capitis notæ.❡Beneuolentia eſt alteri bonum velle,& eius quidem gratia.
❡Quintum cap.tribus concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.
18 ❡Quinti capitis cõmentarius ad literam.❡Prima concluſio. Beneuolentia amicitiæ perſimilis eſt: non tamen
amicitia eſt. Amicitiæ ſimilẽ eſſe notũ eſt:at nõ eſſe amicitiã hinc cognoſcitur,ꝙ beneuolẽtia interdũ ad igno-
tos fit,atq; latens eſt. at vero amicitia neq; ad ignotos fit, neq; latet:vt ex ſuperioribus dictis perpalam euade-
19 re poteſt. ❡Secunda cõcluſio.Itidem beneuolentia amatio nõ eſt. ❡Primo.quia beneuolentia nõ intẽſionis ve-

hementiã habet,vehementémq; appetitionem.hæc autẽ ſequuntur amationẽ. igitur beneuolentia amatio non
eſt. ❨Secundo.quia amatio eſt,poſtq̃ mutua conſuetudo cõtracta eſt:beneuolẽtia vero etiã fit repente.vt & fie-
ri ſolet circa certantes.ſpectantes enim:illis fiunt beneuoli,volũtq; bona.nihil autẽ ſimul agerent.verũ(vt di-
ximus)repente fiunt beneuoli,tenuitérq; diligunt. ❨Tertia cõcluſio. Beneuolentia amicitiæ principiũ eſt, per- 20
inde ac ea voluptas quæ aſpectu efficitur:adamandi eſt initiũ. Nã nemo taliter adamat: ſi non antea delectatus
forma fuerit.verũ qui gaudet forma,nõ continuo & adamat.ſed cũ abſentẽ deſiderat,præſentemq; cupit:hunc
in modũ amicos eſſe impoſſibile eſt,qui antea beneuoli non fuerint. at vero beneuoli nõ cõtinuo amãt: verum
dúntaxat ijs bona volunt,quibus beneuoli ſunt.attamen nihil idcirco ſimul agerent,neq; pro illis vllam ſuſcipe-
rent curã,vllamve ſolicitudinẽ. ❨Corollariũ. Quapropter tranſlatitie quiſpiã dicere poſſit beneuolẽtiam prin- 21
cipiũ amicitiæ eſſe: ſed diuturnã factã & ad cõſuetudinẽ accedentẽ eſſe amicitiã. nõ tamen eã quæ ob vtilita-
tem,aut voluptatẽ eſt:ſed quæ eſt ob virtutẽ aliquã. Nam ob vtilitatẽ, atq; voluptatẽ nulla beneuolentia eſt:ſi-
quidẽ beneuolentia eius gratia eſt cui ſumus beneuoli.at qui beneficiũ accepit:retribuit viciſſim pro ijs quæ ac-
cepit gratiam:parta faciẽs. & qui optat alicui aliquem proſperitatis ſucceſſum contingere, ſpe alicuius per eum
conſequendi commodi: non illi,ſed ſibi potius beneuolus diceretur: vt neq; amicus ſi illi propter aliquem vſum
atq; vtilitatem obſequium præſtat,& ita de voluptate.non igitur talis diuturnior facta beneuolentia : recte aut
ob vtilitatem aut voluptatem ſentiretur amicitia. verum cum omnino beneuolentia ob virtutem aut bonitatem
aliquam exiſtat,vt cum pulcher,aut fortis,aut aliquid ſimile(vt de certantibus dictum iam eſt) quiſpiam appa-
ret:talis ergo diuturnior beneuolentia potius ſtudioſa amicitia putanda eſſet.

Cap.VI.

AT qui concordia etiam ad amicitiam attinere videtur . Quapropter non eſt 22
eadẽ,opinatio.hæc enim & ijs qui ſibi mutuo ſũt ignoti:ineſſe poteſt.❨Nec 23
eos qui de re quauis ſunt eiuſdem ſententiæ concordes dicunt.velut eos qui
de cæleſtibus eadem ſentiunt. nõ enim ad amicitiã pertinet de his eſſe con-
cordes.❨Sed ciuitates cõcordes inquiũt eſſe:cũ de ijs quæ cõferũt eadẽ ſentiũt eligũt- 24
que,atque agunt ea quæ publice viſa ſunt.Circa igitur ea quæ in actionem veniunt con-
cordes ſunt homines,& horum circa ea quæ in magnitudine ſunt : poſſúntq; vtriſq; vel
omnibus ineſſe,Vt ciuitates concordes ſunt:cum omnibus videtur,magiſtratus eſſe deli
gendos,aut ſocietatẽ cum Lacedæmonijs ineundã eſſe,aut magiſtratũ gerere Pittacũ:cũ
vellet & ipſe.❨At cũ vterq; ſeipſum vult (vt ij volunt qui in Phœniſſis ſunt) ſeditionẽ 25
habent.Concordes enim eſſe,non eſt idem vtrunq; intelligere quicquid tãdem id ſit:ſed
in eodem idem.vt cũ & populus,& boni:rempublicam optimates gerere volũt. ſic enim
fit omnibus quod exoptant.❨Ciuilis autem amicitia videtur ipſa concordia eſſe:ſicut & 26
dicitur.Nam circa cõmoda & ea quæ pertinent ad vitã verſatur.❨Eſt autẽ talis concor 27
dia,in bonis.Nã & ſecũ quiſq; horũ eſt cõcors,& omnes inter ſe ſunt concordes: quippe
cum eiſdẽ omnino ſint.taliũ enim voluntates manent,& nõ refluũt vt Euripus:volúntq;
ſemper ea quæ iuſta ſunt,& quæ proſunt.hæc autẽ & cõmuniter affectant.❨Prauos ve- 28
ro concordes eſſe:impoſſibile eſt,niſi paruo in tempore: quemadmodum & amicos eſſe.
❨In rebus quidem vtilibus plus:in ſubeũdis vero laboribus ſubminiſtrationibúſve mi-
nus habere percupiẽtes.vnuſquiſq; autẽ hæc ſibi volens,proximũ perſcrutatur : & pro-
hiber.perit enim res ipſa communis:cum ab ipſis non conſeruetur . fit igitur vt in ſedi-
tione verſentur:ſeſe quidem viciſſim vrgentes,ſeipſos vero nolentes facere iuſta.

❨Sexti capitis notę.❨Phœniſſæ,loci nomẽ.❨Euripus,Chalcidis fluui⁹ ſepties interdiu,totiéſq; noctu refluus. 25 27
❨Sextum cap.ſeptem concluſionibus partitum eſt.
❨Sexti capitis commentarius ad literam.❨Prima concluſio.Cõcordia non eſt eadem,ac coopinatio. Nam cõ- 22
cordia ad amicitiam attinet.eadem autem opinatio etiam eorum eſt:qui inter ſe ignoti ſunt,non igitur concor-
dia eadem, ac coopinatio eſt.❨Secunda concluſio. Non eos omnes qui de re qualibet eiuſdem ſunt ſententiæ: 23
concordes dicimus.Nam qui de cæleſtibus eadem ſentiunt:minime idcirco concordes dicimus,non enim ad a-
micitiam ſpectat de ijs ipſis eſſe concordes.❨Tertia concluſio. Concordia circa actiones verſatur. Nam ciui- 24
tates concordes eſſe aiunt:cum de ijs quæ conferunt eadem ſentiũt,eligunt,aguntq; quæ publice decreta ſunt.
igitur concordia in ijs rebus eſt:quæ in actionem veniunt, & earum in ijs præſertim quæ in magnitudine ſunt,
& quæ poſſunt aut duobus aut omnibus ciuibus conuenire . vt ciuitates concordes ſunt : cum videtur omnibus
magiſtratus eſſe deligendos , aut ſocietatem cum Lacedæmonijs ineundam eſſe , aut magiſtratum gerere Pit-
tacum: cum & id vellet ipſe Pittacus.❨Quarta concluſio. Aliquos concordes eſſe:non eſt vtrunque idem ſen- 25
tire, quicquid tandem id ſit:ſed in vno, eodemque idem conſentire. Nam cum vterque ſeipſum vult magiſtra-
tum gerere, vt & ij volunt qui in Phœniſſis ſunt: diſcordiam, ſeditionémque habent. ſed cum populi, & boni
rempublicam optimates gerere volunt,concordes ſunt. ſic enim fit omnibus:quod exoptant. non igitur aliquos
concordes eſſe: eſt vtrunque idem ſentire,ſed in vno, eodémque idem conſentire, atque velle.❨Quinta con- 26
cluſio. Ciuilis amicitia concordia eſt, & concordia dicitur. Nam ciuilis amicitia circa ciuium commoda, & ea
quæ ad vitam pertinent verſatur : éſtque quædam conſenſio. igitur ea cõcordia eſt:quemadmodum & dicitur.
❨Sexta concluſio. In bonis, concordia reperitur. Nam bonorum quiſque ſecum eſt concors, & omnes inter ſe 27
concordes.vtpote qui in eiſdem propoſitis omnino permaneant.bonorum enim voluntates, propoſitáque ma-
nent:neque refluunt vt Euripus. voluntq; ſemper quæ iuſta ſunt,quæque conducunt: atque hæc communi vo-
to peroptant. In bonis igitur reperitur concordia.❨Septima concluſio. Prauos, concordes eſſe impoſſibile eſt: 29
niſi exiliter admodum paruóque momento.❨Primo. Nam ſi eos concordes eſſe contingit quemadmodum &

amicos. at parum admodum,paruóque tempore id eſſe contingit. igitur & concordes. ¶ Secundo. mali in rebus vtilibus plus habere percupiūt: in laboribus autem perferendis,& ſubminiſtrationibus alternandis,minus. eorū enim quiſque ſibiipſi vtilitatem volens,proximum ſuum perſcrutatur,explorat,obſeruat: eiúſq; vtilitatem prohibet: & cum ab ipſis reſpublica & communis vtilitas non conſeruetur: perit. fit igitur vt mali in diſcordia verſentur,& ſeſe viciſſim laceſſant, vrgeántque,& quæ bona iuſtáq; ſunt facere recuſent. prauos igitur concordes eſſe: aut impoſſibile eſt aut exiliter admodum paruóque tempore.

Cap. VII.

29 VIdentur autem ij qui beneficia contulerunt,magis eos amare in quos beneficia ſunt collata,quàm ij qui acceperunt,eos qui contulerunt. Atque vt præter rationem eueniens quæritur. Plurimis igitur videtur id ex eo fieri: quia hi quidem debent, illis vero debetur. vt igitur in mutuis debitores quidem volunt ſuos creditores non eſſe,hi vero de ſalute quoque debitorum diligentiam adhibent: ſic & eos inquiunt qui beneficia contulerunt,velle eos eſſe erga quos fuere benefici vt gratias accepturos,illis vero non eſſe curam reddendi. Epicharmus igitur fortaſſe dixerit hæc ipſos dicere,aſpicientes ad malum. Videtur autem hoc eſſe humanum: plerique enim immemores ſunt.& ſuſcipere potius,quàm conferre beneficia appetunt. Videbitur autem cauſa naturalior eſſe, & non ſimilis ei quæ de creditoribus dicitur. Non eſt enim erga debitores amatio: ſed voluntas ſalutis, recipiendi cauſa. Sed qui beneficia contulerunt: diligunt atque amant eos qui beneficia acceperunt, etſi nulla in re ſunt vtiles,neque in poſterum futuri. quod quidem & artificibus accidit. Magis enim vnuſquiſque proprium amat opus, quàm ipſe ab opere amaretur ſi animæ particeps eſſet. Maxime vero forſitan hoc circa poetas accidit. hi nanque ſua diligunt poemata ſupra modum: & perinde atque filios amant. Tali igitur ſimile eſt & id quod faciunt ij qui beneficia contulerūt. quod enim ſuſcepit beneficium: ipſorum eſt opus. hoc igitur & amāt magis quàm opus eum qui fecit. huius autem cauſa eſt, quod vniuerſis eſt expetibile, atque amabile eſſe. ſumus autem actu. nam viuendo ſumus atque agendo. Qui igitur fecit eſt actu ſuum quodam modo opus. diligit itaque ipſum opus,quia amat & eſſe. hoc autem eſt naturale. Quod enim eſt potentia: id opus ipſum actu declarat. ¶ Et inſuper ei quidem qui contulit beneficium,honeſtum eſt id quod egit. quare gaudet eo in quo eſt hoc. at ei qui accepit,nihil eſt honeſti in eo qui contulit,niſi conferens: quod quidem minus eſt iucundum atque amabile. ¶ Eſt autem præſentis quidem operatio,futuri autem ſpes,facti vero memoria iucunda. ſed iucundiſſimum eſt quod eſt actu, & amabile ſimul modo. ei igitur qui contulit beneficium permanet ipſum opus. diuturnū eſt enim ipſum honeſtum. Sed ei qui cepit, tranſacta eſt ipſa vtilitas. memoriáque honeſtarum quidem rerum,eſt periucunda: vtilium autem non nimium aut minus. expectatio vero, contrà ſeſe habere videtur. ¶ Et amare quidem ſimile eſt actioni: amari autem paſſioni. eos igitur qui circa actum excellunt, ſequitur amare: & ea quæ ad amicitiam attinent. ¶ Præterea quæ facta ſunt cum labore: ea magis diligunt omnes: vt & pecunias magis diligunt,qui acquiſiuerunt: quàm qui ab alijs acceperunt. at beneficium quidem accipere,ſine labore eſſe videtur: beneficium autem conferre,difficile. ¶ Propter hæc & matres filios magis amant. generatio nanque laborioſa eſt magis: & magis ſciunt eſſe ſuos. Videbitur autem hoc & ijs accommodatum eſſe,qui beneficia contulerunt.

29 ¶ Septimi capitis notæ. ¶ Cum deus omnia omnibus beneficia largiatur: magis amat cuncta, quàm contrà vnquā amari poſſit: imò eſt infinitus amor, ipſaque amandi ratio quæ ſemper amorum veſtigia in rebus diffundit ac explicat. ¶ Epicharmus ideas induxit. & moriens vaticinatus eſt, poſt ſe ſurrecturum qui illas iterum ſuſcitaret, quod Epicharmi vaticinium, in Platone completum fuiſſe volunt: de quo & dictum eſt ſupra. ¶ Quod præſens eſt: iucundiſſimum, delectabiliſſimumq; eſt. & hinc quoque iure fit, vt quæ illi delectabiliſſimo propinquiora ſunt: ſint delectabiliora. Et quia in præteritia vtilia præcedunt honeſta vtpote quę conſequendorum honeſtorum media ſunt: idcirco in præteritis honeſta ſunt ipſi præſenti propinquiora,& vtilia remotiora. non igitur ab re euenit vt honeſtorū memoria iucundior ſit: vtiliū vero minus. Adde etiam honeſta plerunq; manere, vt liberalitatē,temperantiā: vtilia vero non, vt erogatas pecunias,& cibi & potus copiā. Et in futuro vtilia præcedūt honeſta: vt quæ ad honeſtatē conſequēdam media ſūnt neceſſaria. ideo in futuro vtilia ipſi præſenti quod delectabiliſſimū eſt, ſunt viciniora,& honeſta remotiora. nihil igitur mirū ſi in futuro vtilium expectatio iucundior,& honeſtorū minus videatur eſſe iucunda, vt quæ à iucūdiſſimo ſit remotior. Itaq; litera hæc nota eſſe poteſt. iucundiſſimū eſt quod actu,& amabile ſimiliter. memoriáq; honeſtarū quidē rerū eſt periucunda: vtiliū autem non nimium aut minus. expectatio vero contrà ſeſe habere videtur. Et ita in ijs quæ triſtia ſunt triſtiſſimum eſt quod actu eſt: & triſtia quanto magis accedunt ad actū. ¶ Aiunt Terentiū comicum vbi multas comœdias cōuertiſſet, feciſſetque latinas: deſiderio ſuorū operū in mare deſilijſſe, quòd caſu in aquas delapſæ ſuæ perijſſent comœdiæ. non enim diutius ſuſtinuit viuere: tanto earū tenebatur amore, quod etiā & ſupra adductū eſt.

Epicharmus. Plato. Terentius.

❡Septimum cap. vna concluſione partitum eſt.

❡Septimi capitis commentarius ad literam. ❡Concluſio. Qui beneficia contulerunt, magis eos amare viden- 29
tur,quibus benefici fuerunt:quàm cõtrà qui beneficia ſuſceperunt,eos diligant qui ea contulerunt. Eius rei cau-
ſa (quaſi res inconſentanea , & abſurda videatur) quæri ſolet. & plurimis id hac ratione fieri videtur: quoniam
qui beneficia accipiunt debent,beneficis vero debetur. quare vt in mutuis debitores volunt ſuos creditores non
eſſe,creditores autem cõtrà de debitorum ſalute ſolicitudinem,curámque habent:ita & eos aiunt qui beneficia
contulerunt velle illos ſuperſtites eſſe,erga quos munifici fuere,tanquam ſic gratias accepturos,illos autem re-
ferendi nullam curam habere. Sed Epicharmus fortaſſe hæc eos dicere ſenſerit:qui ad malum aſpiciunt. videtur
enim hoc humanum eſſe vitium. Plerique enim beneficiorum ſunt immemores: & ſuſcipere potius quàm bene-
ficia conferre appetentes. Verum eorum quæ dicta ſunt:alia quædam cauſa naturalior eſt,& non ſimilis ei quæ
de creditoribus allata eſt.nam non erga creditores amatio eſt,ſed ſalutis voluntas,recipiendi cauſa. qui vero be-
neficia contulerunt : diligunt,atque amant eos ipſos qui beneficia ſuſceperunt, tametſi nulla in re ipſis ſint vti-
les,neque quidem in poſterum vtiles futuri ſint,quod & artificibus accidit: magis enim vnuſquiſque proprium
amat opus,quàm ipſe à ſuo opere amaretur:quamuis etiam ipſum opus animatũ eſſe ipſe ponas. & maxime for-
te hoc circa poetas licet intueri . hi etenim ſua ſupra modum poemata diligunt, & perinde atque filios amant.
tali itaque ſimile eſt id quod benefici agunt. quod enim ſuſcepit beneficium: ipſorum beneficiorum opus eſt. hoc
igitur benefici amant: & magis quidem quàm ipſum opus ſuum authorem. & id in cauſa eſt: quoniam vniuer-
ſis expetibile,atque amabile eſt eſſe. Sumus autem actu. nam viuendo,atque agendo ſumus. qui itaque agit: eſt
actu ſuum quodam modo opus. diligit ergo ſuũ opus,quia amat & eſſe. hoc enim omnibus naturale eſt. & quod
eſt potentia,cuiuſque virtutem habens: id opus ipſum actu declarat. ❡Secundo. ei qui beneficium contulit id
egiſſe honeſtum eſt. quare beneficus in honeſtate in qua beneficium conſiſtit: gaudet. is vero qui accepit nihil
honeſtum habet in beneficio: niſi ipſum conferentem, quod & minus iucundum, atque amabile eſt. ❡Tertio.
præſentis operatio iucunda eſt,futuri ſpes,facti vero memoria at quod actu eſt: horum iucundiſſimum eſt,atq;
maxime amabile. ei autem qui contulit beneficium: actu permanet ipſum honeſtum opus. diuturnum enim,atq;
permanens honeſtum eſt. ſed ei qui beneficium ſuſcepit : cito tranſacta eſt ipſa vtilitas. & benefico honeſtarum
rerum memoria periucunda eſt,vtilium autem,ſuſcipienti non nimium eſt, aut minus iucunda. ſpes autem, ex-
pectatióque contrà ſeſe habere videtur . nimirum igitur beneficos magis eos quibus benefaciunt amare quàm
contrà ab his amentur. ❡Quarto. amare ſimile eſt actioni: amari autem paſſioni. eos igitur qui circa actus ex-
cellunt vt beneficos,rationabiliter ſequitur amare, & quæ ad amicitiam attinent: qui autem ſuſcipiunt , amari.
rationabile igitur eſt eos qui beneficia conferunt: & magis amare. ❡Quinto. quæ cum labore facta ſunt: magis
diligere ſolent omnes. vt & ij magis pecunias diligunt: quas ſibi ſuis laboribus acquiſierunt, quàm qui eas ab a-
lijs acceperunt. at beneficium accipere nullus labor, nullaque pœna videtur: beneficium autem conferre, diffici-
le. merito igitur qui beneficium conferunt eos quibus beneficia contulerunt magis diligunt : quàm contrà ipſi
amentur. ❡Corollarium. Quapropter & matres magis filios amant. nam generatio laborioſa magis illis eſt, &
magis cognoſcunt eſſe ſuos. quod quidem & magis cognoſcere: accommodari poſſe videtur, & ad eos qui bene-
ficia contulere.

Cap. VIII.

DVbitatur autem & vtrum oporteat ſeipſum amare maxime:an aliquem ali- 30
um . Increpant enim eos qui ſeipſos maxime amant.& vt turpe,ſui amato-
res appellant. ❡Atq; prauus quidem ſui gratia agere cuncta videtur:& tan-
to magis,quanto prauior eſt. incuſant igitur ipſum quia nihil niſi ſibi agit.
Probus autem ob honeſtatem:& tanto magis ob honeſtatem,gratiaq; ami-
ci,quanto præſtabilior eſt:ſua vero negligit.❡Ab his autem verbis nõ ſine ratione ipſa
opera diſcrepant. Nam eum inquiunt oportere ſumme amare : qui maxime eſt amicus.
is autem maxime eſt amicus,qui vult cui vult bona illius gratia : ſi nullus etiam ſcierit.
at hæc ipſi ad ſeipſum maxime competunt . ❡Et cætera omnia quibus definitur ami-
cus.dictum eſt enim ab ipſo ea omnia quæ ad amicitiam attinent:& ad cæteros perueni-
re.Eodem accedunt & prouerbia vniuerſa.vt anima vna. & amicorum omnia ſunt com-
munia.& amicitia eſt æqualitas. & tibiæ genu propinquius. hæc enim vniuerſa ipſi ad
ſeipſum maxime competunt . Maxime nanque amicus eſt ſibi . & ſe igitur ipſum ma-
xime amare oportet. Dubitatur autem merito , vtris oporteat aſſentiri : cum vtriſque
videatur eſſe credendum.❡Fortaſſe igitur tales ſermones diſtinguendi, determinandi- 31
que ſunt:quouſque & quonam modo ſint veri.Si itaque ſumpſerimus quonam vtrique
modo ſui amatorem dicunt : fuerit forſitan manifeſtum. ❡Qui igitur hoc reprehen- 32
dendum eſſe exiſtimant: eos amatores ſui appellant, qui ſibi plus tribuunt in pecunijs,
& honoribus , & voluptatibus corporis . hæc enim ipſa multitudo affectat . & ipſis vt
optimis omni ſtudio incumbit . quapropter & in certamen veniunt . Qui igitur in hi-
ſce plus habere pergunt : ij cupiditatibus,& omnino affectibus,eiſque parti animæ quæ
rationis eſt expers gratificantur . tales autem ſunt ipſi multi . idcirco & appellatio orta
eſt ex multitudine: quæ quidem eſt praua. ergo iuſte vituperantur ij: qui ita ſe amant.
❡Non eſt autem obſcurum:vulgus eos qui ſibijpſis talia tribuunt, ſui amatores dicere
conſueuiſſe. Nam ſi quis ſemper ſtudeat agere iuſta maxime omnium , aut temperata,

aut quæuis cæterorum quæ à virtutibus proficiſcuntur, honeſtatémque omnino ſibi-
ipſi ſemper vendicet, atque vſurpet: hunc nemo dicet amatorem ſui, neque vituperabit:
33 ¶Magis autem videbitur talis homo ſui amator. Nam ea ſibi tribuit quæ pulcherrima,
maximéque bona. & gratificatur ei quod ſuiipſius potiſſimum, in omnibúſque illi ob-
temperat. ¶Vt autem & ciuitas id eſſe maxime videtur, quod eſt potiſſimum & alius
omnis conuentus: ſic & homo. amator igitur is eſt maxime ſui: qui illud amat, illíq; gra-
tificatur. ¶Et continens igitur dicitur & incontinens quia mens vincit, aut non vincit:
propterea quod ipſa eſt hominum quiſque. & egiſſe ipſi & ſua ſponte ea videntur quæ
cum ratione maxime egerunt. non igitur eſt obſcurum, hoc eſſe maxime vnumquenq;
34 & hoc maxime virum bonum amare. ¶Quapropter maxime ſui eſt amator, diuerſa
ſpecie ab eo qui reprehenditur: tantúmque differt, quantum vita cum ratione differt à
35 vita cum perturbatione, & appetitio aut honeſti, aut eius quod conferre videtur. ¶Qui
ſi omnes ad conſequendam honeſtatem & ad res agendas pulcherrimas decertarent,
atque contenderent: & omnibus publice ea quæ oportet, & vnicuique priuatim maxi-
ma bonorum ineſſent. ſiquidem virtus eſt tale. Quare bonum quidem hominem ama-
torē eſſe ſui oportet. nam & ſibi ipſe & cæteris proderit, agendo honeſta: Prauum autem
non oportet. & ſibi nanque nocebit, & propinquis: affectus prauos ſequendo. ea igitur
quæ vir improbus agit, ab iis diſcrepant quæ agere oportet. At probus quæ oportet: ea
& agit. mens enim omnis id expetit, quod eſt optimum ſibi: & probus obtemperat mē-
ti. ¶Atqui verum eſt illud quod de ſtudioſo dicitur: complura inquam ipſum agere, &
amicorum, & patriæ gratia, & ſi opus fuerit, mortem obire. & pecunias enim, & hono-
res abijciet: & ea bona omnino de quibus homines decertant, ſibi vendicans honeſta-
tem. Expetet enim potius voluptatem breui tempore vehemētem, quàm longo leuem.
& vitam honeſtam vno anno, quàm quamuis multis. & vnum actum honeſtum ma-
gnúmque: quàm multos & paruos. Atque iis qui pro amicis, qui pro patria mortem
obeunt: hoc forſitan accidit. Magnam igitur ſibiipſis eligunt honeſtatem: abijciéntque
pecunias vt amici capiant plures. hinc enim amicus facultates: ipſe conſequitur honeſta-
tem, atque ſibi maius tribuit bonum. Eundem & circa honores modum magiſtratúſ-
que ſeruabit. nam hæc omnia amico ſuo concedet. eſt enim hoc honeſtum ipſi, ac lauda-
bile. Merito igitur ſtudioſus eſſe videtur: anteponens omnibus honeſtatem. Fit etiam vt
& res agendas concedat amico, ſit'que honeſtius ſeipſum fuiſſe cauſam vt agat illas ami-
cus, quàm ſi ipſemet agat. In vniuerſis igitur laudabilibus: ipſe ſtudioſus plus honeſta-
tis tribuere ſibiipſi videtur. ſic igitur ſuiipſius (vti diximus) amatorem eſſe oportet: vt
ipſi autem multi ſunt, non oportet.

¶Octaui capitis notæ. ¶De iis qui primo modo ſeipſos amant: dicit euangelium, Qui amant animam ſuam in hoc mundo: perdent eam. & de iis qui amant ſeipſos ſecūdo modo: dicit propheta, Qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam. ad quod conſequens eſt, vt qui ſe diligit: à vitiis abhorreat. Euangelium. Propheta.

¶Octauum cap. quattuor concluſionibus, vna dubitatione, & vno corollario partitum eſt.

30 ¶Octaui capitis commentarius ad literam. ¶Dubitatio. Vtrum oporteat ſeipſum maxime amare, aut maxime
quenquam alium. Et videtur primo non oportere ſeipſum maxime amare. Nam eos qui ſeipſos maxime amant
increpant homines, appellántque ſui amatores tanquam id turpe ſit. non igitur ſeipſum maxime amare oportet.
¶Secundo, quia prauus cuncta ſui gratia agere videtur: & eo magis quo deterior eſt. incuſant enim ipſum quia
nihil niſi ſibiipſi, ſui'que gratia agit. probus autem contrà: ob honeſtatem, amici'que gratia agit, & eo magis
quo præſtabilior eſt, ſua vero negligit. Sed iis quæ dicta ſunt: ipſa opera, réſque ipſæ diſcordare videntur, atque
è diuerſo ſeipſum maxime amare oportere. ¶Primo. nam eum aiunt maxime amare oportere: qui maxime ſit
amicus. at is maxime eſt amicus: qui maxime alicui vult bona, & illius gratia, etiamſi nullus ſcierit. hæc autem
ad ſeipſum maxime competunt. igitur oportet ſeipſum maxime amare. ¶Secundo. cætera omnia quibus defi-
nitur amicus: maxime ad ſeipſum cōpetunt. dictū enim eſt ex iis quæ ad ſeipſum fiunt: cætera omnia quæ ad a-
micitiam attinent, metiendā eſſe, & à ſeipſo omnia ad amicitiam ſpectantia ad cæteros deriuare, atque exten-
dere. maxime igitur ſeipſum oportet amare. ¶Tertio, ad idipſum quod maxime ſeipſum amare oporteat: om-
nes ſententiæ, omniáque prouerbia tendunt. vt anima vna, amicorum cuncta communia, amicitia eſt æqualitas,
& amicus quid tibiæ genu propinquius. hæc enim vniuerſa ad ſeipſum maxime cōpetunt. nam maxime ſibiipſi
amicus eſſe videtur. ſe igitur ipſum & maxime amare oportet. hæc enim itaque merito addubitare faciunt: cui
31 potius parti aſſentiendum ſit: cum vtræque rationes credibilitatem ſuaſionémque habeant. ¶Prima concluſio.
Expedit quæ dicta ſunt determinare, quouſque & quo modo vera ſint: & quo modo quis ſui amator dicatur.
Nam ſi acceperimus quonam modo vtrique amatorem ſui dicunt: cito fiet manifeſtum id de quo ambigitur.
32 ¶Secunda concluſio Qui ſeipſum non maxime, amare oportere dicunt, eum ſibi amatorem vocant qui corpus,
corporeáſque illecebras, & animæ partem rationis expertem amat: qui & iuſte coarguendus, increpandus, vi-
tuperandúſque eſt. Nam qui hoc reprehendendum putant: eos ſui amatores appellāt, qui ſibi plus pecuniarum,

honorum,& voluptatum corporis tribuunt.hæc enim ſunt quæ complures affectant:& quibus vt omnium opti
mis totis neruis,omnique ſtudio incumbunt:hinc quoque hæc in certamen, pluriúmque cõtentionem veniunt.
at qui in hiſce rebus plus habere pergunt: ij cupiditatibus & omnino perturbationibus,illique animæ parti quæ
bruta eſt , rationiſque expers obſequuntur . ſunt igitur tales quos ita vocant ſui amatores : merito obiurgandi.
& tales ſunt multi: idcirco hæc appellatio à multitudine(quæ quidem praua eſt)ortum, primámque originem
duxit. ℂSecundo. non eſt obſcurum vulgus eos ſui amatores dicere conſueuiſſe: qui ſibijpſis talia tribuunt. nam
ſi quis ſemper ſtudet iuſta agere & maxime omnium aut temperata , aut quæuis alia, ex virtutibus ipſis profi
ciſcentia honeſtatémque ſibijpſi omnino vendicet , parétque : talem , multitudinis nemo dicet ſui amatorem,
neque quoque culpabit. manifeſtum eſt igitur eum multitudinem amatorem ſui appellare : qui corpus, & cor
poris affectiones ſequitur , quódque is merito ſit arguendus. ℂTertia cõcluſio. Qui ſeipſum maxime amare o 33
portere defendunt : amatorem ſui appellant qui honeſtatem ſequitur, & quod in ipſo eſt optimum maxime a
mat,colitque,atque curat. ℂPrimo. nam is homo magis ſui videtur amator, qui ea ſibi tribuit quæ pulcherrima
maximéq; bona ſunt:& qui obſequitur ei quod ſuijpſius eſt optimum,eique in omnibus ille obtemperat. qui au
tem honeſtatem ſequitur,& quod in eo præſtantiſſimum eſt amat ac colit: ſibi tribuit ea quæ pulcherrima,ma
ximéque bona ſunt, & ei quod ipſius eſt optimum obſequitur, atque obtemperat. iure igitur maxime ſuijpſius
amator is dicitur. ℂSecundo. quemadmodum ciuitas,& omnis alia ſocietas maxime id eſſe videtur quod ſui o
ptimum eſt: ſic & homo. ergo amator ſui maxime is dicetur,qui id quod ſui optimum eſt,amat,eiq; obſequitur.
ℂTertio. quia homo maxime id quod mens facit:maxime facere dicitur. vt homo continens,aut incontinens
dicitur : quia mens aut vincit, aut non vincit, quaſi ea ipſa mens vnuſquiſq; hominum vel maxime ſit , & ma
xime ea homines ſua ſponte egiſſe videntur:quæ cum mente, rationéq; egerunt. non igitur obſcurum eſt men
tem eſſe vel maxime vnumquenq; : & hanc maxime virum bonum amare. quare maxime ſuijpſius eſt amator.
ℂCorollarium. Quapropter qui maxime ſuijpſius amator eſt : tam varia ſpecie ab amatore ſuijpſius,qui repre 34
henditur, tantúmq; diſtat atque differt:quantum vita cum ratione differt, à vita cum perturbatione, & quan
tum appetere quod honeſtum eſt, & quod videatur prodeſſe. ℂQuarta concluſio. Bonum hominem eſſe ſui a 35
matorem expedit : malum autem eſſe ſui amatorem expedit minime . Nam ſi omnes homines ad conſequen
dam honeſtatem, & ad res præclariſſimas agendas decertarent,atq; contenderent:omnibus ea quæ publice ex
pediunt, & ſingulis particulatim maxima bonorum contingerent, ſiquidem virtus tale, magnúmq; bonum eſt.
ergo bonum hominem eſſe ſui amatorem expedit: nam & ſibijpſe, & cæteris,honeſta agendo proderit. Sed q
prauum non oporteat ſui eſſe amatorem: hoc ideo eſt, quòd ſi vir prauus ſui ſit amator, & ſibi nocebit,& pro
pinquis, affectus prauos proſequendo. ea enim quæ vir improbus agit: ab ijs diſcrepant quæ agere oportet. at
vir probus quæ oportet ea & agit. nam mens omnis id expetit quod ſibi optimum eſt: & probus menti obtem
perat. ℂSecundo. quia verum eſt & illud quod de ſtudioſo adducitur: ipſum ſcilicet complura, & amicorum &
patriæ gratia agere. & ſi opus etiam fuerit, præclare mortem oppetere. Studioſus enim: & pecunias,& hono
res,& ea omnino bona de quibus homines inter ſe digladiantur, concertántque,& plane inſaniunt, abijciet: ſi
bijpſi vendicans honeſtatem. expetétque potius voluptatem breui tempore veram, atque vehementem:quàm
longo tempore leuem.& vitam vno anno honeſtam:quàm qualemcunque & multis.& vnum actum honeſtum,
magnúmq;: quàm multos ſed minutulos . quod forſitan eis qui pro amicis, quique pro patria mortem obeunt:
obtigit. Eligent profecto ſtudioſi præclaram ſibi honeſtatem, & pecunias abijcient, quo plures accipiant ami
ci. & hinc quoque amicus facultates: ipſe vero conſequitur honeſtatem, ſibique maius tribuit bonum. & hunc
eundémque morem circa magiſtratus ſeruabit . nam hæc omnia amico ſuo concedet. hoc enim ipſi magis ho
neſtum,atque laudabile. merito itaque videtur ſtudioſus:omnibus anteferens honeſtatem. quinetiam interdum
in rebus agendis ſibijpſi præferet amicum. eritq; interdum pulchrius,quàm ſi ipſemet agat,amico cauſam agen
di fuiſſe. in cunctis igitur laudabilibus vir ipſe ſtudioſus : plus ſibijpſi honeſtatis tribuere videtur. ſit'que pariter
quemadmodum & aſtruximus:vt virum ſtudioſum ſuijpſius eſſe amatorẽ expediat. at ſui eſſe amatorem,quem
admodum multi ſibijpſis ſunt:non expedit.

Cap. IX.

ESt autem controuerſia & de ipſo felice : ſi indigeat amicis necne. Non eſſe 36
enim(inquiunt)ipſis beatis,& ex ſeſe ſufficientibus opus amicis. inſunt enim
ipſis omnia bona. Cum igitur ex ſeſe ſint ſibi ſufficientes, nullius indigent
rei. Amicum autem inquiunt,cum ſit alter ipſe:ea afferre amico,quæ ipſe
per ſe amicus conſequi nequit. Vnde & hanc ſententiam dicunt,

Fortuna cum bona eſt:amicis cur opus?

ℂAt abſurdo ſimile eſt:vniuerſa bona tribuentes felici, amico ipſi non tribuere:quod externorum bonorum maximum eſſe videtur. ℂQuòd ſi ad amicum conferre potius quàm accipere beneficia ſpectat, atque ad virum bonum, virtutémque, dare beneficia, pertinet,magiſque honeſtum eſt amicis quàm alienis largiri,beneficiáque conferre: vir ſtudioſus ijs indigebit profecto,qui largitionis beneficia ſunt accepturi. Quapropter & quæritur vtrum proſperis in rebus, an in aduerſis opus ſit magis amicis, vtpote cum & is qui mala fortuna vtitur ijs indigeat qui beneficia conferent,& ijs qui proſpera fortuna fruuntur : ijs ſit opus , apud quos beneficia collocabunt ? ℂEſt etiam forſitan abſurdum:beatum ipſum ſolitarium facere. nemo enim expetet per ſe bona cuncta habere. nam homo,ciuile animal eſt,& cum alijs aptum vnà viuere. hoc igitur competit & felici. habet enim ea omnia, quæ natura ſunt bona. Conſtat autem melius eſſe cum amicis, probiſque, quàm cum extraneis ipſum,& quibuſuis conuerſari. Amicis ergo beato eſt opus. Quid igitur illi primi dicunt:& qua parte vera loquuntur?

37 ¶An quia vulgus eos amicos eſſe putat qui vtiles ſunt? talibus igitur non indiget ipſe
beatus:quippe cum ipſi omnia bona inſint. Nec etiam ijs qui ob voluptatem amantur
aut perparum.nam cum ſit ipſius vita iucunda:aduentitia non indiget voluptate. atque
cum amicis talibus haud indigeat:non videtur indigere amicis.hoc autem non eſt forſi-
38 tan verum. ¶Nam in principio dictum eſt felicitatem operationem eſſe quandam. Cõ-
ſtat autem operationem ipſam fieri: & non vt quandam rem eſſe, quæ poſſidetur.quòd
ſi felicem eſſe in viuendo ac operando conſiſtit, boni autem operatio, ſtudioſa & iucun-
da per ſe,vt initio diximus:réſque propria ex ijs eſt quæ delectant,atque magis propin-
quos quàm noſipſos, & actus illorum, quàm noſtros poſſumus contemplari. ſtudioſo-
rúmque hominum actus ſi ſint amici: iucundi ſunt ipſis bonis(habent enim ambo ea
quæ ſunt natura iucunda) beatus profecto talibus indigebit amicis: ſi expetit actus bo-
nos & proprios contemplari. taléſque ſunt ipſius boni:ſi ſit amicus. Arbitrantur autem
homines,felicem iucunde viuere oportere. Solitario igitur, difficilis eſt vita. ¶Non eſt
enim facile per ſeipſum continuo operari:cum alijs vero atq; ad alios,facile eſt. Erit igi-
tur operatio continua magis, cum ſit pet ſeipſam iucunda. quod quidem eſſe circa bea-
tum ipſum opottet.Studioſus enim hoc ipſo quo ſtudioſus eſt: gaudet quidem ijs acti-
bus,qui à virtute proficiſcuntur. moleſte autem fert eos,qui à vitijs prodeunt: perinde
atque muſicus delectatut quidem eleganti cantu,offenditur autẽ prauo. ¶Fuerit etiam
& quædam virtutis exercitatio ex conuictu bonorum: vt & Theognidi placet. ¶Natu-
ralius autem conſiderantibus:ſtudioſus amicus expetibilis eſſe natura ſtudioſo videtur.
diximus enim id quod eſt bonum natura,ſtudioſo bonum,& iucundum eſſe per ſe. Diſ-
finiunt autem ipſum viuere animalium quidem,potentia ſenſus: hominum autem ſen-
ſus,vel intellectionis. potentia vero ad operationem reducitur, & ipſum præcipuum in
operatione conſiſtit.Ipſum autem viuere videtur proprie eſſe ipſum ſentire, vel intelli-
gere. at ipſum viuere de ijs eſt, quæ ſunt per ſe bona atque iucunda. eſt enim defini-
tum. definitum autem natura eſt bonum. Quod vero natura eſt bonum, id & bono eſt
bonum. quapropter omnibus iucundum eſſe videtur. Non oportet autem vitam ſume-
re prauam atque corruptam: neque in doloribus conſtitutam. indefinita nanque eſt ta-
lis:quemadmodum ea quæ inſunt ipſi. Eritque hoc manifeſtum magis in ſequentibus
de dolore.Si vero ipſum viuere bonum eſt:& iucundum etiam eſt. quod vel ex eo vide-
tur,quia omnes appetunt ipſum & maxime boni atque beati: his enim viuere maxime
eſt expetibile, & horum vita eſt beatiſſima. Qui autem videt, videre ſentit,& qui audit,
audire,& qui ambulat,ambulare:& in cæteris ſimiliter eſt aliquid ſentiens nos operari.
ſentire vero nos ſentire: & intelligere nos intelligere poſſumus. quod quidem eſt nos
eſſe.eſſe enim, ſentire vel intelligere. ſentire autem ſe viuere: de ijs eſt, quæ per ſe ſunt
iucunda.vita nanque natura eſt bonum.bonum autem ſibi quempiam ineſſe ſentire,vo-
luptate afficit. Ipſum vero viuere expetibile eſt, & maxime bonis: propterea quod eſſe
bonum eſt ipſis,atque iucundum. ſentientes enim id quod eſt pet ſe bonum: voluptate
afficiuntur. At ſtudioſus vt erga ſeipſum: ſic ſeſe habet & ad amicum. amicus enim eſt
alter ipſe.vt igitur ſeipſum eſſe eſt vnicuique expetibile:ſic & ſuum amicum eſſe, vel ſi-
militer.Eſſe autem ideo eſt expetibile: quia ſibi bonum eſſe ipſum ſentit. at talis ſenſus
iucundus per ſeipſum eſt.ſentiat ergo & ipſum amicum eſſe oportet.hoc autem fieri po-
teſt,cum ipſo ſimul viuendo,& verba mentémque commutando.Sic enim in hominibus
dici videtur ſimul viuere:& non(vt in pecoribus)eodem in loco paſci. ¶Si igitur ipſum
eſſe per ſe eſt expetibile viro beato,cum natura ſit bonum atque iucundum: ſimile au-
tem eſt & amici ipſius eſſe. amicus etiam ex ijs eſt profecto quæ expetibilia ſunt beato.
at quod eſt expetibile beato,id aſſit ipſi oportet: vel egens erit hac parte. Opus eſt igi-
tur ei qui felix futurus ſit:ſtudioſis amicis.

36 ¶Noni capitis notæ. ¶Theodorus Atheus amicitiam ſuſtulit:eámq; neq; bonam,neq; malam eſſe dicebat. nam Theodorus.
inquit neq; ſapientibus,neq; inſipientibus prodeſt. ſiquidem ſapiẽtes cum ſibijpſis ſufficiant,non indigent ami-
cis. neq; inſipientes quidem. vt qui illis vti neſciant. ſed longe ſecus eſſe,hic Ariſtoteles demonſtrat,& felici o- Ariſtoteles.
38 pus eſſe amicis. ¶Definitum,determinatum: quòd à forma,& ſpecie vniuſcuiuſque rei ſuapte natura procedit.
Malum autem indeterminatum,& contra naturam, neq; tantũ errare contingit quin & amplius. hinc homines,

Iuuenalis ſatyra.13.

Cum ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia. quid fas,
Atque nefas: tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos. Et hoc plane ideo eſt(vt inquit ſatyricus)quòd
Mobilis,& varia eſt fermè natura malorum.

¶Nonum cap. duabus concluſionibus,& vna dubitatione partitum eſt.

¶Noni capitis commentarius ad literam. ¶Dubitatio. Vtrum felix indigeat amicis, necne? Et inquiunt felici 36
minime opus eſſe amicis. ¶Primo. quià ijs opus amicis non eſt,qui ſibijpſis ſufficientes ſunt. at felices ſibijpſis
ſufficiunt: aſſunt enim ipſis omnia bona. igitur felices non amicorum modo,ſed ne vllius quidem rei indigent.
¶Secundo. cum amicus ſit alter ipſe, & ea ſoleat afferre amico quæ ipſe amicus per ſe conſequi nequit: cur(vt
& prouerbium habet)cum deus abunde det bona,amicis eſt opus(non videtur igitur felici opus eſſe amicis. Sed
ex oppoſito videtur felici opus eſſe amicis. ¶Primo. quia abſurdo perſimile videtur: felici omnia bona tribue-
re non autem tribuere amicos,qui externorum bonorum maximum eſſe videntur. ¶Secundo. ſi amici eſt po-
tius beneficia conferre, quàm accipere: itidem & ſtudioſi ipſiuſque virtutis dare beneficia, ſitque magis hone-
ſtum amicis beneficia largiri : vir profecto ſtudioſus , atq; felix ijs indigebit amicis , qui eius beneficia ſint ac-
cepturi. at amici, & ſtudioſi, & virtutis potius officium eſt beneficia conferre, & magis honeſtum eſt illa con-
ferre amicis. indiget igitur ipſe ſtudioſus atque felix, amicis. Quapropter quæri ſolet quibus in rebus proſpe-
risne an aduerſis magis opus ſit amicis: quaſi cum is quidem qui aduerſa vtitur fortuna, tum qui ſecunda pro-
ſperaque, indigeat amicis. is quidem qui aduerſa laborat: ijs indigeat amicis, qui beneficia conferant. & qui
proſpera: ijs in quos beneficia collocet. ¶Tertio. quia abſurdum,rationique inconſonum eſt: beatum ipſum ſo-
litarium facere. nemo enim expeteret per ſeipſum, ſolitariúſque: vel cuncta bona poſſidere. Nam homo ciuile
animal eſt, & cum alijs ſuapte natura natum conuiuere. competit igitur felici, & cum alijs viuere, habet enim
omnia quæ natura bona ſunt. at perpalam eſt ipſi felici melius eſſe cum amicis,atque probis,quàm cum extra-
neis, & quibuſuis hominum conuerſati. felici igitur opus eſt amicis. Sed nunc quid verum dicant: qui primas
tuentur partes nobis videndũ eſt. ¶Prima concluſio. Felicibus haud quaquam opus eſt aut vtilibus,aut delecta- 37
bilibus amicis. Nam ij ſunt quos vulgus appellat amicos,quibus ideo non indiget beatus: quia omnia bona, om-
niſque vtilitas ſibi adeſt. Verum neque ijs amicis qui ob voluptatem amantur, aut perparum admodum. nam
cum ipſius felicis vita per ſe ipſa iucunda ſit: aduentitia non indiget voluptate. & cum talibus non indigeat a-
micis, videtur ijs qui primas partes defenſant: idcirco non indigere amicis. quod non plane verum eſt. ¶Secun- 38
da concluſio. Felix: ſtudioſis indiget amicis. ¶Primo. quia in principio huius moralis inſtitutionis dictum eſt,
felicitatem operationem eſſe quandam. & operatio ipſa fit(quemadmodum perſpicuum eſt)neque eſt vt res ali
qua quæ facta poſſidetur. & felicem eſſe in viuendo ac operando: & bona quidem, & iucunda exiſtit. nam ſtu-
dioſi operatio per ſeipſam ſtudioſa, iucundáque eſt: vt iam quoque à principio dictum eſt. ſtudioſa enim ope-
ratio inter delectabilia,maxime delectare propria res eſt. cum ergo ita ſit: & nos magis propinquos, eóſque qui
nobiſcum verſantur quàm nos ipſos contemplari poſſimus, & eorum operationes magis quàm noſtras. ſtudio-
ſorum igitur hominum(& præſertim vbi erunt amici)ſtudioſæ operationes ipſis ſtudioſis inuicem oppido dele-
ctabiles erunt atque iucundæ. habent enim ambo ea quæ ſnapte natura iucunda ſunt. felix igitur talibus indi-
gebit amicis ſi contemplari maxime expetet actus ſtudioſos beatæque vitæ proprios. ſunt etenim ipſius ſtudio-
ſi actus tales: tum maxime vbi fuerit amicus. ¶Secundo. arbitrantur omnes felicem, iucunde viuere oportere.
at ſolitario difficilis eſt vita. eliget igitur felix aliquos: cum quibus conuiuat amicos. ¶Tertio. non eſt facile
per ſeipſum continuè operari,at cum alijs atque ad alios facile eſt. erit igitur cum amicis operatio magis con-
tinua: cum & cum ipſis ſit magis ſecundum ſeipſam iucunda. verum id circa beatum ita eſſe oportet. nam ſtu-
dioſus quatenus ſtudioſus eſt: ijs actibus gaudet,qui à virtute proficiſcuntur. & moleſte eos fert qui à vitijs ma-
nant: haud ſecus ac muſicus emodulato delectatur concentu,perſtrepente autem offenditur,atque prauo. indi-
get igitur felix: ſtudioſis amicis. ¶Quarto. ex conuictu,conſuetudinéque amicorum: quædam fit virtutis exer-
citatio, vt & Theognidi placet. expediunt igitur tales & felici. ¶Quinto. ſi naturalius conſideramus: videbi-
tur ſtudioſus amicus ipſi felici natura expetibilis eſſe. Nam diximus quod natura bonum eſt: ſtudioſo bonum,
iucundúmque per ſe eſſe. & diffiniunt ipſum animalium viuere: potentiam ſenſus habere. viuere autem homi-
nis: habere potentiam aut ſenſus,aut intellectionis. potentia autem ad operandum exiſtit. ad operationémque
refertur: & ipſum viuere præcipuum in operatione conſiſtit. ipſum enim viuere proprie eſſe videtur: aut ipſum
ſentire,aut intelligere. & viuere de ijs bonis eſt: quæ natura & per ſe bona ſunt, ac iucunda. eſt enim definitum.
definitum autem natura bonum eſt. Quod vero natura bonum : & id quoque ſtudioſo bonum eſt. quapropter
viuere, non ab re videtur omnibus eſſe iucundum. veruntamen non oportet id viuere, eámque vitam accipere
quæ praua,corruptáque ſit, aut in doloribus conſtituta. indefinita enim talis vita eſt: quemadmodum & ea quæ
tali vitæ inſunt, quod & in ſequentibus euadet manifeſtius,cum de dolore agetur. & ſi ipſum viuere bonum eſt:
non minus etiam & ipſum iucundum eſt. quod vel hinc perſpici licet: quòd omnes, ipſum viuere appetunt, &
maxime boni, atque beati. his enim viuere maxime expetibile: & horum vita beatiſſima eſt. Rurſus qui videt,
ſentit videre, & qui audit, audire, & qui ambulat, itidem ſentit ambulare: & in cæteris conſimiliter eſt aliquid
nos operari ſentiens. ſentire enim nos ſentire, & intelligere nos intelligere poſſumus. hoc autem, ſentire eſt nos
eſſe. eſſe enim: nobis ſentire aut intelligere eſt. at ſentire ſe eſſe, atque viuere: ex ijs bonis ſunt, quæ per ſe ſunt
iucunda. vita enim natura bonum eſt. & natura bonum ſibi quempiam ineſſe ſentire, periucundum eſt. & præ-
ſertim maxime bonis, ipſum viuere expetibile eſt. quandoquidem eſſe ipſum ipſis maxime bonum, iucundúm-
que eſt. & id ſentientes ſibi adeſſe per ſe bonum: voluptate afficiuntur. at ſtudioſus vt ad ſeipſum ita quoque
ſeſe habet ad amicum. eſt enim amicus alter ipſe. igitur vt ſeipſum eſſe vnicuique expetibile eſt: ſic & amicum
eſſe, aut propemodum ſimiliter. at vero eſſe ideo felici vel maxime expetibile eſt, quòd ſibijpſi eſſe, bonum eſſe
ſentit. talis enim ſenſus per ſeipſum iucundus eſt: ſentiat ergo & ipſum amicum eſſe oportet. Hoc autem aliter
fieri non poteſt: quàm cum ipſo viuendo, & verba mentémque communicando. ſic enim agendo in hominibus
viuere dicitur: & non quemadmodum in pecoribus quòd eodem in loco paſcantur. felici igitur: ſtudioſis opus
eſt amicis. ¶Sexto. ſi ipſum eſſe per ſe eſt expetibile beato, cum natura ſibijpſi ſit bonum, atque iucundum: &
eſſe amici ſimile eſt, ſimiliter ipſi beato natura bonum, atque iucundum. & amicus etiam ex ijs quæ per ſe expe-
tibilia ſunt beato: ipſi profecto beato expetibilis eſt amicus. at quod expetibile eſt beato: vt id ipſi aſſit opor-
tet, alioqui hac parte mancus indigénſque erit beatus. opus igitur eſt ei qui felix futurus ſit: ſtudioſis amicis.

39 SVnt'ne igitur quamplurimi faciendi amici, an (vt de hoſpitalitate dictum
concinne fuiſſe videtur,
Hoſpite ne careas: hoſpes neque pluribus eſto)
ſic & ad amicitiam accommodabitur : neque ſine amicis eſſe, neque rur-
40 ſus nimium multos habere amicos. ¶ Ad eas igitur amicitias quæ ſunt ob
vtilitatem: & valde id quod dictum eſt accommodatum eſſe videbitur. ¶ Multis enim
viciſſim ſubminiſtrare: laborioſum eſt, neque ad hoc agendum facultates ipſæ ſufficiunt.
plures igitur ijs qui ſunt ad facultates proprias ſatis: ſuperuacanei ſunt, atque ad bene
viuendum impedimento. non ergo opus eſt ipſis. ij quoque qui comparantur ob volu-
41 ptatem: ſufficiunt pauci, vt in epulis condimentum. ¶ At ſúntne ſtudioſi plurimi com-
parandi? An & multitudinis amicorum eſt quidam numerus: perinde ac ciuitatis? Nec
enim decem ex hominibus, ciuitas conſtare poteſt: nec etiam eſt ex centum millibus
adhuc ciuitas. ſed quantitas non eſt forſitan vna quædam determinata. ſed omnis ea
quæ eſt media inter quaſdam multitudines definitas. & amicorum igitur multitudo
quædam eſt definita. ¶ Atque ij fortaſſe ſunt plurimi, cum quibus quiſpiam viuere po-
42 teſt. hoc enim ad amicitiam pertinere maxime videbatur. ¶ Fieri autem non poſſe vt
vnà cum multis quiſpiam viuat, ſéque multis impertiat, non eſt obſcurum. ¶ Præter-
ea illos etiam inter ſeſe amicos eſſe oportet, ſi ſimul omnes victuri ſunt: hoc autem dif-
ficile eſt in multis. ¶ Eſt etiam perdifficile, gaudere familiariter cum multis, atque do-
lere. concurrere enim hæc ſimul poſſunt: cum vno inquam dolere, & cum altero gau-
dere. ¶ Forſitan igitur bene eſt non quærere quamplurimos amicos habere: ſed quot
ad communem vitam habendam ſufficiunt. ¶ Neque enim poſſe videtur: multis vehe-
menter amicum eſſe. Quapropter neque adamare plures. exuperatio enim quædam
amicitiæ eſt. hoc autem eſt ad vnum. Et vehementer igitur amare, ad paucos erit: hoc
& in ipſis rebus ita ſe habere videtur. amicitia nanque ſodalitia, non fiunt multi amici.
43 & quæ fama celebrantur inter duos fuiſſe dicuntur. ¶ Qui vero multos amicos habent
& omnibus ſeſe familiariter offerunt: ij nemini amici eſſe videntur, niſi ciuiliter, quos &
placidos appellant. fit igitur vt ciuiliter multis ſit quiſpiam amicus: etiam ſi non ſit pla-
cidus, ſed vere vir probus. ſed ob virtutem & ſeipſos amicitia: non eſt ad multos. amabi
le autem eſt: & paucos inuenire tales.

41 ¶ Decimi capitis notæ. ¶ Myrias myriados, decem millia. & ita vſus eſt Argyropylus. Leonardus autẽ videtur
42 vſus pro centum millibus. ¶ Ad paucos: quia ad duos qui ſe vehementer reciproce amant.
¶ Decimum cap. duabus quæſtionibus, & tribus concluſionibus partitum eſt.
39 ¶ Decimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima quæſtio. An quamplurimi ſibi conciliandi ſunt amici: an
potius pauci: quemadmodum & de hoſpitalitate id quoq; eleganter dictum eſt,
Hoſpite ne careas: hoſpes neq; pluribus eſto.
Id videlicet ad amicitiam accommodando: vt neque ſine amicis ſimus, neq; rurſus nimium multos habeamus
40 amicos. ¶ Prima concluſio. Ad eas amicitias quæ ob vtilitatem, aut voluptatem comparantur id recte accom-
modatum iri videtur, neq; in hiſce amicitijs, compluribus opus eſſe amicis. Nam in amicitijs ob vtilitatem mul-
tis viciſſim ſubminiſtrare laborioſum eſt, neque ad id agendum facultates ipſæ ſuppetunt. plures igitur ea ami-
corum copia, quæ ad proprias facultates ſatis eſt: ſuperuacanei ſunt, atque ad bene viuendum plurimo ſunt im-
pedimento. non igitur opus eſt illis. & ij amici qui comparantur ob voluptatem, ſufficiunt pauci: perinde atque
in epulis condiendis pauca ſatis ſunt ad condimentum. non igitur ad eas amicitias quæ ob vtilitatem aut volu-
41 ptatem comparantur: quamplurimis opus eſt amicis. ¶ Secunda quæſtio. An in amicitia ſtudioſa plurimi cõpa-
randi ſint amici? videtur ita eſſe. ¶ Primo. quia huiuſmodi amicorũ multitudo, vt multitudo ciuitatis eſſe vide-
tur, ſed ex decem hominibus ciuitas nõ conflatur, neq; rurſum cõflatur ciuitas ex centũ millibus. neq; forte ci-
uitatis quantitas: quanta ſcilicet eſſe debeat, vna eſt, neq; determinata. ſed omnis ciuitas ea eſt multitudo: quæ
eſt inter quaſdam multitudines determinatas. igitur & amicorum multitudo quædam eſt hoc pacto determi-
nata. ¶ Secundo. fieri poteſt vt ij ſint plurimi: cum quibus quiſpiam viuere poteſt. at hoc ad amicitiam vel ma-
42 xime pertinere videtur. contingit igitur in amicitia etiam ſtudioſa: plurimos ſibi comparare amicos. ¶ Secun-
da concluſio. In amicitia ſtudioſa haud plures comparandi ſunt amici. ¶ Primo. quia haudquaquam obſcurum
eſt fieri non poſſe vt vnà, paritérq; cum multis quiſpiam viuat: ſeque multis totum impertiat. in ſtudioſa igitur
amicitia: non complures comparandi ſunt amici. ¶ Secundo. ſi complures eidem comparandi ſunt amici opor-
tet illos inter ſeſe eſſe amicos ſi ſimul conuicturi ſint. atqui in compluribus id reperiri: admodum difficile eſt.
¶ Tertio. perdifficile eſt congaudere familiariter multis, multíſque condolere: quinimo hæc ſimul concurrere
poſſint ſi multos admittas amicos, vt cum vno dolendum ſit, cum altero vero gaudendum. non videtur igitur
in amicitia ſtudioſa: multis opus eſſe amicis. ¶ Quarto. quia bonum, expediénſque videtur non quærere quam-
plurimos amicos habere: ſed quot ad communem vitam degendam ſufficiunt. ¶ Quinto. quia poſſibile non vi-
detur vt vnus, idémque multis vehementer amicus ſit. & hinc quoque ſimili pacto euenit vt in re amatoria

haudquaquam vnus vehementer plures adamare poſſit. at amicitia in quadam exuperatione, vehementiáq; eſt. hæc autem eſt ad vnum. igitur vehementer amare, & amicitia ad paucos erit, & nequaquam ad multos: & reuera ſic & a parte rei experientia compertum eſt. nam amicitia ſodalitia non fiunt multi vehementer amici. ſed eiuſce amicitiæ quas famæ celebritas reddit inſigniores: continue inter duos fuiſſe memorantur. vt inter Theſeum & Perithoum, inter Euryalum & Niſum, inter Achillem & Patroclum, inter Agamemnonium Oreſtem & Pyladem, inter Pythiam & Damonem. non á ratione igitur alienum eſſe videtur: quód in amicitia ſtudioſa nõ multi quærantur amici. ¶ Tertia concluſio. Amicitia ciuili cõplures licet, & decet habere amicos. Nam qui mul- 45
tós amicos habent, & omnibus ſeſe familiariter offerunt: ij eorum nemini amici eſſe videntur niſi ciuiliter, quos quidem ciuiles amicos, placidos appellare ſolent. fit igitur vt multis quiſpiam ciuiliter ſit amicus: quanuis etiam multis placidus non eſſet, dummodo plané vir bonus eſſet. Sed amicitia quæ eſt ob virtutem, & ob ſeipſos: ad multos non eſt. ſed amabile eſt, rémq; bene agi putandum eſt: paucos etiam reperire tales.

Cap. XI.

AT vtra in fortuna magis opus eſt amicis : vtrum in proſpera an in aduerſa? 44
¶ In vtraque nanque quæruntur . Nam & qui fortunam habent aduerſam: 45
indigent ope . & qui ſunt in rerum proſperitate eorum indigent quibuſcum
viuent, & in quos beneficia conferent. volunt enim largiri, beneficiáque con-
ferre. ¶ Amicos igitur habere neceſſarium quidem eſt magis in aduerſa fortuna . Qua- 46
propter hic vtilibus amicis eſt opus: honeſtius autem eſt, in proſperitate fortunæ. idcir-
co & bonos quærunt. in hos enim beneficia conferre, atque cum his vnà degere : magis
eſt expetibile. ¶ Eſt enim & ipſa præſentia amicorum iucunda in vtraque fortuna. nam 47
leuantur ipſi dolentes cum dolentibus ipſis amicis . Quapropter & dubitauerit quiſpi-
am ſi doloris vt oneris amici participes fiunt ? an hoc quidem non fit, ipſorum autem
præſentia cum ſit iucunda, condolendíque ſenſus minuit ipſum dolorem? Verum ſi ob
hæc, aut ob aliquid aliud leuantur: miſſum faciamus. id quod dictum eſt euenire ſanè vi-
detur. ipſorum autem præſentia immixta quædam eſſe videtur. Nam aſpicere quidem
amicos, iucundum eſt: præſertim ei qui calamitatibus premitur, fértque præſidium ali-
quod aduerſus dolores . Conſolationem enim ipſe amicus & aſpectu , & verbis afferre
poteſt: modo ſit dexter. ſcit nanque mores, ex quibus gaudet atque dolet. ¶ At ſentire
ſuas ob ærumnas dolere amicum: affert dolorem . Nam omnes fugiunt ſe cauſam dolo-
ris eſſe amicis. quapropter viriles quidem natura cauent: ne amici ſecum condoleant. &
ſi non exuperant indolentia: dolorem quo illi afficiuntur non ferunt. atque omnino ſi-
mul plorantes mœrentéſque non admittunt: quia nec ipſi ſunt propenſi ad luctus. Mu-
lierculæ vero & huiuſcemodi viri, gaudent ijs qui vnà cum ipſis gemunt : & amant eos
tanquam amicos, & condole[illegible]es. oportet autem omnibus in rebus præſtabiliorem imi
tari. At amicorum proſperis in rebus præſentia & voluptatem affert omni in actu, & co
gitatione delectat: quòd in ipſius bonis lætantur. ¶ Quapropter videbitur oportere in 48
proſperitatibus quidem prompte vocare amicos. eſt enim honeſtum, beneficum eſſe. In
aduerſitatibus autem pigre . minime nanque facere participes malorum ipſos oportet.
Vnde & illud dicitur,

Sat eſt grauis, triſtíſque: ſine me fors premat.

Maxime tamen vocandi ſunt tunc amici, cum parua ſuſcepta moleſtia, multum prodeſſe poſſunt. contrà autẽ fortaſſe congruum eſt: ad calamitoſos quidem ire non vocatum, & prompte. eſt enim amici beneficia conferre: præſertim in eos qui indigẽt, & anteaquã illi requirant. vtriſque nanque honeſtius, atque iucundius eſt. Ad fortunatos autẽ prompte quidem accedere ad operandum vnà cum illis. Eſt enim ad hæc opus amicis : lente autem pro beneficijs conſequẽdis. non eſt enim honeſtum vtilitatis ſuæ cauſa properare. Cauenda autem eſt forſitan opinio iniucunditatis in repellendo: accidit enim nonnunquam. præſentia igitur amicorum in vniuerſis expetibilis eſſe videtur.

Ariſtoteles. ¶ Vndecimi capitis notæ. ¶ Ariſtoteles virile non putat muliercularũ more lachrymas fundere, plãgere, & eiu- 47
Dominus. lari, neque virile eſt. virilibus tamen pietas inuenit lachrymas. vt fleuit dominus ſuper Hieruſalem, fleuit ſuper
Hieruſalem. Lazarum cum eum fœtentem reuocauit ad vitam. & viſus eſt lachrymari ſæpe, ridere nũquam. lachrymæ enim
Lazarus. plerunq; ſunt magnæ humanitatis ſignum, & eæ præſertim quæ ex pietate prodeunt.

¶ Vndecimum cap. vna quæſtione, duabus concluſionibus, & duobus corollarijs partitum eſt.

¶ Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Quæſtio. In qua fortuna, proſpera ſcilicet an aduerſa : magis 44
opus eſt amicis? ¶ Prima concluſio. In vtraque fortuna parandi ſunt amici. nam qui duram, aduerſámque expe- 45
riuntur fortunam, amicorum indigent ope. & quos rerum proſperitas, ad rerum culmen euehit: ijs indigent a-
micis cum quibus viuant, & in quos beneficia conferant. volunt enim largiri, beneficiáque conferre. ¶ Primum 46

corollarium. Quo ſit vt in aduerſa fortuna amicos habere magis neceſſarium ſit: in ſecundis autem rebus honeſtius. nam in rebus aduerſis, vtilibus amicis opus eſt: in rerum autem proſperitate, boni quæruntur amici. nam
47 in hos beneficia conferre, atque vnà cum his degere magis expetibile eſt. ¶ Secunda concluſio. Præſentia amicorum in vtraque fortuna: cum aduerſa, tum ſecunda, iucunda eſt. Nam in aduerſa fortuna: leuantur ipſi dolentes cum dolentibus amicis. & proinde quæri ſolet, an amici doloris (vt portandi oneris) participes fiant: cum alter alterum alleuiat? an id quidem non hoc modo fiat, ſed quoniam ipſorum præſentia cum ſit iucunda, ipſéque condolendi ſenſus imminuit dolorem? Verum impræſentiarum an ob hæc quæ allata ſunt, an ob aliud quicquã alleuientur: miſſum faciamus, tametſi ob idipſum quod dictum eſt: rationabiliter id euenire videatur. nam ipſorum præſentia lugubribus rebus immixta: cauſa alleuiationis eſſe videtur. aſpicere enim amicos iucundum eſt, præſertim ei qui calamitatibus premitur: fertque præſentia aliquod aduerſus dolores præſidium. adde quòd cõſolationem ipſe amicus & aſpectu, & verbis afferre poteſt, modo affabilis ſit atque dexter: ſcit enim amicus, amici mores: ea quibus gaudet, doletque. ¶ Attamen viriles natura, cauent ne amici ſecum condoleant. at muliercul æ molliculiq; viri id affectant, nam ſentire ſuas ob ærumnas dolere amicum dolorem affert. fugiunt enim omnes, ſe cauſam doloris eſſe amicis. qui igitur viriles ſunt: cauent ne ſui gratia videant amicos dolentes. & ſi non exuperent in dolore: dolorem quo amici afficiuntur non ferunt. ¶ Secundo. viriles: ſecum omnino plorantes, mœrentéſque non admittunt. quia nec ipſi quidem ſunt ad luctus, mœroremque propenſiores. at mulierculæ, & mulieroſi viri gaudent ijs qui vnà ſecum gemunt, hóſque amant tanquam amicos, & condolentes. verum operæpretium magis eſt omnibus in rebus præſtabiliorem imitari, ipſúmque virilem. & proſperis in rebus amicorum præſentia in omni actu, & cogitatione voluptatem affert, ac delectat, quòd amici in eius proſperitati-
48 bus lætantur. ¶ Secundum corollarium. Quo videtur oportere in proſperitatibus prompte vocare amicos: in aduerſitatibus autem tarde. quòd arridente fortuna, honeſtum eſt beneficum eſſe: & duris prementibus caſibus, minime decet amicos malorum participes efficere. vnde & recte id dicitur,

Sat eſt grauis, triſtiſque: ſine me fors premat.

Verum enimuero tum maxime vocandi ſunt amici: cum parua ſuſcepta moleſtia, plurimũ prodeſſe poſſunt. Cõtrà autem forte congruum eſt amicum ad calamitoſos ire non vocatum: & prompte quidem. nam amici eſt beneficia conferre, & præſertim in eos qui indigẽt: & anteaquam illi requirant. id enim vtriſque honeſtius, atque iucundius eſt. & ad fortunatos identidem prompte accedendum eſt: ad vnà cum illis agendum. eſt enim magnis in proſperitatibus opus amicis. ſed lente pro beneficiis conſequendis ire decet. nam non ſatis honeſtum eſt: ſuæ vtilitatis cauſa, ad amicos properare. cauenda etiam hac in re eſt opinio iniucunditatis: aut ob moleſtiã, aut ob repulſam. accidit enim nonnunquam. effectum igitur eſt vel perquam manifeſtum: præſentiam amicorum, in cunctis fortunis expetibilem, atque iucundam eſſe.

Cap. XII.

49 AT eſt'ne vt adamantibus amabiliſſimum eſt ipſe aſpectus, magíſque hunc ſenſum quàm cæteros expetunt, propterea quòd per hunc maxime eſt, atque oritur amor, ſic & amicis maxime expetibile conuerſari, ſimúlque viuere? Amicitia nanque communicatio eſt. ¶ Et vt ad ſeipſum quiſque: ſic ſeſe habet & ad amicum. ſenſus autem vnicuique circa ſeipſum eſt expetibilis. & circa igitur amicum. ¶ At operatio ipſis in ſimul viuendo fit. Quare non immerito viuere ſimul affectant. atque quod tandem eſt ſingulis eſſe, vel gratia cuius viuere expetunt: in eo cum amicis verſari, degeréque volunt. Quocirca alij compotant: alij talorum ludo ſimul incumbunt: alij ſimul ſeſe exercent, & vnà venantur, aut philoſophantur: ſinguli totos dies id ſimul agentes quod maxime amant. ¶ Viuere enim ſimul cum amicis volentes, hæc faciunt & ea cum his communicant, quibuſcum vnà viuere expetunt: quæ ma-
50 ximum ipſos in vita delectant. ¶ Fit igitur amicitia quidem improborum flagitioſa. Communicant enim praua, ſúntque inſtabiles, & peiores etiam fiunt moribus, ſimiles euadentes. Proborum autem proba congreſſionibus ſuſcipiens incrementa. Videntur etiam tales & præſtabiliores euadere, tam agendo quàm ſe mutuo emendando. eliciunt enim ex ſeſe mutuo ea quæ placent. vnde illud dicitur recte,

Diſces ex ſtudioſis nimirum optima ſemper.

Sed hactenus de amicitia. Deinceps de voluptate dicamus.

49 ¶ Duodecimi capitis notæ. ¶ Quòd vitanda ſit prauorum conſuetudo ac amicitia: à ſatyrico diſce,

Dedit hæc contagio labem: Iuuenalis ſatyra 2.
Et dabit in plures. ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci:
Vuáque conſpecta liuorem ducit ab vua.

Ita mali ſeipſos inficiunt & ab inuicem viuendi labem contrahunt, prauámque vitæ conſuetudinem.

¶ Duodecimum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

49 ¶ Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Amicorum præcipuum munus atque officium eſt: vnà conuerſari, ſimulq; viuere. ¶ Primo. quia vt in adamantibus ſuauiſſimũ eſt videre. & vt hunc ſenſum magis quàm cæteros expetunt, ob idipſum quòd amor per ipſum & exiſtit, & oritur: ita & amicis conuerſari, ſimúlque viuere expetibile videtur. nam amicitia quædam communicatio eſt. ¶ Secundo. vt quiſque ad ſeipſum: ſic ſeſe habet & ad amicum. at ſenſus circa ſeipſum vnicuiq; eſt expetibile. igitur & circa amicũ. ¶ Tertio. Amicitiæ operatio ipſis fit amicis: ſimul cõuiuendo. nõ igitur immerito ſimul ipſi viuere affectant. ¶ Quarto. quòd tandem ſingulis gratiſſimum eſt eſſe, & gratia cuius viuere expetunt: in eo ipſi cum amicis verſari, degereque volunt. quocirca alij cõpotant, alij teſſerulas iactant, alij ſimul exercentur, alij ſimul venantur, aut phi-

loſophantur: ſinguli in ijs totos dies exigentes, quæ ſibi gratiſſima ſunt in vita. viuere enim ſimul cum amicis volentes: hæc faciunt. & ea quæ eos in vita maxime delectant cum ijs communicant: cum quibus vnà viuere volunt ac expetunt. ❡ Secunda concluſio. Amicitia improborum, flagitioſa eſt: proborum autem proba. Nam 50 improbi communicant praua, nullam ſtabilitatem, firmamentúmque habentes, euadúntque deteriores, quòd mutua conſuetudine reddantur ſimiliores. at proborum amicitia: ipſis congreſſionibus incrementa ſumit. quinimo & tales etiam: cum agendo, tum ſe mutuo emendando, euadunt præſtabiliores. eliciunt enim ex ſeſe mutuo ea ipſa quæ placent, & ex quibus placere poſſunt. vnde & illud à bonis quidem bona. Sed de amicitia hactenus dictum ſit abunde: nunc autem ad determinandum de voluptate tranſeundum eſt.

❡Noni Ethicorum Ariſtotelis, finis.

❡Decimus Ethicorum Ariſtotelis interprete Argyropylo. Cap.I.

POſt hæc ſequitur forſitan vt de voluptate dicamus. ❡ Maxime nanque voluptas noſtro generi familiaris eſſe videtur. Quapropter erudiunt iuuenes: gubernãtes ipſos voluptate, atque dolore. ❡ Videtur autem ad conſequendam moris virtutem, maximum eſſe: gaudere ijs quibus oportet, & odiſſe ea quæ oportet. comitantur enim hæc tota in vita: momentum, & vim ad virtutem habentia, felicémque vitam. nam eligunt quidem ea quæ voluptate afficiunt: fugiunt autem ea, quæ dolorem efficiunt. ❡ Talia vero minime prætermittenda eſſe videntur: præſertim cum magna de ipſis ſit controuerſia. Quidam enim ſummum bonum voluptatem eſſe dicunt. quidam contrà vehementer prauum: partim forſitan & credentes ſic eſſe, partim putantes ad vitam noſtram melius eſſe voluptatem oſtendere prauam eſſe, etſi talis non eſt. plerique enim propenſiores ſunt ad ipſam: & voluptatibus inſeruiunt. Quam ob rem ad contrarium ipſos ducere oportere dicunt: ſic enim ad ipſum medium tandem peruenient. ❡ Fortaſſe autem hoc nõ bene dicitur. Sermo- 1
nes enim qui de affectibus ſunt, & actibus: minus creduntur quàm opera. Cum igitur ab ijs diſcrepant quæ ſenſu percipiuntur: tum ſpreti veritatem etiam ipſam interimũt. qui nanque voluptatem vituperat: is ſi eam viſus nonnunq̃ fuerit affectare, ad ipſam inclinari videtur vt talem omnem. diſtinguere nanque non eſt ipſius multitudinis imperitæ. Sermones igitur veri, non ſolum ad ſciendum: ſed ad viuendum etiam perutiles eſſe videntur. creduntur enim cum ſunt operibus conſentanei. Quapropter hortantur eos qui ipſos intelligunt: ad ita viuendum, vt ipſi definiunt. ſed de his hactenus. nunc ea quæ de voluptate dicta ſunt, referamus.

Dominus. Scribæ. Phariſæi. Ruffinus. Philoſophus dialecticus.

❡ Primi capitis notæ. ❡ Dominus in euangelio ſcribas, & phariſæos arguit: quòd vnum facerent, & aliud docerent. quæ dicunt (inquit) facite. quæ autem faciunt, nolite facere. & vita in humanis, pluſquam verba prædicat. cum enim vita & verba in morũ harmonia conſonant: deus (qui ipſa veritas eſt) in illis habitat. quod Ruffinus Aquileienſis de philoſopho dialectico in concilio Niceno ad fidei rectitudinem cõuerſo comprobat. Cum enim nullis argumentorum circuitibus, à gentilitio errore retrahi valeret: vbi quidam ſimplex homo, captionum ignarus, ſenex, ſolitudinis accola, verbi non auditor ſed factor, paucula (quæ deus inſpirabat) diſſeruiſſet, manus victas non diutius reluctatus dedit philoſophus, ſacro lauacro protinus regeneratus. Adiecitque donec verbis mecum geſta res eſt: verba verbis oppoſui, & quæ dicebantur dicendi arte ſubuerti. vbi vero pro verbo virtus ex ore dicentis proceſſit: non potuerunt reſiſtere verba virtuti. vides quo pacto vitæ virtus prædicat: & ſimplicitatem, ſapientum eloquentia ad vitam eſſe efficaciorem. Quapropter ex agendorum libris ſtudendum eſt non dicere ſed potius operari. debent enim bona opera: bonos ſemper præire ſermones. quæ vbi coniuncta ſunt, vita verax plus quàm verba quæcunque inſtruit, illique peramplius creditur.

❡ Primum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

❡ Primi capitis commentarius ad literam. ❡ Prima concluſio. Poſt ea quæ determinata ſunt: cõſequens de voluptate determinatio, conſentanea eſſe videtur. ❡ Primo. quia maxime voluptas hominibus addicta, peculiariſque eſſe videtur. & hinc quoque iuuenes erudiunt: eos voluptate, atque dolore formantes. ❡ Secundo. quia maximum eſſe videtur ad morum virtutes conſequendas: ijs gaudere quibus oportet, & ea itidem odio habere quæ oportet. gaudere enim & odio habere, per totam vitam ſe diffundũt: ad felicitatem, beatámque vitam pondus poteſtatemq; habentia. nam tota in vita ea eligunt quæ voluptate afficiunt: fugiunt autem ea quæ dolorem efficiunt. igitur ſequens de voluptate determinatio, videtur conſentanea. ❡ Tertio. de voluptate, & dolore minime determinatio omittenda eſſe videtur, ob id vel maxime quòd de ipſis magna agitatur controuerſia. nam quidam aſtruunt voluptatem ſummum eſſe bonum: quidam econtrà, grande eſſe admodum malum. primis forte credentibus reuera ſic eſſe: ſecundis vero arbitrantibus ad noſtram vitam ſatius eſſe oſtendere voluptatem prauam eſſe, etſi praua non ſit, quòd plerique propenſiores ad ipſam feruntur, ipſiſque voluptatibus inſeruiunt. & proinde ad contrarium ipſos perducere ſalubre ducunt: ſic enim ad ipſum medium tandem peruenturos. ❡ Secunda cõcluſio. Minime ei incumbit qui voluptatẽ bonam eſſe ſentit, eam oſtendere prauam, eámq; verbis inſectari. Nam ſermones quidẽ affectibus, actibúſque humanis ſiunt, minus quàm opera ipſa creduntur.

cum ergo verbis diſcrepant,ab ijs quæ ſenſu proſequi percipiuntur:tum ſpreti,veritatem etiam ipſam infirmãt, atque interimunt.nam qui voluptatem vituperat ſi quando eam affectare deprehendatur:ad ipſam,imò ad omnem voluptatem inclinari videbitur. diſtinguere enim non eſt ipſius imperitæ multitudinis. videntur itaq; ſermones veri, ipſique vitæ reſpondentes,non modo ad ſciendum, verum etiam ad viuendum eſſe vel vtiliſſimi. creduntur enim tum ſermones,cum ipſi ſunt operibus conſentanei.qua in re eos hortantur veraces:qui eorum vitam intelligunt ad ita viuendum vt ipſi verbis definiunt.ſed de his hactenus. nunc ergo quæ de voluptate ab alijs dicta ſunt, adducere videbitur opportunum.

Cap.II.

3 EVdoxus itaque voluptatem ex eo ſummum bonum eſſe putabat: quia cernebat vniuerſa ipſam affectare,& quæ rationẽ habent, & quæ expertia ſunt eiuſdem.atq; in cunctis quod eſt expetibile,bonum eſſe, & quod maximum eſt expetibile,optimum eſſe. vniuerſa vero ad idem ferri declarat:omnibus illud optimum eſſe. Vnumquodq; enim id quod eſt ſibi bonum inuenire dicebat quemadmodum & alimentum. Quod igitur vniuerſis eſt bonum, quódque cuncta affectant: id eſſe ſummum bonum aiebat. huius autem viri rationes ob moris magis virtutem, q̃ propter ſeipſas credebantur. valde enim videbatur eſſe modeſtus. non igitur vt voluptatis amicus hæc dicere videbatur:ſed quia vere res ita ſe habent.¶Non minus autem hoc manifeſtum eſſe cenſebat,& ex contrario.Dolorem enim etiam dicebat fugiendum per ſe omnibus eſſe.itaq; contrarium expetibile eſſe ſimili modo. maxime autem id expetibile eſſe:quod non ob aliud,neq; cuiuſq̃ expetimus gratia.atque tale ipſam eſſe ſine controuerſia voluptatem.neminẽ enim interrogas, cuiuſnã gratia capiat voluptatẽ:propterea ꝙ per ſeipſam expetibilis eſt ipſa voluptas,faceréq; ipſam quoduis bonũ expetibile magis,ſi illi addatur. vt iuſtas operationes temperatáſve, & incrementa ſuſcipere bonum ipſum ſeipſo.¶Videtur autem hæc ratio voluptatem oſtendere bonum eſſe:& non magis q̃ aliud bonum.Omne enim bonum expetibilius eſt cum alio bono,quàm ſolum.Tali itaq; ratione & Plato tollit voluptatem ſummum eſſe bonum.Vitam enim iucundam cum prudentia dicit expetibiliorem eſſe, q̃ ſi ſit ſola. ꝙ ſi mixtum eſt præſtabilius:voluptatem ſummum bonum non eſſe.nullo enim addito:ſummum bo-
4 num ſe expetibilius fieri.¶Conſtat autem nec aliud quicq̃ ſummum eſſe bonum: quod cum eorum aliquo quæ ſunt per ſe bona, expetibilius fit. quid igitur eſt tale: cuius &
5 nos participes ſumus? nam tale quæritur bonum. ¶Qui vero negant bonum id eſſe quod omnia appetunt: ij nihil omnino dicunt. Quod enim vniuerſis videtur id eſſe dicimus.qui autem fidem hanc tollit:nõ multo credibiliora dicet. ¶Nam ſi ea ſolum quæ mente carent ipſam appeterent: eſſet aliquid quod dicitur. ſin vero & ea quæ prudentiam habent ipſam affectant:qui fit,vt aliquid dicant? Fortaſſe autem & in prauis eſt aliquod naturale bonum præſtabilius quàm ipſa per ſe ſunt: quod proprium appetit bo-
6 num.¶Non videtur etiam & de contrario recte dici.Inquiunt enim:non ſi dolor ſit malum, voluptatem continuo bonum eſſe. aduerſatur enim & malum malo: & ambo ei quod neutrum eſt. atque hæc non male dicunt: non tamen vere in ijs quæ ſunt dicta. Si enim ambo eſſent mala:oporteret & fugienda vtraq; eſſe.ſin neutra: neutrum, aut ſimiliter.nunc vero illum quidem fugere vt malum,hanc autem expetere tanquam bonum videntur.ſic igitur & opponuntur.

3 ¶Secundi capitis notæ. ¶Eudoxus Gnidius,auditor fuit Architæ: partes voluptatis ſummum bonum eſſe de- Eudoxus.
fendebat. alioqui multum modeſtæ vitæ:de quo & ſuperior alio in loco habitus eſt ſermo. Architas.

¶Secundum cap. vna opinione, & tribus concluſionibus partitum eſt.

3 ¶Secundi capitis commentarius ad literam. ¶Opinio Eudoxi Gnidij de voluptate. Eudoxus voluptatem ſummum bonum eſſe putabat. ¶Primo. Inductus hac ratione quòd cerneret vniuerſa voluptatem affectantia: tum quæ rationis capacia, tum quæ eiuſdem ſunt expertia. Quódque cerneret in cunctis quod expetibile eſt, id bonum eſſe: & quod maxime expetibile,optimum eſſe. igitur quòd vniuerſa ad voluptatem feruntur: id declarat, omnibus eam ſummum bonum eſſe. dicebat enim Eudoxus vnumquodque: id quod ſibi bonum eſt, particularéque bonum inuenire. quod igitur (aiebat) vniuerſis bonum eſt, quódque affectant omnia:ipſum ſummum bonum eſt.& huius viri ſermones magis ob morum eius elegantiam,ac probitatem, quàm propter ſeipſos credebãtur. valde enim videbatur modeſtus Eudoxus.quare non vt amicus voluptatis hæc dicere videbatur: ſed quia ita rem ſe habere credidit. ¶Secundo.quia voluptatem ſummum bonum eſſe non minus ex contrario deprehenſum eſſe cenſebat.dolorem enim dicebat omnibus per ſe fugiendũ eſſe.igitur & doloris contrarium ipſamque voluptatem omnibus ſimili pacto per ſe expetibilem eſſe.at vero maxime id expetibile eſt quod non ob aliud quicquam,nec cuiuſquam expetimus gratia.tale autem ipſam voluptatem ſine controuerſia eſſe.neminem enim(inquit)interrogas:cuiuſnam gratia capiat voluptatem,hanc videlicet ob cauſam quod per ſeipſam expetibilis eſt ipſa voluptas. ¶Tertio.dicebat voluptatem ipſam quoduis bonum magis ex-

petibile facere, ſi illi addatur: vt iuſtas operationes, temperatáſve magis expetibiles. & incrementa ſuſcipere
bonum ipſum ſeipſo, voluptatémque voluptate. ℂSed hæc Eudoxi ratio flaccida eſſe videtur,& oſtẽdere qui-
dem voluptatem bonum eſſe: at non magis quàm aliud quodque bonum. ſiquidem omne bonum expetibilius
eſt cum altero bono,quàm ipſum ſolum. Verum eadem ratione qua innititur Eudoxus:tollit Plato voluptatem
ſummum bonum eſſe.inquit enim Plato:vitam iucundam cum prudentia expetibiliorem eſſe, quàm ſi ſola vi-
ta iucunda ſit. quod autem mixtum,præſtabilius eſt:ſummum bonum non eſt.non eſt igitur voluptas ſummum
bonum. nullo enim addito: ſummum bonum ſe expetibilius fit. ℂPrima concluſio. Hæc Platonis ratio minime 4
ſufficiens eſt. Nam ſi hæc Platonis ratio vera eſſet:manifeſtum id quoque eſſet,neq; vllum quidem aliud eſſet
ſummum boonm. nam nec aliorum quicquam eſt: quod cum aliquo eorum quæ per ſe bona ſunt, expetibilius
non ſit. quid igitur aliud ſummum bonum eſſet:cuius & nos in hac vita participes eſſe poſſemus? nam tale quæ-
ritur bonum. ℂSecunda concluſio. Neque quidem primæ rationi Eudoxi ſatiſfaciunt:qui negaot id bonum eſ- 5
ſe,quod omnia appetunt. etenim nihil quod conducat: omnino dicere videntur. ℂPrimo. quia quod omnibus
eſſe videtur,id eſſe dicimus. & qui haoc fidem tollit:non multo credibiliora dicet. videtur autem omoibus vo-
luptas bonum eſſe:voloptas igitur bonum eſt. ℂSecundo. quoniam ſi ea ſolum quæ mente capta ſunt,volupta-
tem appeterent aliquid forte dicere viderentur. at vero ſi & ea quæ prudentia prædita ſunt:voluptatem affe-
ctant,qui fit vt aliquid dicant? Et ſi eam praui appetunt: oihil inde efficitur ipſam malam eſſe. oam fortaſſe &
in prauis eſt aliquod naturale bonum,præſtabilius ijs ipſis quæ per ſe bona dicuntur:quod proprium appetit bo
num. ℂTertia concluſio. Neque ſufficientem rationi quæ ſumebatur à contrario adhibuere reſponſionem. Sol 6
uunt enim dicentes oon continuo fieri: ſi dolor malum eſt,voluptatem bonum eſſe. Nam aduerſatur & malum
malo: & ambo mala ei quod neutrum eſt, ipſi ſcilicet medio. oeque hæc quidem male ipſi dicunt: non tamen
vere ad propoſitum,& in ijs quæ dicta ſunt. nam ambo & dolor & voluptas mala non ſunt. ſi enim ambo ma-
la eſſent: oporteret & ambo fugienda eſſe. & ſi neutra mala: neutrum fugieodum. aut ſi alterum, eodem iure &
alterum. at vero nuoc conſtat eos dolorem fugere vt malum: voluptatem autem petere velut bonum. ſic ergo
& adinuicem oppoountur, vt videlicet malum bono: non autem vt malum malo. non igitur ſatis apte illam Eu-
doxi diluebant rationem.

Cap.III.

ATqui neq; ſi voluptas non eſt qualitas: propter hoc bonum non eſt. ℂNeq; 7
enim operationes virtutis ſunt qualitates : neq; felicitas ipſa. ℂDicãt etiam 8
bonum quidem ipſum definitum eſſe : voluptatem vero indefinitum, quia
ſuſcipit intenſionem remiſſionémve. ℂSi igitur ex eo quia magis voluptas,
minúſve capitur hoc iudicant: erit idem & circa iuſtitiam, cæteráſque om-
nis virtutes, quibus manifeſte dicũt magis, minúſve tales eos eſſe,qui ipſas habent. nam
magis ſunt iuſti,fortéſve. & fit: vt & iuſte agatur ac temperate magis & minus. ℂSin in
voluptatibus hoc inquiunt eſſe: videant ne fortaſſe non dicant cauſam, ſi voluptatum
aliæ ſint mixtæ,aliæ immixtæ. Quid autem prohibet vt ſanitas quæ definita eſt, magis
eſt atq; minus: ſic & voluptates eſſe? Non enim eadem in cunctis eſt temperatio: nec vna
quædam ſemper eſt in eodem. Sed cũ remittitur, permanet vſque ad aliquem termi-
num: & differt ex eo quia magis eſt atque minus. tale igitur & in voluptate eſſe poteſt.
ℂPræterea ſummum quidem bonum perfectum eſſe: motiones autem & generationes, 9
imperfectas eſſe ponentes: voluptatem motionem eſſe, generationémve oſtendere eni-
tuntur. ℂ Sed non dicere bene videntur. non eſt enim motus. omni nanque motui pro-
prium eſſe videtur celeritas tarditáſve, etſi non per ſeipſum, vt motui ipſius mundi ad
aliud. at neutrum horum competit voluptati. Fit enim vt aliquis cito ſit cõſtitutus in
voluptate : quemadmodum & in ira : vt velociter autem delectetur, non fit : neque ad
alium. ſed fit vt velociter ambulet, & accreſcat, & omnia id genus. Fit igitur vt celeriter
atque tarde quiſpiam ad voluptatem mutetur. at nõ fit, vt hac ipſa celeriter operetur:
id eſt delectetur. ℂ Generatio vero quonam fuerit modo? Etenim non ex quouis fieri
quoduis : ſed ex quo fit in id diſſolui videtur. & cuius generatio eſſet voluptas: eius eſſet
corruptio dolor. ℂDicunt autem dolorem quidem indigentiam eius eſſe quod eſt ſe- 10
cundum naturã: voluptatẽ vero repletionẽ. hi autẽ affectus: corporis ſunt. ſi igitur volu-
ptas repletio eius eſt quod eſt ſecũdum naturam: id & voluptate afficitur, in quo eſt re-
pletio. corpus ergo capit voluptatem. At non videtur. non eſt ergo voluptas repletio.
ſed dum fit repletio, voluptate quiſpiam afficitur, & dum ſecatur dolet. ℂOpinio autẽ
hæc ex doloribus circa alimentum, & voluptatibus: orta fuiſſe videtur. Nam indigen-
tes facti & antea affecti dolore, repletione capimus voluptatem. Hoc autem non circa
omnes accidit voluptates. nam ſine dolore ſunt & ipſæ mathematicæ voluptates, & quæ
per olfactum & auditum fiunt ac viſum : & ſpes complures, item & recordationes vo-
luptate afficiunt. Cuius igitur hæ generationes erunt? nullius enim rei fuerũt indigen-
tiæ cuius repletio fuerit. ℂAd eos autẽ qui proferũt voluptates eas quæ ſunt obſcœnæ, 11

ac improbæ, dicere quiſpiam poteſt ea quæ tales afferunt voluptates non eſſe iucunda.
Non enim ſi praue diſpoſitis ſunt iucunda:putandum eſt & iucunda ſimpliciter eſſe,niſi
illis. quemadmodum neque ſalubria aut dulcia, aut amara quæ ægrotantibus: aut alba.
quæ lippis videntur.¶Vel hoc modo dicatur.Voluptates expetibiles quidem eſſe non
tamen ab illis. quemadmodum & diuitem eſſe expetibile quidem eſt: at non ex patriæ
proditione.& ſanum eſſe:at non quodcunque edendo.An voluptates differunt ſpecie?Di-
uerſæ nanque ſunt quæ ab honeſtis rebus & quæ à turpibus prodeunt.& non fit vt quiſ-
quam iuſti capiat voluptatem,ſi non ſit iuſtus:aut muſici,ſi non ſit muſicus,& in cæteris
12 ſimili modo.¶Oſtendere autem videtur & ipſe amicus: cum ſit ab adulatore diuerſus
non eſſe voluptatem bonum,aut ſpecie voluptates differre.hic enim ad bonum: ille ob
voluptatem congredi videtur.& ille quidem vituperatur,hunc autem laudant: vt ad di-
uerſum congredientem.¶Nemo præterea expetet ita viuere, vt mentem habens per
vitam pueri, ijs ex rebus capiat voluptatem quibus pueri maxime delectantur vt pu-
tant:aut gaudere, turpiſſimum quid faciendo nullum vnquam ſuſcepturus dolorem.&
complurıbus indulgeremus rebus:etiamſi nullam voluptatem afferrent. Damus enim
operam vt videamus,vt meminerimus,vt ſciamus, vt habeamus virtutes. Quòd ſi ne-
ceſſario hæc ſequatur voluptas:nihil refert.expeteremus enim hæc etiamſi nulla pror-
ſus ab ipſis prouentura eſſet voluptas.voluptatem igitur neque ſummum bonum eſſe,
neque expetibilem omnem,& voluptates nonnullas eſſe per ſe expetibiles, ſpecie diffe-
rentes:aut ea à quibus proueniunt,perſpicuum eſſe videtur.Ea igitur quæ de voluptate,
doloréque dicuntur:ſatis ſint dicta.

7 ¶Tertij capitis notæ. ¶Primum refellit Ariſtoteles eos: qui dicunt voluptatem non eſſe bonum quia ſit qua
8 litas. ¶Caliditas tandiu mixta dicitur:quandiu natura intenſiſſima non eſt.nam quandiu remiſſa eſt: tandiu vi-
detur nonnihil ſui contrarij habere permixtum. Immixta autem, & pura caliditas: quæ ſimplex eſt caliditas &
à ſui contrarij confuſione aliena. ita quandiu nonnihil remiſſum habet voluptas: videtur ſuo contrario permi-
xta.& proinde non ſimplex ſed permixta.ea vero cui nihil natum eſt aduenire intenſionis,& quæ abſoluta,ma-
9 ximáque eſt: eam dicunt ſimplicem, atque immixtam. ¶Et ſi motus non ſecundum ſeipſum velox, vel tardus
dicitur:ad alium tamen eiuſdem ſpeciei motũ:ei conuenit velocem eſſe,aut tardum,aut à ſe prius, & poſterius.
nihil enim prohibet in principio motui tarditatem ineſſe: in fine autem celeritatem. vt in motu ſecundum na-
turam conuenit. ¶Vt lumen cito fit. non tamen velociter proprie, neque ad ſe neque ad alterum: ita voluptas
11 cito fit,ſed non velociter, neque ad ſe, neque ad alterum. ¶Expetibile eſt ſanum eſſe:ſed non ex fornicatione,
aut adulterio.neq; quiſquã ad hoc ægritudine adduci debet: vt debeat fornicariam venerem admittere,pro re-
paranda valetudine. neque captus in carcere ad hoc adduci: vt vitam redimat ex patriæ proditione. eſt enim
expetibile: ſed non hoc modo.

¶Tertium cap ſex concluſionibus partitum eſt.

7 ¶Tertij capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Minime oſtendunt ſi voluptas non eſt qualitas:
idcirco bonum non eſſe. Nam neque virtutis operationes ſunt qualitates: imò neq; ipſa felicitas. attamen hæc
8 bona ſunt.non igitur fit ſi voluptas non eſt qualitas: vt ea bonum non ſit. ¶Secunda cõcluſio. Quòd voluptas
magis & minus intenſionem ac remiſſionem ſuſcipit: quòd ideo quid definitum non ſit, quod non ſit bonum,
minime eſt argumentum. Nam ſi iudicant voluptatem quid indefinitum,malumq; eſſe quia magis minúſve ſuſ-
cipiat: erit idem circa iuſtitiam,cæteráſque virtutes omnes,quibus manifeſte dicunt eas habentes magis, mi-
núſve eſſe. vt magis iuſtos,minúſve fortes.fit enim vt & magis,& minus agatur & iuſte,atque temperate. ¶Se
cundo. ſi in voluptatibus hoc inquiunt eſſe vt aliæ ſint mixtæ, & aliæ immixtæ & proinde bonas non eſſe: vi-
deant ipſi ne parum cauſam aſſignent. nam quid prohibet vt ſanitas quæ bona,definitáque eſt,mixta ſit: magis
& minus ſuſcipiens? non enim in cunctis ſanitas:eadem eſt contemperatio, nec vna quædam ſemper eſt in eo-
dem. ſed cum remittitur ſanitas vſque ad aliquem terminum, permanet differens prius & poſterius: quia ma-
9 gis eſt atque minus. quid prohibet ergo & voluptates ſic eſſe? tale itaque & in voluptate eſſe poteſt. ¶Tertia
concluſio. Præterea non ſufficienter contendunt voluptatem ſummum bonum non eſſe: ipſam voluptatem mo-
tionem generationémque eſſe oſtendere nitentes: quòd motiones,generationéſque omnes imperfectas eſſe po-
nunt. Nam id non recte dicere videntur. non eſt enim voluptas motus. ¶Primo quidem. quia omni motui pro-
prium eſſe videtur: celeritas,atque tarditas,etſi non ſecundum ſeipſum,ſed ad alium. quemadmodum alicui mo-
tui qui in vniuerſo fit: euenit ad alium. ſed neque velocitas,neque tarditas competit voluptati. fit enim plane vt
aliquis cito in voluptate ſit conſtitutus: quemadmodum & in ira. non fit autem proprie vt velociter delectetur,
neque ad ſe neque ad alium: ſed fit vt quiſpiam velociter ambulet, atque adoleſcat, & cætera id genus. diſponi
tamen tarde,atque ad voluptatem perferri quiſpiam poteſt: at non fit vt ea ipſa celeriter operetur, delectetúr-
que. ¶Secundo. Sed quo pacto generatio fuerit voluptas? nam non ex quolibet fit quodlibet: ſed ex ſuo con-
trario in quod & diſſolui videtur. quare ſi voluptas eſſet generatio: eiuſdem dolor eſſet corruptio. hæc autem
10 ſtatim abſurda deprehenduntur. ¶Quarta concluſio. Non ſatis erudite dicere videntur: dolorem indigentiam
repletionis eſſe, quæ eſt ſecundum naturam: voluptatem autem eam ipſam eſſe ſecũdum naturam repletionem.
¶Primo. quia repletio ſecundum naturam, & repletionis indigentia: paſſiones corporeæ ſunt. ſi igitur voluptas
repletio eſt eius, quod eſt ſecundum naturam, & id voluptatem capit in quo eſt repletio: corpus ergo quandiu
repletio adeſt, delectatur. id autem non videtur. ſed dum fit repletio: tunc quiſpiam voluptate perfunditur. dum
autem exhauritur, ſeparatur reſoluitúrque quod replebat: dolet. ¶Secundo. hæc opinio ex doloribus, volupta-
tibuſque circa alimentum ortum duxit. nam inaniores facti, & antea dolore pertentati: ipſa repletione volupta-

tem capimus. at id non circa omnes accidit voluptates. nam ſine dolore ſunt ipſæ mathematicæ voluptates, &
quæ per olfactum, auditum ac viſum ſiunt. & ſpes complures : item & recordationes voluptate quamplurimos
afficiunt. ſed cuius igitur hæ generationes, cuius repletiones erunt ? nullius enim rei præceſſerunt indigentiæ:
cuius repletio eſſe poſſit ❡Quinta concluſio. Facile reſponderi poteſt ijs, qui voluptates obſcœnas, improbáſ- 11
que afferentes : volunt voluptatem malum eſſe. ❡Primo. quiſpiam dicere poteſt eas non eſſe ſimpliciter volu-
ptates: neq; ea quæ tales afferunt voluptates ſimpliciter eſſe iucunda. non enim ſi prauæ diſpoſitis iucunda ſunt:
putandum idcirco eſt & iucunda ſimpliciter eſſe, niſi illis. ſicut neq; eſſe oportet ſalubria, aut dulcia, aut amara,
quæ ægrotantibus talia videntur. aut alba eſſe: quæ candidula videntur lippientibus. ❡Secundo. & hoc dicere
poteſt: voluptates quidem ſimiles expetibiles eſſe, ſed non ab illis: quemadmodum diuitem eſſe expetibile qui-
dem eſt: at non ex patriæ proditione. & ſanum eſſe expetibile: ſed non quencunque cibum, & nimia gulę indul-
gentia paratum edendo . ❡Tertio. forte poteſt & afferre voluptates prauorum, & ſtudioſorum differre ſpecie.
nam diuerſæ ſunt quæ ab honeſtis rebus, & quæ à turpibus prodeunt. neq; enim fit vt quiſpiam iuſti capiat vo-
luptatem: qui idem iuſtus non ſit. neque muſici: ſi non ſit & muſicus, & in cæteris ſimile eſt. ❡Sexta concluſio. 12
Non omnis voluptas: per ſe expetibilis eſt. ❡Primo quidem. nam id oſtendere videtur ipſe amicus, atq; adula-
tor: cum amicus alius ſit ab adulatore. nam amicus ad bonum congreditur, adulator autem ad voluptatem. ſed
adulator vituperatur: amicum autem laudamus, velut ad diuerſum congredientem. Igitur aut quædam voluptas
non eſt bonum, aut alia ſpecie eſt ob quam congreditur amicus ac adulator. ❡Secundo. nemo expetet ita viue-
re, vt toto vitæ curriculo habeat mentem puerilem (quamuis pueri multis voluptatibus defluant) & ijs ipſis vo-
luptatem capiat ex rebus, quibus pueros maxime oblectamina capere putant. nemo item expeteret turpiſſimũ
quid agendo, continuo gaudere, nullum vnquam ſuſcepturus dolorem. verum contrà, operam noſtram complu-
ribus indulgere expetimus rebus: tametſi nullam ſecum voluptatem afferant. damus enim operam vt videamus,
audiamus, meminerimus, vt ſciamus, vt virtutes nobis paremus. neq; refert quicquam quòd neceſſario hæc co-
mitatur voluptas. expeteremus enim ea: etiamſi nulla prorſus ab ipſis prouentura eſſet voluptas. perſpicuũ igi-
tur iam eſſe videtur: neque omnem voluptatem, ſummum bonum eſſe, neq; per ſe expetibilem omnem: & volu-
ptates nonnullas eſſe per ſe expetibiles, & ſpecie ab aliis differentes, aut ea à quibus proueniunt. Sed de dolore
ac voluptate: quæ ab alijs dicuntur, tanta dicta eſſe ſufficiat.

Cap. IIII.

SEd quidnam, aut quale ſit: magis patebit ſi ſermonem paulo altius repete- 13
mus. Viſio enim quouis in tempore, perfecta eſſe videtur. nil enim ipſi de-
eſt, quod poſtea factum ſpecies ipſius perficiet . tali perſimilis eſt & ipſa
voluptas . Eſt enim quoddam totum . nullóque in tempore voluptatem
quiſpiam accipiet: cuius ſpecies ſi maiore tempore fiat, perficietur. quocir-
ca nec motus eſt. in tempore enim eſt omnis motus . ❡Et alicuius etiam finis, vt ædifi-
catio tunc erit perfecta: cum id fecerit quod affectat, in toto tempore, aut in hoc. in par-
tibus autem temporis omnes ſunt imperfectæ, & à tota, & inter ſeſe diuerſæ ſpecie ſunt.
compoſitio nanque lapidum diuerſa eſt ab erectione columnæ, & hæ rurſus à templi ef-
fectione. Et templi quidem eſt perfecta: nullius enim ad propoſitum indiget rei. funda-
mentorum autem & laquearium imperfecta: eſt enim vtraq; pars. differunt igitur ſpe-
cie. & fieri non poteſt : vt quouis in tempore motus ſpecie perfectus accipiatur, niſi in
toto. Similiter res ſeſe habet & in ambulatione, & motionibus cæteris. nam ſi latio mo-
tus eſt, quo quidem ex hoc ad hoc itur: & huius differentiæ ſpecie volatio, ambulatio,
ſaltatio, & talia motiones ſunt quibus ex hoc in hoc ſimiliter itur. Non ſolum autem
in his res ita ſeſe habet: ſed in ipſa etiam ambulatione. termini nanque non ſunt ijdem
in ſtadio toto atque in parte: & in alia atq; alia parte. neque idem eſt pertranſire lineam
hanc & illam. non ſolum enim lineam : ſed etiam in loco collocatam pertranſit. Atque
hæc & illa, in diuerſis ſunt locis. ſed exacte quidem de motu alijs in locis eſt dictum. vi-
detur autem non in omni tempore eſſe perfectus . ſed multi ſunt imperfecti ſpeciéque
diuerſi . ſiquidem ipſi termini, ſpeciei ſunt effectores . At voluptatis ſpecies quouis in
tempore eſt perfecta. patet igitur voluptatem & motum diuerſa eſſe: & voluptatem ex
ijs eſſe quæ tota ſunt & perfecta. ❡ Id & ex eo ita eſſe videbitur: quia moueri quidem
in non tempore nihil poteſt, voluptate autem affici poteſt . quod enim in ipſo nunc
eſt: totum eſt quoddam. Ex his autem patet non bene dici voluptatem motum eſſe vel
generationem . non enim omnium hæc dicuntur: ſed partibilium, & non totorum.
Neque enim viſionis, neque puncti, neque vnitatis eſt generatio: neque quicquam ho-
rum eſt motus vel generatio . quare neque voluptatis. eſt enim quoddam totum. ❡At 14
vero ſenſus omnis ad ſenſibile eſt operatio quædam: perfecta autem eius qui bene eſt
diſpoſitus, ad id quod eſt pulcherrimum eorum quæ ipſi ſubijciuntur . tale enim maxi-
me videtur eſſe operatio ipſa perfecta. Atque nihil intereſt: ſiue ipſe, ſiue id quod eſt ipſe,
operari dicatur . In vnoquoque autem genere præſtabiliſſima eſt eius operatio: quod

optime diſpoſitum ad id quod eſt præſtabiliſſimum eorum,quæ ipſi obijciuntur.hæc au
tem perfectiſſima eſt & iucundiſſima.In omni nanque ſenſu,voluptas eſt: & in mente ſi-
mili modo, contemplationéve. iucundiſſima autem eſt ea quæ eſt perfectiſſima. perfe-
ctiſſima autem eſt ea quæ eſt eius quod bene ſeſe habet ad id, quod eſt ſtudioſiſſimum
15 eorum quæ cadunt ſub ipſam. ¶Voluptas autem perficit operationem,atque non eo-
dem modo voluptas perficit,ac ſenſibile,& ſenſus,ſi ſunt ſtudioſa. Quemadmodum ne-
que ſanitas,medicúſq; ſimiliter cauſæ ſunt,vt quiſpiam valeat.In vnoquoque autem ſen
ſu voluptatē fieri conſtat.dicimus enim viſiones ac auditiones voluptatem afferre.Con-
ſtat autem & maxime tum, cum ſenſus eſt præſtantiſſimus & circa tale operatur. atque
cum talia ſunt:ipſum ſenſibile & id quod ſentit erit ſemper voluptas: ſi eſt quod agat &
quod patietur. Perficit autem operationem voluptas non vt habitus, ſed vt reſultans
16 quidam finis: perinde atque pulchritudo in ijs qui vigent ætate.¶Atque quouſque ip-
ſum ſenſibile vel intelligibile, & id quod diſcernit vel contemplatur tale ſit quale eſſe
oportet: erit in operatione voluptas.Nam cum ſunt ſimilia ipſum paſſiuum atque acti-
17 uum, & inter ſeſe modum habent eundem: idem ſemper natura fieri ſolet. ¶Quando
igitur nemo continue voluptatem capit: aut defatigatur (omnia enim humana nequeūt
continue operari)neque voluptas igitur continue fit. ſequitur enim operationē.¶Non-
nullæ autem res cum nouæ ſunt delectant: ſed poſtea non ſimiliter, propter hæc ipſa.
primo nanque inuitatur mens & circa illas operatur intenſe quemadmodum operātur
viſu qui inſpiciunt: deinde non fit talis ipſa operatio, ſed neglectior. quapropter & vo-
18 luptas extenuatur, ac offuſcatur. ¶Putauerit autem quiſpiam omnes ideo voluptatem
appetere,quia viuere etiam omnes affectant. Vita vero quædam eſt operatio.atque cir-
ca ea quilibet & ijs operatur:quæ & maxime amat.vt muſicus quidem auditu circa can-
tus:cupidus vero diſcendi, mente circa res contemplandas. Eodem modo & ſinguli cæ-
terorum. voluptas autem perficit operationes: & ipſum etiam viuere quod appetunt.
cum ratione igitur & voluptatem affectant. perficit enim ipſum viuere vniuſcuiuſque
quod expetibile eſt. ¶Quærere vero vtrum ob voluptatem viuere expetamus,an vo-
luptatem ob vitam:miſſum in præſentia faciamus. Coniuncta enim hæc eſſe videntur,&
non ſuſcipere ſeparationem. nam & ſine operatione voluptas non fit: & omnem opera-
tionem perficit ipſa voluptas.

13 ¶Quarti capitis notæ. ¶Laquear,quod & lacunar: tabulatum dicitur,& teſtudo qua camerarum ſuperiora or-
nantur,ac tectorum. ¶Exacte de motu in auſcultatione phyſica dictum eſt.& motus quo pertrāſitur pars lineę
& tota linea:diuerſus eſt. nam hic perfectus:ille vero imperfectus. & nihil prohibet eſſe eiuſdem ſpeciei,& ra-
tionis: vt motus aeris per partem aquæ & totam aquam ſurſum,nihil etiam alterius ſpeciei: vt motus aeris per
ignem,aerem & aquam deorſum.
¶Quartum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

13 ¶Quarti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Voluptas non eſt motus. Quidnam ſit & qua-
le ſit voluptas: dilucidius apparebit, ſi ſermonem paulo altius reſumpſerimus. ¶Et primum, non eſſe motum
declaratur. Nam viſio quouis in tempore perfecta eſſe videtur. vtpote cui nihil deſit,quod poſtea factum:ipſius
perficiat ſpeciem. at viſioni perſimilis eſt ipſa voluptas. eſt enim quoddam totum, integrúmque. neque vllo in
tempore voluptatem quiſpiam accipiet: cuius ſpecies ſi maiore in tempore prorogetur, perficiatur. non igitur
voluptas,motus eſt:ſiquidem omnis motus in tempore eſt. ¶Secundo. motus,alicuius finis eſt,atque rei com-
plementum,abſolutionémque deſiderantis. vt ædificatio tum primum perfecta eſt:cum ædificator id quod aut
in omni,aut in hoc tempore affectabat, perfecerit. in partibus enim temporis omnes ædificij motiones imper-
fectæ ſunt: & à tota, & inter ſeſe ſpecie diuerſæ. aſſituatio enim lapidum, diuerſa eſt à columnæ erectione: &
hæ rurſus à templi abſolutione aliæ. templi autem abſolutio perfecta eſt:nam nihil ad ſuſceptum opus ei deeſt.
ſed fundamentorum,& allaqueationum imperfecta eſt:eſt enim vtraque,pars. differunt etiam ſpecie. neque vl-
lo modo fieri poteſt vt quocunque in tempore,motus ſpecie perfectus accipiatur:niſi in toto tempore. & vt de
ædificatione dictum eſt: ita & de ambulatione,& cæteris motibus ſentiendum eſt. nam ſi latio motus eſt quo ex
hoc termino ad hunc terminum proficiſcitur:& ſuæ differentes ſpecies ſunt,vt volatio,ambulatio,ſaltatio & ſi-
milia:diuerſæ motiones erunt, quibus ex hoc termino identidem in hunc terminum proficiſcitur. & non ſolum
in his res ita ſe habet, notatúrque diuerſitas: ſed in ipſa ambulatione. nam ijdem termini non ſunt in toto ſta-
dio,atque in parte,& in alia,atque alia parte. neque idem eſt tranſire hanc lineam,& illam. nam non ſolum li-
neam ſed loco coniunctam pertranſit,atque hæc,& illa diuerſis aſcitæ ſunt locis. ſed exactæ de motu alio in lo
co dictum eſt. attamen de motu id habeatur exploratum: non in omni tempore eſſe perfectum: & multos im-
perfectos & ſpecie differentes eſſe. nam termini ad quos proficiſcuntur: ſpeciei diſcrimen efficiunt. at volupta-
tis ſpecies quouis in tempore perfecta eſt. voluptas igitur & motus diuerſa ſunt: éſtque voluptas de eorum nu-
mero quæ tota ſunt,atque perfecta. ¶Tertio. id idem ita patet. quia in momento moueri atque non tempore
nihil poteſt. at in non tempore voluptate quiſpiam affici poteſt. voluptas igitur & motus diuerſa ſunt. quod e-
nim in ipſo nunc eſt: totum quiddam eſt. Ex his itaque patet quo pacto non recte diceremus,voluptatem mo-
tum eſſe, aut generationem, quòd motus & generatio non totorum dicuntur, ſed partibilium, ac imperfecto-

rum. & vt viſionis,puncti,vnitatis non eſt generatio:neque viſio,neque punctus,ant vnitas motus eſt,aut gene-
ratio: ita neque voluptas. eſt enim totum quoddam . ℂ Secunda conclusio. Perfectiſſimæ operationis mentis, 14
perfectiſſima voluptas eſt . Nam omnis ſenſua ad ſenſibile eſt operatio quædam: & eius ſenſus qui apprime diſ
poſitus , ad ſenſibilium pulcherrimum operatio perfecta eſt: imò talis maxime perfecta eſſe videtur . neque id
referat an ſenſus, an animal in quo eſt ſenſus operari dicatur. nam in vnoquoque genere eius operatio præſta-
biliſſima eſt: quod optime diſpoſitum eſt ad id quod eorum quæ ipſi ſubijeiuntur principaliſſimum eſt . & hæc
enim operatio,non ſolum perfectiſſima,ſed & iucundiſſima eſt,& in omni (hoc modo) ſenſu voluptas eſt:& in
mente & mentia contemplatione ſimili modo. & iucundiſſima ſemper ea eſt: quæ eſt perfectiſſima. at in men-
te ea perfectiſſima eſt, quæ eius eſt quod optime ſe habet, ad ſtudioſiſſimum eorum quæ menti ſubijciuntur.
perfectiſſimæ igitur operationis mentis,voluptas perfectiſſima eſt. ℂ Tertia concluſio. Voluptas operationem 15
perficit non vt obiectum,neq; vt forma habitúſve ineaiſtens: ſed vt ſuperueniens finis,atque complementum.
Nam voluptas operationem non perficit: vt bonum ſenſibile,bonum perficit ſenſum:ſed alio atque alio modo:
perinde atq; medicus & ſanitas,vt quiſpiam recte valeat diuerſæ ſunt cauſæ. Verum dicimus viſiones,ac audi-
tiones voluptatem afferre. quod maxime tum conſtat,cum ſenſus præſtantiſſimus eſt:& circa præſtantiſſimum
operatur. cum enim ſenſus,& ipſum ſenſibile talia fuerint:ſemper erit voluptas,modo ſit quod agat & quod pa-
tiatur. perficit igitur voluptas ipſam operationẽ,non vt habitus quidam inexiſtens:ſed vt concomitans quidam
finis,complementum atque terminus.perinde atq; pulchritudo perfectam comitatur ætatem, illiq; ſuperuenit.
ℂ Quarta concluſio. Delectatio,ipſaq; voluptas tandiu remorari ſolet:quandiu ipſa cognoſcentis perfecta ope- 16
ratio manet. Nam quandiu ſenſibile aut intelligibile tale ſit quale oportet,& ſentiens aut contemplans in ope-
ratione:tandiu erit voluptas. nec ab re quidem id fuerit. nam quandiu ſunt ſimilia ipſum agens ac patiens & in-
ter ſeſe eundem modum ſeruantia:idem ſemper facere nata ſunt. permanet igitur ipſa voluptas quandiu & ipſa
perfecta operatio manet. ℂ Quinta concluſio. Nemo continue voluptate perfunditur,aut dolore. Quæri enim 17
ſolet cur nemo continue voluptatem capit,aut continue triſtatur? Reſponſio in promptu eſt. ℂ Primo. quoniam
nullæ res humanæ continue operari queunt. non fit ergo continue voluptas. ſequitur enim voluptas ipſa,ipſam
operationem. ℂ Secundo. quia nonnullę res cum nouę ſunt delectant:poſtea vero haudquaquam ſimiliter. pro-
pter hoc ſcilicet quòd ipſa mens primo allicitur,& circa illas operatur attentiuſcule,perinde atq; operantur qui
viſu attente inſpiciunt. poſtea vero non ſimilis fit operatio: ſed remiſſior, neglectiórq;. quapropter & voluptas
ipſa attenuatur,obſcuratur,ac offuſcatur. ℂ Sexta concluſio. Omnes voluptatem rationabiliter appetunt. Nam 18
viuere rationabiliter omnes affectant. vita vero quædam eſt operatio:& quilibet circa ea & ijs operatur quæ &
maxime amat. vt muſicus,auditu circa concentus operatur: & diſcendi cupidus,mente operatur circa res con-
templandas,& eodem modo cæterorum ſinguli. at voluptas:ipſas perficit operationes. perficit igitur & ipſum
viuere:quod ipſi appetunt. cum ratione igitur voluptatem affectant omnes:ſiquidem ipſa vniuſcuiuſque viue-
re perficit,quod expetibile eſt. ſed hoc in loco quęrere vtrum ob voluptatem viuere expetamus:an voluptatem
ob viuere,miſſum impræſentiarum faciamus. coniuncta enim hæc ſunt,neque ſeparationem abinuicem admit-
tunt. nam & ſine operatione non fit voluptas: & omnem operationem ipſa voluptas perficit.

Cap. V.

VNde & ſpecie voluptates differre videntur. Nam ea quæ ſunt diuerſa ſpe- 19
cie, à diuerſis perfici putamus. Sic enim videntur,& ea quæ à natura,& ea
quæ ab arte conficiuntur, vt animalia, arbores,pictura,ſtatua, domus,vas,
& ſimilia. ſimiliter igitur & operationes differentes ſpecie: à differentibus
ſpecie perficiuntur. operationes autem mentis,ab operationibus ſenſus:&
hæ rurſus inter ſeſe differunt ſpecie . igitur & voluptates quæ ipſas perficiunt . ℂ Hoc
autem & ex eo patebit:quia vnaquæque voluptas eſt ei propria operationi, quam per-
ficit . propria enim voluptas auget operationem . Qui nanque cum voluptate operan-
tur : ſingula magis diſcernunt, atque exactius comprehendunt . veluti geometræ fiunt
qui geometrica gaudent contemplatione:magiſque intelligunt ſingula. Similiter & qui
muſicam amant, & qui ædium extruendarum delectantur arte, cæterorũ ſinguli omnes
in opere proficiunt proprio:hoc ipſo ſe oblectantes. voluptates igitur augent operatio-
nes. at ea quæ augent: propria ſunt. quæ vero diuerſis ſpecie propria ſunt:& ipſa diuer-
ſa ſpecie ſunt. ℂ Præterea magis hoc ex eo videbitur ita eſſe:quia voluptates quæ à di-
uerſis ſunt, impedimento ſunt operationibus. Qui nanq; fiſtulis delectantur, nequeunt
mentem ſermonibus adhibere , ſi quempiam audierint modulantem : magis modulan-
di gaudentes arte, quàm operatione præſenti . voluptas igitur ea quæ à modulandi fa-
cultate prodit : operationem quæ eſt circa ſermones corrumpit. hoc idem & in cæteris
euenire vſu videtur: cum circa duo ſimul quiſpiam operatur . Operatio nanque iucun-
dior alteram excludit. & ſi multum voluptate præcellat, magis extrudit: atque adeo vt
neque operetur per illam. Quocirca cum vehementer aliqua re gaudemus,non multo
aliud agimus: & alia facimus, cum parum nobis alia placent. vt & in ſpectaculis:qui bel-
laria ædunt , tum id maxime faciunt cum viles ſunt qui contendunt . Cum igitur pro-
pria quædam voluptas exactas operationes reddat,& diuturniores,ac meliores efficiat,
alienæ vero extenuent, atque corrumpant : conſtat ipſas inter ſeſe vehementer diſtare.
ℂ Alienæ nanq; voluptates id fere quod proprij dolores efficiunt . Etenim proprij do-

lores:operationes ipſas corrumpunt.vt ſi huic ſcribere,illi rationem ſubducere iniucun-
dum eſt,atque moleſtum:hic non ſcribit,ille rationem non ſubducit, quippe cum dolo-
rem afferat operatio.Circa igitur operationes contrarium à proprijs voluptatibus & do
loribꝰ accidit.atq; voluptates,doloréſve proprij ſunt,qui in operatione per ſeipſam fiũt.
20 Alienas vero voluptates dicimus eo quòd ſimile quid atque ipſi dolores efficiunt. cor-
rumpunt enim,etſi non ſimiliter,operationes.¶Cum autem operationes probitate dif-
ferant atque improbitate,& aliæ quidem ſint expetendæ,aliæ vero fugiẽdæ,& aliæ neu-
træ:ſimiliter ſeſe habent & voluptates.nam vnicuique operationi eſt propria quædã vo
luptas.quæ igitur ſtudioſæ propria eſt,ea & proba:quæ vero prauæ,ea eſt improba.
¶Etenim & cupiditates honeſtarum quidem laudabiles ſunt:turpium vero vituperabi-
les.Magis autem propriæ ſunt operationibus voluptates quæ ſunt in ipſis : quàm ipſæ
cupiditates.hæ nanq; ſeiunctæ ſunt:& temporibus, & natura. illæ vero propinquæ ſunt
operationibus atq; adeo indiſtinctæ vt cõtentio ſit:ſi idem ſit operatio & voluptas. non
tamen ipſa voluptas mentis eſſe videtur operatio,neq; ſenſus.eſt enim abſurdũ.ſed quia
non ſeparatur:idem quibuſdam videtur.¶Vt igitur operationes ſunt diuerſæ:ſic & vo-
luptates.differt autẽ viſus à tactu puritate:& auditus,ac odoratus à guſtu.Similiter igi-
tur & voluptates differunt.& ab his item eæ quæ ſunt mentis.& hæ rurſus differentiam
21 inter ſeſe ſuſcipiũt. ¶Videtur autẽ vnicuiq; animaliũ & propria quædam eſſe voluptas:
ſicut & opus.eſt enim ea quæ comitatur operationem.In ſingulis etiam intuenti id ita
eſſe videbitur.alia nanque voluptas eſt equi,alia canis,alia hominis. quemadmodum &
Heraclitus dicit:aſinum ſtramina magis optare quàm aurum. aſinis enim pabulum au-
ro iucundius eſt.Voluptates igitur eæ quæ ſunt diuerſorum ſpecie,differunt ſpecie : eas
22 vero quæ ſunt eorundem,conſentaneũ eſt rationi diuerſas nõ eſſe. ¶In hominibus au-
tem non mediocriter diſcrepant.Eadem enim alios dolore afficiunt:alios delectant.& a-
lijs quidem moleſta ſunt,odióque habentur: alijs vero iucunda, ac amabilia ſunt. hoc &
in dulcibus accidit.non enim eadem dulcia febricitanti atque ſano videntur. neque cali-
dum idem infirmo,atque optimam habitudinem habenti videtur.Similiter & in alijs
23 accidit.¶In omnibus autem talibus id eſſe tale videtur:quod ſtudioſo videtur. quòd ſi
hoc recte dicitur,quemadmodum & videtur & eſt,atq; virtus,& bonus hoc ipſo quo ta-
lis eſt,omnium eſt menſura:erunt & voluptates profecto quæ huic videntur, & iucunda
quibus gaudet ipſe.Atque non mirum eſt ſi ea quæ huic moleſta ſunt:alicui videantur
eſſe iucunda.multæ nanque corruptelæ deprauationéſque hominum fiunt. iucunda au-
24 tem non ſunt,ſed his,& ita diſpoſitis.¶Eas igitur quæ ſunt ſine controuerſia turpes:cõ-
ſtat non eſſe dicendum voluptates eſſe,niſi corruptis. earum vero quæ probæ videntur
eſſe,qualem aut quam dicendum eſt hominis eſſe:an ex operationibus conſtat?has enim
ipſæ voluptates ſequuntur.Siue igitur vna ſit,ſiue plures operationes perfecti viri,atq;
beati,eæ voluptates,quæ has perficiunt,propriæ dicendæ ſunt hominis voluptates . cæ-
teræ vero ſecundo,& perparum,quemadmodum & operationes.

19 ¶Quinti capitis notæ. ¶Quæ ſpecie differentia perficiuut:ſpecie differentia eſſe:intelligitur,ac applicatur ad perfectiones proprias,non autem communes.¶Bellaria veteres dixere,res bellis aptas, vtpote arma,ſagittæ & ſimilia,quaſi inſtrumenta bellica. Item bellaria omne ſecundæ menſæ genus:ſiue quòd vt illa belli,ita hæc,menſarum inſtrumenta eſſent:ſiue à bonitate ita appellarunt.

¶Quintum cap.quinq; concluſionibus,& vno corollario partitum eſt.

19 ¶Quinti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Voluptates inter ſe ſpecie differunt. ¶Primo. quia voluptates ea perficiunt:quæ inter ſe ſpecie differunt.quæ autem ſpecie differentia perficiuut:& ipſa quoque ſpecie differentia ſunt.vt declarant ea quæ à natura, & quæ ab arte ſunt: vt animalia,plantæ, pictura, ſtatua, domus,vas, & ſimilia. igitur eodem, ſimiliſque modo ſpecie differunt: quæ operationes inter ſe ſpecie diſſentientes perficiunt.at operationes mentis ab operationibus ſenſus,& rurſus operationes ſenſuum inter ſe ſpecie differunt : igitur & voluptates quæ illas perficiunt. ¶Secundo.quia vnaquæque voluptas ei operationi propria eſt quam perficit. nam propriæ voluptatis proprium eſt operationem augere:auget enim operationem voluptas.quod hinc cognoſcitur quòd qui cum voluptate operantur: ſingula magis diſcernunt,exactiúſque comprehendunt omnia. vt geometræ fiunt ; qui geometrica contemplatione gaudent,magiſque intelligunt ſingula. & muſici: qui muſica amant. & architecti: qui in architectura, ædiúmque extruendarum delectantur arte. & cæterorum ſinguli omnes in proprio perficiuntur opere : hoc ipſo ſeſe oblectantes. voluptates igitur augent operationes. at quæ augent operationes propria ſunt.quę autem diuerſis ſpecie propria ſunt:& ipſa diuerſa ſpecie ſunt. igitur voluptates inter ſe ſpecie differunt. ¶Tertio. voluptates ſpecie eſſe differentes hinc dilucidius apparebit . quia delectationes quæ à diuerſis proficiſcuntur operationibus : ſibi viciſſim impedimento ſunt. vt

qui fiſtulis delectantur: ſi fiſtularum ſonum exaudiant, non poſſunt ſermonibus mentem adhibere, magis mo-
dulatione gaudentea, quàm præſenti ſermonis occupatione. voluptas igitur quæ ex modulandi facultate ena-
ſcitur:operationem(quæ circa ſermonem eſt)impedit,ac corrumpit. & hoc idem in cæteris ita vſu euenire com
pertum eſt:quoties circa duo ſimul quiſpiam occupetur.iucundior enim earum operatio:alteram extrudit.quæ
ſi plurimum voluptatis excellentia præcellat: magis extrudit, & interdum adeo vt nihil prorſus per eam ope-
retur. Quo fit vt cum aliqua re vehementer gaudemus: non multo aliud agere valeamus & alia facimus: cum
parum nobis alia placent. vt in ſpectaculis gladiatorum: qui bellaria edunt, tum id maxime faciunt cum viles
& ingeneroſi ſunt pugiles qui decertāt.cum ergo propria quædam voluptas operationes exactas reddat,& diu-
turniores, melioréſque efficiat, alienæ autem extenuent, atque corrumpant: non eſt obſcurum, voluptates ip-
ſas inter ſeſe vehementer diſtare. ¶Quarto. Alienæ voluptates id fere faciunt: quod & proprij dolores effici-
unt. Proprij enim dolores operationes ipſas corrumpunt.vt ſi huic ſcribere iniucundum, moleſtúmq; ſit,illi ve-
rò ſupputando rationem exigere: neque hic profecto ſcribit, neque ille ſupputando rationem exigit, quia illus
dolorem talis afferat operatio.itaque fit vt circa operationes à proprijs voluptatibus,proprijſque doloribus con
trarium accidat.ſunt enim voluptates, doloréſque proprij: qui in operatione non per operationem alteram ſed
per illam ipſam fiunt. Cum itaque ſimile efficiant alienæ voluptates, vt & ipſi dolores proprij: nihil ab re fue-
rit, ea ſpecie inter ſe diſtare.quas & alienas hoc ipſo dicimus:quòd ſimile quid,atque ipſi dolores efficiunt.cor-
rumpunt enim operationes: etſi non omnino ſimiliter. ¶Secunda concluſio. Voluptatum quædam ſunt probæ: 20
quædam vero turpes, ac fugiendæ. ¶Primo. quia operationes probitate differunt, atque improbitate. ſunt e-
nim operationum quædam expetendæ, aliæ vero fugiendæ, & aliæ ſunt neutræ. ergo ſimiliter ſeſe habent &
voluptates. nam vnicuique operationi propria quædam eſt & voluptas. quæ igitur operationi ſtudioſæ pro-
pria eſt: & ea proba eſt. quæ vero operationi prauæ, & ea quoque praua, turpis atque improba eſt. ¶Secun-
do. concupiſcentiæ honeſtarum operationum probæ ſunt, & laudabiles: turpium vero prauæ, illaudabiléſque.
tanto magis igitur voluptatum quædam ſunt probæ, & laudabiles: aliæ vero illaudabiles, atque improbæ.nam
voluptates magis affines, atque propriæ operationibus quibus aſſunt: quàm ipſæ cupiditates. quandoquidem
cupiditates ab operationibus,& temporibus, & natura ſeiunctæ ſunt: voluptates autem ſemper aſſeclæ, opera-
tionúmque comites.. & adeo indiuiſæ, indiſiunctæ'que videntur: vt contentio ſit: ſit'ne idem operatio ac vo-
luptas. non tamen mentis voluptas ipſa operatio eſſe videtur, itidem neque voluptas ſenſus, ipſa ſenſus opera-
tio. id enim putare abſurdum eſt. ſed quibuſdam ipſa voluptas operationi idcirco idem eſſe videtur:quia ab o-
peratione non ſeparetur. manifeſtum igitur eſt quaſdam voluptates probas eſſe: quaſdam vero illaudabiles.
¶Tertio.quia vt operationes ſunt diuerſæ: ita & voluptates diuerſæ apparent.nam vt operatio viſus,differt ab
operatione tactus puritate: ſimiliter operationes auditus ac odoratus puritate, ab operatione guſtus: ita quo-
que voluptas viſus à voluptate tactus: & voluptas auditus ac odoratus, à voluptate guſtus puritate differre vi-
detur. & voluptates mentis à ſenſuum voluptatibus: & voluptates mentis,inter ſe ſua diſcrimina ſortiuntur.ſit
igitur recte vt voluptatum quædam ſint probæ: quædam vero improbæ ac illaudabilles. ¶Tertia concluſio. 21
Animantium ſpecie differentium:differentes & ſpecie ſunt voluptates. & earundem:conſimiles,ſpeciéque con-
ſentientes. Nam vnicuique animalium propria quædam videtur eſſe voluptas: quemadmodum & proprium o-
pus. propria enim voluptas ea eſt: quæ propriam comitatur operationem, quod in ſingulis intueri perfacile vi-
debitur. alia nanque voluptas eſt equi, alia canis, alia hominis. & quemadmodum Heraclitus dicit: aſinus ſtra-
mina potius optat, quàm aurum. aſinis enim pabulum: quàm aurum iucundius eſt. ergo animantium ſpecie dif-
ferentium: differentes ſpecie erunt & voluptates. & eas quæ ſunt eorundem, conſimiliúmq; operationum:con-
ſentaneum eſt non eſſe ſpecie diuerſas. ¶Quarta concluſio. In hominibus voluptates non mediocriter diuerſæ 22
ſunt:imò longo diſcrepant interuallo. Nam eadem alios dolore afficiunt,alios autem delectant. & quæ alijs mo-
leſta ſunt,odióque habentur:alijs iucunda ſunt, atque amabilia. quod & in dulcibus reperitur. non enim eadem
& ſano, & febricitanti dulcia eſſe videntur. neque idem eſſe calidum infirmo,& optimam valetudinem haben-
ti:& ſimiliter in alijs rebus accidere comperitur. variæ igitur inter ſeſe hominũ voluptates,diſcrepant. ¶Quin 23
ta concluſio In omnibus hominum voluptatibus:id ſentiendum eſt,taléque eſſe quale ſtudioſus iudicat,& qua-
le ipſi ſtudioſo videtur. Studioſo certe id committendũ eſt,ſi recte dicitur quòd quemadmodum ſtudioſo vide-
tur ita eſt:& virtutem & bonum hoc ipſo quo talis eſt omnium eſſe menſuram. quod profecto recte dici dubium
non eſt.igitur eæ voluptates ſunt:quæ ipſi voluptates videntur, & illa vere iucunda:quibus gaudet ipſe ſtudio-
ſus. neq; mirari quiſquam debet: ſi ea quæ ſtudioſo moleſta ſunt,alicui videantur eſſe iucunda. nam multæ cor-
ruptelæ,deprauationéſque hominum fiunt. & proinde quanquam hæc iucunda non ſunt:his tamen,húneque in
modum deprauatis iucunda videntur. ¶Corollariũ. Quo fit vt eæ voluptates quæ ſine controuerſia turpes ſunt: 24
minime voluptates dicendæ ſint,niſi deprauatis. ſed earum quæ probæ ſunt(quam,& qualem dicendum eſt ho-
minis eſſe)ex operationibus conſtat.operationes enim ipſas:ſequuntur voluptates. ſiue igitur perfecti,beatique
viri vna ſit operatio, ſeu plures:eæ voluptates(quæ eiuſce operationes perficiunt) dicendæ ſunt propriæ,pecu-
liares, atque omnium optimæ hominis voluptates. cæteræ vero ſecundo loco, & perparum cenſendæ ſunt ho-
minis voluptates:quemadmodum & operationes.

Cap. VI.

DIctis autem ijs quæ ad ipſas virtutes ac amicitias,voluptatéſque pertinent: 25
de felicitate figura dicere reſtat,quippe cum finem humanarũ rerum ipſam
eſſe ponamus. Si igitur ea quæ prius dicta ſunt repetierimus: orationem
ſane fecerimus breuiorem. ¶Diximus itaque felicitatem habitum non eſ- 26
ſe. ineſſet enim dormienti per vitam: plantarum vita viuenti,& in calami-
tatibus maximis conſtituto. quòd ſi hæc non placent, ſed ponendum eſt potius ipſam
operationem eſſe quandam (vt prius dictum eſt) & operationum aliæ ſunt neceſſariæ
& ob alia,aliæ per ſeipſas ſunt expetibiles: perſpicuum eſt felicitatem earum aliquam
operationem eſſe,quæ ſunt per ſe & non ob aliud expetendæ. felicitas enim nullius in-
diget rei:ſed eſt ex ſeſe ſufficiens. ¶Operationes autem eæ per ſe ſunt expetibiles,à qui- 27

bus nihil præter operationem quæritur. Tales vero videntur eſſe actus ij qui à virtute
proficiſcuntur.honeſta nanque ſtudioſáque agere ,ex ijs eſt quæ per ſe expetuntur . &
item ludorum ij qui ſunt iucundi.non enim ob alia ipſos expetunt.damna nanque poti-
us ex ipſis q̃ cómoda ſuſcipiunt,& corpus & patrimonium negligentes.cófugiunt autẽ
ad talia oblectamenta & plerique eorum qui beati eſſe dicuntur.Quapropter apud ty-
rannos in pretio habentur ij qui in talibus oblectamentis ſunt dextri. in ijs enim ſeipſos
28 præbent iucundos quæ illi affectant . indigent autem talibus . ¶Videntur igitur hæ ad
felicitatem pertinere: propterea quòd hiſce vacant homines ij qui ſunt in poteſtatibus
conſtituti. At nullum fortaſſe ſignum tales ſunt homines . nam nec virtus in poteſtati-
bus,nec intellectus conſiſtit: à quibus operationes ſtudioſæ proficiſcuntur. ¶Nec ſi illi
cum ſynceram,liberalémque voluptatem non deguſtarint , ad corporis confugiunt vo-
luptates:propterea putãdum eſt has magis expetibiles eſſe.¶Et pueri enim quæ apud
ſeipſos in pretio ſunt : præſtabiliſſima eſſe putant . conſentaneum igitur eſt rationi , vt
pueris & viris diuerſa,pretioſa eſſe videntur : ſic & prauis & ſtudioſis videri . Vt igitur
ſæpe dictum eſt:& pretioſa & iucunda ſunt ea , quæ ſtudioſo viro talia ſunt . vnicuique
autem ea eſt operatio maxime expetibilis:quæ ab habitu proprio prodit.& ſtudioſo igi-
tur ea quæ proficiſcitur à virtute . felicitas ergo non in luſione,iocóve conſiſtit. ¶Item
abſurdum foret,humanum finem iocum eſſe:& negotia multa moleſtiáſve per totam vi
tam cauſa iucundi ſuſcipere. Cuncta enim fere præter felicitatem : alterius expetimus
gratia.hæc enim eſt finis.¶Studere autem & laborare gratia ioci:ſtultum profecto, ni-
míſque puerile eſſe videtur.iocari vero vt ſtudeas:ſecundum ſententiam Anacharſidis,
recte ſeſe habere videtur. Iocus enim requiei ſimilis eſt.atque cum continue nequeant
homines laborare:indigent requie.Non eſt igitur ipſa requies finis. fit enim gratia ope
rationis.¶At vero vita felix in virtute videtur conſiſtere.hæc vero vita cum ſtudio eſt
& in ſerijs:ſed non in ioco conſiſtit.¶Atque ea quæ ſtudioſa ſunt,ſeriáve: præſtabiliora
ridiculis,& ijs quæ ioco fiunt. ¶Et operationem ſemper melioris & partis , & hominis
ſtudioſam magis dicimus eſſe:melioris vero præſtabilior eſt , & ad felicitatem iam ma-
gis attinens.¶Frui præterea quiuis , & mancipium voluptatibus corporis : non minus
quàm optimus homo poteſt.at felicitatem nemo mancipio tribuet:niſi & vitam tribue
rit ſtudioſam.Felicitas enim non in talibus conſiſtit modis viuẽdi: ſed in operationibus
quæ à virtute proficiſcuntur,vt prius etiam diximus.

28 ¶Sexti capitis notæ. ¶Quod potentatus vel plurimum praui ſint: hoc facit ambitio, & dominandi cupiditas,
quæ indignos ad huiuſmodi honorificos magiſtratus petendos,cogit eſſe importunos.
¶Sextum cap. tribus cóclusionibus,& reſumptione aliquorum præcedentium partitum eſt.
25 ¶Sexti capitis commentarius ad literam. ¶Prima concluſio. Poſt exactum ſermonem eorum quæ ad virtutes,
amicitias,voluptateſq; pertinent:reliquum eſt de felicitate determinationem figura,rudique minerua ſuſcipere.
Nam felicitatem humanarum rerum finem eſſe ſtatuimus. ad quod breuiore ſermone complectendum, operæ-
26 pretium nobis videtur : nonnulla eorum quæ prius allata ſunt reſumere . ¶Primum . felicitatem habitum non
eſſe.nam ineſſet per vitam dormienti,ſolumq; vt planta viuenti,pariter & maximis calamitatibus verſato:quæ
minus placere videntur. ¶Secundum eſt. felicitatem operationem quandam eſſe ponendam. ¶Tertium.ope-
rationum quaſdam eſſe neceſſarias & ob alia: alias autem ob ſeipſas eſſe expetendas. ¶Quartum. felicitatem
aliquam earum operationum eſſe:quæ per ſeipſas,& non ob aliud expetendæ ſunt. nam felicitas nullius rei in-
27 diget: ſed eſt ex ſeſe ſufficiens. ¶Secunda concluſio. Actus qui à virtute proficiſcuntur, operationes ſunt per
ſe expetibiles, & ludi quidam iucundi . ¶Nam operationes eæ per ſe ſunt expetibiles: à quibus nihil quæritur
præter ipſam operationem. ſed actus qui à virtute proficiſcuntur: operationes ſunt, à quibus nihil præter ope-
rationem ipſam quæritur. honeſta enim ſtudioſáque agere,ex ijs ſunt quæ per ſe expetuntur. actus igitur qui à
virtute proficiſcuntur: operationes ſunt per ſe expetibiles . & quòd quidam ludi itidem per ſe expetantur : pa-
tet.nam homines,eos non ob alia expetunt. verum damna ex ipſis potius recipiunt,quàm commoda:& corpus
& patrimonium negligentes . Et ad huiuſmodi ludorum delectationes confugiunt plurimi eorum : qui vulgo
beati cenſentur. quapropter apud tyrannos in pretio habentur ij:qui in talibus ludorum oblectaminibus dextri
ſunt,atque comes. nam hi ſeipſos præbent iucundos in ijs quæ ipſi tyranni ſummopere affectant. talibus enim
28 viris ipſi tyranni indigent. ¶Tertia concluſio. In huiuſmodi ludorum vacationibus:minime felicitas collocan-
da eſt . Hæ ludorum operationes propterea ad felicitatem pertinere videntur : quòd hiſce intendunt homines
qui magnis in poteſtatibus ſunt conſtituti. ſed huiuſmodi homines nullum ſignum debent eſſe . ¶Primo. quia
huiuſmodi viris qui magnis in poteſtatibus ſunt conſtituti:nec virtus,nec intellectus adeſt,à quibus tamen ſtu-
dioſæ operationes proficiſcuntur.non igitur quòd in luſionibus ſit felicitas: ſufficiens ſunt argumentum. ¶Se-
cundo.non idcirco putandum eſt corporeas voluptates magis expetibiles eſſe: propterea quòd in poteſtatibus
conſtituti(quoniam ipſi ſynceram,liberalémque voluptatem nunquam deguſtarunt) ad corporeas confugiunt.
igitur neque ludos(quos ipſi ſectantur) pertinere ad felicitatem. ¶Tertio. pueri quæ apud ipſos in pretio ſunt
præſtabiliſſima eſſe putant:viri quidem non putant.igitur rationi conſentaneum eſſe videtur,vt quemadmodũ

pueris & viris diuerſa pretioſa eſſe videntur: ita quoque & prauis & ſtudioſis videri. potentatus autem vt pluri-mum praui. verum(vt ſæpenumero dictum eſt) ea & pretioſa & iucunda ſunt: quæ ſtudioſo viro talia ſunt. hæc autem ſunt quæ à virtute proficiſcuntur, nam vnicuique ea operatio maxime iucunda, ac expetibilis eſt: quæ à proprio proficiſcitur habitu. ſtudioſo igitur ea quæ proficiſcitur à virtute. non igitur felicitas in luſione, ludo-rúmque vacatione conſiſtit. ¶ Quarto. abſurdum eſſet humanũ finem, iocum exiſtimare: & multa negotia labo-rioſaque per totam vitam, ipſius ioci gratia ſuſcipere. at omnia in vita(præter felicitatem) alterius gratia, felici-tatis ſcilicet, expeti debent. eſt enim felicitatis finis. non igitur in ioco collocanda eſt felicitas. ¶ Quinto. Stu-dere, & laborare gratia ioci: ſtultum, nimiumq; puerile eſſe videtur. verum vt Anacharſidis ſententia recte ha-bet, iocandum eſt vt ſtudeas. non eſt igitur iocus: humanus finis. ¶ Sexto. iocus requiei ſimilis eſt. cum enim cõ-tinue homines nequeant laborare: indigent requie, intermiſſionéq; laborum. at requies operationúmque feriæ: humanus finis non eſt. fit enim operationis gratia. igitur neque iocus. ¶ Septimo. vita felix potius in virtute cõ-ſiſtere videtur, quàm in ioco. nam vita quæ ſecundum virtutem eſt: in officio atque ſerijs verſatur. ¶ Octauo. quia quæ ſtudioſa ſunt, & ſeria: præſtabiliora ſunt ridiculis, & ijs quæ pro ioco, iocique gratia fieri ſolent. ¶ No-no. ſemper melioris & partis & hominis operationem: magis ſtudioſam dicimus. nam melioris præſtabilior eſt, & ad felicitatem plus habens momenti. at virtus melioris partis eſt quàm iocus. non eſt igitur iocus: hominis finis. ¶ Decimo. præterea quiuis(etiam vile mancipium) voluptatibus corporis, & nõ minus quidem quàm opti-mus: frui poteſt. at felicitatem mãcipio tribuet nemo: niſi & vitam eidem tribuerit ſtudioſam. non igitur felici-tas in talibus viuendi modis iociſq;, qui ad voluptates pertinent corporeas, conſiſtit. ſed vt ſuperius quoque di-ctum eſt: in ijs operationibus quæ à virtute proficiſcuntur.

Cap. VII.

QVòd ſi felicitas operatio eſt per virtutem: conſentaneum eſt rationi, per eã 29
eſſe quæ eſt præſtabiliſſima. hæc autem eius fuerit, quod eſt optimum. Siue igitur mens ſit hoc, ſiue aliquid aliud, quod quidem natura dominari videtur, ac imperare, & animaduerſionem habere de honeſtis, diuiniſque rebus, aut quia diuinum & ipſum eſt, aut quòd eorum quæ ſunt in nobis eſt diuiniſſimum: huius operatio per virtutem propriam, ipſa felicitas fuerit, beatitudóque perfecta. Dictum eſt autem ipſam eſſe contemplatiuam. ¶ Atque conſentaneum hoc & antea dictis, & veritati videbitur eſſe. hæc enim operatio præſtabiliſſima eſt: quippe cum & mens ſit eorum quæ in nobis inſunt, præſtabiliſſimum, & ea circa quæ mens verſatur cognoſcibilium præſtabiliſſima ſint. ¶ Eſt præterea continua maxime. Nam contemplari magis continue: quàm agere quoduis poſſumus. ¶ Arbitramur præterea felicitati voluptatem admixtam eſſe oportere: iucundiſſima autem operationum virtutum, eſt ea haud dubie quæ per ſapientiam prodit. Itaque philoſophia mirabiles tum puritate, tum firmitate voluptates habere videtur. atque conſentaneum eſt rationi: ſcientibus quàm quærentibus, oblectamentum ipſum iucundius eſſe. ¶ Ipſa quoque ſufficientia, maxime fuerit in contemplatiua. Nam & ſapiens, & iuſtus, & cæteri: rebus ijs indigent quæ neceſſariæ ſunt ad vitam. ſed ſi ſatis his talia adſunt: iuſtus quidem eorum indiget ad quos & cum quibus egerit iuſte. & temperans item, ac fortis, & ſinguli cæterorum. at ſapiens ſi ſolus etiam ſit, contemplari poteſt, & quo ſapientior eſt, eo magis poteſt: melius autem fortaſſe ſi habeat adiutores. attamen ſufficientiſſimus eſt ipſe. ¶ Præterea propter ſeipſam amari ſola videtur. Nihil enim ab ipſa fit præter hoc contemplatum inquam eſſe. at cum agimus præter ipſam actionem: aut plus aliquid aut minus aſſequimur. ¶ Videtur etiam in otio felicitas ipſa conſiſtere. Negotia nanque ſuſcipimus, vt otium habeamus: & bellum gerimus, vt in pace degamus. Operationes igitur actiuarum virtutum, ciuilibus aut bellicis in rebus verſantur. actiones autem quæ in his verſantur negotioſæ eſſe videntur, atque bellicæ quidem & omnino. nemo nanq; bellum expetit gerere, gerendi gratia belli: neque bellum ob bellum parat. videbitur enim crudelis quidam atque ſanguinolentus penitus eſſe: ſi faciet amicos hoſtes, vt pugnæ, cædéſque fiant. At & ipſius ciuilis, negotioſa eſt & præter ipſam adminiſtrationem, poteſtates comparantis atque honores, aut felicitatem ſibijpſi & ciuibus. quæ quidem diuerſa eſt à ciuili & quam quærimus vt diuerſam. Si igitur ciuiles quidem & bellicæ actiones, cæteris actibus qui à virtutibus proficiſcuntur pulchritudine, magnitudinéque præcellunt: hæ vero negotioſæ ſunt, atque aliquem finem affectant, & non propter ſeipſas ſunt expetibiles. mentis autem operatio & ſtudio antecellere videtur, cum contemplatiua ſit: & præter ſeipſam nullum affectare penitus finem, haberéque voluptatem propriam quæ quidem operationem ipſam exauget. ſufficientia inſuper, otium, defatigationis vacuitas & humana & quæcunque alia viro tribuuntur beato, per hanc ope-

rationem illi ineſſe videntur:perfecta felicitas hominis fuerit hæc profecto,ſumpta longitudine vitæ perfecta. Nihil enim felicitatis eſt imperfectum. ❡ Talis autem vita ſuperat hominis naturam. Non enim hoc ipſo quo homo eſt ita viuet: ſed quo eſt quid in ipſo diuinum. Quantum igitur hoc ab ipſo compoſito differt: tantum & huius operatio diſtat ab ea quæ à virtute alia proficiſcitur. ❡ Quòd ſi mens, diuinum ad ipſum hominem eſt:& vita quæ ab hac manat,diuina eſt reſpectu ipſius vitæ humanæ. Oportet autem non quemadmodum monent quidam humana nos ſapere cum ſimus homines,aut mortalia cum ſimus mortales:ſed quoad fieri poteſt immortales noſipſos facere,cunctáque efficere,vt ea vita viuamus quæ ab eo manat, quod eſt eorum quæ in nobis inſunt præſtabiliſſimum. Nam tametſi parum eſt mole: vi tamen & pretio multum omnibus antecellit. ❡ Videbitur autem & vnuſquiſque hoc eſſe:ſiquidem præcipuum eſt & melius. Abſurdum igitur eſſet: ſi non ſuam ſed alicuius alterius expeteret vitam. ❡ Id inſuper quod dictum eſt antea: nunc etiam accommodabitur. Quod eſt enim natura vnicuique proprium: id optimum vnicuique & iucundiſſimum eſt. Et homini igitur ea vita quæ ab ipſa proficiſcitur mente.ſiquidem maxime hoc eſt homo. hæc ergo eſt & feliciſſima vita.

29 ❡ Septimi capitis notę. ❡ In primo libro de actiua felicitate ad quam duodecim virtutes morales,in toto ferme opere determinatæ,perducũt,& quæ eſt inferioris partis animi felicitas:hic autẽ præcipue de felicitate diuina ac contẽplatiua,quantũ in hac mortali vita cõceditur. ad quã ſola perducit ſapiẽtia,& quę eſt ſuperioris animę partis virtus perfectiſſima:quæ plus diuinis illuſtrationibus,q̃ mortaliũ viribus,animis inſinuatur. & poſt euangelicam lectionem,opera diui Dionyſij Areopagitæ ad huius altiſſimæ vitæ initiationem creduntur valitura.
❡ Septimum cap. vnam concluſionem complectitur.

29 ❡ Septimi capitis commentarius ad literam. ❡ Concluſio. Partis contemplatiuæ,operatio ſecundum propriam virtutem:felicitas eſt. quæ quidem contemplatiua dicitur & quæ perfectiſſima eſt. ❡ Primo. quia felicitas operatio eſt ſecundum virtutem. par igitur eſt:vt ſit ſecundum præſtabiliſſimam virtutem. at optima virtus:eius eſt quod in nobis optimum eſt. optimũ autem in nobis dictum eſt:eſſe ipſam cõtemplatiuam partem,ſiue ea mens vocetur,ſiue quicq̃ aliud,quod quidem natura dominari,ac imperare videtur,& curá habere de honeſtis, diuiniſque rebus. quoniam aut ipſum quid diuinum eſt:aut quia eorum quę ſunt in nobis idipſum diuiniſſimum eſt. igitur eius partis operatio ſecundum propriam virtutem: felicitas beatitudóq; perfectiſſima eſt. ❡ Secundo. id ſuperioribus dictis,ipſique veritati conſentaneum eſſe videtur: quia partis contemplatiuæ operatio perfectiſſima eſt. nam & mens cuius ipſa eſt operatio:eorum quæ ſunt in nobis,omnium eſt præſtabiliſſimum:& non modo id verum ſit: ſed & circa quę ipſa mens verſatur,cognoſcibilium pręſtabiliſſima ſunt. nil mirum igitur ſi eius partis ſecundum propriam virtutem operatio: felicitas ſit,& quidem perfectiſſima. ❡ Tertio. hæc operatio maxime continua eſt,& magis quidem q̃ partis actiuæ operatio. nam contemplari magis continue: q̃ agere quodcunque valemus. ❡ Quarto. arbitramur voluptatem felicitati coniunctam eſſe oportere. at operationum virtutum proculdubio ea iucundiſſima eſt: quæ à ſapientia,propriáque contemplatiuæ partis virtute enaſcitur. videtur enim ſapientia,ipſaque diuina philoſophia mirabiles: cum puritate,tum firmitate voluptates habere. neque quidem hoc ab re fuerit. quandoquidem diuina interrogantibus magna aſſit voluptas: maior autem ſcientibus, quàm ea ſciſcitantibus,quęrentibuſque. ❡ Quinto. quia ipſa ſufficientia maxime in hac contemplatiua felicitate conſiſtit. nam & ſapiens,& iuſtus,& cæteri: ijs indigent quæ vitæ neceſſaria ſunt. ſed vbi talia aſſint ſufficienter: iuſtus adhuc eorum indiget ad quos,& cum quibus agat iuſte. & temperans,& fortis & ſinguli reliquorum. verum ſapiens etiam ſi ſolus fuerit, contemplari poteſt: & eo quoque magis quo & ſapientior eſt. at nihil prohibet forte id poſſe melius ſi habeat adiutores: nihilo ſecius tamen ſufficientiſſimus ipſe eſt. hæc igitur contemplatiua felicitas perfectiſſima eſt. ❡ Sexto. quia ipſius ſapientiæ contemplatio: maxime propter ſeipſam amari vel ſola videtur. nihil enim ab ipſa præter ipſam contemplationem prouenit. at vero cum agimus aliquid: nobis præter ipſam actionem,aut plus,aut minus acquirimus. ❡ Septimo. ipſa felicitas in otio,quiete atque tranquillitate conſiſtere videtur. Nam negotia ſuſcipimus: vt ferias,otiúmque habeamus. & bellum gerimus: vt in pacis tranquillitate viuamus. virtutum enim agibilium operationes ſunt in ciuilibus, bellicíſque rebus: & negotioſæ quidem ſunt,& prorſus quæ ſunt bellicæ. at illæ otij tranquillitatiſque gratia petuntur. nemo enim expetet bellum gerere,belli gerendi gratia: neque quiſquam bellum ob bellum parat. crudelis nimirum ille quidam & cruentus,atque ſanguinolentus penitus eſſe videbitur: ſi faciet amicos hoſtes vt pugnæ,cædéſque fiant. & ipſius ciuilis operatio itidem negotioſa eſt. vt quæ eſt præter ipſam actionem,adminiſtrationémq; poteſtates ſibi comparans,atque honores,aut ſibijpſi & ſuis ciuibus felicitatem parans. quæ quidem ciuilis viri felicitas: diuerſa eſt à felicitate ciuium,& ab ea quam hoc in loco quærimus. ſi ergo ciuiles,& bellicæ actiones cæteris actibus qui à virtute proficiſcuntur,& pulchritudine,& magnitudine præcellunt & negotioſæ ſunt,atque ob aliquem finem, non autem ob ſeipſas expetendæ: tanto magis aliæ actiones. modo mentis operatio & ſtudio præcellere videtur (nam contemplatiua) & præter ſeipſam nullum penitus affectat finem, & propriam ſibi coniunctam habet voluptatem,quæ ipſam operationem adauget,ſufficientiſſima eſt,non negotioſa,non turbulenta, ſed in otio & tranquillitatis ſucceſſu, & à fatigatione vacua quantum hominibus licet, atque conceditur,& ſummatim quæcunque alia viro beato tribuuntur: homini per hanc partis contemplatiuæ operationem ſecundum virtutem ineſſe videntur. perfecta igitur hæc operatio putetur hominis felicitas: dummodo ſumpta ſit in vitæ longitudine perfecta. nam nihil felicitatis mancum imperfectúmq; eſt. ❡ Octauo. quia hæc ſecundum ſapientiam,atque contemplationem vita: hominis ſuperat naturam. non enim hoc ipſo quòd homo eſt ita viuet: ſed quo quid in ipſo diuinum eſt. quantum igitur hoc ab ipſo compoſito differt: tantum & compoſiti operatio diſtat ab ea quæ ab alterius virtute proficiſcitur. ❡ Nono. mens aliquid diuinum ad ipſum hominem eſt. igitur & vita quæ ab hac manat diuina eſt, reſpectu rationéque habita ipſius humanæ vitæ. Neque oportet quemadmodum ammonent nonnulli, humana nos ſapere cum ſimus homines,aut mortalia, cum ſimus mortales: ſed quoad fieri poteſt im-

mortales nos ipſos facere , cunctáque efficere vt ea vita viuamus , quæ ab eo manat ac profluit quod omnium (quæ nobis inſunt) præſtabiliſſimum eſt. nam tametſi paruum eſt mole: vi tamen, & pretio multum omnibus antecellit. ❡ Decimo. videtur vnuſquiſque id ipſum præſtabiliſſimum eſſe: ſiquidem vnuſquiſq; præcipuum eſt, & melius. abſurdum igitur eſſet ſi non ſuam: ſed alicuius alterius expeteret vitam . maxime igitur partis contemplatiuæ: vita quærenda eſt. ❡ Vndecimo. id inſuper quod & antea dictum eſt: huic etiam propoſito accommodari licet. nam quod natura vnicuique proprium eſt: id optimum vnicuique, ac iucundiſſimum eſt. igitur homini ea vita quæ ab ipſa proficiſcitur mente: optima, iucundiſſimáque. ſiquidem homo maxime mens ipſa. vita igitur ſecundum mentem feliciſſima eſt.

Cap. VIII.

SEcundo autem eſt ea vita quæ à virtute alia manat . Operationes enim quæ 30 ab hac prodeunt, humanæ ſunt. nam iuſta , & fortia & cætera quæ à virtutibus proficiſcuntur : inter noſipſos agimus , in commercijs , & neceſſitatibus atque actibus communibus, & item affectibus, vnicuique ſeruãtes decorum. hæc autẽ omnia conſtat eſſe humana. ❡ Nõnulla autẽ & à corpore prouenire videntur: & multum virtus morum cum affectibus videtur eſſe coniuncta . Coniuncta eſt etiam & prudentia moris virtuti, & hæc prudentiæ : ſi principia quidem prudentiæ à virtutibus ipſis emergant, rectum vero moris virtutum à prudentia manat . cum autem hæ ſeſe habeant, vt à ſe mutuo pendeant, ſintq; coniunctæ affectibus : circa ipſum compoſitum fuerint . at compoſiti virtutes humanæ ſunt . quare & ea vita quæ ab ipſis proficiſcitur , & felicitas humana eſt. Mentis autem eſt ſeparata: atque tantum de ipſa ſit dictum. exacte nanque dicere propoſito maius eſt. ❡ Videbitur autem & externa affluentia perparum , aut minus indigere quàm moralis . opus eſt enim vtriſque neceſſarijs rebus . Atque ſit æque : quanquam circa corpus & res tales , ciuilis homo magis elaborat . parua enim differentia fuerit . in operationibus autem non mediocriter different. Etenim liberali quidem ad liberalitatis operationes exercendas: & iuſto ad retributiones pecunijs opus erit. ❡ Voluntates enim non ſunt manifeſtæ. Simulãt autem & qui non ſunt iuſti, agere iuſte velle. Forti autem opus eſt potentia: ſi agit aliquid eorum quæ à virtute proficiſcuntur. & poteſtate etiam temperanti. quo nanque modo aut hic, aut cæterorum quiſquam manifeſtus erit ? Quæritur autem vtrum magis proprium ſit virtutis: vtrum electio , an ipſi actus ? quippe cum in vtriſque virtus conſiſtat, atque conſtat in vtriſque perfectum ipſum conſiſtere. Ad actus autem multis indiget: & quo maiores, pulchrioréſque ſunt, eo pluribus indiget. At contemplanti nullis huiuſcemodi rebus ad operationem eſt opus. quin & impedimento fere ſunt ad contemplationem. Sed hoc ipſo quo homo eſt , atque cum pluribus viuit : expetit ea agere quæ à virtute proficiſcuntur . indigebit igitur talibus ad ea agenda quæ ad hominem ſpectant . Atque felicitatem perfectam contemplatiuam quandam operationem eſſe : hinc quoque fuerit manifeſtum . deos enim maxime beatos eſſe putamus , atque felices . at quoſnam actus tribuere illis oportet: iuſtóſne? An ridiculi videbuntur: ſi commutent , & depoſita reddant , & huiuſmodi cætera agant? At fortéſne : propterea quòd formidoloſas res ſuſtinent , periculáque ſubeunt honeſtatis ipſius cauſa ? An liberales ? at cuinam dabunt? Abſurdum eſt inſuper ſi numos etiam habeant, aut aliquid tale. An temperantes? at quidnam fuerint ? An laus ſit importuna ſi prauas dij cupiditates non habere dicantur? Ita per omnia diſcurrent, cuncta quæ ſunt circa actus: parua quædã & non digna dijs immortalibus ſane videntur . At vero viuere ipſos vniuerſi putant: quare & operari. Non enim oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. Viuenti igitur ei, cui actio & multo magis effectio non tribuitur: quidnam aliud præter contemplationẽ reſtat? Quare dei operatio præcellens beatitudine, contemplatiua ſine controuerſia fuerit. & humanarum igitur operationum ea homo eſt ſumme felix : quæ illi maxime eſt cognata.

❡ Signum eſt huius & animalia cætera felicitatis expertia eſſe : tali penitus operatione priuata . Nam dijs quidem tota eſt vita beata, talem habentibus operationem . hominibus autem, quo ad ipſos talis operationis quædam ineſt ſimilitudo. At animalium cæterorum nullum prorſus eſt felix . quippe cum nulla ex parte particeps ſit contemplationis. Quouſque igitur cõtẽplatio ſeſe extendit, euſque ſeſe extendit & felicitas ipſa: & quibus contemplatio magis ineſt, ijs & felicitas magis ineſt, non per accidẽs quidem,

ſed per ipſam vtique contemplationem.hæc enim per ſeipſam eſt pretioſa. Quare feli-
31 citas contemplatio fuerit quædam.❡Eſt autem opus huic & proſperitate externa cum
ſit homo . Natura nanque ipſa non eſt ad contemplandum ſufficiens: ſed & corpus ſa-
32 num eſſe oportet, & alimenta, reliquúmque famulatum adeſſe . ❡Non tamen putan-
dum eſt multis ac magnis ei opus fore,qui futurus eſt felix:ſi fieri non poteſt vt ſit bea-
tus ſine bonis externis. Neque enim ſufficientia , neque iudicium, neque actus in exu-
peratione conſiſtit.ſed fieri poteſt vt & non principes terræ ac maris agant honeſta. et-
enim à mediocribus facultatibus poteſt quiſpiam agere per virtutem . Atque id clare
cernere licet.priuati nanque non minus agere videntur res bonas,quàm qui ſunt in po-
teſtatibus conſtituti:imò etiam magis. Satis autem eſt tot facultates habere. erit enim
eius vita felix qui per ipſam operatur virtutem. ❡Solon etiam bene fortaſſe de felici-
bus ſenſit:qui quidem eos eſſe felices dixit, qui mediocriter res habuerunt externas, &
pulcherrimas res(vt putabat)egere,modeſtéque vixere.Fieri enim poteſt vt mediocria
poſſidentes,agant ea quæ agere oportet.❡Videtur autem & Anaxagoras:non locuple-
tem,neque potentem: felicem ipſum exiſtimaſſe: cum dixit ſe non mirari , ſi abſurdus
quidem multitudini videatur . hæc enim res ſentiens ſolum externas his iudicare tan-
tummodo ſolet . Conſentaneæ igitur noſtris ſententijs & ſapientum opiniones eſſe vi-
33 dentur . at enim habent quidem & talia quandam fidem. ❡Veritas tamen in ijs quæ
in actionem veniunt ex operibus iudicatur , & vita . In his enim præcipue certitudo
veritatis conſiſtit . conſiderare enim oportet ea quæ antea dicta ſunt ad opera referen-
tes , & vitam . & ſi conſona ſunt operibus , acceptanda ſunt: ſin vero diſcrepant, verba
34 ſunt tantum putanda . ❡At vero qui mente operatur, & eam colit: diſponitur optime.
is & amiciſſimus dijs immortalibus eſſe videtur. Nam ſi dij curam humanarum rerum
(vt exiſtimatur) aliquam habent : rationi ſane conſentaneum fuerit ipſos eo gaude-
re quod eſt optimum,maximéque ſibi cognatum.hoc autem fuerit ipſa mens. & in eos
qui maxime hoc amant atque honorant , beneficia viciſſim conferre tanquam curam
ijs quæ ſibi ſunt chara,ac diligentiam adhibentes : & recte benéque agentes . at conſtat
hæc omnia maxime ſapienti ineſſe . amiciſſimus igitur ſapiens ipſe dijs immortalibus
eſt.eundem autem conueniens eſt: & feliciſſimum eſſe. Quare ſapiens hoc quoque mo-
do maxime fuerit ſelix.

30 ❡Octaui capitis notæ.❡Ex hoc loco quæſtionem ſuodant: an actus exterior aliquem perfectionem virtuti mo-
rali addat.❡Endymion à poetis fingitur dilectus à Luna:& in mõte Lyciæ ſopitus:quo liberius dormientis car-
32 peret oſcula.❡Anaxagoras vt libere philoſopharetur:omnes opes abiecit,& libere ſuis cõceſſit,& alij complu-
res ita feciſſe leguntur. ❡Priuati homines res præclaras agere videntur : præſertim in ijs quæ ad contemplan-
di vitam pertinent,potius quàm qui ſunt in poteſtatibus, magniſque dignitatibus conſtituti. vt Paulus, Hiero-
thæus,Bartholomæus,& diuus Dionyſius.

❡Octauum cap. quinque concluſionibus partitum eſt.

30 ❡Octaui capitis commentarius ad literam.❡Prima concluſio.Ea vita quæ ab actiua, adminiſtratiuáque virtu-
te manat: ſecundum ſibi vendicat locum. ❡Primo.nam operationes quæ ab hac virtute proficiſcontur: huma-
næ ſunt.nam & iuſta,& fortia,& cætera id genus officia:quæ ab adminiſtratiuis virtutibus proficiſcuntur, inter
nos ipſos agimus in commercijs,in neceſſitatibus,in actibus communibus,Item & in affectibus:vnicuique deco-
rum ſeruantes.hæc autem omnia conſtat eſſe humana. at ea vita quæ à virtute contemplatiua prodit, atq; ena-
ſcitur: monſtrata eſt oon homana ſed diuina potius. merito igitur vita quæ à virtute adminiſtratoria procedit:
ſecundas partes,ſecundúmq; ſibi vendicat locũ.❡Secundo.in vita quæ ab actiua virtute, adminiſtratiuáq; mo-
deratur:multa à corpore prouenire videntur.atq; multũ virtus ipſa morũ: cum affectibus, corporeiſque pertur-
bationibus videtur eſſe coniuncta.& coniuncta eſt etiam prudentia,moris virtuti: & viciſſim virtus moris, pru-
dentiæ.nec iniuria quidem.nam principia prudentiæ à virtutibus ipſis emergunt : rectum autem virtutum mo-
ris , ab ipſa prudentia manat . com ergo & prudentia , & virtutes moris ita ſeſe habeant vt à ſeſe mutuo pen-
deant, ſint'que humanis affectibus aſcitæ,atque coniunctæ : circa ipſum compoſitum erunt'. at compoſiti vir-
tutes ſunt humanæ. eſt igitur ea vita,eáque felicitas quæ à prudentia & virtutibus morum proficiſcitur: huma-
na.at mentis felicitas ſeparata eſt.iure igitur actiuæ virtutis felicitas, & quæ homana eſt, ſecundum ſibi vendi-
cat locum. ſed quòd felicitas mentis ſeparata ſit : tantum de ipſa dictum hic ſatis ſit . nam id exacte proſequi:
propoſito maius eſt.❡Tertio.mentis, contemplatiuáque vita:externa affluentia perparum , aut minus indige-
re quàm actiua atque moralis vita videtur. & quanquam ita eſt vt actiuus, ciuiliſque homo circa corpus & re-
tales magis laboret,eſto tamen vt poſueris & contemplatiuum, & ciuilem æque externorum affluentia indige-
re:id parum ad id quod paramus refert, modicique admodum momenti eſt. nam in operationibus non medio-
criter different,ſed plurimum.liberali enim ad liberalitatis operationes exercendas:& iuſto ad retributiones fa-
ciendas, pecunijs opus erit : contemplationibus autem his adminiculationibus non opus eſt. primas igitur par-
tes, felicitas mentis ſibi aſciſcit:actiua vero ſecundas . ❡Quarto. vita adminiſtratiuæ virtutis pluribus indiget,
quàm partis contemplatiuæ.neq; confert quicq̃ dicatur vitam actiuam in actibus voluntatis conſiſtere, & pro-

inde non egere exteriore operatione vt neq; contẽplator. nam voluntates non ſunt manifeſtæ: neq; in eis ſolis
perficitur adminiſtratiua vita. ſimulant enim & qui non ſunt iuſti: agere iuſte velle. verum forti opus eſt poten-
tia, & robore: ſi quicq̃ eorũ agere debeat, quæ à fortitudine proficiſcuntur: & temperato itidem opus eſt eorum
facultate circa quæ contingit temperantem, & intemperantem eſſe. quomodo enim aut temperatus, aut alio-
rum aliquis manifeſtus erit: niſi circa extrinſecum operando probetur? & ideo quæri ſolet vtrum magis virtu-
ti proprium ſit ipſa electio: an actus ipſe, quaſi in vtriſq; ipſa virtus conſiſtat. & id conſtat atq; manifeſtum eſt:
ipſum perfectum in vtriſq; conſiſtere. ac ad actus ipſos, multis indiget adminiſtratiua virtus. & quo maiores pul-
chrioreſq; ſunt, eo & pluribus indiget. contemplanti autem nullis huiuſmodi rebus ad ſuæ contemplationis fun-
ctionem opus eſt: verum potius impedimento fere ſunt ad contemplationis officium. vita igitur contemplatrix
primum locum ſibi defendit: actiua vero ſecundum. Nec ab re euenit vt ea quibus actiuus indiget: contempla-
tioni fere ſint impedimento. nam in vita actiua homo, hoc ipſo q̧ homo eſt, viuit: & quanto cum pluribus viuit,
tanto magis ea agere expetit quæ ab humana virtute proficiſcuntur. indigebit igitur talibus, vt exteris facul-
tatibus ad ea quæ ad hominem ſpectant peragenda. ¶ Quinto. hinc licet cognoſcere contemplatiuam felicita-
tem perfectam admodum eſſe operationẽ, & primum ſibi vendicare perfectionis locum: quod ſupramundanas
mentes maxime beatas eſſe putamus atq; felices. at ipſis nullas actiones tribuimus. quas enim actiones, admi-
niſtrationéſq; illis tribuere oporteret: nónne iuſtas? ſed ridiculæ forte tum apparebũt ipſæ ſupramundanæ men-
tes: ſi commutent, & depoſita reddant, & cætera id genus actionum efficiant. fortéſne? & id quidem abſurdum:
quaſi res formidoloſas ſuſtineant, periculáque ſubeant ipſius honeſtatis gratia. an liberales? ſed cuinam tum da-
bunt indigenti? & abſurdum inſuper eſt ſi numos habeant, & loculos, aut aliquid ſimile. an temperantes? ſed quo
pacto id fuerint? & an indecens, ac importuna laus eſt: ſi prauas cupiditates beatiſſimæ mentes nõ habere dican
tur. & ita per omnia diſcurrenti cuncta quæ ſunt circa actus: parua quædam, & non digna mentibus immorta-
libus ſane videntur. at vero ipſa beatiſſima numina viuere putant vniuerſi. quare & operari. non enim oportet
illa (vt Endymiona fabulantur) dormire. ſed quidnam potius eis tribuemus, quàm contemplari? operanti enim
cui actio & multo fortius effectio (quæ artis eſt opus) non tribuitur: nihil præter contemplationem tribuendum
relinquitur. quare dei longe præcellens beatitudine operatio, vita ſine controuerſia contemplatiua ſit. ea igitur
operatione inter operationes humanas: homo maxime felix eſt, quæ illi diuinæ felicitati maxime eſt cognata.
hæc autem eſt contemplatiua. igitur contemplatiua felicitas: ſummum ſibi perfectionis locum inter humanas
operationes vendicat. ¶ Sexto. eius rei ſignum ſunt cætera animalia felicitatis expertis: tali prorſus contempla-
tionis officio priuata. nam ſupermundanis numinibus tota vita beata eſt: talem habentibus operationem. homi-
nibus autem quoad ad ipſa talis quædam ineſt operationis ſimilitudo. at reliquorum animalium nullum prorſus
felix eſt: quippe quòd nulla ex parte ſit contemplationis particeps. quouſque igitur contemplatio ſeſe extẽdit:
eouſq; ſeſe extendere videtur & felicitas. & quibus contemplatio magis ineſt: & felicitas magis ineſt, non per
accidens quidem, ſed per eam ipſam contemplationem. eſt enim contemplatio per ſeipſam pretioſa. igitur fe-
licitas: vel maxime contemplatio quædam eſt. ¶ Secunda concluſio Felici etiam illa diuina, contemplatiuáque 31
felicitate: exterarum rerum proſperitate opus eſt. Nam huiuſmodi felix homo eſt. homo autem natura ipſa, non
eſt ad contemplandum ſufficiens: ſed & corpus ſanum eſſe oportet, & alimenta, reliquúmque famulatum adeſſe.
¶ Tertia concluſio. Si fieri non poteſt vt quis beatus euadat ſine bonis externis: non tamen putandum eſt, mul- 32
tis ac magnis ei opus eſſe, qui futurus ſit felix. ¶ Primo. quia neque ſufficientia, neq; iudicium, neq; actus in ma-
gnis, exuperantibuſque rerum copijs conſiſtit. verum fieri poteſt: vt qui neque principes terræ, neq; maris ſunt,
agant honeſta. nam à mediocribus facultatibus: poteſt quiſpiam ſecundum virtutem agere. quod & clare cõſpi-
cere licet: quandoquidem priuati homines non minus agere videntur res præclaras, q̃ qui in poteſtatibus ſunt
conſtituti: imò & magis. ſatis ergo erit tot facultates habere: quæ ſcilicet ad agendum ſufficiant. nam eius vi-
ta beata erit: qui ſecundum virtutem operabitur, quæ ſi ſufficiunt ad agendum: tanto magis & ad contemplan-
dum. non igitur multis, ac magnis facultatum copijs ei opus erit: qui felix futurus eſt. ¶ Secundo. Solon de feli-
cibus in hoc recte ſenſiſſe videtur, qui quidem eos felices eſſe dicebat: qui mediocriter res habuerũt externas,
& qui res pulcherrimas (vt arbitrabatur) egerunt, modeſtéq; vixerunt. fieri enim poteſt vt mediocria poſſiden-
tes: agant ea quæ agere oportet. ¶ Tertio. videtur idem ſenſiſſe Anaxagoras, neq; locupletem, neq; potentem
felicem ipſum exiſtimaſſe. cum inquit ſe nõ mirari ſi abſurdus quidem multitudini videretur. nam multitudo ſo
lum res externas agnoſcens: ab his dũtaxat iudicium ferre ſolet. videntur itaq; noſtris ſententijs & ſapientum
opiniones conſentaneæ. nec ab re quidem. nam & talia fidem quandam habent. non igitur magnis externarum
rerum copijs: opus eſt felici. ¶ Quarta concluſio. Veritas in ijs quæ in actionem veniunt: ex operibus iudicatur, 33
& vita. Nam in operationibus, & vita præcipue certitudo veritatis conſiſtit. conſiderare ergo vos oportet ea
quæ antea dicta ſunt, & ad opera referre, pariter & vitam. & ſi conſona ſunt operibus, acceptanda ſunt, & vita
proba eſt: ſin vero diſcrepant, verba tantum ſunt putanda. ¶ Quinta concluſio. Sapiens: deo, immortalibúſque 34
cæli numinibus amiciſſimus eſt, & pariter & maxime felix. Nam qui mente operatur, & eam colit: optime men-
te diſponitur. at is amiciſſimus numinibus immortalibus eſſe videtur. nam ſi immortalia numina rerum huma-
narum curam vt exiſtimatur aliquam gerunt (gerũt enim) rationi ſane conſentaneum eſt: ipſa eo gaudere quod
in rebus humanis optimum eſt, maximéq; ſibi cognatum. hoc autem ipſa mens eſt. & conſentaneum item eſt,
in eos ſummopere qui mentem amant, colúntq; ac honorant: beneficia viciſſim conferre tanquam curam eorũ
(quæ ſibi ſunt chara) ac diligentiam adhibentia, & recte benéque agentia. At vero conſtat hæc omnia maxime
ſapienti ineſſe. ſapiens igitur deo, immortalibúſq; numinibus amiciſſimus eſt: & eundem conſentaneum eſt feli-
ciſſimum eſſe. quare & ſapiens hoc quoque modo: maxime felix eſt.

Peroratio operis. Cap. IX.

ETenim ſi de his, atque virtutibus & inſuper de amicitia, voluptatéque ſatis 35
figura diximus: éſtne putandum noſtrum propoſitum iam finem habere?
An quemadmodum dicitur: non eſt in hoc rebus agendis finis, perſpexiſ-
ſe, cognouiſſéque ſingulas, ſed potius agere? Nec de virtute ſcire ſat eſt: ſed
enitendum eſt ipſam habere, ac vti: vel ſi quo alio modo boni efficiamur. Si
igitur verba ſufficerent ad faciendos homines bonos, multas iure mercedes ſecundum
Theognidem, atque magnas afferrent. & comparare ea oporteret. Nunc vero iuuenes

quidem liberos hortari,ac prouocare, morémque idoneum ad obtemperandum educatione bona iam factum,ingenuum, veræq; honeſtatis amatorem facere poſſe videntur: vulgus autem ad probitatem incitare non poſſe.non enim ſunt tales,vt ob dolorem obtemperent:ſed ob metum,nec vt à prauis ob turpitudinem abſtineant rebus,ſed ob pœnam.Nam quia affectibus viuunt:perſequuntur quidem proprias voluptates,& ea quæ illas efficiunt. fugiunt autem dolores oppoſitos.honeſtatis autem voluptatíſque veræ nullam prorſus habent animaduerſionem. quippe cum eas non deguſtarint. Tales igitur quænam verba traducere, moderaríque poſſent? Fieri enim non poteſt, aut non facile fit:vt ea verbis mutentur,ac extrudantur,quæ impreſſa ſunt moribus,temporéque diuturno retenta. Amabile autem eſt fortaſſe, ſi cum omnia eſſent quibus boni fieri videmur: participes virtutis efficiamur.¶ Fieri vero bonos alij natura, alij conſuetudine, alij doctrina putant. Natura igitur (vt conſtat) non in noſtra eſt poteſtate:ſed ineſt ijs hominibus per cauſam quandam diuinam,qui verè ſunt fortunati. Verba autem præceptionéſve, non in omnibus vires habent: ſed opus eſt auditoris animum antea moribus eſſe cultum, ad recte gaudendum, ac ad horrendum, perinde atque terram quæ ſemina ſit nutritura. Qui nanque viuit cum perturbatione: non audiet ea verba quæ dehortantur, neque intelliget. is vero qui ita diſpoſitus eſt: qui fieri poteſt vt diſſuadenti obtemperet? Omnino autem non verbis ipſa perturbatio: ſed vi cedere videtur. mores igitur præcedant aliquo modo virtuti familiares oportet: amantes bonum, atque abhorrentes à turpi.¶ Difficile autem eſt,vt ab adoleſcentia recte quis ad virtutem inſtituatur non ſub talibus legibus educatus. Modeſte nanque viuere continentérque pleriſque hominum,præſertim & iuuenibus nō eſt iucundum. Quapropter educationem, atque officia à legibus inſtituta eſſe oportet. Non enim dolorem afferent ſi fuerint conſueta. Fortaſſe autem non ſufficit,dum ſunt adoleſcentes,rectam educationem & curam, eſſe adeptos: ſed cum oporteat viros quoque factos ipſa agere, ac aſſueſcere, & in his & omnino omni in vita legibus eſt opus. multitudo enim neceſſitati potius quàm rationi: & pœnis quàm honeſtati paret. Idcirco ſunt qui legumlatores oportere cenſent ad virtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia: propterea quòd ij qui probi ſunt, ob conſuetudinem præcipue obtemperabunt. aduerſus autem inobedientes & hebetiores ingenio: caſtigationes pœnáſque inſtituere. At eos qui curari, ac emendari nequeunt: extrudere atque exterminare.probum enim hominem, & ad honeſtatem viuentem rationi obtemperaturum inquiunt eſſe. improbum vero voluptatem affectantem: dolore afficiendum eſſe, perinde atque iumentum. Quapropter & eos dolores afferri oportere dicunt: qui maxime concupitis voluptatibus aduerſantur.¶ Quòd ſi eum qui bonus futurus ſit bene educatum (vt dictum eſt) ac moribus bonis aſſuefactum eſſe oportet, deinde bonis in exercitijs viuere:& neque inuitum neq; ſponte res agere prauas.hæc autem fuerint ſi mente aliqua, rectóque ordine vires habente viuatur. Igitur patris quidem præceptio vires non habet,neque neceſſitatem, neque vllius omnino vnius viri,ni ſi ſit rex aut aliquis talis.Lex autem vim habet cogentem. quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia, atque mente profectus. Et hominum quidam eos odiſſe ſolent, qui appetitionibus aduerſantur: etſi recte idipſum faciunt. lex autem non eſt eis moleſta: probitatem iubens.¶ In ſola autem Lacedæmoniorum ciuitate cum alijs paucis curam adhibuiſſe in educatione,atq; officijs legiſlator videtur.In pluribus autem ciuitatibus tales res ſunt neglectæ.Et ita vnuſquiſq; viuit vt ſibi placet ritu Cyclopũ filios regens atq; vxorem. Præſtabiliſſimum igitur eſt diligentiã rectámq; curam adhibere communem: idq; ipſum facere poſſe.Quod ſi negligitur publice: ad vnumquenque attinere videbitur filios ſuos atq; amicos ad virtutem dirigere,vel ſaltem velle dirigere.atque maxime idipſum poſſe videbitur ex dictis idoneus ad leges ferendas factus. Publicas igitur diligentias,atq; curas per leges fieri conſtat:bonas autem,per ſtudioſas. Nec intereſſe quicquam videtur, ſcriptæ ſint,an non ſcriptæ, vnus an plures per illas inſtituantur,vt & in muſica,exercitandiq; facultate,& eruditionibus cæteris hoc nihil refert.Nam vt in ciui-

tatibus leges,ac mores:ſic & in domibus poſſunt paterni ſermones ac mores.quinetiam magis,ob cognitionem, beneficiaq; collata. ſunt enim ipſi filij iampridem affectione deuincti: & facile obtemperantes natura. Differunt inſuper & inſtituta priuata à publicis: perinde atq; in medicina.vniuerſaliter enim,febricitanti confert inedia,& quies:at alicui forſitan non conducit.Magiſter quoq; ludi non omnibus fortaſſe pugilibus eandem pugnam imponit. Singula autem magis exacte fieri videbuntur adhibita cura, diligentiáque priuata.magis enim id adipiſcitur vnuſquiſq; quod congruum eſt.Atq; optime quidem in ſingulis curã ac diligentiam adhibuerit & medicus & ludi magiſter & quiuis alius:qui hoc vniuerſale ſcit,omnibus inquam aut talibus hoc eſſe accommodatum.Scientiæ enim, communis ipſius eſſe dicuntur & ſunt. Nihil tamen forſitan obſtat quin & is qui ſcientiæ quidem eſt expers, exacte autem ea perſpexit experientia quæ in vnoquoque accidunt:rectam in vno aliquo diligentiam adhibeat,atque curam. quemadmodum & quidam optimi ſibijpſis eſſe medici videntur:qui tamen nulli alij poſſunt opem afferre.¶Verum non minus forſitan oportere videbitur eum qui vult artifex,& contemplator euadere:ad vniuerſale pergere,atq; illud(vt fieri poteſt)cognoſcere.dictum eſt enim ſcientias circa hoc ipſum verſari.Fortaſſe autẽ & is qui vult ſua cura diligentiáve meliores facere ſiue multos ſiue paucos:enitatur oportet, vt ad ferendas leges aptus euadat: ſi boni legibus fieri poſſumus. Non eſt enim cuiuſuis quenuis recte diſponere. ſed ſi alicuius eſt:ſcientis eſt.vt in medicina fit & in cæteris facultatibus,quarum eſt aliqua cura, atque prudentia. ¶Hæc cum ita ſint: conſiderare poſt hoc oportet vndenam, & quomodo quiſpiam legumlator euaſerit. An ab ijs qui rempublicam gerunt: quemadmodum & in facultatibus cæteris fieri ſolet?Nam pars ciuilis eſſe videtur ipſa ferendarum legum facultas:an non ſimiliter in ciuili & cæteris in facultatibus fieri,ſcientiſſque videtur?Nam in cæteris quidem idem tradere facultates,& per ipſas operari videtur.vt medici atque pictores. Res autem ciuiles docere quidem pollicentur ipſi ſophiſtæ: nemo autem ipſorum agit.¶Sed ij qui rempublicam gerunt. qui quidem potentia quadam id agere,& experientia potius quàm mente videntur.Neque enim ſcribere de talibus:neq; dicere videntur.quod tamen præclarius forſitan eſſet:quàm iudiciales orationes,vel deliberatiuas componere.Neq; filios ſuos aut amicorum vllos idoneos ad gubernandum rempublicam effeciſſe. Erat autem conſentaneum rationi ſi poſſent. neque enim melius quicquam ciuitatibus reliquiſſent: neque ſibijpſis, aut chariſſimis aliud magis optaſſent quàm talia poſſe.Non tamen parum experientia conferre videtur.non enim fierent per ciuilem conſuetudinem ad gubernandum rempublicam aptiores. Quapropter ijs qui de re ciuili cupiunt ſcire: experientia inſuper opus eſſe videtur. Sophiſtarum autem ij qui facultatem hanc profitentur:lõge abeſſe à tradenda ipſa videntur. neque enim quale quid eſt: neque circa quæ verſatur omnino ſciunt. Non enim ipſam & oratoriam facultatem idem,neq; inferiorem ponerent:congregatis ijs legibus quæ ſunt probatæ.Fieri enim poſſe dicunt: vt optime deligantur. proinde quaſi delectio non eſſet ſagacitatis: & iudicare recte non eſſet maximum.vt in muſicis. Qui nanque ſunt in ſingulis experti, recte opera iudicant: & quibus, aut quo modo perficiuntur, & quæ ſunt his conſona comprehendunt. Inexpertis autem ſatis eſt, ſi non lateat ipſos bene aut male factum ſit opus:vt in pictura. Leges autem operibus ſimiles ciuilibus ſunt. Quonam igitur pacto quiſpiam ex his legum fuerit lator: aut eas quæ ſunt optimæ iudicauerit? Neque enim medici videntur ex libris fieri: & tamen dicere conantur non ſolum curationes, ſed etiam ægrotantes curari poſſe, & vt curare oportet, habitu vniuſcuiuſque diſtincto. hæc autem expertis quidem vtilia: ijs vero qui ſcientia carent inutilia eſſe videntur. Et legum igitur forſitan, & rerum publicarum congregationes: ijs quidem qui proſpicere,atque diſcernere poſſunt quidnam recte ſeſe habet,vel contrà,aut quæ quibus accommodantur,vtiles eſſe poſſunt.ſed ij qui ſine habitu talia tractant: recte quidem iudicare non poſſunt, niſi fortuitu. magis autem ad ea comprehendenda fortaſſe fuerint apti. Cum igitur noſtri maiores ea quæ ad facultatem ferendarum legum pertinent ſine per-

ſcrutatione reliquerint: noſipſos illa fortaſſe præſtat conſiderare. & omnino de repub. pertractare oportet. vt quoad fieri poteſt: ea philoſophia perficiatur, quæ circa res humanas verſatur. ¶ Primum itaque ſi quid recte ſit à maioribus dictum, id enitamur recenſere. deinde ex congregatis rebus publicis conſiderare, quænam ciuitates & rerum publicarum ſingulas euertunt, atque conſeruant. & quas ob cauſas aliæ recte gubernantur: aliæ contrá. His enim perſpectis: magis fortaſſe perceperimus quænam ſit reſpublica optima, & quomodo vnaquæque diſpoſita: quibúſve legibus vtens, ac moribus bene fuerit conſtituta. Dicamus igitur hinc initio ſumpto.

35 ¶ Nonicapitis notę. ¶ Magiſter ludi: qui pugiles ad diuerſa exercitiorum genera, vt certaminum, palæſtrarum, & ludorum formabat. ¶ Verba & ammonitiones, quę ex hoc opere magna commoditare aſſumi valebunt: pondus, efficaciámq; ad vitam habere, nullus dubitare debet qui hanc Horatij aliquando legerit ſententiam,

Feruet auaritia, miſeráq; cupidine pectus? Horatius epi. 1. li. 1.
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit:
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Quantúmq; ſermo, & prudentiſſima præcepta de modeſtia ac temperantia momenti, ad vitam recte inſtituendam habeant: oſtēdit item Valerius Maximus. Xenocratis enim (ait) grauitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemon totam luxuriam exuit. vniúſq; orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone maximus philoſophus euaſit. Ergo huic ſtudio libenter veſtrā operam impēdite, & reddite vos ad meliorē vitā perſuaſibiles. Eſt enim hæc diſciplina medica animi, totiq; ſalutifera cognita mundo. verum vt cum Heſiodo concludamus, Valerius Maximus libro 6.

Ille quidem dijs eſt gratus, cui cognita ſunt hæc: Heſiodus.
Omniáq; inſpiciens rerum ſe exercet ad vſus.

¶ Hæc peroratio: pariter eſt & librorum moralium, & politicorum prælectio.

35 ¶ Vltimi capitis, & perorationis operis commentarius ad literam. ¶ Enimuero de felicitate atq; virtutibus: præterea de amicitia, ac voluptate: ſatis pro mediocritate diſſeruimus. putandum ergo'ne eſt noſtrum propoſitum ſuum iam finem attigiſſe? an potius (quemadmodum dicitur) non eſt hoc in rebus agendis finis, proſpexiſſe ſcilicet virtutes, atque ſingulas cognouiſſe: ſed agere potius quod & ingenue fatemur. neq; enim de virtute ſcire ſat eſt: ſed eniti totis conaminibus, totiſque viribus oportet ipſam poſſidere, ipſa vti. vel ſi quo alio modo boni efficiamur: enitendum eſt ſummopere. ſi enim verba ad homines bonos efficiendos ſufficerent: multas iure mercedes, magnáſq;, ſecundum Theognidis ſententiam afferrent: & ea multi comparare operæpretium eſſet. vim tamen hanc ſermones habere videntur: liberos iuuenes hortari, ac prouocare. & morem ad obtemperandum idoneum (educatione quidem bona iam factum) facere & ingenuum, veræ'que honeſtatis amatorem. ſed vulgus ad probitatem incitare, verba non ſufficiunt: non enim ſunt tales vt ob pudorem obtemperent, ſed ob metum: nec tales vt à prauis ob turpitudinis vilitatem abhorreant, ſed ob pœnam. nam quia perturbationibus viuunt: ſuas perſequuntur voluptates, & ea quæ illas efficiunt: fugiunt autem oppoſitos dolores. neq; honeſtatis, neque veræ voluptatis prorſus rationem vllam habent: quippe qui eas deguſtauerint nunquam. tales igitur quænam verba retrahere, moderarique poſſent? fieri enim minime poteſt, aut non facile quidem fieri: vt ea verbis demutentur extrudantúrque: quæ conſuetudinibus impreſſa ſunt, temporéque diuturno retenta. Sed bene nobiſcum agi putandum eſt: ſi omnibus etiam præſentibus: per quæ boni fieri valeamus: virtutem indipiſcamur. fieri enim bonos quidam exiſtimant natura: quidam conſuetudine: quidam vero doctrina. Sed quo modo natura? nam ea ipſa in noſtra poteſtate non eſt. ſed illa per cauſam quandā, diuinam, ijs hominibus ineſt: qui vere ſunt fortunati. & quo pacto item doctrina? ſermones, præceptionéſque non in omnibus vires habent: ſed opus eſt auditoris animum antea moribus eſſe cultum ad recte gaudendum, horrendúmq; mala tanquā agrum qui ſemina ſit nutriturus. qui enim cum perturbatione viuit: non ea verba audiet, intelligētq;: quæ dehortantur. is vero qui ita diſpoſitus eſt: qui fieri poteſt vt diſſuadenti obtemperet? omnino autem ipſa perturbatio non verbis, ſed vi cedere videtur. mores ergo præcedant aliquo pacto ipſi virtuti familiares oportet: ipſum bonum amantes, abhorrentes autem à turpi. Et difficile profecto eſt, vt ab ineunte ætate recte quis ad virtutem fingatur: niſi ſub virtutum legibus ſit educatus. modeſte enim viuere continentérq; pleriſq; hominum, & præſertim iuuenibus non eſt iucundum. quapropter operæpretium eſt educationem, atq; officia: à legibus eſſe inſtituta. non enim moleſtia ingeretur: ſi ſint aſſueta. Neq; quidem ſatis eſt dum ſunt adoleſcentes: rectam educationem, curámq; eſſe adeptos, ſed viros iam factos, oportet ipſa agere ac aſſueſcere. & in his: tum educationis tum adultorum, & omnino in vita legibus eſt opus. nam multitudo ipſa neceſſitati potius quàm rationi: & pœnis potius quàm honeſtati paret. Et idcirco ſunt qui legumlatores oportere cenſent ad virtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia. ob id nanque quòd ij qui probi ſunt: ob conſuetudinem præcipue morem gerent, obſecundabúntque. aduerſus autem rebelles hebetiores, degeneréſq; ingenio: emendationibus, pœniſq; decernendum eſt. & eos qui curari, & emendari nequeunt extrudere, atq; exterminare oportet. probum autem hominem, & ad honeſtatis normam viuentem rationi obtemperaturum eſſe aiunt. improbum vero voluptate defluentem: dolore afficiendum eſſe, perinde atque iumentum. quapropter & eos ijs doloribus afficiendos eſſe cenſent: qui maxime concupitis voluptatibus aduerſentur. ſi ergo (vt dictum eſt) eum qui futurus ſit bonus: bene educatum, & bonis moribus aſſuetum eſſe oportet: & ſubinde bonis in exercitijs viuere, & neq; inuitum, neque volentem res prauas agere: certe vt ita viuatur mentē aliqua & recto quodam ordine, vim poteſtatémq; communē habente opus eſt. Patris igitur præceptio: vires non habet, neq; neceſſitatem, neq; vllius omnino viri niſi ſit rex aut aliquis talis. lex autem talem vim habet cogentem: quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia, atq; mente profectus. & hominum quidam odiſſe ſolent eos qui ſuis aduerſantur appetitionibus, tametſi recte idipſum faciunt: lex autem eis ipſis non eſt moleſta probitatem iubens. Et in ſola Lacedæmoniorum ciuitate cum paucis quibuſdam alijs legiſlator curam adhibuiſſe in educatione, atq; officija videtur. In pleriſque autem ciuitatibus tales res ſunt neglectæ: in quibus ita vnuſ

quiſque ſuo more viuit vt ſibi placet,ritu Cyclopum filios regens,ac vxorem. Præſtabiliſſimum igitur eſt diligentiam curámq; rectam adhibere communem, idq; ipſum præſtare poſſe. Quod ſi negligit cura publica: vnicuiq; attinere videbitur ſuos filios, atq; amicos ad virtutem prouocare, dirigere, vel ſaltem dirigere velle. atq; idipſum maxime omnium poterit,ſi ex dictis factus idoneus: ad legum ferendarum poteſtatem euaſerit. publicas ergo diligentias, atq; curas per leges fieri conſtat:bonas autē per ſtudioſas leges. Nec intereſſe videtur ſcriptæ ſint,ao non ſcriptæ:& an vnus, an plures per ipſas inſtituātur:quemadmodum & in muſica,atq; exercitandi facultate,cæteriſq; eruditionibus:hoc nihil refert. Nam vt in ciuitatibus leges ac mores:ſic & in domibus valere poſſunt paterni ſermones ac mores.quinetiā & amplius ob cognitionem ipſam, beneficiaq; collata. ſunt enim ipſi filij iampridem affectione deuincti,& facile obtemperantes natura. Differunt inſuper & inſtituta priuata à publicis:perinde ac præcepta in medicina. vniuerſali enim præcepto, febricitanti confert inedia,& quies: at alicui forſitan non conducit & magiſter forte ludi non omnibus pugilibus eandem imponit pugnam. ſingula ergo magis exacte fieri videbuntur:adhibita cura,diligentiáq; priuata. magis enim ſic adipiſcitur id vnuſquiſque quod congruum atq; decens eſt. Et optime in ſingulis quidem curam,vigilantiámq; adhibuerit:& medicus, & ludi magiſter & quiuis alius,qui hoc vniuerſale ſcit:aut omnibus,aut talibus hoc eſſe accommodatum. Scientiæ enim ipſius communis, vniuerſaliſq; eſſe dicuntur,& ſunt. attameo nihil obſtat quin & is qui ſcientiæ quidem eſt expers:exacte quidem proſpexit experientia,quæ in vnoquoq; accidunt:rectam in vno aliquo diligentiam adhibeat,atq; curā. quemadmodum quidam optimi ſibijpſis eſſe medici videntur:qui tamen nulli alij poſſunt opem afferre nihilo ſecius nihil minus forte idoneum eſſe videbitur:& eum qui vult artifex ac contemplator euadere,ad vniuerſalis cognitionē pergere,& quoad fieri poteſt niti illud cognoſcere. pergit enim contemplator nā dictum iam eſt ſcientias circa ipſum verſari. ita & ad id enitatur oportet præſertim is qui vult ſua cura,diligentiáq; alios meliores facere,ſiue multos ſiue paucos:& vt ad ferendas leges aptus euadat,ſiquidem per leges nos boni fieri valemus. nam poſſe quempiā bonū facere,rectéq; diſponere non cuiuſuis eſt:ſed ſi alicuius eſt, ſcientis eſt, & vniuerſale conſiderantis, vt fit & in medicina , & in cæteris facultatibus quarum eſt aliqua cura, atq; prudentia. ❡Hæc vero cum ita ſint,operæpretium nobis eſſe videtur:poſt ſuſceptam de moribus determinationem,vndenam,& quonam pacto quiſpiam legumlator euadere poſſit. nam an ab ijs qui rempublicam gerunt,ac moderantur:quemadmodum & in cæteris facultatibus contingere ſolet. pars ciuilis eſſe videtur ipſa ſferendarum legum facultas. an non ſimiliter in ciuili, & cæteris facultatibus, ſcientijs'que fieri videtur? quandoquidem in cæteris idem tradere facultates, & per ipſas operari videatur:vt medici, atq; pictores. res autem ciuiles docere quidem pollicentur ipſi ſophiſtæ:nemo autem ipſorum in actione verſatur. Sed ij qui rempublicam gerunt:ad hoc munus non videntur idonei. nam ij potentia quadam id agere, & experientia potius:quàm mente videntur. cuius rei hæc ſe præbent indicia. nam neq; ſcribere de talibus, neque dicere videntur: quod tamen forte præclarius eſſet,q̄ iudiciales orationes,vel deliberatiuas in concionibus habere. non item videntur ſuos filios,aut amicorum vllos:ad reipublicæ gubernacula feciſſe idoneos. quod tamen rationi conſentaneū erat ſi potuiſſent neq; enim melius quicquam ciuitatibus reliquiſſent, neq; ſibijpſis,neq; ſibi chariſſimis aliud quicquam magis optaſſent:quàm talia poſſe. non tamen inficias imus experientiam non parum conferre poſſe. non enim aliàs fierent per ciuilem conſuetudinem,ad gubernandam rempublicam aptiores. quapropter ijs qui de re ciuili cognoſcere cupiunt:experientia inſuper opus eſſe videtur. At ſophiſtarum ij qui hanc facultatem profitentur, longe abeſſe ab ipſa tradenda videntur. neq; enim quid eſt,neq; circa quæ verſatur omnino ipſi norunt. ſi enim cognoſcerent:non ipſam & oratoriam facultatem idem eſſe,neq; conditione inferiorem ponerent,neq; ipſi putarent faciles eſſe leges:probatis quidem in vnum congeſtis quibuſdam legibus, id enim fieri poſſe dicunt:vt optime deligantur. quaſi delectio non eſſet ſagacitatis opus, & quaſi iudicare non eſſet maximum:vt in muſicis. qui profecto in ſingulis ſunt experti:recte iudicāt opera,& quibus & quo modo perficiātur:& quę ſunt his conſona comprehendunt. inexpertis autem ſatis eſt ſi non lateat ipſos: bene,an male factum ſit opus:vt in pictura. leges autem operibus ciuilibus ſimiles ſunt. quonā igitur pacto quiſpiam ex ſophiſtis legumlator fuerit? aut quonam pacto eas quæ optimæ ſunt iudicauerit? non enim videtur, neque medici quidem ex libris videntur fieri, tametſi libri ipſi dicere conentur:non modo curationes,ſed etiam modum quo ægrotantes ſuæ reſtituantur incolumitati,habitu vniuſcuiuſq; diſtincto. hæc autem expertis quidem vtilia: ijs vero qui ſcientia carent,inutilia putentur. & legum igitur,& rerum publicarum forte congregationes: ijs qui proſpicere,atque diſcernere norunt quidnam recte ſeſe habet,aut contrà:conducere poſſunt. ſed qui ſine habitu talia tractāt: recte quidem niſi fortuitu iudicare nō poſſunt,quanuis nihil vetet eos ſuapte natura ad ea cōprehendenda eſſe aptiores. ❡Cum itaque noſtri maiores ea quæ ad facultatum ferendarum legum pertinent ſine exacta perſcrutatione reliquerint: nos ipſos illa præſtat conſiderare:& omnino de republica pertractare cōducibile eſſe videtur. vt quoad fieri poteſt ea philoſophia quæ circa res humanas verſatur: perficiatur. primum ergo ſi quid à maioribus noſtris recte dictum ſit: id enitemur in medium adducere. deinde de congregationibus rerumpublicarum diſſeremus: quænam ciuitates ipſas,& rerumpublicarum ſingulos ſtatus euertunt,aut ſaluant. & quas ob cauſas aliæ recte gubernentur:aliæ vero minime. his enim penſiculatis forſitan perceperimus quænam rerumpublicarum ſit optima:& quonam pacto vnaquæque diſpoſita,& quibus legibus vtens, ac moribus bene conſtituta fuerit. dicendi igitur auſpicium faciamus hoc ſumpto initio.

❡Decimi & vltimi Ethicorum Ariſtotelis interprete Argyropylo Byzantino:& familiaris Iacobi Fabri Stapulenſis in eoſdem commentarij, Finis.

Virtutis querimonia ex Baptiſta Mantuano.

Fortunæ domitrix ego ſum,ſcelerúmque flagellum.
Vtq; hominem tuear,ſuperúmque in tecta reportem
Incolumem:ſtygias omneis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna,deúmque
Hortari,monſtrare vias quibus itur in altum
Aethera:ſum medium dirimens iter orbita,recto
Limite:quâ monſtrantur adhuc veſtigia patrum.
Quà veteres cælo digni petiere tonantis
Limen:vbi nitidis ſunt lactea flumina campis.
Neſcio delicias,nullum inſidioſa voluptas
Mecum fœdus habet.mihi lis de limite regni
Cum vitijs multúmque inter contraria pugno.
Nanque meos inter regnum mihi contigit hoſtes.
Me labor aſſiduus validam facit,otia frangunt.
Et quoties opus eſt armis:exterrita nullis
Congredior,vinci & ſuccumbere neſcia.ſi quod
Pondus ab aduerſis iniectum eſt caſibus:æqua
Mente fero.ipſa hominem doceo,variáſque per artes
Erudiens:paucis dijs immortalibus annis
Perſimilem reddo:& tandem ſuper æthera tollo.
Ipſa feros hominum docui componere mores.
Fons ego Caſtalius,Pallas ego:nomina plura,
Res eadem.non ſum morbo confecta,nec annis:
Incorrupta,virens,immortalíſque ſuperſto.
Cæleſtes etenim nihil in me motibus orbes:
Sydera nil radijs poſſunt,nil lumine titan.
Poſt igitur tantorum operum experimenta fidémque
Deſeror:ignotis errans ingloria campis.
Patrono mea cauſa caret:quia pectora plena
Perfidiæ,faſtúque animos tollente ſuperba
Sceptra ſcelus rapuit.poſitis cuſtodibus:omneis
Scrutatur regni fines:aditúſque tuetur.
Relligio contempta iacet,ſpretúſque deorum
Cultus abit,tritáque fides iam pallida veſte
Infirmis titubat pedibus,peſſundata legum
Maieſtas.tot monſtra pios immania mores
Inuaſere.ſilet probitas.pudor exulat omnis.
Sed videt & iuſta librat deus omnia lance.
Et me (vbi tempus erit) ipſe in mea regna reducet.

Vtinam noſtro æuo.

¶ Iacobi Fabri Stapulenſis Introductio in Ethicen Ariſtotelis, ad ſtudioſum virum Germanum de Ganay, Decanum Bellouacenſem & conſiliarium regium.

DIgniſſime vir cum humana vita duobus potiſſimum perficiatur, actione & contemplatione: Ariſtotelis philoſophi diligentia factum eſt, vt nihil omiſſum videatur, quo minus vtranque vitam nobis pararemus. Fuit nanque in Logicis rationalis ſubtiliſſimus, in Phyſicis mundanus philoſophus, in Ethicis totus prudens & actiuus, in Politicis iuriſconſultus, in Metaphyſicis ſacerdos atque theologus. Quo fit: vt qui rationaliter ſunt philoſophaturi: prius in ſuis Logicis ſint inſtituendi. mox ad Ethicen ſe conuertant, quæ beatæ vitæ dux, magiſtráque eſt. quo purgata iam mente, tam ad naturales, quàm ad diuinas felicius euehantur contemplationes: hoc pacto Platonicorum, & Ariſtotelicorum præcepta ſecuti. cuius quidem Ariſtotelis Ethices ars breuiſſima texitur: quam vir optime ideo commendaſti, quòd paruo tempore ea conſequamur, quæ ſine arte vix etiam multo percipere valeamus. Ars inquam quæſtionibus, elementis, præceptíſque officiorum digeſta. quæſtionibus enim quæ circa vnamquanque virtutum cognoſcere dignum eſt: ſciſcitamur. Elementa digerunt, atque diſſoluunt. Præcepta vero officiorum (quas breues ſententias dicere poſſumus) officia præbent, ſuntq; tanquam beatæ vitæ certæ leges ac regulæ. & ſi expreſſa non adducuntur elementa ex ſuperioribus elementis ſimilium quæſtionum, quæſtiones ſunt diluendæ: vel expreſſis, vel facili analogia cognoſcendis. Et elementa, quæſtiones, & præcepta: paſſim vbique ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda. Et numeri ad latus adiecti, libros Moralium Ariſtotelis (ad quos introductionum capita introducunt) deſignant. Hoc ergo qualecunque virtutum prælibamentum beneuolus accipe: & vos reliqui quos virtutis amor & ſtudium accendit, eiuſdem arti beneuoli fauete, atque proficite.

¶Iacobi Fabri Stapulenſis Introductio moralis in Ethicen Ariſtotelis, ad ſtudioſum virum Germanum de Ganay, Decanuın Bellouacenſem, & conſiliarium regium.

ARtes introductoriæ, ſimillimæ ſemitis eſſe debent: quæ ſine viarum erroribus ocyſſime perducunt ad terminum. diſciplinæ autem ſpatioſis, ſed formoſiſſimis aſſimilantur campis: quos ſi ignoratis ſemitis ingrediamur, non facile progreſſum, egreſſúmve reperiamus. Idcirco neceſſarium fuerit prius ſemitas cognoſcere: quàm vaſtorum camporum pulchritudinem contemplari. Quòd ſi in terra peregrinantibus id neceſſarium eſt, ſi altum tentantibus æquor, alioqui pereunt, naufragiáque faciunt: tanto magis id opus eſt in diſciplinis obſeruare, ſi volumus cæcæ ſcopulos ignorantiæ euitare. & maxime id ad diſciplinas morales neceſſarium eſſe viſum eſt: quanto neglectæ maius vitæ periculum afferunt, atque detrimentum. Ergo ad Ethicen Ariſtotelis hæc vobis certa conſtituta ſit ſemita: quam non minus menti quàm qui iter agunt ſuæ itinerationis calles: tenere debetis. & primo ſubiectam formulam quæ totius introductionis fundamentum primum eſt.

	¶Bonum humanũ	¶Malum humanum	
	Acquiſitum	Acquiſitum	
	Innatum	Innatum	
	¶Acquiſitum	¶Acquiſitum	
	Naturæ	Contra naturam	
	Fortunæ	Fortunæ	
	¶Naturæ	¶Contra naturam	
	Vtile	Incommodum	
	Delectabile	Triſte	
	Honeſtum	Turpe	
	¶Honeſtum	¶Turpe	
	Virtus	Vitium	
	Officium	Turpis operatio	
	¶Virtus	¶Vitium	
	Moralis	Morale	
	Intellectualis	Intellectuale	¶Virtus intellectualis
¶Superabundantia	¶Moralis	¶Defectus	Scientia
Audacia	Fortitudo	Timiditas	Intellectus
Intemperantia	Temperantia	Inſenſibilitas	Sapientia
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas	Ars
Circa decorũ rudi-	Magnificentia	Puſillitas	Prudentia
Lentitudo (tas	Magnanimitas	Puſillanimitas	¶Prudentia
Ambitio	Modeſtia	Honoris vacuitas	Bona conſultatio
Ira	Manſuetudo	Iræ vacuitas	Sagacitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio	Sententia
Arrogantia	Veritas	Diſſimulatio	Heroica virtus
Scurrilitas	Comitas	Ruſticitas	Paſſiones
Plus	Iuſtitia	Minus	Continentia
Plus	Amicitia	Minus	Perſeuerantia
		Impudentia	Verecundia. Stupor
		Inuidia	Indignatio. Maleuo-
			Voluntariũ (lentia
			Delectatio
			Officium
			Felicitas

Bonum humanum. Innatum. Acquiſitum. Fortunæ. Naturæ. Vtile. Delectabile. Honeſtum. Virtus. Officium. Virtus moralis.

BOnum humanum eſt quod natura homini expetibile eſt.Id homi
ni natura expetibile eſt : quod ipſum perficere natum eſt. Expeti-
bile,appetibile idem. Bonum humanum innatum eſt: quod homi-
ni à natura ineſt. Acquiſitum vero : quod eius ſtudio induſtriáve
partum eſt.Bonum fortunæ:exterius bonum nuncupamus.Bonum
naturæ eſt interius bonum . Bonum vtile eſt quod ad alterum bo-
num conſequendum ordinatur . Bonum delectabile eſt quod (etſi
ad alterum conſequendum minime ordinetur) ipſum tamen expetibile eſt. Bonum
honeſtum eſt bonum animam perficiens,aut ab eo proficiſcens operatio.Virtus eſt a-
II nimæ habitus: ipſam perficiens atque eius opus bonum reddens . Officium eſt virtu-
tis operatio.¶Virtutum principia ſunt:intellectus,voluntas,appetitus. Mens,intelle-
ctus.Voluntas,appetitus rationalis.Appetitus,appetitus irrationalis,ſenſitiuus atque
brutus.¶Operationum principia:potentiæ,habitus,affectiones.Sub habitu diſpoſitio-
III nes comprehendimus . ¶Virtus moralis eſt habitus electiuus in mediocritate conſi-
ſtens ea quæ ad nos eſt:definita ratione,& vt definierit ipſe prudens. Electio eſt præ-
conciliata voluntas. Voluntas,voluntatis actio.Conſilium eſt de dubijs & incertis à no-
bis operabilibus per rationem inquiſitio.Operabilia à nobis,ſunt ea quæ in noſtra ſunt
poteſtate. Hæc vero in noſtra ſunt poteſtate,quæ ſi volumus facimus:& quæ eadem ſi
facere nolumus facimus minime.Medium rei eſt quantitatis medium ab extremis æ-
quidiſtans.Medium quo ad nos,eſt quod neque abundat,neque deficit:ſed rationis cir
cunſtantijs (vt vir prudens definiret) determinatum eſt.Definiret,determinaret. Me-
diocritas,mediocritas quo ad nos,medium quo ad nos.Circunſtātiæ rationis ſunt hæ:
quid,quantum,gratia cuius,quale,quis,quo,in quo,quando,vbi,& quomodo.circunſtan
tiæ rationis, circunſtantiæ prudentiæ, regulæ prudentiæ . Quid : virtutis eſt moralis.
¶Virtutis proprietates:ſunt voluntate affectabiles,in noſtra poteſtate,voluntariæ,de-
lectabiles.¶Suorum officiorum proprietates:voluntate ſunt affectabilia, in noſtra po-
teſtate,voluntarie,delectabiliter,ſcienterq; operata,recta ratione definita . Voluntate
affectabilia ſunt:quæ ſtudioſus deſiderat. Ea vero ſunt ſimpliciter bona. Voluntarium
eſt cuius principium in nobis eſt:operationis ſcientibus ſingula.Delectatio eſt opera-
tioni ſuperueniens placentia.

Quæſtiones.			
	1 Quid	7 An à natura	11 A quo corrumpitur
	2 An ex vno actu	8 Vnde gignitur	12 Quomodo quis fit ſtudioſus
	3 Circa quæ	9 Quomodo ab operationibus cum ab ea ſint operationes?	13 Quando melius
	4 Quæ eius ſpecies		14 Vbi melius
	5 Quid ei contrarium		
	6 Ex qualibus	10 A quo conſeruatur	15 Quomodo

Elementa. ¶1.Diffinitio.¶2.Cóſuetudo,ſcientiæ habitus,corporalis habitus:haud vnico actu generatur.¶Et habitus omnis ex conſimilibus actibus frequenter , conſimiliterque iteratis:pari,gignìq; videtur.¶3. Virtus omnis circa difficile eſt. ¶Circa perturbationes & fortunæ bona ac mala.¶Circa quaſcúque materiarum ſpeciales virtutes ſunt & virtutem eſſe neceſſe eſt. Materiæ virtutum, virtutum obiecta . Fortitudinis materia : timores & fiduciæ.Temperantiæ:guſtus & tactus voluptates atque triſtitiæ.Liberalitatis:pecuniæ dationes ac acceptiones. Magnificentiæ:honorabilia dona . Magnanimitatis:honores,inhonorationes,fortunæ proſpera ac aduerſa.Modeſtiæ: mediocres honores.Māſuetudinis:iræ exceſſus & defectus.Affabilitatis:voluptates doloréſq; congreſſionum humanarum. Veritatis: hominum ſermones. Comitatis:ludorum delectationes.Iuſtitiæ:ad alterum operationes,emptiones,venditiones,diſtributiones.Amicitiæ: in hominum communionibus vtilia,delectabilia,honeſta. ¶Circa delectationes atque voluntarium.¶Virtus eſt circa ea:ex quibus cognoſcitur eſſe perfecta. ¶4. Eius ſpecies:frontis formula declarat.¶5. Vitium.¶Id virtuti contrarium eſt quod ipſam corrumpere natum eſt.¶6.Ex talibus habitus quiſque gignitur operationibus:ad quales nos inclinat,pronóſque reddit operationes. Virtus ad moderatas, in mediocritatéque

ſitas operationes:nos inclinat ac dirigit.¶7.Nullus habitus:nobis à natura inſitus eſt. ¶8.A bonis operationibus.¶Per eas operationes acquiritur virtus:per quas ſtudent legiſlatores ciues efficere bonos.¶9.A virtutibus perfectæ operationes naſcũtur.¶10. A mediocribus operationibus.¶Quæcunq; à ſuperabundantia,defectúq; corrumpuntur:à ſuis mediocritatibus ſaluantur.¶11.A vitio.¶Quicquid habet contrarium:à ſuo contrario corrumpitur.Corrumpitur,corrumpi natum eſt.¶12.Tria documenta.Primum.A vitio quod maxime virtuti contrariatur:recedendum eſt. Secundum. A vitio ad quod quiſque maxime pronus eſt:fugere procul oportet. Tertium.Summopere à voluptatibus cauendum eſt.¶13.In iuuentute.¶Cum ad peccandum nondum conſuetudo facta eſt,& quando ad operandum facilius aſſueſcimus:tum nobis virtutes melius comparamus.¶Naſcens malum facile opprimitur:inueteratum autem plerunq; fit immedicabile.¶14.Inter bonos.¶Inter eos nobis melius virtutes comparamus:quos bene operantes cernimus,quos docentes habemus,& à quibus vitia emẽdantur. ¶15. Omnes prudentiæ circunſtantias obſeruando.¶Virtus circa ſingula verſatur.

¶Septem ſapientes.Thales,Bias,Pittacus,Solon,Chilo,Cleobolus,Periãder:qui legũtur prius breuibus ſententijs vſi.& quorum nonnullæ hic interſeruntur ſententiæ:

Præcepta.

Teipſum perficito	Officium exerceto	Ipſo vt oculo vtitor
Bonum inſitum augeto	Ad virtutes te natum cogitato.	Quid facias videto
Fortunã fugacẽ meditator		Vires tuas metitor
Naturam non deſerito	Ratio dominator	Finem cogitato
Vtilibus ad optima intẽdito	Senſus pareto	Sciens gratúſque facito
Neminem lædito	Mentem excolito	Teipſum cognoſcito
Mundam voluptatẽ amato	Nihil inconſulte facito	Cui facias & cum quo
Triſtitiam pellito	Medium teneto	Quando,vbi,& quomodo
Honeſtum præponito	Ne quid nimis videto	Maius malum magis deuitato
Summopere vitium odito	Itidem ne quid minus	Inſito morbo fortius obſiſtito
Virtutem colito	Prudentem ducem eligito	Voluptatum retia vitato.

FOrtitudo eſt virtus qua quis circa honeſtam mortem, & ea omnia quæ repente eueniunt, & ipſam efferunt: interritus eſt. Et hæc vera fortitudo nuncupatur. Fortitudo. III

¶Non verarum vero fortitudinum quinque ſunt modi. Primus eſt fortitudo ciuilis:qua ciues ob legis increpationes, opprobriáq; fugienda, honoréſve conſequendos,pericula ſubeunt:itaque & qui futuræ pœnæ metu idem faciunt.Secundus eſt fortitudo militaris:cum quis propter experientiam periculis ſe exponit.Tertius eſt fortitudo ob iram:cum quis ob furorem,ferarum more in pericula ſe conijcit.& is pugnax dicitur.Quartus eſt fortitudo propter ſpem:cum quis victoriæ ſpe fretus pericula adoritur.Quintus eſt fortitudo ob ignorãtiam:cum quis ob idipſum quòd ea ignoret:periculorum diſcriminibus ſe exponit.¶Inſanus eſt:qui nihil omnino timet.¶Audax & temerarius eſt:qui circa res formidoloſas confidendo exuperat. ¶Timidus vero:qui metuendo deficit.Timidus,meticuloſus.¶Timor eſt affectio qua quis imminente periculo (præſertim cum vires ſuperare videtur) perturbatur. ¶Fiducia affectio eſt qua quis periculum imminens ſuam poteſtatem non excedere confidit.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot eius modi
3 Quo conueniunt
4 Quo differunt
5 Circa quæ
6 Circa quod magis
7 An circa timorem infamiæ,inopiæ,ægritudinis,iniuriarum aut flagellorum.
8 Quid ei contrarium
9 Cui magis
10 Vtrum deterius
11 Qualis qui ob paupertatem,amorẽ aut moleſtiam,mortem ſibi optat ac conſciſcit.
12 Nónne fortis ſuſtinens dolores delectetur?
13 Nónne in morte triſtetur?
14 Quando fortiter agit
15 Vbi fortiter agit

¶2.Duo:vera & nó vera.¶3.Omnes fortes pericula aggrediuntur.¶4.Fortitudo ciuilis non eſt ob honeſtum & debito motiuo.nec militaris ob debitum finẽ. nec fortitudo ob irá ex habitu & deliberatione. nec fortitudo propter ſpem. nec fortitudo ignoran- Elementa.

tiæ ſciēter aggreditur pericula.¶5.Circa timores & fiducias.¶Circa quæ virtutis operatio laudatur:& virtus ipſa verſabitur.Itidem circa quæ vitiorum opera culpantur, & vitia ipſa verſabūtur.¶6.Circa dolores.¶Circa difficilius magis virtus eſt : atq; magis laudatur.Difficilius eſt dolores vt oportet perferre:q̄ à voluptatibus abſtinere . Circa id magis eſt virtus propter quod maior laus & gratiarū actio tribuitur.Circa id magis eſt fortitudo:propter quod magis fortes dicūtur.¶7.Fortitudo nō eſt circa eorū timorem quæ recta ratione timēda ſunt.Omnino infamia & mala ſui opinio timēda eſt. Et qui timet,probus & verecūdus eſt:qui vero nō timet,impudens. Quæ ex noſtro vitio non proueniunt,& quæ in noſtra poteſtate minime locata ſunt:timenda non ſunt. ¶8. Audacia & timiditas. ¶Circa timores atq; fiducias ſuperabundantia & defectus:fortitudini contrariantur.¶9.Timiditati.¶Virtus magis cōtraria eſt vitio ſibi diſſimiliori.¶10.Magis oppoſitum bono:deterius eſt.¶11.Timidus,& mollis.¶Fugere laborioſa:timidi eſt,atq; mollis.¶12.Qui propter finē honeſtum agit: ei profecto finis eſt delectabilis.¶13.Quanto aliquis ſciens maiore bono priuatur:ſane tanto magis in morte dolebit.¶14.Quando oportet,& honeſtiſſima, pericula ſubeundi præbetur occaſio: & ob maius bonum vir fortis fortius agit.¶De vbi conſimiliter dicitur.

Præcepta.

Fortis eſto	Parentes tuetor	Vbique medium teneto
Deo pietatem exhibeto	Nil temerarius attentato	
Patriam defendito	Nil timidus aggreditor	

Temperātia. III

TEmperantia,eſt voluptatū triſtitiarūmq; guſtus ac tactus mediocritas.Quæ ſi circa cibū fuerit:abſtinētia,cibíq; honeſtas vocetur.circa potum ſobrietas.circa oſcula,amplexus,& cætera venerē prouocātia:pudicitia.Circa venerea:caſtitas. circa intacti pudoris propoſitū:virginitas.¶Intemperans eſt:qui circa horū ſenſuū voluptates atq; triſtitias exuperat.Qui ſi circa cibum:mādicus,helluo,vorax,gaſtrimargus,leccatórq; vocetur.Circa potū:bibulus,ebrioſus,ac vinolētus. Circa venerē prouocātia:impudicus,atq; procus.Circa venerea:procax,atq; libidinoſus . ¶Inſenſibilis eſt: qui circa hos ſenſus delectando deficit.¶Voluptatū animæ: quædam ſunt circa honoris & ſciētiæ cupiditatem,quædam in hominum dictis,quædam in exterioribus bonis. ¶Voluptatū gulæ quædā ſunt cōmunes quas omnes homines naturæ ſubuenīēdi gratia deſiderāt.Aliæ vero propriæ quas nō omnes deſiderāt:quæ & naturales dicuntur.

Quæſtiones.

1 Quid	5 Circa quod magis	dis circa gulæ communes
2 Quot eius ſpecies	6 Quid ei contrarium	voluptates?
3 Circa quæ	7 Cui magis	11 Nónne voluptatum abſentia
4 Nūquid circa volu-	8 Vtrum deterius	intemperans triſtetur
ptates animæ:audi-	9 Quales eius operatiōes	12 Quando tēperate agendū eſt?
tus,viſus,odoratus.	10 Qui peccant & quot mo-	13 Et vbi.

Elementa.

¶2.Quinque.Abſtinentia,ſobrietas,pudicitia,caſtitas,virginitas. ¶3.Circa voluptates atque triſtitias guſtus ac tactus.¶4.Circa quas voluptatum non dicuntur homines tēperati:neque temperātia ipſa eſt.¶5.Circa delectationes. ¶Difficilius eſt præſentium voluptate non allici : quàm abſentibus non triſtari . Nam præſentia fortius mouent. ¶8.Intemperantia. ¶Vitium quo magis voluntarium : eo magis vituperabile ac reprehenſione dignum eſt.¶Vitium quo magis,& plures delinquunt homines:deterius eſt. ¶9.Proprietates officiorum. ¶10.Circa communes gulæ voluptates multitudine peccant gaſtrimargi:& vno modo,ſuperfluo ventrem refarciētes.¶11.Qui rem abſentem deſiderat & ardet:triſtitia non vacat.

Præcepta.

Senſuum illecebras reprimito	Eſto pudicus	Virtuti te natum memento
Cibo temperate vtitor	Eſto caſtus	Intemperantiam fugito
Potu ſobrius eſto	Candorem ſeruato	

Liberalitas. IIII

LIberalitas eſt circa pecuniæ dationem, acceptionémq; ratione definita mediocritas . Nomine pecuniæ:quæ numo comparari ſolent comprehendimus omnia . ¶Prodigus eſt qui propria diſſipando exuperat . ¶Illiberalis qui dando deficit : aut accipiendo exuperat . ¶Qui in dando deficit: parcus, tenax,ac aridus no-

minatur. Qui accipiendo exuperat: ſi ex turpi meretricio, leno. ex turpi mutui lucro: fœnerator. Ex inhoneſto ludi lucro: aleator, luſor. ex adulatione: paraſitus, colax. Occulte: fur, latro, raptor, aut aliquid ſimile.

Quæſtiones.

1 Quid	6 Cui magis	11 Nunquid cum dat liberalis: dolet.
2 Quot eius officia	7 Vtrum deterius	12 Nunquid facile ditetur
3 Circa quæ	8 Qui magis liberales	13 Quando liberaliter agit
4 Circa quod magis	9 Qualis liberalis datio	14 Et vbi
5 Quid ei cōtrarium	10 Qualis illiberalitas	

Elementa.

¶2. Duo: dare, & accipere. ¶4. Circa pecuniæ dationē. ¶Potius virtutis eſt beneficia cōferre q̄ ſuſcipere. ¶Et honeſta patrare præclarius: q̄ nō admittere turpia. ¶7. Illiberalitas. ¶Vitiū quo plures peccant, & ad quod natura propēſiores ſumus: deterius eſt. ¶8. Qui ab alijs ſuas diuitias acceperunt. ¶Qui indigētiam nō ſunt experti: quíq; ſua minus amant: liberaliores eſſe cōuenit. ¶9. Voluntate affectabiles in noſtra poteſtate, voluntarie, delectabiliter, ſcientérq; operata. ¶10. Incurabilis. ¶Vitium cuius cauſa vitari nequit: vix curabile eſt. Senectus & impotentia omnis: auaros facit. ¶11. Qui ſtudioſis operibus pecunias anteponit: is profecto liberalis non eſt. ¶12. Qui non eſt ad capiendum & conſeruandum procliuis, ſed ad erogandum potius: non facile ditabitur.

Præcepta.

Liberalis eſto	Nudos operito	Lenocinium vitato
Aliorum miſereſcito	Hoſpites colligito	Fœnus execrato
Egenos viſitato	Mortuos ſepelito	Aleas fugito
Sitientes potato	Parta conſeruato	Colacem odito
Famelicos paſcito	Parcus ne eſto	Nihil clàm retineto
Captiuos redimito		

Magnificētia IIII

Magnificētia eſt circa ſumptuum magnitudinem recta ratione ſeruata mediocritas. ¶Qui exuperat: circa decorum rudis & ſordidus. Qui vero deficit: puſillus & paruificus nuncupatur. ¶Sex magnifici proprietates. ſimilis eſt ſcienti. honeſtatis cauſa magnos & decētes ſumptus faciēs. cum voluptate. ſine parſimonia. potius quo pacto opus pulcherrimum fuerit atq; decens q̄ quanti conſtiterit, paucíſq; numis fiat: conſiderans. ab æquali ſumptu: mirabile ac magnificum opus faciens.

Quæſtiones.

1 Quid	7 Vtrum deterius	12 Qui ſemel magnificum ſumptū faciunt?
2 Ad quot præcipua magnifici opera.	8 Eſt'ne liberalitas paruificentia puſillitatéque deterior?	13 An circa decorum rudis & puſillus vituperentur multum.
3 Circa quæ	9 Quales magnifici	14 Quando magnifice agit
4 Circa quod magis	10 An pauperes	15 Et vbi
5 Quid ei cótrarium	11 An non nobiles & glorioſi.	
6 Cui magis		

Elementa.

¶2. Ad duo. primum ad dei cultū & heroum: vt templorū extructiones, dedicationéſque & ſacrificia. ſecundū ad rempublicam. ¶8. Vitium quod magis vitari queat: deterius eſt. In paruis defectū vitare facilius eſt. In magnis autē nō deficere q̄ in paruis difficilius. ¶9. Proprietates. ¶10. Ii magnifici nō ſunt: qui pro dignitate magnos ſumptus facere nequeūt. ¶11. Iis qui magnos ſumptus pro dignitate facere poſſunt: cópetit eſſe magnificos. ¶12. Qui magiſtratus ſubeunt: qui nouas vxores ducūt: magnificos ſumptus vel ſemel facere probantur. ¶13. Qui nullis nocent non multum vituperantur.

Præcepta.

Sancta loca inſtaurato	Raro obſonator	Paruificus nil facito
Deum templis honorato	Clarus magnificus eſto	Luxum ſorditiémque vitato.

Magnanimitas. IIII

Magnanimitas eſt virtus qua (cum ea magnis honoribus digna ſit) honorem, aut inhonorationem: fortunam tum proſperā, tum aduerſam moderate ferre poſſumus. ¶Qui ſe magnis dignum faciendo cum minime dignus ſit exuperat: lentus atque ſuperbus dicitur. ¶Qui vero ſe præclaris actibus & officijs & fortunæ bonis dignus priuando deficit: puſillanimus, ac piger eſt. ¶Magnanimitatis proprietates. eſt caducorum bonorum contemptrix. ſola interna, diuináque bona reputās. in omni virtute magnum operans. eſt & quoddam virtutum ornamentum.

Quæſtiones. 1 Quid
2 Quanta ſunt magnanimi opera.
3 Circa quæ
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Vtrum deterius
8 Nunquid ſine alijs virtutibus.
9 Qualis
10 Nunquid facile eſt magnanimum eſſe.
11 Quomodo fert vtranque fortunam.
12 An non eorum quibus benefacit memoria ſit iucundior.
13 An quorum beneficia ſuſcipit.
14 An malorum iniuriarúmque illatarum memoretur.
15 An queratur
16 Quando magnanime agit.
17 Et vbi

Elementa. ¶2.Magna.¶Opera ſtudioſi qui ſe magnis honoribus dignum facit:magna ſunt. ¶4. Circa honores.¶Virtus magis eſt circa id quod melius eſt. & honor externorũ bonorum maximum eſt.¶7. Deterius eſt bona facere omittere: quàm ad bona conari.¶8. Qui alicuius virtutis dignitate priuatur,non eſt maximo honore dignus.¶9.Proprietates.¶10.Difficile eſt omnes conſequi virtutes.¶11.Moderate.¶Qui pro maiori bono non immoderate extollitur:neque pro minori. & qui pro maiori malo non immoderate triſtatur:neque pro minori triſtabitur.¶12.13.Potioris virtutis officij memoria eſt iucundior.Potius virtutis officium eſt beneficia conferre,quàm ſuſcipere. ¶14.15. Eorum quæ magnanimus deſpicit non recordatur neque queritur.

Præcepta. Sempiternis hæreto
Caduca contemnito
Proſperis ne extollitor
Ne deijcitor aduerſis
Honorem ne arrogato
Otioſus eſſe caueto

Modeſtia. IIII

MOdeſtia eſt circa mediocres honores laudabilis mediocritas. ¶Et qui circa eos exuperat:ambitioſus dicitur.¶Qui vero deficit: aphilotimus & honoris appetitione vacans.

Quæſtiones. 1 Quid
2 Quot circa honores virtutes.
3 Cur duæ & non duæ circa timores magnos & paruos & alias affectiones.
4 Circa quæ
5 Circa quod magis
6 Quid ei contrarium
7 Cui magis
8 Vtrum deterius
9 Qualis
10 Cum honor maximũ ſit externorum bonorum:an maximũ honorem cupiet
11 Vtrum magis vt honoretur potiúſve vt honoret cupiat.
12 Quando modeſte agit.
13 Et vbi

Elementa. ¶2.Duæ.Magnanimitas & modeſtia. Magnanimitas quidem circa honores magnos: & modeſtia circa mediocres.¶3.Cũ affectiones ſolũ ſecundum maximũ difficultates afferãt:circa mediocres nulla ponetur virtus.¶9.In honoribus moderatus.¶Qui in honoribus nõ effertur:in illis eſt moderatus. ¶10.Neq; appetet neq; faciet modeſtus:niſi ea quorũ dignũ ſe putat.¶11.Qui honorat:officiũ præſtat.qui autẽ honoratur,ſuſcipit.

Præcepta. In dignitate modeſtus eſto.
In magiſtratu te virum monſtrato.
Propter honorem ne illum quærito.
Vanam ambitionem eſſe cogitato.
Neq; honorem dignus recuſato
Neque vnquam arrogato.

Manſuetudo. IIII

MAnſuetudo eſt circa iram moderatiua mediocritas. ¶Qui iraſcendo abundat: iracundus eſt.Qui ſi iræ incendium fouet difficile reconciliabilis:infenſus dicitur.Qui vero deficit:ira vacuus nuncupatur.¶Manſuetus,mitis.Ira eſt ob apparentem paruipenſionem atq; contemptum:vindictæ appetitus.¶Manſueti proprietates.perturbatione vacat.non ducitur ira. pro his & quanto tempore recta ratio iubet: iraſcitur.non eſt ſui vindex:quin potius ad clemẽtiam declinat. ¶Clementia eſt virtus punitionis moderatiua. Qui cauſam puniendi habet:punitionis modum excedẽs:crudelis.Qui vero ſine digna occaſione in hominũ pœnas ſæuit,debacchatúrq;:ſæuus ac ferus dicitur.Secundum iniuriæ quantitatem digna punitio:cruciatus nuncupatur.

Quæſtiones. 1 Quid.
2 Magnarúmne irarũ ſolum
3 Quot eius modi
4 Circa quæ
5 Circa quod magis
6 Quid ei contrarium
7 Cui magis
8 Vtrum deterius
9 Quo differt à clemẽtia
10 Qualis
11 Delectabiliterne cõuiuit
12 Cur potius ad indulgendum flectitur.
13 Quando manſuete agit
14 Et vbi

¶2. Paruas iras reſtringere facile eſt:magnas autem arduum atque difficile. ¶3. Duo. facile conciliabiles:atque difficulter. ¶8. Vitium ad quod natura proniores ſumus:deterius eſt. ¶9.Clemētia circa punitiones eſt & ſuperiorum ad minores. ¶10.Proprietates. ¶11.Qui nulli moleſtus eſt,ſed beneuolus eſſe contendit: delectabiliter conuiuit. ¶12.Satius eſt paululum ad minoris malitiæ latus declinare:quàm peioris vitij diſcrimini ſe committere. Elementa.

Præcepta.

Mitis eſto
Iram cohibeto
Quàm corpus deformat ab aliſs diſcito.
Aut ſpeculum conſulito
Vt oportet iraſcitor
Princeps clementiam ſeruato
Tyrannos crudeles eſſe recordator.
Quos punis homines meméto
Malis indulgere nolito
Licentia ne peccata creſcunto

Affabilitas. IIII

Affabilitas eſt circa humanarum congreſſionum voluptates ac triſtitias (cum ſine dilectione affectúve ſit) laudata mediocritas. ¶Et qui delectandi ſtudio nec ob aliud quicquam exuperat: placidus. qui emolumenti gratia: adulator. Qui vero omnia moleſte ferens deficit:difficilis,contentioſúſque dicitur. Affabilis proprietates. Omnibus vt oportet cóuiuit. honeſtatis aut vtilitatis gratia id agit, conuictori turpe aliquid aut damnum facienti, aut qui ſibijpſi dedecori, nocumentóve ſit:dolorem afferre eligit. dolorem afferre vitat:niſi maiora bona pendeant.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot exuperationis modi.
3 Circa quæ
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Vtrum deterius
8 Quo amicitiæ conueniat
9 Quo ab ea differat
10 Qualis
11 Nónne interdum affert dolorem?
12 Cur magis ad delectandum flectitur.
13 Quando affabiliter agit
14 Et vbi.

¶2.Duo.ſolo ſtudio placendi,& ob aliud quicquam. ¶8.Amicitia in humanis congreſſionibus verſatur. ¶9.Sine dilectione affectúque amicitia non eſt. ¶10. Proprietates. ¶11.Cum delectare, dolorémve non afferre dedecori aut detrimento ſit: dolorem afferre putabitur vtilius. Elementa.

Præcepta.

Affabilis eſto
Salutato libenter
Neminem irrideto
Incompoſitos riſus vitato
Parum loquitor
Promptior audito
Quæ audias bona ſunto
Nulli detrahito
Doctiorem te audito
Indoctos erudito
Quæ placent proſúntque dicito.
Eadémque facito
Aliorum benefacta narrato
Tua ſileto

Veritas. IIII

Veritas eſt virtus qua quis qualis ipſe ſit:cum verbis, tum factis palàm oſtendit. ¶Et qui præclara & maiora quàm inſint mendacio gaudens, gloriam aut lucrum affectans confingit: iactator & arrogans. Et qui quæ inſunt aut negat aut minuit: diſſimulator. Et qui parua aut manifeſta diſſimulat:delicatus,& malitioſus. Qui vero diſſimulatione moderata vtitur:gratioſus vocatur.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot arrogantiæ modi
3 Circa quæ
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Vtrum deterius
8 Qualis qui nimia diſſimulatione vtitur.
9 Nónne verax aliquando falſum dicit?
10 An omne
11 An omne verum
12 Cur potius ad defectionem flectitur.
13 Quando expedit veritas
14 Et vbi

¶2.Tres.ob mendacium,ob gloriam,ob lucrum. ¶8.Arrogans. ¶Et exuperatio & nimia defectio:ad arrogantiam pertinere videntur. ¶9.Cum nulli noceat,at proſit multum,grandéve futurum bonum immineat:falſum dicere nonnunquam videbitur expediens. ¶10.Inhoneſta mendacia nunquam expediunt. ¶11.Vera illa quæ alijs dedecus detrimentúmve ſint allatura:veridicus fugiet. Elementa.

Præcepta.

Verax eſto
Verba vitæ conſonanto
Mendacium fugito
Alterius famæ ne incumbito
Nihil de te confingito
Non te collaudato
Non te efferto
Non diſſimulato
Non te culpato
Verum nociturum taceto
Dictum, factúmque honeſtum eſto.

Comitas. IIII

COmitas eſt in ioco & dicendo, & audiendo quæ oportet: laudabilis mediocritas. Comis, vrbanus, dexter, feſtiuus, eutrapelus. ❡Qui in ridiculis exuperat: ſcurra, cachinno & importunus eſt. ❡Qui vero neque facetus quicquam facit, neque aliorum ſalis quicquam admittit: ruſticus, agreſtis, & durus nominatur.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot in ludo ſeruãda
3 Circa quæ
4 Circa quod magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Vtrum deterius
8 Quo differt comis iocus à ſcurræ, cachinnoníſq; ioco.
9 Qualis
10 Nunquid audientes dolore afficere intendit
11 Nónne potius oblectare
12 Nunquid omnibus facetijs vtetur.
13 Quando comiter agit
14 Et vbi

Elementa.

❡2. Nouem. quantum, gratia cuius, quale, quis, quo, in quo, quando, vbi, quomodo. ❡Quod recta ratio iubet: in vnaquaque virtute obſeruare oportet. ❡8. Finem in ioco iocíve delectatione non conſtituit comis. ❡Comi turpium factorum & obſcœnitatis verborum, omnis licẽtia abeſt. ❡Quibus oportet perſonis, temporíque & loco: iocos, ſaléſque digne accommodat. ❡9. Ludorum honeſtatem ſeruans: vrbane iocos ſaléſque perſonis, tempori & loco accommodans. ❡Id non intendit comis: quod comitatis finem impedit. Finis comitatis: recreatio, relaxatio, quiéſque quædam eſt. ❡11. Id comẽ intendere perſpicuum eſt: ad quod recta ratione iocus ordinatur. ❡12. Facetijs quas leges vetant non vtetur eutrapelus.

Præcepta.

Dexter, comíſque viuito
Feſſus recreator
Iocus caſtus eſto
Eſto commodus
Perſonis, loco, tempori accommodato.
Omnis obſcœnitas abeſto
Choreas, aleáſque fugito
Turpes facetias vitato
Hiſtriones ſcurras cachinnones, ſcommatáque damnato.

Iuſtitia. V

IVſtitia eſt virtus qua homines iuſtorum ſunt operatiui: & qua iuſta volunt, ac faciunt. Iuſta ſunt ad alterum facta officia. Habitus vero quo quis res vult iniuſtas, iniuriáſque agit: iniuſtitia eſt. ❡Iuſtitiarum hæc legitima eſt quæ ea quæ leges mandant homines volunt ac faciunt. leges autem hæ diuinæ ſunt, illæ naturales: poſtremo vero humanæ. & hæc iuſtitia tota dicitur. Hæc vero æquitas, qua quis neq; plus neque minus, aut accipit, aut tribuit: ſed vt vnuſquiſq; dignus ſit ac mereatur. & hæc iuſtitia quæ pars eſt nominatur. Quapropter & iniuſtus eſt qui legum trãſgreſſor, ea vult atque agit quæ contra leges exiſtunt. Et iniquus qui plus minúſve accipit aut tribuit q̃ oporteat, ac dignum ſit. ❡Aequitatum quædam eſt communium diſtributiua: qua ex communibus bonis vnicuique vt dignus ſit ac mereatur, diſtribuitur. Illa vero commerciorum commutatiua quæ eſt eorum quæ ab vno in alterum commutantur: æquitas. Commerciorum quædam ſponte faciunt homines quæ vtraq; partium volente fiunt. Et ſunt venditio, emptio, mutuatio, vadimonium, locatio, depoſitio, mercœde conductio. quædam vero ſunt quæ inuitis fiunt, quæ non vtraq; partium volente fiunt. Et hæc aut clandeſtina ſunt quæ altero neſciente committuntur. & ſunt furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, ſeruorum ſeductio, cædes cum dolo, falſum teſtimonium. aut violenta ſunt cum alteri violentia irrogatur. & ſunt verberatio, vincula, mors, rapinæ, membrorum captio, conuitium, contumelia. Medietas eſt rationum comparatio, hæc geometrica illa vero arithmetica. Comparatio rationum geometrica eſt duarum adinuicem rationum proportionúmque æqualitas. Quæ quidem proportiones ſi terminorum aliquo communicant: continua. ſin vero nullo: comparatio rationum diſiuncta vocatur. Proportiones quæ eiuſdem ſunt denominationis: æquales dicimus. Comparatio rationum arithmetica eſt cum differentiæ proportionum ſunt æquales.

❡Differentia eſt id quo maius ſuperat minus.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot æquitatum ſpecies
3 An duorum vitiorum ſit medietas.
4 Circa quæ iuſtitia legitima
5 Nónne virtutum præclariſſima.
6 Circa quæ cõmunium diſtributiua.
7 Circa quæ cõmutatiua
8 Eſt'ne cõmunium diſtributiua ſecundũ aliquam rationum comparationem.
9 Nónne ſecundum geometricam.

10 Nónne cómerciorum cómutatiua ſecundum rationũ cópa rationẽ arithmeticã attẽdenda eſt

11 Eſt'ne cómutabilium vna cómunis menſura.

12 Quæ vera

13 Per quales iniurias dicitur quis iniuſtus.

14 Nónne iuris actio inter iuſtitiæ extrema mediat.

15 An qui iniuriam patitur idcirco dicendus ſit iniuſtus.

16 Quando iuſte agit

17 Et vbi

Elementa

¶2. Duæ. communium diſtributiua,& commerciorum cómutatiua. ¶3. Iuſtitia eſt inter iniuſtum facere,& iniuriam pati. Iniuriam autem pati non malũ ſed pœna eſt. non enim voluntariũ neq; vituperabile eſt. ¶4. Circa ea quæ rite leges ſtatuunt & vetant. ¶5. Præclarior virtus ad ſe & ad alterum eſt ea quæ ad ſe ſolũ,& ad commune bonum & vitæ ſufficientiam: q̃ quæ ad particulare. ¶6. Circa diſtributiones bonorum & malorum. ¶7. Circa commutationes bonorum. ¶8. Vbi diſtributio ad diſtributionem vt perſona ad perſonam (hoc eſt vbi præmium ad præmium aut pœna ad pœnam, ſicut meritum ad meritũ aut delictum ad delictum) aliqua rationum comparatio eſt. ¶9. Iuſtitia communium diſtributiua: fit ſecundum æqualitatem duarum adinuicem proportionum. ¶10. Comparatio rationum arithmetica tunc eſt: quando eſt proportionũ, differentiarum æqualitas. In iuſtitia commerciorum commutatiua attenditur æqualitas: ſecundum differentiarum proportionum æqualitatem. ¶11. Omnia numo menſuramus. ¶12. Indigentia humana. ¶Ea eſt vera commutabilium menſura: ſecundum cuius exigentiam homines commutant & qua exiſtente fit commutatio. qua vero non exiſtente: non fit. Si enim homines nullo egerent: neque inter eos vlla quidem rerum commutatio fieret. ¶13. Per operationes iniuſtitiæ habitum ſequentes. Nam iniuſtitia habitus eſt quo quis res vult iniuſtas, iniuriáſque agit. ¶14. Iuſtitiæ actio eſt inter plus & minus. ¶15. Qui iniuriam patitur non idcirco res vult iniuſtas, iniuriáſque agit.

Præcepta.

Iuſtitiam colito
Legibus obſequitor
Deũ naturámq; præponito
Deum timeto
Deũ ſuper cuncta diligito.
Ipſum propitiato
Proximos amato
Parentes honorato
Benefactor eſto
Communius bonũ præferto
Aequitatem ſeruato
Iniuſtum ne imitator
Exleges fugito
Stateram non tranſilito.

Iuſtũ ciuile. V

IVſtum ciuile eſt quod in æqualium vita conſtitutum eſt: vt eorum quæ ad liberorum æquóq; iure viuentium hominum vitam pertinent, ſufficientia ſit. Aequales ſunt quorum nullus aut natura aut ciuiliter alteri ſubditus eſt. Herile iuſtum eſt quod domini eſt ad ſeruum. Paternum vero: quod patris eſt ad filium. Quod vero viri eſt ad vxorem: œconomicum,& rei familiaris iuſtum dicitur. Iuſtorũ ciuiliũ quoddam eſt naturale: quod vbiq; vim habet eandem. Aliud vero legitimum, quod à principio quidem an aliter fiat nihil refert: cum vero poſitum fuerit, refert. Iuſtũ ciuile igitur eſt quod natura, aut inſtituto eſt. Itidem & iniuſtum. Ius, eſt quæ ſponte fit iniuriæ emendatio. Cum vero quiſpiam ſua ſponte quenq̃ indigne lædit, præter eius qui læditur voluntatẽ iniuriã facere dicitur. Cui vero talis iniuria præter eius voluntatem facta eſt: is iniuriã patitur. ¶Eſt præterea æquitas & bonitas virtus: qua quis recte legẽ ea ex parte qua ob vniuerſale deficit, emẽdat. qui autẽ emẽdat, æquus & bonus dicitur.

Quæſtiones.

1 Quid

2 Quot modis circa hominum communicationem infertur nocumentum.

3 Circa quæ

4 An herile iuſtum, paternum, aut œconomicũ: ciuile ſit.

5 Quod eorum ipſi ſimilius.

6 Nónne aliquando fiat iuſtum aut iniuſtum abſq; iure aut iniuria.

7 An quæcunq; patimur ſcientes ſint voluntaria?

8 An quæcunq; facimus ignorãtes ſint venia digna?

9 Qualis

10 An facile ſit iuſtum aut iniuſtum eſſe.

11 An facile iuſta ab iniuſtis ſecernere

12 An iuſti eſt iniuriam facere.

13 Verum quis iniuriam ſua ſponte patiatur.

14 An in alicuius ſit poteſtate: vt quiſpiam iniuriam patiatur?

15 An lex vt dirigatur ali-

quando aliquo egeat? 16 Quãdo iuſte agendũ eſt 17 Et vbi

Elementa.

¶2. Tribus modis. Primum ignorantia, & non ſponte:ſponte quidem & ſine electione:poſtremo vero cum ſponte tum electione infertur nocumentum. ¶3. Iuſtum ciuile circa bona & mala æqualium:ne plus minúſve fiat. Herile cõſimiliter circa bona & mala domini ad ſeruum. Paternum patris ad filium. & œconomicum viri ad vxorem. ¶4. Diffinitiones. ¶5. Oeconomicum. ¶Iuſtum in quo minor eſt inæqualitas & maior ad æqualitatem vitæ acceſſus:ciuili iuſto ſimilius eſt. ¶6. Interdum coacti iuſtum faciunt homines:& interdum non ſponte aliquid iniuſtum. ¶7. Multa patimur ſcientes à natura:vt ſeneſcimus, & morimur. ¶8. Qui affectione ignorantes peccant, & ſuæ ignorantiæ conſcij:non ſunt venia digni. ¶9. Voluntarie, ſcienter, ac delectabiliter cuique quod ſuum eſt tribuens. ¶10. Non eſt facile attingere mediũ & vnamquanq; prudentiæ circunſtantiam alteri tribuendo quod ſuum eſt obſeruare. Non eſt facile ex iniuſtitiæ habitu iniuſta committere. ¶11. Itidem neq; facile eſt leges, conſulta, decreta, & cætera id genus recte inſtituendæ vitæ præcepta, cognoſcere. ¶12. Iniuriã facere eſt ſponte quẽpiam lædere præter voluntatem eius qui læditur. ¶13. Iniuriam pati eſt aliquem iniuriam præter eius voluntatem ſuſtinere. ¶14. Non eſt in poteſtate alterius vt quis inuite iniuriam ferat. ¶15. Quod nonnunquam deficit, & non ſemper obſeruari honeſtum eſt:interdum quo dirigatur egere neceſſe eſt.

Præcepta.

Cuiq; ſuum tribuito	Mandata exequitor	Vir vxorem diligito
Parem patitor	Dominum diligito	Vxor virum obſeruato
Seditionem vitato	Pater liberos alito	Vterque fidem ſeruanto
Superioribus obedito	Ipſos erudito	Integtámq; vitæ ſocietatem.
Domini præſunto	Virtutibus formato	Sine rixa, ſine quetela viuunto
Familiam curanto	Liberi libenter parento	
Quod iuſtum eſt mandãto	Parentibus audiunto	Vir acqrito. parta cõſeruato
Seruus obedito	Amanto, honoranto	Mulier caſta, fida, temperánſque eſto
Videns, audiens, tacitus,	Magiſtros venerantor	
Spontaneus, impiger, fidus	Præcepta tenento	Sedula domum curato

Amicitia.
VIII

AMicitia eſt mutua aliquorum beneuolentia cum eos non lateat:& alicuius quidem boni gratia. Quæ ſi commodi gratia fuerit:amicitia vtilis dicitur. Si vero voluptatis gratia:amicitia delectabilis eſt. & hæ duæ amicitiæ per accidens, & non veræ amicitiæ dicuntur. Eſt enim amicitia per accidens, cum quis nõ ſuiipſius ſed alterius gratia, amatur. Si vero virtutis gratia fuerit:amicitia ſtudioſa dicitur. & per ſe & vera amicitia. Eſt enim amicitia per ſe qua quis ſuiipſius & boni gratia quod intra ſe eſt, amatur. Eſt & amicitia in excellentia conſtituta, quæ eſt aut ſuperioris ad inferiorem aut inferioris ad ſuperiorem. ¶Tres ſunt reipublicæ ſpecies : & quæ in ipſis ſunt amicitiæ politicæ dicuntur:& tres earum oppoſitæ tranſgreſſiones, labéſq;. Prima eſt regia. & eſt principatus vnius non ſuum proprium ſed regni commune bonum intendentis. & qui in ea præeſt:rex dicitur. Tyrannis eſt principatus vnius ſuũ quidem proprium & non regni, ſubditorúmq; bonum intendentis. Et eſt regno oppoſita tranſgreſſio:& qui præeſt tyrannus appellatur. Secunda, optimorum poteſtas:& eſt cum pet ſtudioſos & optimos ciuitas gubernatur: quæ & Ariſtocratia nominatur. Qui in ea præſunt:optimates & magiſtratus dicuntur. Et ei opponitur paucorum poteſtas. quæ & Oligarchia dicitur. & eſt cum per paucos, prauóſq; non ſecundum dignitatem bona diſtribuentes:ciuitas gubernatur. Tertia eſt, cenſupoteſtas cum per multos mediocres & diuitum & pauperum commune bonum intendentes: ciuitas moderatur : & hæc Timocratia dicitur. Cui popularis poteſtas & Democratia opponitur : quæ eſt cum per multos mediocres ciuitatem gubernantes, ſolum plebeiorum bonũ intenditur. Amabile eſt bonum aut quod tale appareat. Amabile ſimpliciter:bonũ eſt ſimpliciter. Amabile alicui:eſt quod cum tale ſit aut non, alicui appareat bonum.

Quæſtiones vtilis amicitiæ

1 Quid
2 Nõnne ſecundum eam contingit multos habere amicos?
3 Cuius ætatis viri eã maxime quærunt.

4 Cuius conditionis hominibus conuenit.
5 Nónne per accidens
6 Vtrum eā loca tollāt
7 An principium eius beneuolentia ſit.
8 An in ea plurimis opus ſit amicis.
9 Qualis
10 An'ne cito ſolubilis
11 An perfecta
12 In quo conſiſtit
13 Per quid conſeruatur
14 Nónne accuſationes & querelæ in ea fiunt.
15 Quando indiget homo vtilibus amicis.
16 Et vbi
17 Quomodo retributio facienda eſt.
18 Nónne ſecundum recipientis æſtimationem.

Et eædem quæſtiones de amicitia delectabili & ſtudioſa formari poſſunt.

Elementa amicitiæ vtilis.

❡2. A pluribus vtilitatem recipere contingit:& pluribus vtilem eſſe. ❡3. Senes. ❡Qui naturæ deficientis indigentiam ſubleuante egent:maximæ vtilitatis amicos quærunt. ❡4. Inter cuiuſcunque conditionis homines poſſunt vtilia commutari. ❡5. Diffinitio. ❡6. Aliqua loca commodum tollunt. ❡7. Principium vtilis amicitiæ eſt vtilitas. Et beneuolentia,bonum aliquod amico,& eius gratia volumus. ❡8. Iis amicis quibus in amicitia bene ſatiſfieri non poteſt :opus non eſt. ❡9. Per accidens imperfecta,non vera. ❡10. Cuius amicitiæ cauſa non permanet:& ipſa cito ſolubilis eſt. ❡12. In æqualitate. ❡Sine æqualitate in amicitijs accuſationes ac querelæ fiunt. ❡13. Per condignam retributionem ſeruatur vtilitatis æqualitas. ❡14. Accuſationes & querelæ fiunt: vbi plerunque nó fit condigna retributio. ❡15. Quādo eſt in neceſſitare conſtitutus. Maxime indiget homo vtilibus amicis :quando vtilitas indigentiam leuat. Et ita de vbi. ❡17. Compenſando vtilitatis æqualitatem. Aequalitas enim omnem amicitiam ſaluat. ❡18. Retributio facienda eſt ſecundum æſtimationem eius qui quantum perceperit beneficij:melius nouit.

Elementa delectabilis amicitiæ.

❡2. A pluribus delectationem recipere,& pluribus delectabilem eſſe contingit. ❡3. Iuuenes cito labentis æui damnum non experti:ætatem habent laſciuiuſculam. ❡4. Cuiuſcunque conditionis viri poſſunt ſibi mutuo delectabiles eſſe. ❡6. Præſentia rerum & non abſentia oblectamen, delectationémq; affert. ❡7. Principium delectabilis amicitiæ:voluptas eſt. ❡8. Plurimis placere difficile eſt. ❡9. Vt in præcedenti. ❡10. Cuius cauſa nó permanet:ea amicitia cito ſolubilis eſt. ❡11.12.13.14. Eadem cum præcedētibꝰ. ❡15. Quando in anxietate ac faſtidio fuerit cóſtitutus. ❡Maxime eget homo delectabilibus amicis:quando maxime delectatio iuuat. ❡16.17.18. Vt præcedentia.

Elementa ſtudioſę amicitiæ.

❡2. Difficile eſt multos longa conſuetudine probatos :propter honeſtatem vehementer amare. Rari reperiuntur ſtudioſi. ❡3. Adultæ ætatis. ❡Eius ætatis eam viri quærūt: qui macti virtute eſſe poſſunt. ❡4. Solis bonis. ❡Amicitia quæ mutua eſt propter virtutem conſuetudo:non niſi ſtudioſis conuenire poteſt. ❡5. Non. Diffinitio. ❡6. Non omnino. ❡Loca probitatis mutuam beneuolentiam non tollunt neq; virtutem impediunt. ❡7. Amicitiæ ſtudioſæ beneuolentia principium eſt. ❡Eius amicitiæ qua amico propter ipſum bonum volumus:beneuolentia principium eſt. ❡8. Non. ❡In ea amicitia vbi non contingit multos habere amicos:minime opus eſt plurimis amicis. ❡9. Per ſe perfecta,veráque amicitia. ❡Amicitia qua quis ob per ſe,perfectum & verū bonum amatur:per ſe perfecta,veráq; amicitia eſt. ❡10. Non. ❡Amicitia cuius cauſa permanet non facile ſoluitur. ❡12. In æqualitate bonitatíſque aſſimulatione. ❡In eo conſiſtit amicitia ſtudioſa:quo non exiſtente ſoluitur. ❡13. Per bonitatis aſſimilationē. ❡14. Non. ❡In ea amicitia qua amicus propter ſe diligitur, & à quo nihil expetitur: non fiunt querelæ. ❡15. Semper. ❡Semper homini ſtudioſo opus eſt ijs quibuſcum delectabiliter viuat,& quibus beneficia conferat. ❡16. Vbique conſimiliter. ❡17. Secundū electionem. ❡Studioſi eſt ſecundum electionem operari. ❡18. Amicus ſtudioſus in ijs quæ retributionis æſtimationem habent:id quod honeſtum eſt,facit. Honeſtum autem: recipienti retributionis faciendæ optionem relinquere.

Præcepta.

Commodus eſto
Parem gratiam referto
Beneficijs vincere ſtudeto
Vtilitatē fugacem cogitato
Momentaneā voluptatē tales ſuos amicos cóiectato.
Veram amicitiā quærito
Inuentam colito
Et eius amicos obſeruato.

Amicitia in excellentia.
VIII
Quæſtiones.

QVid amicitia quæ in excellentia, & quid ciuilis:iam diximus.

1 Quid
2 Quot ciuilis amicitiæ ſpecies.
3 Quot ipſis ſimiles
4 Nónne amicitiæ ſuperioris ad inferiorem & contrà ſpecie differunt?
5 Vtra,paterna amicitia an regia maior ſit,
6 An in tyrãnide ſit amicitia
7 Patriſne ad filiũ an cõtrà maior ſit amicitia?
8 Qualis
9 An pater ánne mater potius filios amat?
10 Quid viri & vxoris cõiunctionem cõſeruat
11 An licet filio abdicare patrem?
12 An patri licet abdicare filium?
13 Cur beneficiũ cõferẽs magis eũ cui beneficiũ cõtulit q̃ cõtrà diligit?
14 An omnia patri ſint exhibenda
15 Cur potius ea quæ ad vitæ ſuſtentationẽ?
16 Quãdo præſtãda ſunt
17 Et vbi

Elementa.

¶2. Tres:regia,optimatũ,& cẽſupotentũ. ¶Tot ſunt ciuilis amicitiæ ſpecies:quot ſunt ſpecies reipublicæ. ¶3. Tres:herilis,paterna, œconomica. ¶4. Amicitiæ quæ diuerſa opera habent,& rationes amãdi diuerſas:ſpecie diſſident. ¶5. Amicitia qua amatus plura ac maiora bona ſuſcipit:maior eſt.recipiũt liberi à parẽtibus & eſſe,& vitæ ſuſtentationẽ. ¶6. Vbi nõ eſt iuſtũ:& vbi qui præeſt inferiorum bonũ non intendit,ſed ſibi vſurpat:amicitia non eſt. ¶7. Quanto quis magis cognoſcit: magis diligit.& artifex magis opus ſuũ diligit q̃ cõtrà ab opere diligatur. ¶8. Quædam vtilis , quædam delectabilis, & quædã honeſta. ¶9. Qui maiore labore bona ſibi cõquiſierũt : & ipſa magis diligũt. ¶10. Proles. ¶Id viri & vxoris coniunctionẽ ſaluat:cuius carẽtia ſocietas ſoluitur. ¶11. Qui ſemper ad benefaciendũ manet obligatus:ei abdicare non licet.Abdicare enim eſt aliquem omnino neq; curam eius gerendo: neq; beneficium vllũ præſtãdo relinquere. ¶12. Cui debetur abdicare licebit. ¶13. Qui beneficium cõtulit:eſt vt artifex. ¶14. Alia ſunt exhibenda deo,alia principi,optimatibus,parentibus,æqualibus,& inferioribus. ¶15. Quæ filij à parentibus ſuſceperunt:vt fieri poteſt & ijs eadẽ præſtare cõſentaneũ eſt.Deo atque parentibus dignum nemo vnquam reddere poteſt.

Præcepta.

Princeps ſubditos amato
Et ſubditi principem venerantor.
Magiſtratus populum dirigito.
Et populus obedito
Ciues ciuibus cõcordãtor
Humane ſeruos tractato
Et ſerui domino parento
Liberos familiãq; curato
Liberi famuliq; obſequuntor.
In thori ſocietate cõcors viuito.
¶Superiorũ amicitiæ iura.
Inferioribus benefacito
Doceto,præcipito
Et omnino in bonũ dirigito
¶Inferiorum officia.
Superioribus bona cupiunto
Grati beneuoliq; ſunto
Dociles ſe præbento
Libenter parento
Beate viuere aſſueſcunto

Studioſa amicitia.
IX

QVæ ob virtutem amicitia ſit:dictum eſt.Cuius tria ſunt opera:beneuolẽtia,beneficentia,concordia.Beneuolentia eſt cum quis alicui & illius quidem gratia bonum vult.Beneficentia cũ quæ bona ſunt,aut bona putat alicui,& illius quidem gratia voluntarie facit.Concordia vero cũ quis alicui conuiuens eadem eligit,ijſdem gaudet,& ijſdem quoque triſtatur. ¶Veræ amicitiæ ſex proprietates.eſt per ſe amicitia maxima.amicitia.permanens.perfecta.optima.rara.

Quæſtiones amicitiæ ſtudioſę.

1 Quid
2 Nonne tria amicitiæ opa ſtudioſo ad ſe cõueniunt?
3 Nónne ſtudioſo ad amicũ
4 Nunquid prauis ad ſe
5 Quot amicitiæ interiores actus?
6 Quis eorum potior
7 Circa quem magis
8 An honorari præſtabiliꝰ ſit quàm amari?
9 Nunquid poſtea q̃ amicus factus eſt prauus debet ſtudioſus amicus manere?
10 Nunquid iterũ ſi amicorum alter ab ineunte ætate puer maneat aliter vero virtute proficiens vir optimꝰ euadat, manere debet amicitia?
11 Qualibus amicis opus eſt felici?
12 Nunquid vtilibus aut delectabilibus?
13 Quare amicorũ vera amicitia bonitatẽ adauget?
14 Cur malorum prauitas eorum amicitia e diuerſo augetur?
15 Quando amicorum præſentia delectabilis eſt:& vtendum eſt amicis?
16 Et vbi

¶2.Studioſus ſibijpſi bonum vult,& ſuijpſius gratia.& ſibi quæ bona ſunt,aut bona putat:voluntarie facit.& ſecum conuiuens eadem eligit,iiſdem gaudet, & iiſdem quoque triſtatur.¶3.Studioſus ſeſe habet ad amicum:perinde atque ad ſeipſum.eſt enim alter ipſe.¶4.Praui non ſibi bona volunt. Nam expletionem ſuarum voluptatum volunt. neque ſibi bona voluntarie faciunt:cumulant enim voluntarie mala malis, & ſecũ continue diſſident.¶5.Tres.Actus beneuolentiæ,beneficentiæ,& concordiæ.quibus & tres reſpondent exteriores.¶6.Actus concordiæ.¶Potior eſt amicitiæ actus: quem amici in quacunque fortuna conſtituti:magis expetunt.¶7.Circa actum concordiæ. ¶Circa potiorem actum:magis verſatur amicitia.¶8.Amari præſtabilius eſt. ¶Quod eſt per ſe:præſtabilius eſt.¶9.Amicitia ſtudioſa eſt ſolum inter bonos.¶10. Inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitiæ opera exerceri non poſſunt. ¶11. Studioſis. ¶Opus eſt felici iis quibus beneficia conferat,& quibuſcum delectabiliter verſetur,iucundéq; conuiuat.¶12.Cuius vita ſecundum ſe ſufficiens eſt:vtilium bonorũ abundantiam,& vitam ſecundum ſe delectabilem habens:vtilibus amicis & delectabilibus non eget.Felicitas:hominis operatio eſt ſecũdum virtutem & in vita perfecta.¶13. Studioſi amici conuiuunt:& beatæ vitæ alter ab altero plenius aſſumit exemplum.¶14. Mali vero adinuicem ſecundum corruptas operationes conuiuentes:accipiunt alter ab altero prauitatis conſuetudinem.¶15.16.Ad proſperas fortunas prompte vocato amicum,ad aduerſas tarde. Quando cum ſui pauca perturbatione poſſunt amici multo præſidio eſſe:maxime vocandi ſunt. Ad amicum infortuniis preſſum: non vocatus accede. Amicum bene fortunatum (vt ſecundæ fortunæ congratuleris & officium præſtes)adito.Ad beneficia ſuſcipienda:quàm præſtanda tardior eſto. Elementa.

Præcepta.

Amicos vt teipſum habeto	Vnanimiſq; viuito	Illos conſulito
Longa conſuetudine probato.	Eadem ſentito	In aduerſis ſuccurrito
	Iiſdẽ gaudeto ac triſtator	In ſecundis gratulator
Illis tua ſecreta credito	Fortunæ participes facito	Benefacere promptior eſto
Bene optato	Aduerſitates ne communicato.	Eſto ſuſcipore tardior
Benefacito		

MEntis ſunt duæ partes.Vna vis eſt contemplatiua,ac ſciendi:qua ea quæ aliter vt ſeſe habeant minime fieri poteſt,contẽplamur.Altera vero qua ea quæ aliter ſeſe habere poſſunt,perſpicimus. & hæc vis actiua, adminiſtratiua, conſultatiua,& ſubducendi ratio nominatur.¶Mentis contẽplatiuæ & vis ſciendi:ſcientia,intellectus,& ſapientia ſunt habitus . Et eſt ſcientia concluſionum demonſtratiuus habitus.¶Scibilis quatuor proprietates. Eſt neceſſarium, æternum,ingenitum,incorruptibile.¶Scientiæ proprietates.Omnis ſcientia doceri poteſt:& ſcientiæ ſcibile diſci. Scientia eſt ex antea notis & ex ratiocinatione. Ratiocinatio ſyllogiſmus: ſub quo & doctrinale enthymema comprehendimus . Scientiæ vniuerſalium principiorum non eſt niſi inductio.& ſub inductione exemplum comprehendimus. Et ipſa principia magis quàm ſcientiæ concluſiones ſunt. Scientia. VI

INtellectus eſt habitus principiorum.Principia ſunt quæ cũ aliter ſeſe habere nõ poſſint: per ſeipſa, & non per alia fidem habent. Principiorum proprietates: eæ quæ & ſcibilis ſunt.¶Intellectus proprietates.Omnis intellectus eſt intelligibilis & principium intelligibile.Intellectus non eſt per ratiocinationem. Eſt mentis habitus ſcientia perfectior & ſine quo ſcientia minime haberi poteſt. Intellectus. VI

SApientia eſt ſcientia & intellectus eorum quæ honorabiliſſima ſunt in natura. ¶Eius proprietates.Eſt certiſſimorum principiorum,atque certiſſimorum ſcibilium.Intellectum continet certiſſimum,& ſcientiam certiſſimam. Eſt mentis intellectualium virtutum præclariſſima, honorabiliſſima, principaliſſima , ac optima. Eſt & ſapientia in alia ſignificatione quæ eſt artis virtus . vltima enim artis perfectio: eius virtus nominatur.ſecundum quam ſignificationem,Polycletum & ſtatuarium, & ſapientem dicimus. Sapientia. VI

Ars. VI

VIs mentis quæ conſultatiua dicitur:ars & prudentia ſunt habitus. Ars vero eſt habitus circa ea quæ aliter ſeſe habere poſſunt: vera cum ratione factiuus. Factio quæ & effectio nominatur: eſt in opus extrinſecum tranſiens operatio. ¶ Artis tres ſunt operationes. Prima eſt quo pacto aliquid faciendum ſit conſideratio. Secunda circa extrinſecum opus operatio. Tertia, rei factæ contemplatio. Prima & tertia actiones ſunt. Eſt enim actio in ipſo operante immanens operatio. Secũda vero (à qua factiua non ab re dici videtur) effectio. ¶ Factibilis quod & extrinſecum opus eſt: proprietates. Contingens eſt eſſe, & non eſſe. extrinſecum eius principium. nõ enim in eo ſed in faciente eſt. ¶ Artis proprietates, eſt contingentium. circa opus extrinſecũ. ſeruilis. in materia cum fortuna quodam modo conueniens. Artis contrariũ eſt atechnia. & eſt habitus eorum quæ ſeſe aliter habere poſſunt: falſa cũ ratione factiuus.

Prudentia. VI

PRudentia eſt omnino circa hominis bona & mala vera cum ratione actiuus habitus. Quæ ſi vnum hominem in ſuis agendis dirigit: prudentiæ nomen retinet, aut monoſtica prudentia dicitur. Si domum: rei familiaris prudentia & œconomica. Si ciuium multitudinem: ciuilis prudentia & ciuilis facultas, atq; politica nominatur. ¶ Tria eius opera. Recte cõſultare de ijs quæ recto cõſilio ſunt inuenta. recte iudicare. recta inuenta, iudicatáq; præcipere. Prudentiæ circunſtantiæ iam dictæ ſunt. ¶ Conſilij proprietates. Non eſt ſine mente non eſt finis. præſentis, præteriti, impoſſibilis, neceſſarij. eſt mediorum in finem & finiti. eſt futuri & contingentis, & eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate. eſt & incerti quo pacto eueniat. ¶ Ordo prudentis in conſultando. Finem ſupponit. qua ratione, quibúſve medijs finis aſſequi poſſit: inquirit. & ſi plura ſint media: quod illorum expedientius. quòd ſi vnico optime finem aſſequimur: qualiter, quomodóve id medium nanciſcamur. ¶ Sane cum primum prudentiæ opus ſit recte conſultare: virtus qua recte ad totius vitæ bonum via, qua oportet & tempore

Bona conſultatio. congruenti conſultamus. bona conſultatio & eubulia dicitur. Et virtus qua circa ea, quæ vt plurimum in legis poſitione accidũt recte iudicamus, ſagacitas & ſyneſis. Et ea quæ

Sagacitas. in quibus lex ob vniuerſale deficit, recte iudicat: ſententia & gnome dicitur. Et quæ ad

Sententia. recte exequendum ea, quæ rite iudicata ſunt, eſt præceptiua: prudentiæ commune nomen ſibi peculiariter aſciſcit ac vendicat.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot prudentiæ opera
3 Circa quæ
4 An nõ circa vniuerſalia & ſingularia?
5 Circa quod magis
6 Quo mentis virtutes conueniunt?
7 Quo differunt
8 Quo prudẽtia à morali philoſophia differt?
9 Ad quid prudẽtia & ſapientia conducunt, vtiléſque ſunt?
10 Eſt'ne ſapiẽtia potior prudentia?
11 An virtus moralis ſine prudentia?
12 An prudentia ſine virtute morali ſit?
13 An vna virtutum moralium ſine alia qualibet eſſe poſſit?
14 Qualis
15 Quid prudentiam ſaluat
16 Quare ſcientiæ & non prudentiæ fieri poteſt obliuio.
17 Per quid virtutis perficitur operatio?
18 Quando prudentia vtendum eſt?
19 Et vbi

Elementa. ¶ 2. Tria: recte conſultare, recte iudicare, recte exequi mandare. ¶ 3. Circa hominis bona & mala in vita. ¶ 4. Actiones humanæ non modo particularium: ſed & vniuerſaliũ ſunt. ¶ 5. Actio magis circa ſingula quàm circa vniuerſale verſatur. ¶ 6. Omnis virtus mentis: mentem perficit. ¶ 7. Scientia intellectus, ſapientia neceſſariorum ſunt: prudentia vero & ars, contingentium. Item prudentia actiuus eſt habitus, ars vero factiuus. ¶ 8. Moralis ſcientia in ſola ratione conſiſtit: appetitus rectitudinem non ſupponens. ¶ 9. Ad perficiendam mentem. ¶ Prudentia & ſapientia mentis ſunt perfectiones, atque felicẽ perficiunt. ¶ 10. Virtus quæ nobilioris animæ partis eſt: potior eſt. ¶ 11. Nulla moralium virtutum ſine intellectus diſcretione (quæ quidem & ſine prudentia non fit) eſſe poteſt. ¶ 12. Recta electio finis non niſi à virtute proficiſcitur. ¶ 13. Quicunque prudentiam habet: omnes moralium virtutum conſecutus eſt. ¶ 14. Conſultatiua, iudi-

catiua,præceptiua.¶15. Temperantia.¶Id prudentiam ſaluat quod rectam æſtimationem conſeruat.¶16.Quod in ſola ratione conſiſtit:eius poteſt eſſe obliuio,non autem eius quod ſimul appetitum rectum trahit.¶17.Per virtutem moralem & prudẽtiam. ¶Per id perficitur virtutis operatio quod de fine rectam intentionem facit, & quod media perueniendi ad finem monſtrat. Virtus moralis rectam intentionem:& prudentia,media præbet.

HEroica virtus ea eſt quæ ſupra nos exiſtens:omnem ſupergreditur humanorũ virtutẽ. & hæc omnes virtutes ambit.Et qui hac virtute mortales ſuperexcellunt: heroas,ſanctos, diuóſque nominamus. Qui vero flagitiorum magnitudine communes hominum malitias excedunt: feri, immanéſque,atque beſtiales dicũtur.Sunt præterea qui inter efferatos indiſciplinatóſque barbaros morandi conſuetudine tracta qui ob morbos,ob læſiones principij,ob naturalem cõplexionem, vt atram bilem,& naturale vitium:ita appellari conſueuerunt. Heroica virtus. VII

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot virtutis heroicæ ſpecies
3 Quot modis homines feri dicuntur
4 Circa quæ
5 Quid ei contrarium
6 Qui beſtiales ſunt deteriores?
7 An ne vitiũ humanũ feritate ſit deterius?
8 Qualis
9 Quam animæ partem perficit heroica virtus?
10 An ſæpe diui feríve fiant homines?
11 Quando heroica virtute opus eſt?
12 Et vbi

¶2.Quot virtutis ſpecies.præſertim quæ magnitudinem , excellentiámq; admittunt. Elementa.
¶3.Quatuor:malitia, conſuetudine, morbo, complexione.¶4. Heroica fortitudo circa timores & fiducias.heroica temperantia circa guſtus ac tactus voluptates atque triſtitias.& ita de reliquis. ¶5.Feritas.Maximæ virtuti:peſſimum vitium oppoſitum eſt. ¶6. Feri, beſtialéſque malitia. ¶Quod cum electione & ratione corrupta malum eſt: ipſum deterius eſt.¶7.Ferus morbo,principij læſione , aut complexione:neque intellectum,neq; rationem habet qua feralem,beſtialémq; impetum cohibeat atque frenet. eſt tamen feritas quid vitio humano horribilius. ¶8. Laudabiliſſima & honorabiliſſima eſt.¶Optima virtus laudabiliſſima & honorabiliſſima eſt.¶9. Heroica virtus moralis:appetitum rationalem perficit . intellectualis autem:intellectum.¶10. Optimam virtutum attingere difficile:pariter & in extremum malum incidere.¶11.Semper optima virtute opus eſt:maxime tamen cum feritates veniunt reprimendæ.

COntinẽtia eſt cum quis rationi parens,vehemẽtes guſtus ac tactus delectationes ad turpe trahentes ſuperat.Qui vero triſtitijs reſiſtens non vincitur, perſeuerans eſt.At qui ob paſſionem non ob electionem ,voluptatum guſtus aut tactus ſequitur abundantias : incontinens. Qui ſi ob conſultationis defectum vincuntur:temerarij.Si vero deliberatione præhabita ob perturbationem non perſiſtunt,tandem victi:debiles,infirmíq; dicuntur.Qui autem à leuibus triſtitijs ſuperantur: molles ſunt.quòd ſi ad laborem fugiendum id fiat:delicati. Continentia. VII

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot incontinentium modi?
3 Qui deteriores?
4 Circa quæ
5 An circa delectabilia cõtra naturã:ſit ſimpliciter incõtinẽtia?
6 Nónne cõtinentia q̃ perſeuerantia potior?
7 Nónne mollis incontinente deterior?
8 Nónne incontinentia laudabilis mediocritas eſt?
9 Quo differt continentia à temperantia?
10 Quo incontinens ab intemperato?
11 An beluæ incontinentes ſint?
12 Nónne intemperans deterior incontinente?
13 Nónne incontinentia tactus incontinentia iræ turpior?
14 An contingit eundem incontinentem eſſe & prudentem?
15 Qualis ad ludum propenſior?
16 An incontinens ſimpliciter malus ſit?
17 Nónne continens opinioni veræ:per ſe immanet?

18 Vtrum incontinens: ex conſilio rectæ rationis agat?
19 Quis facilius ſanatur incontinens natura, conſuetudine, aut intemperans?
20 An omnis qui à fortibus delectationibus aut doloribus vincitur: incontinens ſit?
21 Quando & vbi continere oportet?

Elementa. ¶2. Quatuor. Temerarij, infirmi, molles, delicati. ¶3. Temerarij, & molles. ¶Qui magis voluntarie peccant, & qui minori occaſione, debilioríque paſſione vincuntur, deteriores ſunt. ¶4. Circa voluptates atq; triſtitias guſtus ac tactus. ¶5. Qui rationem ad repellendas cõcupiſcentias ſufficientem non habent: nõ ſimpliciter incõtinentes dicũtur. ¶6. Vincere quàm non vinci potius eſt. ¶7. Et qui à leuioribus vincitur perturbationibus: deterior. ¶8. Vbicunque ſuperabundantia atq; defectus (quæ vituperamus) reperiuntur: & illic laudabilis mediocritas reperitur. ¶9. Cõtinentia cum paſſione eſt: temperantia vero non. ¶10. Intemperatus voluptates guſtus aut tactus per habitũ & electionem ſequitur, appetitum habet corruptum, quem neque facti ſequitur pœnitudo: quin potius operis delectatio. ¶11. Id quod rationem non habet, neque electionem: incontinens non eſt. ¶12. Qui turpe operatur ſed quem peccati non pœnitet: deterior eſt. Et malum continuum & latens deterius. ¶13. Quod rationem non ſequitur, quod minus naturale: iniuſtius. Et cui magis iraſci dignum eſt: turpius. ¶14. Non contingit eundem ſimul eſſe ſtudioſum & incontinentem. ¶15. Qui quietem quærit & laboris relaxationem: mollis eſt. ¶16. Cuius electio bona eſt: non ſimpliciter malus eſt. ¶17. Cõtinens opinioni veræ immanet non propter alterũ. ¶18. Nullus rectæ rationis conſilio ductus, turpe operatur. ¶19. Incontinens conſuetudine quàm natura: & incontinens natura q̃ intemperatus. ¶Facilius conſuetudinẽ quàm naturã eſt mutare. in quo principium corruptum eſt: vix ſanari poteſt. in quo vero ſaluum: poteſt. ¶20. Qui à fortibus (vt poteſt) renitens aut voluptatibus aut triſtitijs vincitur: is non vituperatur.

Verecundia. IIII

VErecundia eſt paſſio qua quis ſui dedecus timens à turpium perpetratione retrahitur. Et hæc turpe factum præuenit: illa vero ſuccedit. Et qui de quolibet & honeſto & turpi vituperationẽ timet: ſtupidus, & pauidus. Qui vero turpitudinis infamiam non timet: impudoratus ac inuerecundus dicitur.

Quæſtiones.
1 Quid
2 Quot eius modi
3 Vtra laudabilior
4 Circa quæ
5 Cui ætati accommodatur?
6 An ſeni
7 An ſtudioſo
8 Quo à virtute differt
9 Qualis qui res agit turpes & eũ nõ pudet?
10 Cur laudatur verecundia
11 Quando expedit verecundia?
12 Et vbi

Elementa: ¶2. Duo: factum præueniens & ſequens. ¶3. Factum præueniens. Laudabilior eſt verecundia: quæ nos in aliquid turpe cadere non ſinit, & nos à vitio defendit innoxios. ¶4. Circa turpium obiectionem. ¶5. Iuuenili. ¶Iis (qui ad peccandum ſunt proni, & quos propter verecundiam laudamus) verecundiam accommodamus. ¶6. Nullus ſenem ob verecundiam laudabit. ¶7. Nemo probus turpia perpetrabit. Et qui rationem conſummatam habet: affectione amplius non eget à turpi retrahente. ¶8. Virtutis habitus & adultæ ætati & ſenili conuenit. ¶9. Impudoratum cum res turpes agit: non pudet. ¶10. Quòd à vitijs retrahit pudor verecundiáque: laudatur. ¶11. 12 In iuuentute & vbi eſt turpium licentia. ¶Et tunc & ibi expedit verecundia quando & vbi eam laudamus, & nos à turpium perpetratione retrahit. Quemadmodum de verecundia, ita de nemeſi & indignatione (quæ eſt de malorum proſperitate dolor, & de inuido qui aliena proſperitate torquetur: & de maleuolo qui de omnibus potiſſimum bonorum aduerſitatibus gaudet) diceretur.

Indignans. Inuidus. Maleuolus.

Voluntariũ. III

VOluntarium diffiniuimus cuius principium in nobis eſt: operationis ſcientibus ſingula. Et qui quod vult operatur operationis ſingula cognoſcens: ſponte agere dicitur. Inuoluntarium eſt quod per violentiam aut ignorantiam factum imputabile non eſt. Quod quis facit non conſentiente voluntate, aut per igno-

tantiam quod quidem cognitum pœnitudinem dolorémque inducit: id inuitus facere dicatur. Quod ſi poſteaquam cognitum fuerit, pœnitudinem, triſtitiámque non inducit: id quidem non ſponte & ignorans, at non inuitus feciſſe dicatur. ❡Ignorantia omnis: videtur alicuius cognitionis defectus. Quæ ſi congenita eſt: innata dicitur. Si qua quis (ne explendæ cupiditatis impedimento ſit) ignorare cupit: affectata & ex electione. Et ſi per præcedentem (tametſi eam non vellet) inducitur operationem: conſequẽs, & ignorantia cuius homo cauſa eſt. Et ſi earum rerum quas ſcire tenemur, per conſiderationis incuriam prouenit: ignorantia iuris, vniuerſalis & cuius homo cauſa eſt, dicitur. Eſt præterea ignorantia eius, quod homo minime ſcire tenetur: cum actus humani particularem circunſtantiam, ad quam homo non tenetur: ignorat. Porro eſt ignorantia in quam homo omnimoda præſtita vigilantia præter eius voluntatem incidit. & hæc ignorantia, inuincibilis appellatur.

Quæſtiones.

1 Quid
2 Quot ignorãtiæ modi
3 Quæ inuoluntarium cauſant?
4 Quæ inuoluntarium non cauſant?
5 Circa quæ voluntariũ
6 Nónne habitus animi voluntarij ſunt?
7 An poſtea q̃ geniti ſunt in noſtra ſint poteſtate
8 Nónne operationes ob maiorum malorum metum factæ voluntariæ ſunt?
9 Nónne in noſtra poteſtate?
10 Qualis quis turpiter agit ignorans?
11 An omne quod homo ignoratione facit: ſit inuoluntarium?
12 An quodcunque quis operatur per irã aut concupiſcentiam: ſit inuoluntarium?
13 Nónne potius honeſta morte oppetendum eſt, quàm ad turpe compelli?
14 Quando voluntarie agendum eſt?
15 Et vbi

❡2. Sex: innata ex electione, conſequens, iuris, eius quod homo minime ſcire tenetur, & inuincibilis. ❡3. Ignorantia eius quod homo minime ſcire tenetur, & ignorantia inuincibilis. ❡Ea ignorantia qua cum quid factum eſt, imputabile non eſt: cauſat inuoluntarium. ❡4. Cæteræ inuoluntarium non cauſant. ❡Quod in noſtra poteſtate ſitum non eſt: id neque voluntarium neque inuoluntarium eſt. quod imputabile eſt: eius ignorantia inuoluntarium non cauſat. Quod quis facit ignorans (cum ipſe ſuæ cauſa ſit ignorantiæ) idipſum perinde atque voluntarie factum reputatur. ❡5. Circa operationum ſingula. ❡Circa ea verſantur voluntarium, & inuoluntarium: per quæ cognoſcimus aliquem voluntarie aut inuoluntarie agere. ❡6. Quorum cauſæ in noſtra poteſtate, & voluntarie ſunt: eadem quoque in noſtra poteſtate, atque voluntaria erunt. ❡7. Noſtræ poteſtatis non eſt, partos iam habitus, cum volumus, reijcere. ❡8. Cum operandi principium in nobis eſt operationis ſingula cognoſcentibus: ea voluntaria ſunt. ❡9. Ea in noſtra ſunt poteſtate: quæ ſi volumus, facimus: & quæ ſi facere nolumus, facimus minime. ❡10. Aliquãdo turpia ex ignorantia operatus: malus & inexcuſabilis eſt. aliquãdo excuſabilis atque venia dignus. prima, quinta & ſexta peccantes: venia, miſericordiáque dignãtur. Secunda, tertia, & quarta minime: ſed vituperãtur. ❡11. Non quicquid ignorans facit, pœnitudinem ac triſtitiam cognitum inducit. ❡12. Pueri & beluæ omnia per iram aut concupiſcentiam operantur. ❡13. Minus malum minus eſt fugiendum, atque maius bonum ſemper magis eligendum, & hominis propria vita eſt: nunquam à recta ratione deuiare. Elementa.

Delectatio. X

DElectationem diximus: operationi ſuperuenientem placentiam. Quæ ſi ſtudioſi habitus operationem ſequitur: ſimpliciter per ſe, vera & perfecta delectatio eſt. Et hæc ſine doloris, triſtitiæq; ammixtione eſt. Quæ ſi dolori, triſtitiæq; ammixta fuerit: delectatio per accidens dicitur.

Quæſtiones.

1 Quid
2 An generatio
3 Repletio
4 An motio
5 Quot delectationum ſpecies
6 Quoad durat
7 Nónne operationum & animalium ſpecie differentiũ: voluptates ſpecie differunt?
8 Nónne voluptas opera-

tionis eſt perfectio? | quæ naturam habitúmve conſtituit. | quiritur?
9 Quæ delectationū meliores:intellectuales an corporales?
10 Quæ potiſſima
11 Qualis
12 An delectatio per ſe ſit
13 Nónne delectatio naturæ conſtantis,adultíq; habitus:per ſe eſt?
14 Nónne ad hominum vitam voluptas requiritur?
15 An aliquis continue delectetur?
16 Quando delectandum eſt?
17 Et vbi

Elementa. ❡2.Generatio actio eſt qua in naturam,habitúmve proficiſcimur ❡3.Complura voluptatum ſunt capacia: quorum nulla repletio eſt. ❡4. Omni motioni conuenit eſſe velox aut tardum.❡5.Duæ per ſe,& per accidens.❡6.Quandiu operatio manet.❡Dum agens,patiénſque idem in eadémque diſpoſitione manet: & eorum effectus manebit. ❡7.Ea quæ ſpecie diuerſa ſunt:à diuerſis perficiuntur.& quæ proprias operationes habent:& delectationes differentes habent.❡8.Sine delectatione:operatio minime perfecta eſt.❡9.Meliores delectationes ſunt,quæ triſtitijs ammixtæ non ſunt.❡10. Operationis optimi habitus:delectatio eſt optima.❡11.Quædam bona,& quædam praua. ❡Voluptates operationum quarū ſunt:iudicia ſequuntur.❡12.13.Diffinitio.❡14.Quibus quandoque adueniunt triſtitiæ: eos voluptates iuuant. Sunt profecto voluptates triſtitiarum medelæ.❡15. Nullus homo continue operatur.

Felicitas. I X

IN ſummi boni nomine(inquit Ariſtoteles)philoſophi conſentiunt omnes:idque felicitatem nuncupant.Quam quidem ita deſcribit:Felicitas eſt(inquit) ſecūdum virtutem hominis operatio & in vita perfecta. Quæ ſi fuerit ſecundum virtutis actiuæ operationem ſumpta:felicitas moralis,humanáque,& actiua dicitur.Si vero ſecundum operationem ſapientiæ:contemplatiua felicitas, ſeparata ac diuina nuncupatur.❡Felicitatis proprietates.Eſt bona.per ſe. perfecta. homini propria. partis rationalis.iucundiſſima.pulcherrima.optima.permanens,& humanarum operationum finis vltimus,optimúſque fructus.

Quæſtiones.
1 Quid
2 Quot felicitatū modi
3 Vtra melior
4 An laudabile bonum
5 Nónne honorabile bonum?
6 Quis deo amātiſſim⁹
7 Qualis
8 An felicitas in voluptatibus conſtituta ſit?
9 An in honoribus
10 An in diuitijs
11 An in virtute
12 An in idea
13 An felix bonorum externorum amminiculis eget?
14 Nónne aliquis dum viuit poteſt dici vere felix?
15 Nónne proſpera amicorum atq; aduerſa:in amicos redundant?
16 Nónne magnis aduerſitatum calamitatibus præpediatur felicitas?
17 An puero competat
18 Quando paretur felicitas?
19 Et vbi

Elementa. ❡2.Duo:actiua, & contemplatiua.❡3. Contemplatiua. ❡Cum duarum operationum alteram alterius gratia quærimus:ea cuius gratia quæſita eſt altera:melior eſt. ❡Vita contemplatiua homini ſecundum aliquid diuinum conuenit. ❡Quod eſt ſeparati, & diuini:perfectius eſt eo quod eſt compoſiti.Et quod paucioribus eget:quódq; deo intelligentíſq; tribuimus. ❡4. Laus ob bonum commendatio eſt:ad præſtantius quid incitans.❡5.Honor bonum eſt exhibitum in excellentis boni ſignum.❡6. Felix. ❡Qui colit maximámque curam gerit(vt oportet)eius quod in homine deo ſimilius eſt: iure deo amantiſſimus eſt.❡7.Proprietates.❡8.In quo cum beluis communicamus:felicitatem conſiſtere,minime poſſe videtur.❡9.10.Felicitas in bono:ipſi beato extrario non conſiſtit.❡11.Virtus ineſſe dormienti, & non ſecundum virtutem quidem in vita perfecta operanti:poteſt.❡12. In eo quod à nobis in hac vita poſſideri non poteſt:humana, temporaliſque felicitas haudquaquam collocāda eſt. ❡13.Iis opus eſt felici:ſine quibus virtutis officia exercere non poteſt.❡14.Aliquis dum viuit: ſecundum virtutē operari,& ad finem vſque in ſtudioſa operatione perſiſtere poteſt.❡15. Sicut amicorū

bona ſunt communia:æque aduerſæ fortunæ eos decet eſſe participes. ¶16. A magnis calamitatibus impeditur felicis operatio. ¶17. Is felix eſſe non poteſt: qui ſecundum virtutem operator non eſt. ¶.18. In vita perfecta. ¶19. Vbi ſecundum virtutem perfectam operatur.

PERORATIO.

Vos ergo quos ad virtutes natura genuit:virtuti parete libenter,fugite vitia.Sola enim virtus ſuo nos officio beatos efficit.Morum diſciplinam diſcite, non modo vt ſciatis: verum vt boni efficiamini,euadatiſque.Nulla enim huius diſciplinæ laus,nullus fructus,niſi ſe quis bonis operibus protinus accommodet. Circa enim humanam vitam (vt nos recte admonet Ariſtoteles)minus verbis,quàm operibus creditur. Ergo omni opera vos virtuti dedicate:& Mantuanum poetam vos ita hortantem libenter audite,

Fidite virtuti:fortuna fugacior vndis
 Non manet:& certam neſcit habere domum.

Et vtinam quod eſt apud Clitophontem:noſtrum per omnem vitam eſſet officium,eos qui nondum ſatis incitati ſunt,ad virtutem prouocare.atqui quod optamus:vobis feliciùs continget,ſi veſtræ naturæ benignitate trahamini.ita enim affectos maior gloria, feliciórque exitus manet. Valete iam:& tandem felicitate fruamini.

¶Præſens artificialis Introductio
in decem libros morales
Ariſtotelis: feliciter
ſuum finem
aſſecuta
eſt
In alma Pariſiorum academia.
1535.

Concordia Magnorum Moralium Ariſtotelis, & Ethicorũ eiuſdẽ per numeros factaque ferme commentario totius præſentis operis æquipollet. o ſolitaria, deſignãt illa quæ ſuo numero in hoc opere diſcutiuntur non eſſe in Ethicis pertractata. o & numeri ſubſequẽtes deſignãt eadem partim & partim non, in Ethicis eſſe diſcuſſa. cætera vero intelligentiæ ſunt peruia.

M.Moralia		Ethica		M.Moralia		Ethica		M.Moralia		Ethica	
Liber.	numeri	Liber.	numeri	Liber	numeri	Liber.	numeri	Liber.	numeri	Liber.	numeri
1	1	1	9	1	57	0	0	2	11	7	1
1	2	1	55	1	58	3	34	2	12	7	3
1	3	6.1	71.22	1	59	3	45	2	13	7	5
1	4	1	1	1	60	3	47	2	14	7	5
1	5	1	23	1	61	2	23	2	15	7	7
1	6	1	23	1	62	7	23	2	16	7	8
1	7	6	71	1	63	4	76	2	17	7	10
1	8	0 1	0 53	1	64	2	23	2	18	7	12
1	9	0 3	0 25	1	65	0.4	025	2	19	7	20 22
1	10	0 1	0 27	1	66	2.4	23.49	2	20	7	11 16
1	11	1	30	1	67	2.4	23.29	2	21	7	16
1	12	2	39	1	68	2	24	1	22	7	22
1	13	1	2	1	69	0	0	2	23	7	15
1	14	1	35	1	70	4	104	2	24	7	17
1	15	1	35	1	71	2.4	23.97	2	25	7	20
1	16	1	36	1	72	2.4	23.83	2	26	7	33
1	17	1	36	1	73	1.4	23.87	2	27	7	44
1	18	1	20	1	74	5	6	2	28	7	3744
1	19	1	32	1	75	5	32	2	29	7	45
1	20	1	31	1	76	5	2	2	30	7	50
1	21	1	55	1	77	5	31	2	31	7	51 52
1	22	1	57.58	1	78	5	41.47	2	32	7	53
1	23	2	6	1	79	5	48	2	33	0 6	0 71
1	24	2	8	1	80	5	53	2	34	0	0
1	25	2	11	1	81	5	2	2	35	1	41
1	26	2	11	1	82	5	64	2	36	0	0
1	27	2	27	1	83	5	66.69.85	2	37	0 3	0 26
1	28	2	27	1	84	5	73	2	38	6	1
1	29	2	20	1	85	6	1	2	39	5	88
1	30	2	18	1	86	6	2	2	40	6	1
1	31	2	18	1	87	6	12	2	41	2	4
1	32	2	30	1	88	6	13	2	42	8	1
1	33	2	0 3	1	89	6	16	2	43	8	2
1	34	3	27	1	90	6	26	2	44	8	15
1	35	3	33	1	91	6	33	2	45	8	5 17
1	36	3	28	1	92	6	35	2	46	8	17
1	37	0	0	1	93	0	0	2	47	8	13
1	38	3	1	1	94	6	36	2	48	8	72 53
1	39	3	13	1	95	0	0	2	49	8	14
1	40	0	0	1	96	6	56	2	50	8	41 44
1	41	0	0	1	97	6	67	2	51	9	1
1	42	3	3	1	98	6	64	2	52	9	18
1	43	3	2	1	99	6	68	2	53	9	14 16
1	44	3	3	1	100	6	71	2	54	8	45 50
1	45	3	9	1	101	0	0	2	55	9	16
1	46	3	16	1	102	6	64	2	56	8	30
1	47	3	16	2	1	5	83	2	57	8	65
1	48	3	16	2	2	6	58	2	58	9	18
1	49	3	17	2	3	6	44	2	59	9	12 25
1	50	3	16	2	4	0	0	2	60	9	30
1	51	3	21	2	5	0 5	0.63.75	2	61	9	35
1	52	0 3	0 17	2	6	0	0	2	62	9	36
1	53	6	48	2	7	0 6	0.67.68	2	63	9	39
1	54	3	20	2	8	6	71	2	64	9	1
1	55	3	20	2	9	0	0				
1	56	6	66.67	2	10	7	2				

¶Iacobus Faber Stapulenſis Guillelmo Budæo ſecretario regio: bonarum literarum ſtudijs addictiſſimo.

MI Guillelme non abſone profecto mihi ſenſiſſe viſus eſt Ariſtoteles, beneuolentiam principium amicitiæ eſſe: & eandē ſemper propter nonnihil honeſtum, contrahi ſolere. Enimuero poſteaq̄ agnoui te in bonis ſtudijs adeo feruenti, indefeſſóq; animo deſudare: vt nullum tempus deſluat quod cuipiā honeſtati non accommodes; noctes trahas honeſtis in ſtudijs inſomnes, literas græcas perinde calleas ac natus in Attico ſolo, perinde latinas ac ſub eruditiſſimis præceptoribus natus in Latio, & cæteras pulcherrimas (quas ſubticeo) naturæ dotes: quas tibi natura parens non inuidit, ſed locupletauit abunde. ab eo certe tempore meipſum vt rudem, vt torpidum, & cui penè ſit (vt Flaccus ait) cornea fibra, accuſaui: tuæ virtutis obſeruatione, atq; beneuolentia raptus. quam iam in amicitiam ex longa temporis conſuetudine adoleuiſſe putes. Quapropter mi ſuauiſſime Guillelme, amicitiæ legibus aſtringor tibi protinus communicare: quicquid in literis pulchrū prius in manus meas aduenerit, in quibus initiū noſtræ vicariæ neceſſitudinis cœptum eſt. Euenit ergo proximis ſuperioribus diebus, vt magna Ariſtotelis philoſophi moralia perlata deuentarint in manus Reuerendi patris Ioannis Stephani deſignati præſulis Verſellarum: quæ (vt humanus eſt) mihi protinus communia fecit. auidiſſimus perlegi. laborem tamen mihi & non paruum quidem iniecerunt codices ipſi, non ſatis emendati: quos inter legendum (vtcunq; vires ſuffecerunt) ad correctionis limam reuocaui. & per numeros cum Ethicis Ariſtotelicis conciliaui. nam ferme eædem hic, atq; illic materiæ diſcutiuntur: ſed hic remiſſius, inexpletiúſq;, illic vero copioſius, atque diſtinctius. Cum enim Ariſtoteles tria (vt fertur) de morib⁹ cuderit opera, & quidem digniſſima. primum paruorum moralium opus ad Eudemium, ſecundum magnorum moralium, & tertium Ethicorum Nicomachiorum: horum euigilantiſſimum, abſolutiſſimúmque eſt illud Ethicorum opus. quo rite aſſequuto, quicquid ad beate viuēdum deſideratur: patet latiſſime. Notas ad latus paucul as adieci: vbi litera ſe ſubobſcuriorem offerebat. Sic ergo recognitum opus, ſtudioſiſſime Guillelme ad te mitto: vt te ex græcanico ſtudio ad latinum virtutum ſtudium pauliſper reuocem: quas tu ſemper honeſtiſſime viuendo coluiſti, feciſtique plurimi. pulſantes igitur ad tuas fores ne excluſeris. videbis ſane (ſi perinde atque ego iudicaueris) ſingulare, atq; eruditiſſimum opus: & Georgium Vallam Placentinum hac ſua recenti traductione de literis præſertim philoſophicis apprime benemeritum. videbis & me tuæ diligentiæ imitatorem: quem non ſolus ammiror, atque laudo, ſed & Georgius, Hermonymus, & Paulus Aemilius vehementer efferunt, cōmendant ac extollunt. quorū ille mihi vt pater: hic vero vt dominus, & beneuolentia fraterna, vterq; autem vt mihi præceptor eſt. qui ijdem queruntur plerunq; nō eſſe tibi à ciuilibus curis ſolutiorem animū, & liberius ad philoſophandū otium. quanuis vtrunq; q̄ alius vigilantius, accuratiúſq; exerceas. Et vt paucis abſoluam: id Horatianum tibi q̄ accommodatiſſimum eſſe: mihi viſum eſt,:

Non tibi paruum
Ingenium, non incultum eſt, non turpiter hirtum,
Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura
Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen:
Prima feres hederæ victricis præmia. quòd ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes:
Quo te cæleſtis ſapientia duceret, ires.
Et reuera mi Guillelme (quanquam non es ammonendus)
Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli
Si patriæ volumus, ſi nobis viuere chari.

Vale nunc feliciter.

¶Ariſtotelis Magnorum Moralium liber primus
Georgio Valla Placentino interprete.

Cap.I.

¶Res ciuilis ſcilicet faculras.
¶Citra quempiam qualem eſſes niſi quiſpiam qualis, ſtudio ſuſque ſit.

QVoniam de pertinētibus ad mores dicere conſtitui- 1
mus:primū cuiuſnam rei pars ſit mos,ducimus cōſi-
derandū.Vt igitur paucis abſoluā,non rei alius vide
tur pars eſſe:q̄ ciuilis.Atqui ciuilibus in rebus citra
quempiā qualem eſſe:effici nihil poteſt.qualē inquā
vt ſtudioſum eſſe ac probum. ſtudioſum porrò eſſe:
idem quod virtutes habere.Quòd ſi quiſpiā ciuilib⁹
in rebus ſolers eſſe debeat: eundē moris ſtudioſum eſſe oportet.Apparet
itaq; rei ciuilis:omne negotiū quod circa mores eſt,partē eſſe atq; princi-
piū.vt in totū iure mihi videatur habere appellationē negotiū atq; tracta-
tio nō moralē ſed ciuilē.¶Expedit itaq;(vt eſt videre)de virtute primū 2
dicere:quidq; ſit,& ex quibus conſtet.nec enim fere vtile fuerit virtutem
quidem noſſe:vt vero ſit,ac ex quibus negligere.quandoquidē ex quibus
ſit coniectare,ſimúlq; noſſe nolumus,ac huiuſmodi nos eſſe:nedū vt nori-
mus quid ſit conſiderandū. At nequaq̄ facere poterimus:niſi ex quibus
& quomodo ſit,percalluerimus.Scire igitur quid ſit virtus neceſſe eſt: ſi-
quidem & ex quibus ſit,& quomodo,ſcitu haudquaq̄ facile eſt ignoranti
quid ſit,quemadmodū in ſcientijs.¶Verum ne latere quidē nos oportet 3

Pythagoras.
Socrates.

¶Numerus pariter par: eſt qui continuo per æquales ad monadem vſq; indiuiduam, ſecatur, vt 64,32,16,8, quam ob æqualitatem Pythagorici ſymbolum iuſtitiæ ponere potuere: quòd iuſtitiæ ſit ſecundum aliquam æqualitatē diſtribuere, & æquale pro æquali commutare.

ſi qui de his prius diſſeruere.Primū igitur Pythagoras de virtute dicere
aggreſſus eſt:quanq̄ non rectè.virtutes ſiquidem ad numeros referendo:
ſuam virtutū non fecit inſpectionem. nec enim iuſtitia eſt numerus pa-
riter par.Cui ſuccedēs Socrates de hac re melius pleraq; diſſeruit:ſed ne
ipſe quidē rectè.Quoniā virtutes ſcientias efficiebat.quod fieri nullo mo
do poteſt. Cunctæ ſiquidē ſcientiæ cum ratione: atq; ratio in ſolo animæ
gignitur intellectu.quocirca virtutes omnes: in animæ parte rationabili
efficiantur,neceſſe eſt.Euenit itaq;,vt qui virtutes ſciētias faciat:irrationa
lem animæ partē extinguat.quod faciendo:affectum,ac morem perimat.

Plato.

Quā ob rē nō rectè hoc modo virtutes amplexus eſt.Poſtea demū Plato
animā in partem quæ teneret rationē,& in eā quæ eſſet rationis expers
rectè diſtribuit:reddiditq; ſuas vtriq; virtutes. quatenus hæc probe, reli-
qua vero neutiq̄ rectè.quandoquidem virtutem cum tractatione quæ de

¶Bonum per ſe:idea.

bono per ſe eſſet ammiſcuit.nō quidem rectè:quia nō peculiare,& ſuum.
neq; enim de eo quod eſt,ac de vero,differentem de virtute,dicere opor-
tuit.illi ſiquidem nihil eſt cum hoc cōmune.Tanta igitur illi & hoc mo-
do amplexi ſunt.¶Deinceps ergo nobis coniectandū quidnam de his di- 4
cendum fuerit.Intuendum igitur eſt imprimis ſcientiæ omnis, atque fa-

¶Per ſe bonum ſimpliciter, & non propter alterum in quaque facultate bonum.

cultatis finē eſſe aliquem.idq; per ſe bonū.nulla ſiquidē ſcientia, facultas
nulla:mali cauſa eſt. Quòd ſi facultatū omniū bonus eſt finis: non dubiū
quin etiam optime ſit optimus. Atqui ciuilis optima eſt facultas.igitur
ipſius finis bonus.de bono itaq; vt videtur nobis dicendū eſt:at de bono
non in vniuerſum ſed nobis bono. neq; enim deorum bonū agēdum eſt:

¶Atqui cōmune quod eſt in bonis omnib⁹. bonū cōmune quod in cunctis fuerit, bonū cōiunctū generali quadā notione, vt omnibus rebus cōueniat cōprehenſum: vt bonis intellectiliū, ſenſilium, bono in agricultura, bono in nautica, bono in medicina, & ita de ſingulis. de quo quidē bono tam generali notione nulla particularis diſciplina nulláque facultas intentione præcipua conſiderat.

quēadmodū de eo alia habenda fuerit oratio, & cōſideratio nunc ſit alie-
na.de nobis itaq; bono dicendum. ¶De quo ſane diſſerendum imprimis 5
eſt quonam dicatur modo.neq; enim ſimplex atq; vnum eſt:quandoqui-
dem dicitur bonum aut quod in vnoquoque eſt optimum,id vero ſuapte
natura deligibile:aut cuius participatione alia ſunt bona: id nimirū idea
boni eſt . an igitur de boni idea loqui oportet,an non? Atqui commune
quod eſt in bonis omnibus,aliud ab ipſa idea videri debet:ſiquidem ſepa-
ratile id per ſeſe eſt quod idea.commune vero in cunctis exiſtit.non vtiq;

quidem quod ſeparatile.nec enim vnquam ſeparatile & per ſeſe agnatam

¶ Bonum ſeparatile:idea.

vim habens:in cunctis fuerit. Nunquid igitur de hoc nobis diſſerendum
bono:quod in omnibus exiſtit aut nõ? quid ita?nempe quoniam id com-
mune eſt,vt diffinitio,& inductio : diffinitionẽ oportet cuiuſlibet referre
eſſentiam.ſeu bonum ſeu malum ſit,ſeu quiduis aliud.refert certe diffini-
tio,vt eiuſmodi bonum in vniuerſum eſt.nõ quatenus ipſum per ſeſe de-

¶ Non quatenus ipſum per ſe deligibile.ipſum per ſe diligibile,ipſum per ſe appetibile,ipſum per ſe ſeparatumque bonum,idea.

ligibile : verũ quod in cunctis exiſtit,diffinitioni eſt ſimile. diffinitio cer-
te ait bonum eſſe quippiam:quod neq; ſcientia, neque facultas vlla dicit.
neq; enim finem ſuũ aſſerit bonũ eſſe : verũ id alterius eſt inſpicere facul-
tatis.quandoquidẽ neq; medicus,neq; ædificator refert:hic quidẽ ſanita-
tem eſſe bonam,ille vero domum.ſed hic quidem quid ſanitatem prætẽ-
dat,& quemadmodũ ſanitatem faciat:ille vero domũ.non dubium igitur
qnin ne quidẽ rei ciuili de cõmuni bono dicendum ſit.vna ſiquidẽ & hæc
reliquarum ſciẽtiarum eſt.Atqui hoc nullius eſt dicere:aut facultatis,aut
ſcientiæ, vt de fine. ne quidem igitur rei ciuilis quod de communi bono
eſt dicere,eo quod per diffinitionẽ eſt.Verum enimuero neq; de eo quod
inductionem cõmune quid.ita ꝙ cum voluerimus particulariter aliquod
bonum demonſtrare,aut diffinitione demonſtramus vt ratio eadem con
gruat ei quod per ſe bonũ,& ei quod bonũ eſſe demonſtrare voluerimus,
aut inductione.ſicut cum velimus magnanimitatem bonum eſſe demon-
ſtrare:dicimus,nimirum iuſtitia bonum eſt, & fortitudo, ac omnino vir-
tutes:magnanimitas,autẽ virtus eſt.ergo & magnanimitas bonũ.non igi-
tur de cõmuni per inductionem bono:rei ciuili dicendum eſt.quod eadẽ
contingere non poſſunt huic.& per diffinitionẽ cõmuni bono(nam quod
bonũ hinc etiã dicet)manifeſtum igitur de optimo bono dicẽdũ eſſe,eo

¶ Nam quòd bonũ hinc etiam dicet.hinc ex diffinitione communis boni:ſi dicere debeat.quam tamen cõmunis boni diffinitionẽ minime ciuilis facultatis eſt conſiderare.

ꝙ nobis optimũ ſit.¶ In totũ autẽ viderit quiſpiam nõ vnius eſſe ſciẽ-
tiæ aut facultatis,de vniuerſali bono cõſiderare.Cur ita?nẽpe quod bonũ
eſt in omnibus prædicamentis.nam in quo,in quali,in quanto,in quãdo,
in ad aliquid,ac prorſus in omnibus.Cæterũ quãdo bonum in medicina
medicus nouit.at in gubernatoria gubernator,& in ſingulis ſinguli.quan-
do ſecandũ quidem ſit nouit medicus.at quãdo nauigandũ, gubernator.

¶ Quando ſecandũ quidem ſit medicus nouit quando humores ſecernẽdi ſint, & eiecctione facta purgandi,nouit medicus.chirurgicus autem ſi quicꝗ in corpore ſit reſecandum.

In qualibet vtiq; quando bonum quiuis quod propter ſe cognouerit.ne-
que enim medicus quod in gubernatoria bonũ quãdo cognouerit : neq;
gubernator quod in medicina . ne igitur quidem hoc modo de commu-

¶ Quiuis quod ꝓpter ſe:quod ad ſuam pertineat diſciplinã.

ni bono dicendum eſt, ſiquidem quando in cunctis commune eſt.ſimili-
ter etiam quod ad aliquid bonum,ac quod in alijs prædicamentis cõmu-
ne eſt omnibus.Atqui nullius eſt facultatis,aut ſciẽtiæ dicere de eo bono
quod in vnaquaq; eſt.ne igitur quidem rei ciuilis eſt dicere de communi
6 bono.de bono igitur ac de optimo:atque nobis optimo.¶ Cæterum eum
qui velit quippiam demonſtrare: minime apertis non oportet exemplis
vti,ſed vbi obſcura aperienda ſint:manifeſtis, ac in eis quæ ſub intelligẽ-

¶ Ac in eis quæ ſub intelligentiã cadunt,ſenſibilibus:hoc eſt cum de intelligibilibus ſermonem agitamus:exemplis ſenſibilibus(quę manifeſta ſunt)ad eorum intellectibilium deprehenſionem vtendum eſt.

tiam cadunt ſenſibilibus,ea ſiquidem ſunt apertiſſima.Cum igitur de bo-
no dicere quiſpiam tentauerit:de idea neutiquam dicendum eſt, tametſi
de idea dicendum exiſtiment,vbi de bono dicant.Aiunt nanque de maxi-

¶ At id vnumquodq; præcipue tale eſt. ideam vnumquodque quod vere eſt appellabant . vt quod vere homo, quod vere equus,& ita in ſingulis.

me bono eſſe diſſerendum.at id vnumquodq; præcipue tale eſt: vt præci-
pue ſit bonum idea vt opinantur.huiuſmodi certe oratio fortaſſis vera:
verum neutiquam ciuilis ſcientia,vel facultas(de qua in præſentia nobis
eſt oratio)de hoc per ſe bono,ſed nobis bono.¶ Nulla ſiquidem ſcientia
aut facultas, de fine loquitur quod ſit bonum. & perinde ne quidem res
ciuilis.ideo non de bono quod iuxta ideam eſt:loquitur. Verum (fortaſ-
ſis ait)hoc per ſe bono vtendum eſſe principio:ab eo progrediẽdo ad ſin-
gula.In quo ne ita quidem recte. Expedit ſiquidem ſua cuiuſlibet ſume-

re principia.abſurdum enim ſit volenti oſtendere triangulum duobus re ctis æquales habere angulos:ſumere principium eiuſmodi,anima immortalis eſt.neque enim hoc proprium.Oportet ſiquidem principium ſuum eſſe eius rei:qua de agatur,atque coniunctum.nunc vero abſq; hoc quòd anima ſit immortalis, demonſtrauerit quiſpiam duobus rectis æquales habere triangulum. itidem & de bonis eſt inſpicere alia citra ideam boni.proinde proprium non eſt huius per ſe boni principium.❡Ac ne quidem Socrates recte ſcientias virtutes faciebat.is enim nihil incaſſum, & temere eſſe arbitratus eſt:ex eo autem quod eſt virtutes eſſe ſcientias ei eueniebat virtutes eſſe fruſtra.quid ita?In ſcientijs nimirum contingit pariter noſſe ſcientiam quid eſt, & ſcitum eſſe. ſi quis norit quid ſit medicina:is confeſtim eſt medicus. ſimiliter etiam in alijs ſcientijs.At in virtutibus non idem eſt.neque enim ſi quis nouerit quid ſit iuſtitia: continuo etiam iuſtus eſt,itidẽ & in alijs.Euenit igitur & temere virtutes eſſe, & non eſſe ſcientias. 7

Socrates

❡Et ſcitum eſſe & ſcitum ſcientem,taléque eſſe.

❡Quot modis bonum. Cap. II.

AT quoniam de his nobis diſſerendum eſt:annitamur bonum dicere, quot dicatur modis. Sunt nimirũ bonorum alia honorabilia, laudabilia alia, potẽtiæ alia.honorabile huiuſmodi dico quod diuinum,quod melius:vt anima mẽſq; eſt.quod antiquius,quod principium id genus:honorabilia certe in quibus honor.talia ſiquidem omnia honor comes conſequitur. Neutiquam etiam virtus honorabile bonum eſt:quando ab ipſa probus quiſpiam gignitur. nanque in virtutis penetrat habitum.At laudabilia,vt virtutes.ab ipſarum nanque actionibus laus emergit. Quædam vero potentiæ, vt dominatus,opulentia,robur, pulchritudo.ijs nanq; bonus bene,vt malus male vti potuerit.ideo etiam potentiæ eiuſmodi bona nuncupantur.bona certe ſunt.vſus quidem ipſorum boni,non vtiq; mali approbantur. id genus nimirum bonis euenit: ortus cauſam ipſorum eſſe fortunam.à fortuna nanq;, & opulentia,& dominatus eſt,& quæcunque prorſus in poteſtatis ordinem perueniũt reliquum porrò ac quartum inter bona eſt ſalubre etiam bonum efficiens ſicut exercitium ſanitatis ac ſi id genus eſt aliud.❡Verum aliam quoque ſubeunt bona diſtributionem: vt bonorum quædam prorſus & omnifariam ſunt eligibilia,quædam vero non.veluti iuſtitia aliæq; virtutes: omnifariam & omnino ſunt eligibiles. At robur, & opulentia, potentiaque & id genus alia:neque omnifariam neque omnino.❡Rurſus quoque aliter bonorum alia ſunt fines,alia non.quemadmodum ſanitas quidem finis,atque ſanitatis cauſa neutiq̃ finis eſt:& quæcũq; ita ſe habent eorum ſemper finis melior.vt ſanitas melior: quàm quæ ſalubria. in totũmque prorſus id melius:cuius gratia ſunt & alia. ❡Rurſus ipſorum finiũ præſtat ſemper qui perfectus eſt:imperfecto.eſt nimirum perfect⁹:cuius acceſſu nullo amplius nobis opus eſt.imperfectus autẽ: cuius aduentu aliũ deſideramus.quẽadmodũ iuſtitiæ duntaxat aduentu:plura deſideramus. at felicitatis acceſſu:nulla re amplius nobis opus eſt.is ergo nobis optimus quem deſideramus,qui finis perfectus. abſolutus nanq; finis, bonũ eſt:necnon finis bonũ.❡Hinc igitur quodam modo optimũ conſiderandum eſt:nunquid eo modo vt ipſum quoq; cõnumeratũ recenſeamus?an id videbitur alienũ?ſiquidem optimũ finis eſt perfectus: ac perfectus finis(vt paucis abſoluam)nil aliud q̃ felicitas eſſe videtur.ex multis porrò bonis felicitatem conſtare cõprobatur.quòd ſi optimũ coniectans ipſum quoq; cum alijs annumeres: ipſum ſe melius eſſe conſtabit, ſiquidem optimum erit.vt ſalubria ponendo etiam ſanitatem conſideres:quidnam

❡Neutiquam etiam virtus.cũ virtus ipſa acquiritur imperfectáque eſt: nequaquam honorabile bonum eſt neque tales qui primũ ad virtutẽ viam capeſſunt honore afficimus: ſed poſtequam virtutes cum admiriſtratiuæ tũ cõtemplatiuæ adultę perfectę́q; ſunt, tales honoribus afficiuntur.

❡Quadruplex bonum: ſcilicet bonum honorabile, bonum laudabile, bonum poteſtatis, bonum ſalubre.

❡Finis perfect⁹:finis præcipuus,finis propter ſe,finis quod.
❡Finis imperfect⁹: finis min⁹ præcipuus,finis propter alterũ, finis quo.

horum omnium optimum? nempe ſanitas. quæ ſi horum optimum eſt: id
ſe quoq; melius, quod admodum abſurdum eſt. non igitur optimum ita
coniectandum. ſed an id quodam modo fuerit vt abſque ipſo? nunquid
hoc etiam abſurdum? nam felicitas ex quibuſdam conflata bonis eſt: hoc
eſt ex quibus conſtet bonis. an ſic optimum conſiderare, fuerit alienum?
neq; enim eſt quicquam aliud ab his felicitas: verum hæc ipſa. an ita quiſ-
piam recte concernens optimum conſiderauerit? ſicut ipſam felicitatem
quæ ex his ſit bonis, diiudicans erga alia, quæ in ipſa collecta non ſunt: ita
optimum conſiderans recte conſiderauerit. Cæterum non eſt ſimplex
(quod nunc quærimus) optimum: vt dicat quiſpiam optimum cuncto-
rum bonorum in vnum concretorum eſſe prudentiam. Verum hoc fere
modo non quærendum eſt optimum bonum: perfectum ſiquidem quæ-
rimus bonum. At prudentia ſola neutiquam perfectum. non igitur hoc
optimum quod quærimus: neque ita indagamus optimum.

¶ Abſque ipſo: hoc eſt abſque cum alijs bonis cōnumeratiōe.

¶ Vt dicat quiſpiam. quemadmodum diceret quiſpiam omnium bonorum ſimul aggregatorum, prudentiam inter illa eſſe optimum.

¶ Alia diuiſio bonorum. Cap. III.

12 PRæterea aliam admittunt bona ſectionem. ſunt ſiquidem bono-
rum alia in anima: vt virtutes. alia in corpore: vt ſanitas, venuſtas.
alia externa: opulentia, dominatus, honor, & ſi quid eſt huiuſmo-
di. At horum quæ in anima ſunt: optima. ¶ Quæ porro in anima defini-
ta ſunt bona, trifariam diſtribuuntur: in prudentiam, in virtutem, & in
1 voluptatem. poſt hæc igitur (quod profitemur omnes) etiam finis vide-
tur bonorum, idémque abſolutiſſimum eſſe felicitas. quod ſane fatemur
13 eſſe in bene agendo, ac bene viuendo. ¶ Cæterum finis ſimplex non eſt,
ſed duplex, quorundam enim eſt finis ipſa actio, vſúſque ſicut viſus. eſt
nimirum vſus optabilior habitu, finis autem vſus. nemo ſiquidem velit
2 viſum habere, ad non ſpectandum, ſed connictandum. idem de auditu: cæ-
teríſque dicendum. proinde quorum vſus & habitus eſt: ſemper melius
& optabilius eorum eſt vſus habitu. vſus enim & actio finis: cum ſit pro-
pter vſum ipſe habitus. ¶ Poſt id ſi conſiderauerit quiſpiam in cunctis
ſcientijs: intuebitur non aliam eſſe conſiderationem in extruenda domo,
quàm in proba domo: ſed vtrobique ſuppetere ædificatoriam. & cuius ef-
fector, ædificator: vt cuius ſit virtus, eiuſdem ſit effectrix. idem in alijs om
nibus par eſt coniectare.

¶ Cōnictare: palpebras, oculórumque folliculos demittere, claudere.

¶ Virtutem in anima eſſe. Cap. IIII.

14 PRæterea intuemur: alia re nulla q̄ anima, nos viuere. in anima autē
eſt virtus. idem certe fatemur facere animā, animæq; virtutē. Cæte
rum virtus in vnoquoq; cuius eſt virtus: idem facit. At anima etiā
alia. atq; anima viuimus. ob animæ itaq; virtutem bene viuimus. Cæterū
bene viuere, & bene agere nihil aliud dicim⁹: q̄ felicē eſſe. ergo & feliciter
15 agere, & felicitas: in viuendo eſt. ¶ Verū bene viuere eſt in viuēdo ex vir-
tutibus. hoc igitur eſt finis, & felicitas, & optimum. in vſu itaq; ſit neceſ-
ſe eſt & actione: felicitas. nam quorū habitus, vſúſq; eſt: vſus & actio finis.
Atqui animæ virtus eſt habitus: & actio eſt vſus ipſius, eorúmq; quæ ſub
electione cadūt. ergo finis: ipſius actio, vſúſq; fuerit. felicitas igitur in vi-
16 uendo ex virtutibus ſit neceſſe eſt. ¶ Quoniam igitur optimum bonum
eſt felicitas, & hæc ipſa finis: actione viuendo ex virtutibus felices fueri-
17 mus, optimúmq; bonum habuerimus. ¶ Cum igitur ſit felicitas bonum
perfectū ac finis, nos latere non oportet id in ætate perfecta eſſe. nō enim
in pueroꝙuia nec puer dici felix poteſt ſed in viro. is nanq; perfectus. &
ne quidem in tempore imperfecto: ſed perfecto. perfectum fuerit vtique
tempus: quandiu homo viuere potuerit. recte nanq; à multis dicitur: feli-
cem in longiſſimo vitæ tempore eſſe iudicandum. vt opus ſit perfectum

¶ Idem facit: ſemper cōſimile operatur: vt ars ædificatoria domum, ars fidicum determinatæ modulationis, ſemper conſimilem concentum. anima autem non ſemper idem, ſimiléq; facit: ſed nūc virtutis opera, nūc autem opera vitiorum prioribus contraria.

eſſe,& in tẽpore perfecto,& in homine.❡Quod autẽ ſit actio: hinc quiſpiam poterit intueri. inſomnis nanq; (vt inter viuendum ſi quiſpiã dormiat)eiuſmodi nolim talem dicere eſſe felicem. ipſi quidem exiſtit viuere:ſed eidem ex virtutibus(quod erat ex actione viuere)nõ exiſtit.Rurſus quod mox dicendum:non admodum quæ diximus participare, & ne quidem ab ipſis longe abeſſe videbitur,quippe ꝙ animæ portio quædam eſſe putetur,qua alimur,quam altricem appellamus.Iure profecto ita ſiquidem lapides ali non poſſe intuemur: & perinde non dubium quin ſit ali animatorum.quod ſi animatorum:cauſa eſt anima.❡Atq; animæ taliũ partium nulla alendi fuerit cauſa.quales ſunt rationalis,vel iraſcibilis,vel cõcupiſcibilis:ſed alia quædam præter has.& ei nullum magis peculiare poſſumus nomen q̃ alentis accõmodare.❡Dicat fortaſſis quiſpiam, nũquid ex hac quoq; parte animæ virtus eſt?nam ſi fuerit:non dubiũ quin etiam eadem agere opus ſit.perfectæ ſiquidem virtutis actio:felicitas eſt. At nunquid eius ſit vel non ſit virtus:alia fuerit oratio. Quæ ſi fuerit,huius non eſt actio.nam in huiuſmodi parte impulſus eſſe non videtur.quæ igni videtur eſſe cõſimilis,cui quicquid immerſeris abſumet.at ſi nõ obieceris:ne quidem ad capiendũ impellitur.ita hæc habet pars animæ,vt ſi alimentum obijcias,alat:ſin minus ne quidem ad alendum cõmoueatur. & perinde ne quidem actio cuius non eſt cõmotio. proinde hæc pars ad felicitatem capeſſendam nihil coadiuuat. ❡Deinceps igitur quid ſit virtus dicendum,quandoquidem eius actio felicitas eſt.vt paucis itaq; abſoluam:virtus habitus eſt optimus.verum non ſatis forte ſic,ita ſimpliciter loqui:ſed euidentius fuerit diffiniendum. 18 19 20 21

❡Diuiſio animæ. Cap. V.

PRimum igitur de anima in qua exoritur: non quid ſit anima(alia ſiquidem eius rei conſideratio)ſed vt quonam modo diſtribuatur dicendũ eſt.Anima nimirum(vt receptum eſt)in duas partes diſtribuitur:in eam quæ rationẽ habet,& quæ rationis expers eſt.ex ea parte quæ habet rationem:exoritur prudẽtia,ſolertia,ſapientia,ingeniũ,memoria,& id genus alia.At ex parte rationis experte:quæ virtutes appellãtur,temperãtia,fortitudo,iuſtitia & quæuis aliæ,quas ex moribꝰ dicimus eſſe laudabiles.ex his nanq; conſequi laudem dicimur, & ab eis quæ à ratione demanant:nemo laudatur.nec enim ꝙ ſapiens,nec ꝙ prudens, nec prorſus ex huiuſmodi aliquo: quiſpiam laudandus accedit.neq; porrò rationis expers quatenus ad ſe ſuggerendum idoneũ eſt:ſuggeritq; ei quod obtinet rationem.❡Eſt nempe moralis virtus:quæ ab exceſſu defectúq; corrumpitur.ꝙ autem tam defectus,q̃ exceſſus corrumpat: ex eis eſt videre quæ ad mores pertinent(vtendũ ſane in rebus incertis: teſtimonijs certis eſt)confeſtim nanq; in exercitijs hoc viderit quiſpiam,quæ ſi excedant robur affligunt:ſin deficiant,eodem modo habent.idem in potu,cibóque euenit.affluentibus enim ſanitas abſumitur.idem fit & ſubductis. quæ ſi moderata fuerint:corporis firmitudinem cuſtodiunt atq; ſanitatẽ. his conſimile euenit in temperantia & fortitudine, reliquiſq; virtutibus. nam ſi quempiam eouſq; feceris intrepidum,vt ne quidem deos metuat, iam non fortis,ſed demens fuerit.ſin cuncta formidantem, meticuloſus. fortis ergo erit qui neq; omnia metuet, neq; nihil.hæc igitur tam augent quàm labefaciunt virtutem.nimij nanq; metus & omnes labefaciunt,itidem qui de re nulla metu commouentur.atqui circa metus eſt fortitudo. mediocriter itaq; metus fortitudinem locupletant.ab eiſdem igitur tam amplificatur,quàm labefactatur fortitudo . ex metu nanque ita afficiuntur.& idem de cæteris dicendum virtutibus. 22 23

¶In quibus ſit virtus collocata. Cap.VI.

24 RVrſus non his modo virtutem quiſpiam diffinierit: ſed etiam ægritudine & voluptate. nam voluptate allecti, improba factitamus: ægritudini autem ſuccumbentes, ab honeſtis deficimus: alioqui non eſt virtutem & vitium admittere citra ægritudinem & voluptatem. inter voluptates igitur, & ægritudines virtus collocatur. ¶Virtus porrò moralis hinc cognomen habet: ſi modo velimus ex literis veritatem excutere, dicendum erit morem à mora habuiſſe cognomen breuis in lógam literæ facta mutatione. moralis ſiquidem appellatur quòd ex mora aſſueſcat. ¶Idq; certum quòd virtus nulla, quæ ex parte oriatur irrationali: ex natura naſcatur. ſiquidem eorum quæ natura fiũt: nihil eſt quod aſſuetudine aliud euadat. velut lapis, grauiáque prorſus omnia, quæ ferendi deorſum vim agnatam habent, ſi quouis ſurſum verſus ſæpius iactari aſſueſcere nitatur: nunquam tamen ſurſum attollentur, ſed ſemper deorſum cadent. idem de cæteris eſt intelligendum.

¶Aegritudo, ægrimonia, dolor, triſtitia.
¶Aegreſcere, dolere, triſtari.
ἦθος producta prima, apud græcos morem deſignat. & ἔθος correpta prima moram. hinc volunt ἦθος ἀπὸ τοῦ ἔθους deriuari perinde ac nos à mora morem deducimus. & in hac deriuatione cũ in latino ſermone tum in græco breuis ſyllaba in longam conuertitur. ita enim in his deriuationibus conſentiunt græca latinaque lingua.

¶De ijs quæ in anima. Cap.VII.

25 PRæterea qui velit quid ſit virtus dicere: ſcire expedit quænã demum in anima procreentur. ſunt auté hæc huiuſmodi: affectus, potentiæ, habitus. & perinde non dubiũ: quin horum aliquod ſit virtus. affectus igitur ſunt: ira, metus, odiũ, cupido, liuor, miſeratio: & talia comitari conſueuerũt ægritudo & voluptas. potentiæ auté: quibus affici dicimur, nẽpe vnde poſſumus excãdeſcere, ægreſcere, miſereſcere, & alia eiuſmodi. at habitus ſunt: vnde erga hæc habemus bene, vel male. ſicut ad excandeſcendum. ſi nanq; ſupra modum iracunde male in ira habemus: ſin in quibus expedit prorſus ad iram nó cómouemur, ita quoq; male in ira habemus. mediocriter itaq; habendo, vt neque ſupra modum cómoueamur, neq; prorſus ſimus incommobiles: tum ſi ita habeamus recte affecti ſimus. in ſimilibus quoq; alijs idem intelligendum. iracundũ nanq; & bene: in medio iræ, & ad iram incommobilitatis poſitum eſt. Simile eſt in iactantia & diſſimulatione. plura nanq; q̃ aſſint ſibi arrogare, iactãtiæ eſt: minus vero, diſſimulationis. inter hæc igitur medium eſt veritas.

¶Bene iracundus, manſuetus.

¶De habitu. Cap.VIII.

26 IDem in cæteris omnibus eſt intelligẽdũ. id enim propriũ ipſius eſt habitus: vt bene, maléve erga hæc habeat. bene in ijs habere fuerit: neq; excedere, neq; deficere erga mediũ. itaq; iſtorũ vnde laudandi accedimus habitus eſt: ſicut male erga exceſſum, & defectũ. ¶Quãdoquidem igitur harũ perturbationũ, virtus eſt mediũ. perturbationes autem ſunt ægritudines & voluptates, aut nó circa ægritudiné vel voluptatem: virtus certe eſt circa ægritudines, vel voluptates. id quod hinc certũ. ſunt nimirum etiam affectus alij vt videbitur ſuipiã in quibus non in exceſſu & defectu aliquo eſt vitiũ: velut adulteriũ & adulter. nec enim magis eſt talis: qui ingenuas conſtuprarit. cæterum & hoc & ſi quid aliud huiuſmodi eſt: quod à voluptate comprehenditur quæ per intemperantiã vel etiã quod in defectu quódq; in exceſſu ſub vituperationem cadit.

¶Quid medietati opponatur. Cap.IX.

27 DEinceps igitur fuerit ſane dictu neceſſarium: quidnam demũ medietati aduerſetur, exceſſúſne an defectus? nam quibuſdam medietatibus defectus opponitur, vt nonnullis exceſſus. ſicut fortitudini neutiquã exceſſus exiſtẽs audacia, ſed quæ defectus eſt timiditas. temperantiæ vero intemperantiæ & incommobilitatis circa voluptates non vtiq; quæ defectus incómobilitas opponitur, ſed intemperantia, quæ exceſſus eſt. Sunt nimirum vtraq; tam exceſſus quàm defectus medieta-

¶Opponitur, magis opponitur.
¶Incómobilitas: inſenſibilitas.

¶ Ideo etiam prodigi: prodigi aiunt liberales eſſe auaros: & auari cõtra, liberales dicunt eſſe prodigos. Et audaces, petulantesq; atq; temerarij nuncupant fortes meticuloſos: meticuloſi vero fortes reputant temerarios atque furibundos.

ti oppoſita, medietas ſiquidē exceſſu inferior,ſed defectu ſuperior.ideo
etiam prodigi liberales eſſe illiberales aiunt:contrà,illiberales prodigos
vocant.Audaces vero & petulantes fortes nominant timidos : vt timidi
fortes petulantes & furibundos dicendos putant.¶Duabus itaq; de cau 28
ſis duxerimus medietati opponendũ eſſe exceſſum atq; defectum.quip-
pe q, è re ipſa licet nobis conſiderare vtrum potius extremorum ad me-
diũ propius accedat.propinquior'ne liberalitatis ſit prodigalitas an aua-
ritia.lõginquior certe fuerit auaritia.atqui medio quæ magis abſunt ma-
gis oppoſita exiſtimantur.è re itaque ipſa defectum magis opponi ap-
paret. Eſt etiam & aliter videre:vt ad quæ mētem magis pronam habe-
mus ea medio ſint magis contraria. velut ad intemperātiam nati ſumus

¶ Quàm ad decus capeſſendũ, quàm ad temperantiæ honeſtatem atque ornatum ſibi procurandum.

proniores: q̄ ad decus capeſſendum. quam ob rem ſi additamentum po-
tius ad ea fiat ad quæ ſumus proniores: ad quæ additamentũ fit,ea ſunt
magis contraria. Atqui proniores ad intēperantiā ſumus q̄ ad decus ca-
peſſendum:magis ergo exceſſus medietati contrarius,intemperantia ſi-
quidem temperantiæ eſt exceſſus. ¶Quid demum ſit virtus hinc nobis 29
licuerit intueri.medietas ſiquidem affectuum quædā eſſe videtur.¶Pro- 30
inde qui velit moribus comprobari:ei affectuum medietas eſt quæuis cõ
ſtituenda.Et perinde probum eſſe:operoſum,atq; difficile eſt.quandoqui-
dem in vnoquoque medium capere operoſum eſt:velut circulum deſcri
bere cuiuis obuium eſt,at in ipſo medium capere,arduum. itidem & ex-
candeſcere quidem facile necnon contrarium huic. at mediocriter habe-
re,arduum.in totum autem in quauis perturbatione eſt videre,quod me
dium ambiat eſſe facile:medium vero vnde laudemur arduum.ideo etiā
raro probus.¶Quoniam de virtute dictum eſt:deinceps fuerit conſide- 31

Socrates.

rādum,poſſit ea adeſſe nobis necne.verum quemadmodum Socrates di-
xit:in nobis non eſt probos vel malos eſſe. quandoquidem ſi quis roget
quenuis velítne iuſtus eſſe,an iniuſtus? nemo delegerit iniuſtitiam:itidē
de fortitudine,& timiditate, reliquiſque virtutibus ſemper eodem mo-
do. inde non dubium quin ſi mali ſint aliqui : non ſpontanei ſint mali.&
perinde ne quidem probi. ¶Hæc ratio neutiquam vera.nam cur demũ
legiſlator mala facere non permittit:at honeſta,& proba iubet? & in ma-

¶ In rebus autem honeſtis legiſlator ipſis quidem ſtudioſe operantibus neutiquam (niſi honeſta) fecerit.

lis quidē multam infligit delinquentibus?in rebus autē honeſtis:niſi ho-
neſta peregerit?alioqui iniquum fuerit,vbi in nobis non ſit:hoc legũ cõ-
ditores facere. cæterum vt videtur in nobis eſt probos & improbos eſſe.
Item laudes & vituperationes id quoq; atteſtantur.virtutem nanq; laus:
vitium autem vituperatio conſequitur.atqui laus & vituperatio, non in-
uitis attribuitur.manifeſtum igitur eſt hoc modo:in noſtro arbitrio eſſe

¶ Collationem vero huiuſmodi proferebant:comparationem ac ſimilitudinem huiuſmodi inducebant.
¶ Vltroneum:voluntarium,ſpõtaneum.

bona,maláq; facere.¶Collationem vero huiuſmodi proferebant volētes
demonſtrare vltroneum non eſſe:quid nanq; eſt (inquiebāt) quod ægro
tantes ſqualidos nemo vituperat? ¶At hoc minime verum. tales nanq;
reprehendimus:cum ſuæ ægritudinis , ipſos cauſam eſſe cognouerimus,
quódque male habent corpus:vtpote quòd voluntarium eſt. apparet ni-
mirum & in vitio & virtute eſſe voluntarium.

¶Quòd omnia talia:ex talibus principijs. Cap.X.

RVrſus hinc etiam potuerit quiſpiam euidentius intueri : quòd 32
omnis natura,eius eſt eſſentiæ procreatrix,qualis ipſa eſt.veluti
ſtirpes,& animalia.nam vtraque gignunt, ex principiiſq; produ
cunt.vt arbor ex ſemine.id nanque principium eſt.quod porrò principia
conſequitur:ita habet.vt enim habuerint principia: ita quæ de principijs
ortum ducunt.perſpicue autem licet hoc in geometria magis intueri:vbi
cùm aliqua ſumpſeris principia vt ea habuerint,ita etiam quæ ipſa conſe-

quuntur. velut ſi triangulum duobus rectis æquales habet angulos: quadratum quoq; quatuor angulis rectis habeat neceſſe eſt. etſi triangulum ſecus: ita etiam & quadratum commutabitur. ex altera parte enim ei reſpondet. & ſi quadratum quatuor angulis rectis æquales nō habuerit angulos: ne quidem triangulum duobus rectis habebit æquales.

¶Triangulum in magnitudinibus: figurā planam appellamus tribus lineis rectis contentam, & vtroque genere triangulus & triangulum dicimus.

¶Triāgulus in numeris: numerus eſt qui per ſuas vnitates deſcriptus tria latera poſſidet æqualia vt 15. 10. 6. 3.

¶Quadratum, quatuor angulos & quatuor latera poſſidet æqualia.

¶Quadrangulum quatuor normales, æquòſque poſſidet angulos. Et hæc in magnitudinibus & numeris ſuo modo reperiūtur.

¶Diagonus quadrati linea eſt: & quæ angulo ad angulum oppoſitum diſtēditur. & eadem linea dimetiens, quadratiq; diameter appellatur.

¶Apertiſſima huius loci enarratio. Cap. XI.

33 TRiangulum nanq; ſiue diſcretam, ſiue continuam ſpectes quantitatem, figurarum eſt omnium principium. ideo in ipſam certe omnes reſoluuntur: cum ipſa nō in alia q̃ in ſeſe: redeat. Cum er-



A triangulū Trigonus — B quadratum c d diagonus — E Parallelogrammū altera parte lōgior — F trapezion menſula — G trapezoides ſimile menſæ — Triangulī in diſcretis — Quadratī in diſcretis

go quadrangula ſequatur ſtatim triangulam: in bina ſaltem triangula reſoluatur neceſſe eſt. cum'q; triāgulum tres habeat angulos æquales duobus rectis: quadrangulū quippe (quod in bina triangula reſoluitur) quatuor angulos: quatuor rectis æquales habeat neceſſe eſt: hoc modo ab angulo ad angulū ducta diagono: ſiue parallelogrāmū, ſiue non. nam trapezium, & trapezoides: parallelogrammum non eſt nempe huiuſmodi.

Τραπέζια menſa. & hinc quoque τραπέζιον: menſula. & τραπεζοειδὲς ἀπὸ τῆς τραπέζης καὶ τοῦ εἴδους ꝗ ſpeciē ſimilitudinem que mēſulæ exprimat deducitur.

¶Trapezium: quadrilatera figura eſt rectilinea quę neq; æquis oppoſitis angulis neq; lateribus contenta eſt.

¶Trapezoides quadrilatera figura ſuperiori propemodum ſimilis. Et omnino quadrilateræ figuræ quæ neque triāgula quadrangula altera parte lōgiores: neque rhombi neque rhomboides ſunt: appellantur trapezia & trapezoides.

¶Parallelogrammum ſuperficies quæcunq; æquidiſtantium laterum: quæ figura pariter altera parte lōgior appellatur, & tetragonus longus quando ſua latera fuerint inæqualia. Figurationes ſubter adiectæ ſunt, ſed hæc magis quadriuiis q̃ moralis patentur.

¶Quòd hominis ſit agere ſolum. Cap. XII.

34 IDem igitur, atq; conſimiliter de homine quoq; intelligēdum. nam cum ſit homo progenitricis eſſentiæ: ex principijs quibuſdam, atq; actionibus quibus efficit: homo progenerans eſt. nā quid aliud? neq; enim inanimatū aliquod efficere dicimus: neq; etiam animatorū citra hominem quicq̃: manifeſtū igitur actionum hominē eſſe progenitorē. proinde quoniam actiones cōmutari intuemur: nec eadē vnquam agimus, ſuntq; actiones ex aliquibus progenitæ principijs: manifeſtū quandoquidem actiones immutantur: etiam actionum immutari principia à quibus

¶Efficere & agere: ex delectione operari: quorū illud propriæ artis eſt, hoc vero prudētiæ, moraliumq; virtutum.

35 ſunt. quemadmodū collatione oſtendimus geometrica. ¶Atqui actionis tam bonæ, q̃ malæ: principiū eſt propoſitū, & voluntas, & quicquid ad rationem tendit. non dubium igitur quin hæc quoq; commutentur: ſponte nanq; actiones immutamus: & perinde etiā principium, atq; propoſitum.

¶Collatione geometrica: exemplo geometrico: paulo ante numero 33 poſito.

36 nam hæc ſponte fit mutatio. ¶Proinde non dubium quin in nobis ſit: &

37 probos, & malos eſſe. ¶Forte hic quiſpiam occurrerit: quandoquidē ineſt iuſtum, probūmque eſſe: ero ſi voluero omnium probiſſimus. Id fieri nullo modo poteſt. cur nam? quoniam nō hoc in corpore gignitur. neq; enim ſi quiſpiam voluerit corporis curam habere: omnium optimum habebit corpus. nam opus eſt non curam modo intendere: verum etiam natura honeſtum, & bonum corpus eſſe. melius certe habebit corpus: non tamen eſſet omnium optimum. idem de anima intelligendum eſt. neque enim iuxta propoſitum ſuum erit omnium probiſſimus: niſi etiam natura extiterit. melior quidem certe erit.

¶De appetitus tribus generibus. Cap. XIII.

38 QVoniam igitur probum eſſe in nobis appareat: cōſequēs dictu neceſſariū videtur de ſpontaneo diſſerere, quidnam ſit ſpontaneum. ad virtutem nanque capeſſendam dominantiſſimū eſt ſpontaneum. in totum vero dicendum eſt ſpontaneum: quod non coacti agimus: verum de hoc magis adhuc perſpicue diſſerendum eſt. nempe ad id quod agimus aliquis aſſurgit nobis appetitus. atqui tres ſunt appetitus

¶Cupiditas, furor, voluntas concupiſcibilis, iraſcibilis, rationalisq; appetitus.

ſpecies:cupiditas,furor,voluntas.❡Primum igitur actionem (quæ à cupiditate oritur) ducimus conjectandam:vltroneáne, an inuita ſit. Inuita neutiq̃ eſſe:videri debet.cur ita,& vnde id? nempe quod quæcunq; inuiti agimus,coacti faciamus neceſſe eſt.Atqui vbi ſubeſt agentibus aliqua neceſſitas:ægrimonia conſequatur. verum ex cupiditate agentes: voluptas comitatur. proinde hoc pacto non erit ex cupiditate agere quippiã inuito animo, ſed vltroneo. ❡Cæterum ratio eſt alia quæ ab incõtinẽtia huic aduerſatur. nemo enim (inquiunt) ſponte mala peragit qui ſciat mala eſſe:verum qui incontinens eſt,ſcit ea eſſe improba:agit tamen, ac ex cupiditate illectus:agit.non ergo ſpontaneus.coactus ergo. ❡Hinc porrò eadem nos oppugnabit oratio.nam ſi ex cupiditate: nõ ex neceſſitate.cupiditatẽ enim voluptas comes conſequitur.ſed quæ ex voluptate:nõ poſſis dicere ex neceſſitate.❡Alioqui non dubiũ eſt quin incõtinens ſponte incontinenter agat:quandoquidem qui afficiunt iniuria:vltro afficiunt iniuria.atqui incontinentes iniuſti ſunt,atq; iniuria afficiunt. incõtinens ergo in incontinentiam ſponte dilabitur. 39

❡Socratica argumentatio de cõtinenti & incontinenti. Cap.XIIII.

Verum enimuero (inquiunt) ratio aduerſatur non eſſe vltroneũ 40 continens: ſiquidem laudatur quod ſponte quæ ex continentia ſunt agat.at laudatur in eis quæ ſponte fiunt.quod ſi ex cupiditate vltroneum eſt:quod cupiditati aduerſatur inuitum erit.ſed continẽs contra cupiditatem inſurgit. continens ergo non ſpontaneus fuerit continẽs.verum hoc non videtur. non ergo extra id quod ex cupiditate eſt: voluntarium.❡Rurſus idem eſt in eis quæ ex furore.eædem nanq; huic (quas & de cupiditate diximus) rationes conueniunt, & perinde ambiguitatem faciunt.iræ ſiquidem eſt quod ad incontinentem,continentẽmque pertinet.❡Reſtat ſpecies reſidua appetituum,vt in diſtributione po 41 ſuimus, voluntas: vt an ſit ſpontanea conjectemus. atqui incontinentes quatenus impelluntur,eatenus volunt. agunt igitur incontinentes mala, volentes.ſponte nimirum nemo mala agit:vbi ſciat eſſe mala.neque incõtinens mala agit: volens mala agere. non ergo ſpontaneus: ne quidem igitur voluntas eſt ſpontanea.❡Hæc plane permittit oratio incontinentiam,& incontinentem.nam ſi non ſpontaneus:ne quidem vituperabilis. at eſt vituperabilis incontinens.ſpontaneus ergo.voluntas igitur ſpontanea. Cum ſint itaque contrariæ quædam rationes: magis perſpicue de ſpontaneo diſſerendum eſt.

❡De vi & neceſſitate. Cap.XV.

Vis:violentia.

❡Violari:vi,violentiaq; agi,violentia cogi.

Prius itaq; de vi,& neceſſitate dicẽdum fuerit. vis enim etiam in 42 carentibus anima.ſingulis nanq; inanimatis: ſuus eſt locus attributus.igni quidẽ ſupra: terræ autem infra eſt. nimirum violari: ſurſum lapidem ferri,ignẽ vero deorſum.eſt etiã animal violari: vt equũ recta via decurrentem,præoccupatum vertere aliorſum.❡Quibuſcunq; 43 igitur exterior eſt cauſa aliquid,contra naturam,aut præterq̃ volũt,facẽdi:cogi dicimus facere,quæ faciunt.at quibus ipſis ineſt cauſa,hos nequaquam cogi dicimus.neq; incontinens negauerit ſe malum eſſe: verum à cupiditate agendi mala,ſed vult coactũ videri.igitur hæc nobis erit diffinitio:quorum agendi cauſa à qua cogantur fuerit externa, vis eſt. quorũ autem interior,ac in ipſis cauſa eſt:nequaquam vis.

❡De neceſſitate. Cap.XVI.

❡Neceſſitas, coactióq; appellatur: cum quiſquam grandis cuſtandæ facturæ gratia, aut magni boni ſpoliatiõis metu:quicq̃ admittit. alioqui imminens malum non euitet. aut habiti boni iacturã nõ effugiat. vt qui marinis tempeſtatibus acti merces ſuas in mare triſtes deuoluunt. aut qui vipera morſus mẽbrum (priuſquam inſtillatum ſerpat virus) demutilat: ſi vitam velit incolumem.

Rurſus de neceſſitate,neceſſarióq; dicẽdum.neceſſarium nõ omnino neq; in omni dicendum eſt: quemadmodum ſunt quæcunque cauſa voluptatis agimus. nam ſi quiſpiã dicat ſe à volupta- 44

te coactum q̃ amici mulierem vitiarit,fuerit alienum.nec enim in omni
neceſſario eſt:ſed in extrinſecus aduenientibus.vt ſi offendatur quiſpiam
à rerum neceſſitate coactus,magis aliud quippiam deuitare. hoc modo:
in agrum properare coactus ſum, niſi fœdatum velim agrum inuenire.
in huiuſmodi itaque eſt neceſſarium.

¶Quotupliciter inuitum,& ſpontaneum. Cap.XVII.

45 AT quoniam in nullo eſt impulſu ſpõtaneum:reliquum eſt vt ſit
ex animi ſententia. inuitum enim eſt quod ex neceſſitate vtiq;
efficitur.& tertio loco quod non fit ex animi ſententia:quod pla
ne ex ijs quæ fiunt certum eſt. nam cũ quis aliquem ceciderit, occiderít-
ve,aut eiuſmodi aliquid effecerit, horum nihil præuidens eum dicimus
inuitum feciſſe, quippe quod vltroneum in animaduertendo: eſſe facile
deprehendatur, velut olim mulierem aiunt quandam, poculum exhi-
buiſſe cuidam amatorium: dein eo poculo hominem mortuum concidiſ-
ſe,eam vero mulierem in Areopagum confugiſſe:quam præſentem non
alia de cauſa liberarunt quàm quòd non id præuidens effeciſſet. amoris
ſiquidem cupiditate occæcata,in eo fuerat hallucinata. & perinde neuti-
quam ſpontanea eius poculi amatorij viſa fuerat exhibitio.quandoquidẽ
non ea mente dederat:vt perderet hominem. inde igitur in id, quod ex
animi ſententia fit,cadit voluntarium.

¶Ex animi ſententia:ex intentione,conſilio,propoſitoq́. ¶Primo fit aliquid ſponte ſecũdo fit inuite:cum vi, aut neceſſitate. tertio inuite: cum quid præter intentionem acciderit, præſertim quod cognitum pœnitudinem, ægrimoniam mœroremq́ induxit.

¶Areopagus: vicus Athenienſis olim Marti ſacer:in quo & ſontibus & inſontibus ius dicebat.

¶De propoſito. Cap.XVIII.

46 RElíquum præterea eſt vt propoſitum, delectũq; cõſideremus:
ſit'ne appetitus,nec ne. appetitus nanq; in cæteris quoq; gigni-
tur animalibus:propoſitũ vero non. ſiquidem cum ratione pro-
poſitum eſt.at ratio nulli alij deputatur animali. non igitur fuerit appe-
47 titus.¶Verum nunquid voluntas,an ne id quidem? Voluntas nanq; eo-
rum etiam eſt:quæ fieri nõ poſſunt,velut, volumus quidem eſſe immor-
tales. at id nobis non proponimus, deligimúſque. ¶Rurſúſque propo-
ſitum finis non eſt:ſed ad finem.ſicut nemo proponit ſaneſcere: ſed quæ
ad ſanitatem tendunt,proponimus deambulando,curſitando.at fines vo-
lumus:bene enim valere volumus.hinc certum eſt:non idem eſſe volun-
tatem,& propoſitum.verum ita habere videtur propoſitũ,vt eius eſt ap-
pellatio:vt hoc pro illo ponimus,atq; deligimus:ſicut optimum, pro de-
teriore,quod in noſtra ſit optione, & perinde deligi ſuum eſſe videatur.
48 ¶Quòd ſi horum nihil eſt propoſitum:nunquid quod ex animi ſenten-
tia id in propoſito eſt,aut ne id quidem? multa enim intelligimus & opi-
namur ex animi ſententia.nunquid igitur quæ intelligimus:ea etiã pro-
ponimus aut non? ſæpe ſiquidem ex animi ſententia intelligimus de In-
dis:at nequaq̃ proponimus,atq; diligimus. nõ ergo mentis ſentẽtia: pro-
49 poſitum.¶Quoniam igitur horum nihil eſt propoſitum,ſúntq; hæc ani-
mæ inſita:aliquorum conuenientium, coeuntiúmq; propoſitum eſſe ne-
50 ceſſe eſt.¶Quoniam igitur eſt (quemadmodum pauloante memoraui-
mus) bonorum ad finem tendentium delectus,atq; propoſitum:nõ vtiq;
51 finis.¶At eſt eorum quæ in noſtra poteſtate ſunt, & eorũ quæ nobis di-
uerſam ingerant ratiocinationem:hócne,an hoc deligendum. non dubiũ
quin prius opus ſit: ea ipſa intelligere, & in conſilium vocare. cúmq; no-
bis intelligentibus quod præſtare videatur. tum ad agendum aliquis in-
52 ſurgat impulſus: id agendo, ex propoſito agere dicimur. ¶Quòd ſi pro-
poſitum, appetitus quidam eſt in cõſilium deueniens cum animi ſenten-
tia: non eſt ſpontaneum quod deligibile. ſponte enim agimus multa an-
tequam intelligamus,atq; cõſultemus.ſicut ſedendo,exurgendo,& id ge-
nus alia faciendo:ſponte quidem,ſed citra intelligentiam.non ergo ſpon-

¶Propoſitũ:delectum,electio.

¶Suum eſſe videatur: ſibi proprium eſſe videatur.

¶Quoniam bonorum ad finem tendentium delectus atq; propoſitum. intellige ſolum talium eſſe.

¶Non eſt ſpõtaneum quod deligibile.non eſt ſpontaneũ omnino id quod deligibile, nõ omne ſpontaneum deligibile.

¶Non ergo ſpõtaneum deligibile ſed deligibile ſpontaneum intellige ac ſi ſic enunciaretur:nõ ergo omne ſpontaneum deligibile: ſed omne deligibile ſpontaneum.

taneum deligibile:ſed deligibile ſpontaneum.ſi quid enim agere conſul-
tantes propoſuerimus:ſponte agimus. ¶Exiſtunt vero ex conditoribus
legum nonnulli qui ſpontaneũ,& ex propoſito definiant,planeq́; diſtin-
guant.minoréſq; ſpontaneis, q̃ à propoſito agentibus mulctas infligant.
eſt igitur propoſitum in eis quæ ſub actionem cadunt,& eis ipſis in qui-
bus noſtrum ſit agere,& non agere.& ita,vel nó ita: & in quibus propter
quid eſt capere. ¶Verum propter quid ſimplex non eſt.in geometria ſi- 53
quidem cum quis dixerit quadratum quatuor rectis æquales habere, &
percontatur propter quid:occurrit quia & triangulum duobus rectis æ-
quales habet.In his igitur ex diffinito principio ſibi propter quid aſſum-

¶Mendum:peccatum, erratũ, error,delictum.

¶In ijs quæ diſciplinæ ſunt vnicum peccatũ contingit,in operatione ſcilicet: neq; refert quo animo factum ſit : modo opus ipſum ex arte bene factum ſit. In ijs autem quę ſub actionem cadunt:duplex contingit peccatum atq; mendũ. Primũ,in intelligentia: vt animi ſententia, atq; intẽtione. Secũdum,in ipſa actione refert enim an ſtudio ſit actio ex intentione animiq; ſententia fiat:an ſecus. Et in pſecutione virtutis: nũc defectu præcipites ruimus,nunc autem medium ipſo trãſcendimus exceſſu. & ad defectum plerunq; ipſa ægrimonia,ipſeq; dolor:ad exceſſum vero ipſa voluptas adſtuat.in quibus etiam ſuperabũdãtia atq; defectu duplex mẽdum circa virtutem contingere poſſe deprehenditur.

pſerunt.at in eis quæ ſub actionem cadunt in quibus eſt propoſitum:nõ
ita.nullum ſiquidem ponitur definitum.ſed ſi quis exquirat cur hoc feci-
ſti?quoniam non erat aliter vt facerem,vel quoniam ita melius : ex ipſis
venientibus (qualiacunq; apparuerint eſſe meliora) delectus ſumitur.&
ob ea ipſa quam ob rem etiam in huiuſmodi eſt conſiliũ capere:vt expe
diat.at in ſcientijs nequaq̃. nemo ſiquidem queadmodum ſcribere opus
ſit nomen Archiclis,init conſilium:quia quo pacto ſcribendũ nomen Ar-
chiclis,eſt iam diffinitum.mendum igitur non intelligentia gignitur,ſed
in ſcribendi actione poſitum . ¶In quibus certe non eſt intelligentia er- 54
ror:ne de eis quidem initur conſilium.ſed in quibus iam vt expedit opti-
mum eſt:inde mendum procreatur.atqui in eis quæ ſub actionem cadũt
optimũ eſt:& in quibus duplex mendum. delinquimus igitur tam in eis
quæ ſub actionem cadunt,q̃ ex virtutibus.pariter virtutem enim conie-
ctantes per agnata nobis itinera hallucinamur . eſt ſiquidem in defectu
exceſſuq; hallucinatio.in horum vtrunlibet deferimur.voluptate in mala
delabimur:vt ex ægrimonia honeſta fugitamus.

¶Ipſa animi ſententia ipſumq; conſilium ideo nõ eſt vt ſenſus? q̃ ſenſus liber non ſit ad operãdum hoc aut illud : animi autẽ ſententia ad hoc,vel illud ſit libera. & eſt eorum quæ ſunt ad finem,non autẽ ipſius finis . & proinde eius peccatum circa ea quæ ſunt ad finem cõtingit:nõ autem circa ipſum finẽ, vtpote de quo ipſum conſilium ipſaq; animi ſententia non eſt.

¶De animi ſententia. Cap.XIX.

RVrſum autem eſt non quemadmodum ſenſus, animi ſententia. 55
velut viſu non poterit quiſquã aliud q̃ videre,nõ auditu aliud q̃
audire. itidem neq; cõſultamus nunquid audiendum auditu an
videndum?at animi ſententia non huiuſmodi,ſed id, & alia poteſt effice-
re:ob hoc ibi iam exiſtit conſultari: eſt igitur in bonorum delectu non in
fine delictum.huic certe omnes aſtipulantur ſententiæ.vt ſanitatem eſſe
bonum:verum quæ ad finem ſunt,velut expediátne ſanitati hoc comeſ-
ſe,an non.facit igitur plurimum in ijs ad hallucinandum voluptas, & æ-

¶Virtus eſt ipſius finis, & eorũ quæ ad ipſum finem oſtendũt. agit enim pariter & proponit. ideo nihil virtute melius:nõ ſimpliciter quidem , ſed ad ipſum optimum conſequendũ vt neq; in architectura (quod & finem conſequendum , ipſa domificandi arte melius ſit) nihil eſt: quæ ad finem efficit, pariter & media proponit. & ipſius ædificatoriæ artis gratia, ſunt omnia ædificandi inſtrumenta:ſed magis ipſius finis gratia ita & virtutis inſtrumenta omnia:vt diuitiæ , proſpera & aduerſa eius ſũt gratia.at cum finis ipſum ſit optimum:virtutis principiũ ſit, ac cauſa: tanto magis eadẽ virtutis inſtrumẽta propter ipſum finem erunt . & rurſus cum ipſa virtus omnium citra ipſum finẽ ſit optimũ:nihil ergo mirũ fuerit, ipſam eſſe ipſius finis coniectricem : & magis quidem q̃ eorum quæ ſunt ad finem.

grimonia: hanc ſiquidem amplectimur,illam vero fugimus. ¶Quoniam 56
igitur diſtribuimus in quo & quomodo ſit delictum: reliquum eſt vt in-
tueamur cuiuſnam rei ſit virtus coniectrix finiſne,an ad finem. velut ho-
neſtíne,an ad honeſtum?Quo pacto ſcientia? vtrum ædificatoriæ ſcien-
tiæ finis ſpecioſi proponendi,an quæ ad finem ſpectandi?nam ſi hoc ſpe-
cioſe proponetur ſicut pulchram domum efficere,atq; ad hoc : non alius
quiſquam inueniet,neq; exhibebit quàm ædificator, itidem in alijs quo-
que omnibus ſcientijs . eodem modo igitur in virtute habere videbitur:
vt ad finem potius ipſius tendat conſideratio . recte nimirum propoſue-
rit quæ ad finem ſunt,& ex quibus finis cõſtet.nec quiſquam alius exhi-
bebit,inueniétq; quæ ad finem expediant: iuréq; hoc virtus propoſuerit.
quibus in rebus optimi principium eſt : vnumquodque quod efficiat, &
proponat.nil igitur virtute melius: quandoquidem huius cauſa etiã ſunt
alia atq; ad ipſam principium eſt: & eius cauſa magis ſunt q̃ ad idem.at
finis principio alicui aſſimilatur,& eius cauſa eſt vnumquoduis.verum id
erit modo aliquo . proinde certum & etiam in virtute (quandoquidem
cauſa eſt optima)ipſam magis finis eſſe coniectricem:q̃ quæ ad finẽ ſunt.

¶Finis virtutis honeſtum. Cap.XX.

57 ATqui virtutis finis eſt honeſtũ.honeſti ergo magis cõiectrix eſt virtus:q̃ ex quibus conſtet. ſunt nempe hæc ipſius. ¶At in vniuerſum videri poteſt alienum:quandoquidem in pictura ſi quiſpiam fortaſſis egregius fuerit imitator,nõ tamen laudandus accedet:niſi optimam imitandi habuerit intentionẽ. virtutis demum id omnino eſt ſibi honeſtum proponendi. ¶Dixerit quiſpiam cur etiamnum actionem meliorẽ eſſe diximus q̃ virtutẽ ipſam:at nũc an ex quo actio eſt id virtuti vtpote honeſtius attribuimus? An in quo non eſt actio? ita.atqui nunc ita dicimus habitu actionem eſſe meliorem. Alij nanq; probũ inſpicientes,ab actione diiudicant, ꝙ non poſſunt cuiuſlibet quomodo habeat iudicare propoſitum. nam ſi foret ſingularium noſſe ſententiam qualis erga honeſtatem eſſet: etiam citra actionem probus eſſe videri potuerat. ¶Denique quoniam affectuum quaſdam recenſuimus medietates,circa quos affectus verſentur:hic nobis dicendum eſt.

¶Quia ex quibus conſtet: id eſt quibus ex medijs ad ipſum perueniatur honeſtum. nã hæc propter virtutem ſunt. Sed obijcitur ſi in pictura quiſpiam fuerit egregius imitator: nõ tamẽ laudabitur,niſi optimam imitãdi habeat intentionem. Igitur neq; virt⁹ laudabilis ſi honeſtũ aſſequatur: & ipſum aſſequendi optimam intentionẽ propoſitumq; nõ habuerit. Intẽtio autẽ & propoſitũ eorum ſũt quæ ſunt in finẽ.magis igi: ut virtus circa honeſti propoſitum eſt:ſiquidẽ ipſa virtus laudabilis eſt. quare & magis circa ea quæ ad ipſum ſunt finem.

¶Hæc oratio id concludit moralẽ virtutem ſine prudentia eſſe non poſſe.

¶Item obijcitur. prius dictum eſt actionẽ meliorem eſſe virtute.at nũc id virtuti,vt à qua ſit actio tanq̃ honeſtiori tribuere videmur. Id diluitur dicendo ipſum habitũ cui ipſa aſſit actio cũmq; ipſa actione: honeſtiorẽ eſſe, ſed ipſum actũ eo habitu cui actio nõ aſſit honeſtiorẽ,meliorẽmq; eſſe. & id etiam ita eſſe,nunc quoq; defenditur. nam omnes ab exteriori actione probũ diiudi[c]ãt:q; propoſitum electionẽmq; operantiũ agnoſcere nõ valẽãt. quod ſi agnoſcere voluerent:citra etiam externã operationẽ probus honeſtuſq; videri poterat: ſiquidẽ exterior operatio propter interiorẽ probam,atq; honeſtã eſſe vt proba honeſtaq; videatur,ſit neceſſe.

¶De fortitudine. Cap.XXI.

58 CVm igitur ſit fortitudo circa audaciam,ae metum:conſiderandũ fuerit circa cuiuſmodi metus,atq; audacias.nũquid igitur ſi quiſpiam metuat:ne rem diſperdat ſuam,is timidus?ſin circa hæc ſit audax:fortis.an ne itidem ſi quis formidat ſolum,aut audeat ſolum: neq; meticuloſum fatendum eſt eſſe metuentem,neq; fortem non metuentẽ? num igitur in eiuſmodi mẽtibus,& audacijs fuerit fortitudo? At ne quidem in talibus:cuiuſmodi ſiquis tonitrus & fulmina nõ metuat,vel quiduis aliud ſupra hominem horrendum fuerit,non iam fortis, ſed furens. ¶In metibus itaq;,& audacijs humanis eſt fortitudo: in eis inquam quæ cæteri metuãt,aut omnes,in quibus qui audeat fuerit fortis.his itaq; definitis conſtituendum fuerit (quandoquidem multis in rebus fortes dici

59 poſſunt) qualis ſit fortis. ¶Eſt enim ab experientia fortis aliquis velut milites.iſti ſiquidem ab experientia didicerũt in huiuſmodi loco vel huiuſmodi tempore,vel rebus ita habentibus: fieri nõ poſſe vt malũ ſubeãt, & perinde qui hæc nouerit,& ea de cauſa ingruẽtes hoſtes ſuſtinuerit:nõ fortis. nã ſi horum nihil extiterit:non tolerauerit.proinde ab experiẽtia fortes dicendi nõ ſunt. ¶Neq; Socrates rectè aiebat fortitudinẽ eſſe quãdo quid cõſuetudine tolerãdi capiens experientiã efficitur ſcientia. at ab experientia tolerantes,neutiq̃ fatemur,planéq; negamus fortes eſſe.non igitur fortitudo fuerit ſciẽtia. ¶Rurſus ſunt quoq; fortes ab experiẽtiæ contrario:inexperti ſiquidem eorum quæ eueniãt ab ea rerum nulla experiẽtia,ſunt intrepidi:& ne hos quidem fortes eſſe dixerim. ¶Sunt porrò qui fortes à perturbationibus exiſtimẽtur:velut amẽtes,aut lymphatici.at ne hos quidem fortes dicere oportet:quandoquidem ſi ab ipſis affectus auferatur:nõ erunt amplius fortes.fortem ſiquidem,perpetuo fortem eſſe oportet:& perinde ne feræ quidem,vt ſues dici fortes poſſunt:ꝙ ſuccumbãt,ingemãntq; percuſſæ.neq; fortem, ob perturbationem dicere cõuenit. ¶Eſt viciſſim fortitudo alia quæ ciuilis exiſtimatur: velut ſi qui ciuium,pudore offuſi tolerent pericula:vt fortes exiſtimentur. quemadmodum verbi cauſa Homerus Hectora dicentem inducit:

Polydamas vereor me carpat in agmine primus.

ideo pugnandum eſſe exiſtimat.at ne quidem hæc dicenda fortitudo. in iſtorum enim ſingulis eadem congruet diffinitio. quo nanq; ablato non perdurat fortitudo:efficere fortem non poteſt. vt ſi pudorẽ (vnde fortis

60 erat) abſtuleris. ¶Sunt item & aliter fortes exiſtimati ob ſpem, boniq; expectationem.at ne hos quidem dicere fortes poſſis: quãdoquidem ta-

¶Fortitudo militaris.

Socrates

¶Fortitudo ob ignorationem.

¶Fortitudo ob irã & alias perturbationes.

¶Fortitudo ciuilis.

Homerus.
Hector.
Polydamas.

¶Fortitudo propter ſpem.

¶ Fortitudo vera.

les,ac in talibus fortes dicere videbitur alienum.proinde in nullis huiuſmodi fortitudo collocanda eſt. ¶ Qualis igitur & quiſnam fortis ſit hinc conſiderandum.ac vt paucis abſoluã qui nulla iam ſupradicta cauſa fortis eſt:verum ꝙ id honeſtum eſſe cenſeat,idq; faciat ſeu aliqua ſeu nulla oblata fuerit occaſio:neque tamen prorſus citra perturbationem impulſum'q; gignitur fortitudo.expedit vero impulſuum habere ratione͂,honeſti cauſa:ad intrepide periclitandum.qui hoc modo:is erit fortis,ac circa hæc fortitudo.Nec vero intrepidos eſſe oportet:ita vt cũ forti fuerit occurſum in totum nihil metuatur. nec enim talis fortis,cui prorſus nihil eſt horrendũ.ita nam etiam lapis,& reliqua inanima fuerint fortia. Cæterum metue͂dum quide͂:ſed tolerandum.nam ſi nihil metuens toleret: neutiquã fortis.itémq; (vt etiam pauloante de metu,atq; periculo diſſeruimus) non omne,ſed eſſentia quadam delectum intelligimus.neq; ite͂ in fortuito,& quouis te͂pore:verum in quo & metus, & plura imminent pericula.nam ſi quis decimo poſt anno futurum non metuerit periculũ: quonã pacto fortis? ſunt enim (ꝙ longe abſint) fiducia pleni: qui ſi fuerint proximi,moriantur metu.hæc deniq; fortitudo & hic fortis.

¶ Itémque non omne metuendum tolerabit.vt neq; circa omnem metum,atq; omne periculum verſatur. ſed intelligimus fortem toleraturum metuendũ eſſentia quadam modo quodã ac mediocritate delectum. vt quãtum,gratia cuius, qualiter, quibus,quando,vbi, & quomodo oportet.

¶ De temperantia. Cap.XXII.

Incommobilitas:in ſenſibilitas.

TEmperantia eſt intemperantiæ & incommobilitatis circa voluptates medietas.Nam temperantia,ac prorſus virtus omnis:habitus eſt optimus.at optimus habitus,optimi eſt.optimum vero inter exceſſum defectúmque medium quandoquidem vtrinque prominent vituperãdi tam exceſſu,q̃ defectu, proinde ſi optimum medium. & inter intempera͂tiam & incommobilitatem eſt quædam medietas. horum itaq; fuerit medietas temperantia,quæ circa voluptates & ægrimonias verſatur:nõ tamen omnes,& eas quæ circa omnia.neq; enim ſi quiſpiam picturæ,aut ſtatuæ,vel huiuſmodi alterius oblectetur aſpectu : erit iam intemperans.ſimiliter ne quidem audie͂do,aut olfaciendo: ſed in eis voluptatibus quæ in tactu ſint,& guſtu.neq; tempera͂s circa eiuſmodi : vt à nulla tali capiatur voluptate.nam tum incõmobilis,planéq; ſenſu care͂s fuerit.Verum qui oblectetur:nõ agatur in ipſorum exceſſum.ita fruens ne quid faciat operoſum,totúſq; agendo ab honeſtate pendeat:nõ age͂do quicq̃ niſi modeſte.nam quicunq; ab exceſſu talium voluptatũ abſtinuerit,vel metus vel cuiuſpiam alterius rei cauſa: temperans nõ eſt. ¶ Neq; enim cætera animalia (præter hominem) dicimus temperantia:quòd ab ipſis ratio abſit:qua honeſtũ diligimus.omnis ſiquide͂ virtus, honeſti eſt: & ad honeſtum tendit.proinde erit te͂perantia circa voluptates, & ægrimonias,eáſque in guſtu,tactúq; progenitas.demum conſequens eſt:vt de manſuetudine dicamus,& quid,& in quibus ſit.

61

¶ Ita fruens ne quid faciat operoſum : ne amplius quàm par eſt atq; decet circa eas voluptates operetur,magníve reputet.

62

¶ De manſuetudine. Cap.XXIII.

Iracundiæ ceſſatio:iræ vacuitas.

MAnſuetudo igitur eſt inter iracundiam,& iracũdiæ ceſſationem. 63
In totúmque exiſtima͂tur virtutes:medietates eſſe.quòd autem ſint medietates,hinc facile quis dixerit.nam ſi quod optimum in medietate eſt collocatum. eſtq; virtus habitus optimus, atq; optimũ eſt virtus.ergo ſit medium neceſſe eſt.quod ſane certum ſingula conſiderantibus. nam quia iracundus eſt qui vſquequaque & plurimum excandeſcit:ac eiuſmodi ſub reprehenſionem cadens.nec decet vſquequaq; excandeſcere omnibus,& omnino ſemper: nec contrà ita habere vt cuiquã nunquam.is nanque incommobilis ſub reprehenſionem cadit. cum igitur tam is qui ad exceſſum,quàm qui ad defectum peruenit , ſub reprehenſionem cadat:qui horum medius fuerit manſuetus, ac laudabilis.nec enim ab ira deficiens,neque item exce͂de͂s in ipſa laudabilis: ſed qui me-

diocriter in his habet, is manſuetus: harúmque perturbationum medietas, manſuetudo.

¶De liberalitate. Cap. XXIIII.

64 Liberalitas autem eſt inter prodigalitatem & auaritiam medietas collocata: verſantur autem huiuſmodi perturbationes circa pecunias. prodigus nanque eſt qui vbi non decet impendit, & plura q̃ deceat, & cum minime decet. at auarus ei contrarius: non impendens vbi decet, & quantum decuerit, & quando decuerit, vtrique ſub reprehenſionem cadunt: vnus quidem deficiendo, alter vero excedẽdo. liberalis ergo quandoquidem laudabilis eſt: medium inter hos tenet locum. quiſnam demum? nempe qui vbi decet, & quantum decet, impendit.

¶Species auaritiæ. Cap. XXV.

65 Sunt autẽ plures auaritiæ ſpecies: ſicut eorum quos nugiuendulos appellamus, cuminiq; emptores, necnon turpilucri, & paruiloqui: qui omnes auaritiæ ſuccumbũt. malum nanq; multiplex: at bonũ ſoliſſimũ. quemadmodũ ſanitas quidem ſimplex, ſed multiformis morbus. itidem virtus ſimplex: cum ſit vitiũ tamen multiforme. cuncti ſiquidem memorati, ob pecuniam ſub vituperationem cadunt. vtrum igitur liberalis eſt pecuniam nanciſci, & comparare: an non? neque enim vllius alterius eſt virtutis. nam neque fortitudinis eſt arma fabricare, ſed alterius: verum ipſius eſt accipere, eiſq; recte vti. idem de tẽperantia, cæteriſq; dicendum. at ne quidem liberalis: ſed pecuniam incutientis.

Soliſſimum: quod ad ſolum pertinet, ſimplex, ſolitarium, vniforme.

¶Vtrum igitur liberalis eſt pecuniam nanciſci, ac comparare: vtrum liberalis eſt artem pecuniarum cumulandarum vt obſignandarum, percutiendarumq; ſibi conquirere.

¶De magnanimitate. Cap. XXVI.

66 Magnanimitas eſt inſolentiæ, & puſillanimitatis medietas: & circa honorem, inhonorantiámque verſatur. & honorem quidem non à multis: ſed à probis attributum, qui ei præcipue conueniat. probi nanque periti iudices recte honorabunt. honorari itaque ſe qui dignus honore fuerit potius volet: ab ijs qui ipſum cognouerint. neq; enim de omni honore fuerit: ſed optimo magnanimitas honorabile bonum, & ordinem obtinens principatus. Iure igitur deſpecti, & improbi magnis rebus ſe dignos opinati, ac ſubinde honorandos: dicuntur inſolentes. qui vero ſeſe ſummittunt, & magis quàm par eſt abijciunt: puſillanimi. horũ igitur medius, qui neque ſe ita abijcit vt minore quàm ſit par honore velit honeſtari, neque rurſum maiore quàm deceat, neque omnino demum eſt magnanimus. & perinde certum eſt magnanimitatem eſſe inſolẽtiæ, & puſillanimitatis medietatem.

Inſolẽtia: elentitudo, tumiditas.

¶De magnificentia. Cap. XXVII.

67 Magnificẽtia eſt iactationis, & vilitatis medietas. verſatur autem magnificentia circa ſumptus: quos magnificum facere par eſt. quicunque igitur vbi non expedit ſumptum facit: glorioſus iactabundúſque eſt. vt ſi quis ſodales ita epulo accipiat, acſi nuptias faciat: is glorioſus. talis nanque eſt: qui (quo tempore non expedit) ſuam indicat affluentiam. huic contrarius eſt vilis: qui vbi oportet, magnifice non impendit, nec facit vt nuptiarum dignitas expoſtulat ſumptum, ſed ibi deeſt. is nimirum vilis. At magnificentia vel ex ipſo nomine nobis poteſt (qualis ſit) innoteſcere. opportuno nãque tempore magnifice factũ, recte magnificentiæ nomen aſſequetur. magnificentia igitur fuerit: quãdoquidem laudabilis inter exceſſum, defectúmque circa ſumptus idoneos quædam medietas. ſunt & nonnullis plures magnificentiæ exiſtimatæ: velut dicentibus magnifice ſeſe infert. & huiuſmodi aliæ magnificentiæ, non proprie: ſed à tranſlatione nomen inuenientes. nec enim in illis magnificentia: ſed in his quæ diximus.

Iactatio: circa decorũ ruditas. Vilitas: puſillitas, paruificentia.

¶Magnifice ſeſe infert, magnifice incedit, magnifice ingreditur ac ſe gerit.

Inuidentia; inuidia.

❡De indignatione. Cap.XXVIII.

INdignatio eſt inuidentiæ, & maleuolentiæ medietas. ambæ enim iſtæ ſub vituperationem cadunt. at indignabundus laudabilis. eſt autem indignatio quædam ægrimonia de bonis: quæ indigno alicui aliquo pacto euenerunt. Indignabundus: qui in huiuſmodi triſtatur, idémque rurſus triſtetur, ſi quem videri indigne malis afflictatum. ac demum indignatio, & indignabundus talis. Cui contrarius eſt inuidens, quippe qui triſtabitur: cum quempiam prorſus ſiue dignum, ſiue indignum, bene agere viderit. cui ſimiliter maleuolus par eſt, quippe qui lætatur quòd quis male agat ſiue dignus, ſiue indignus ſit. nec indignabundus eiuſmodi: verum inter hos medius. 68

❡Grauitas hic quædam ſpecies affabilitatis eſſe videt, ſed quæ in magnis honorificiſq; perſonis reperitur: ad affabilitatem ſeſe habens, vt magnificentia ad liberalitatem. Et moroſitas quædam ſpecies contẽtionis, ad cõtentionem ſeſe habens: vt circa decorum ruditas ad illiberalitatem. in ethicis expreſſum locũ nõ habet alium præter eum vbi agitur de amico, affabiliq;: qui medius eſt adulatoris, & contẽtioſi. quod hic vocamus affabilitatẽ capite 32 vocat amicitiã.
Delectatio.
Adulatio.

❡De grauitate. Cap.XXIX.

GRauitas eſt inter moroſitatem & delectationem medium: quæ circa conuerſationes. Moroſus nanque eſt huiuſmodi: vt nullius conuerſatione, aut colloquio capiatur: ſed vt nomen ipſius indicat a ſuo more. nam moroſus, quaſi aliorum mores improbans, ſibique placens eſt nominatus. Delectator autem talis: vt omnium velit habere conuerſationem. & omnino, & omnifariam horum neuter laudabilis. at grauis in medio iſtorum laudabilis. neq; enim erga omnes, ſed erga meritos: non erga neminem, ſed erga hos ipſos conſueſcit. 69

❡De verecundia. Cap.XXX.

VErecundia eſt inter impudentiam, & ſtuporem medietas: in actionibus, colloquiíſque conſtituta. Impudens eſt qui vbique, & in omnes loquitur, & omnia vtcunque euenerint. At ſtupidus ſeu attonitus huic contrarius, & cuncta, & cunctos veritus tam agendo, quàm dicendo ſolertiæ expers, talis eſt: qui in cunctis obſtupeſcit. at verecundia & verecundus: inter hæc medium tenet locum. neque enim cuncta, & omnino (vt impudens) & dicit, & agit: neque porrò (vt attonitus) in omni, & omnino trepidabit: verum aget, loquetúrque vbi, & quæ, & quando expediat. 70

Vrbanitas.
Comitas.
Dexteritas.

❡De vrbanitate. Cap.XXXI.

VRbanitas eſt ſcurrilitatis, & ruſticitatis medietas, in ſalibúſque committitur. Scurra ſiquidem eſt: qui cuncta & omnino inceſſandum eſſe exiſtimat. Ruſticus vero qui neque inceſſere vult: neque recte inceſſum iri exiſtimat: ſed excandeſcit. Vrbanus qui inter hos medius: neque omnes, neque omnino inceſſens, neque item ipſe agreſtis ac durus erit. at erit duobus fere modis vrbanus. nam & moderate inceſſere percalluerit, & aliorum ioculationem tolerabit. ita nimirum vrbanus atque vrbanitas. 71

Amicitia.
Affabilitas.
Amicus.
Affabilis.
Aſſentator.
Adulator.
Infenſus inimicus.
Contentioſus.

❡De amicitia. Cap.XXXII.

AMicitia inter aſſentationem, & inimicitiam medietas: in actione, ſermonéque verſatur. Aſſentator nanque eſt qui plura quàm ſit par, aſſintq; cuipiam: arrogat. at infenſus inimicus qui derogat etiam quæ aſſunt. quorum neuter iure laudandus accedit. inter quos medius eſt amicus: quippe qui nec plura præſentibus cuique aſtruit, neque quàm minime conueniat laudauerit, neque econtrario imminuet neque omnino aduerſabitur præterquam exiſtimetur tribuendum. huiuſmodi igitur eſt amicus. 72

Glorioſus.
Iactator.

❡De veritate. Cap.XXXIII.

VEritas inter diſſimulationem & iactationem in oratione verſatur, non omni. Glorioſus nimirum eſt qui plura q̃ aſſint ſibi arrogat, aut ſcire fingit: quæ nõ nouerit. Huic contrarius diſſimu- 73

lator, pauciora, & minora ſua eſſe ſimulans: quæq; nouit diffitetur, occultátque quæ cognoſcit. neutrum horum facit verus. neque enim plura, neque pauciora quàm quæ ſibi affuerint confinget: ſed ea demum & eſſe ſibi, & ſcire dicet quæ teneat. ſint denique hæ ipſæ virtutes, an ſecus: alia fuerit cõſideratio. atqui medietates iam memoratorum hinc certum eſt: quód qui ad hæc viuunt, laudibus exornantur.

¶De iuſtitia. Cap. XXXIIII.

74 CONſequitur vt iam de iuſtitia dicamus: quid ſit, & in quibus, & circa quæ: ſi prius tamen quid ſit iuſtum expoſuerimus. Eſt ſane iuſtum duplex: vnum quidem ex lege. iuſta ſiquidẽ perhibent: quæ lex iubet: at lex fortia & temperata nos facere iubet, proiſúſq; cuncta quæ ex virtutibus ducuntur. & perinde iuſtitiam perfectam quandam eſſe virtutem dicunt. nam ſi iuſta ſunt, quæ lex facere perſcribit: lex autem quæ ex omnibus ſunt virtutibus mãdat. qui igitur ex lege iuſtis obtemperat: perfectam nanciſcitur probitatem. proinde iuſtus & iuſtitia: virtus quædam perfecta eſt. vnum itaq; quoddam iuſtum: in his, & circa hæc. verum enimuero non id iuſtũ: neq; circa hæc perueſtigamus iuſtitiam. hoc nãq; modo iuſta: quatenus per ſeſe à iuſto ſunt. nam temperans, & fortis, & cõtinẽs per ſeſe eſt huiuſmodi. ſed iuſtum indagamus: quod ad alterum refertur aliud ſane q̃ quod dictum ex lege iuſtum. nam non eſt per ſeſe eſſe iuſtum. quod in aduerſus alterum iuſtis comperitur. id nimirum eſt quod quærimus iuſtum. ac circa hoc iuſtitiam. quod agitur in alterum iuſtum (vt paucis abſoluam) æquale eſt. nam iniuſtũ inæquale. cum enim bonorum maiora ſibi aſciuerit, malorum vero minora admiſerint: id inæquale, & hoc modo iniuſtum, & afficere iniuria opinamur. non dubium igitur cum ſit iniuria in rebus inæqualibus: quin iuſtitia, & iuſtum in fœderum æqualitate collocetur. Proinde certum eſt iuſtitiam: medietatem quandã eſſe inter exceſſum atq; defectũ, & multũ & paucum. cũ enim iniuſtus afficiendo iniuria plus habet, & affectus iniuria in afficiendo iniuria minus: tum horum medium iuſtum fuerit. atqui mediũ æquale eſt. ergo æquale pluris & paucioris fuerit iuſtum, iuſtúſq; qui æquale volet. ſed æquale in duobus ſaltem conficitur. ergo in alterum æquale eſſe: iuſtum eſt. talis demum fuerit iuſtus. Cum igitur iuſtitia in iuſto & in æquali & in medietate, iuſtum quidẽ in quibus iuſtum dicatur, æquale vero in quibuſdã æquale, necnon mediũ in quibuſdã mediũ: erit iuſtitia & iuſtũ erga quoſdam & in quibuſdã. quoniã igitur iuſtũ æquale eſt: & hinc proportionale æquale, iuſtum fuerit. atqui propottionale in quatuor nihilominus perficitur. nam quemadmodũ a ad b: ita c ad d. Sicut proportionale eſt vt qui multa poſſideat, proferat multa, ita qui pauca poſſideat, pauca proferat. rurſus eodẽ modo qui plurimũ allabotet, plurima capiat: qui vero parũ laboret, parum capiat. vt autẽ laborans ad nõ laborantẽ habuerit: ita plurima ad pauca. vt vero laborans ad plurima: ita non laborãs ad pauca. Viſus ſane eſt in libris de repub. Plato vti eiuſmodi de iuſto, proportionali. Agricola enim (inquit) cibum parat, ædificator vero domũ. vt textor veſtem, ita calceolarius calceum. agricola igitur ædificatori cibum ſuggerit: & ædificator agricolæ domum. ita & eodem modo cæteri omnes habent, & perinde quæ apud ſe permutant in ea quæ apud alios. eſt nanq; huiuſmodi proportio. nam vt agricola calceolario, & textori, & alijs omnibus eadem inuicem inter ipſos eſt proportio: quæ cõtinet totã rempub. atq; comprehendit, vt liceat nobis intueri iuſtum proportionale eſſe. ſiquidem continet iuſtum reſpubli. idémque eſt iuſtum quod proportionale.

75 ¶At quoniã ædificator ſuo opere plura meretur q̃ calceolarios præſtet:

¶Hoc nanq; modo. vocando ſcilicet iuſta quæcunq; à lege præcipiuntur hæc à ſecũdum ſe iuſto, & non ad alterum, dicuntur. præcipit enim lex temperate viuere: & cibi & potus decus, honeſtatẽmq; ſeruare. id autẽ nõ ad alterũ eſt. verum lex non ſolum mandat ea quæ ad ſe ſunt: ſed & ad alterũ officia. & proinde de iuſtitia illa legitima bene (vt dicitur) virtutes in ſeſe complectitur omnes.

¶Atqui mediũ æquale eſt. medium ſecũdũ aliquã medietatẽ: vt aliquã ſeruet æqualitatẽ necesſe eſt. vt ſi mediũ ſit ſecundum geometricã medietatẽ: proportionum ſeruat æqualitatem. æquales proportiones ſunt: quæ ſi eãdem retinẽt denominationẽ. & ſi medium ſit ſecundũ arithmeticã medietatẽ: differentiarum ſeruat æqualitatem. differentia eſt id: quo maius ſuperat minus. & quia æquale ad minus in duobus conſiſtit: nam æquale æquali dicit̃ æquale. vt æqualiter habens æqualiter habenti, aut arithmetice, aut geometrice: euenit vt iuſtum ad alterum ſit perinde atq; æquale ad alterũ: & quia iuſtitia ſine iuſto nõ eſt (eſt enim iuſtũ ad alterũ officium) neq; iuſtum ſine æqualitate, neq; æqualitas ſine medietate: ſit vt iuſtitia ſine iuſto, & æquali, & medio minime ſit. et iuſtum quibuſdam, vt perſonis iuſtum dicitur. & æquale in quibuſdam, vt aut diſtributis, aut cõmutatis æquale: cum videlicet perſonæ æqualia pro dignitate habent diſtributa, vel commutata ad æqualitatẽ redacta. & medium aliquorũ medium, vt pluris, paucioriſq;: quæ refugit. idcirco vt iuſtitia ſit erga quoſdã quatenus nõ eſt ſine iuſto & in quibuſdã, vt diſtributis aut cõmutatis quatenus æqualiter tribuit, ac ſine æquali nõ eſſe neceſſe eſt. & ita de iuſto. Et hinc iuſtum æquale proportionale eſt: & quod ad minus in quatuor conſiſtit. vt in duobus quibus iuſtum ſit: & in duobus quæ æqualiter illis diſtribuunt̃, aut cõmutantur. Itaq; hiſce intelligatur iuſtum quidẽ in quibus iuſtum dicatur: in quib9 hoc eſt in aliquibus perſonis. æquale vero in quibuſdam, vt duobus pro dignitate æqualiter diſtributis, aut commutatis, & medium in quibuſdam: in fuga ſcilicet pluris atque paucioris.

difficile quoq; eſt rependi cŏtrà à calceolario aduerſus ædificatorē. neq;
enim pro calceis par fuerit,domū capere.Hinc iam cenſuerunt(quo hæc
omnia vænalia ſint) argento vti:quod numiſma vocant.vt pro dignitate
cuiuſlibet,fiat inter ipſos inuicem contrahentes permutatio: quæ ciuilē
communicationem contineat.¶Cum igitur in his & quæ proxime dicta 76
ſunt,iuſtum ſit:erit iuſtitia circa hæc cum delectu ex habitu, impulſum
nacta.¶Eſt vero etiam iuſtum ex altera parte reſpondens:nō tamen vt 77
aiebant Pythagorici.rati nanq; illi ſunt iuſtum eſſe:vbi quæ quis effeciſ-
ſet,eadē eſſent talionis vice ferenda.quod erga omnes non eſt idem.neq;
enim iuſtum,eadem ſeruo aduerſus ingenuū ferre:quandoquidem ſi ſer-
uus ingenuum ceciderit,iuſtum non ſit ex altera parte tantum cædi,ſed
impenſius.iuſtúmq; eſt in proportione contrà reſpondendi. nam quem-
admodum ingenuus aduerſus ſeruum melius habet:ita reſpondere facit,
aduerſum qui fecerit.idem etiam ingenuo,aduerſus ingenuum erit. nec
enim iuſtum eſt vt qui oculum eruerit: ei tantum talionis pœna interci-
piatur,ſed multo plura ferat proportionis conſecutione.quandoquidem
& cœpit prior,& affecit iniuria.atqui vtrinq; illata iniuria eſt, & perinde
proportionale eſt vt ob iniurias etiā plura ferat,ꝗ̄ fecerit. id iuſti exigit
ratio ¶Verum quoniam multis modis iuſtum dicitur:definiendum fue 78
rit de quonam demū iuſto ſit nobis diſceptatio. eſt nimirum (vt perhi-
bent) iuſtum,ſeruo aduerſus dominum: & filio erga patrem: in quibus
æquiuoco nomine:iuſtum ciuile dici videbatur.eſt nanq; iuſtum (de quo
nunc loquimur) ciuile iuſtum,idem propemodum in ipſa æqualitate po
ſitum. communicantes nanq; ciuiles nonnulli: natura quidem conſimi-
les eſſe volunt,alij vero more.at filio erga patrem, & ſeruo erga dominū
ius vllum non eſſe videbitur.neq; enim puero meo aduerſum me,neque
manui,neque itidem alicui membro.ſimiliter igitur habere videbitur &
filius erga patrem.nam quemadmodum membrum patris, eſt filius:niſi
iam virilē induerit ætatem,qua ab ipſo ſeparetur. tum enim in ſimilitu-
dine,& æqualitate eſt patri.ſed ciuibus huiuſmodi eſſe licet.eadē de cau-
ſa:ne quidem vernæ erga dominum, eſt iuſtum. domini nanq; quiddam
eſt verna.Cæterū ſi modo ei iuſtum ſit aliquid: id iuſtū erga ipſum fue-
rit domeſticum,quod in præſentia minime indagamus, ſed ciuile. ſiqui-
dem in ſimilitudine,& æqualitate:ciuile iuſtum videri debet.præterea in
mulieris & viri communicatione, iuſtum eſt fere quod ciuile iuſtum. de-
terius nanque eſt mulier viro: ſed quoddam magis domeſticum, & quo-
dam modo magis æqualitatis particeps.& perinde ipſorum vita commu
nicationis fere ciuilis eſt.proinde iuſtum etiam mulieri erga virum præ-
cipuum:quodam modo iam præ alijs ciuile eſt. ¶Quoniam igitur iuſtū 79
eſt quod in ciuili communicatione poſitum:tam iuſtitia ꝗ̄ iuſtus circa ci-
uile iuſtum erit. ſed iuſtorum quædam natura,quædam lege ſunt.verum
arbitrari ita oportet:ne putemus nunꝗ̄ excidere quæ natura ſunt.quæ ſa
ne etiam mutationem ſubeunt:vt inquam ſi iaculari omnes ſemper ſini-
ſtra annitamur euademus ſcæuæ.atqui à natura ſiniſtra eſt.at dextra mi-
nus nihilo à natura potiora ſunt ſiniſtra: tametſi cuncta ſiniſtra, ſicut &
dextra facimus.neq; ꝙ incidant:ob hoc à natura nō ſunt.verum ſi vt plu-
rimū diutiúſq; ita permaneant: & ſiniſtra eſt ſiniſtra, & dextra dextra id
quod à natura eſt.idem in à natura iuſtis: ſi noſtro vſu immutentur. ob
hoc non à natura iuſta non fuerint, imò quidem fuerint. nam quod vt
plurimum perdurat id perpalam iuſtum à natura eſt:quod vero nos cō-
ſtituamus,legéque ſciſcamus, id certe iuſtum, atq; etiam ex lege iuſtum
nuncupamus.præſtat igitur iuſtū quod à natura eſt: illi quod ex lege.cæ-

¶Ex altera arte reſpondens: repaſſum, contrapaſſum. Pythagorici.

¶At filio erga patrem. non vult filij ad patrem & contrà, & ſerui ad dominum & contrà nullū penitus eſſe iuſtum, nam patris ad filium paternum iuſtum eſt, & domini erga ſeruum herile, & contrà, ſed non eſſe iuſtū ciuile: quod nimirum in quadam æqualitate conſiſtit, patris autē ad filium & heri ad ſeruum: minime ea ſeruatur æqualitas.

¶Euademus ſcæuæ: hoc eſt ſiniſtra pro dextra vtētes. Σκαιὰ enim ſiniſtram ſignificat. hinc ſcæuæ ſcæuarum: qui ſiniſtra manu pro dextra vtuntur. & res ſcæua, mala quòd ſiniſtra mala ſint. Sipōtin⁹. & authore Liuio: Mutius à clade dextræ manus Scæuola dictus eſt, ꝙ ſatellite Porſenæ Hetruſcorum regis ab eo pro rege interempto: abſtractū ad ſupplicium Mutij dextra manus flammis aræ admota ſit. exuſta itaque dextra: ſemper ſiniſtra vti coactus eſt, & proinde dictus Scæuola.

terum quod indagamus iuſtum:ciuile eſt.atqui ciuile non natura,ſed le-
80 ge eſt.❡Sed iniuſtum & iniuria neutiquam idem prorſus dicendum eſt. ſiquidem iniuſtum, lege definitur, veluti depoſito quenquam fraudare, iniuſtum fit.at iniuria vbi iniuſte aliquid perpetretur.❡Itidem porrò iuſtum,ac (vt ita loquar) iuſtificatio non eſt idem.nam iuſtum lege defini-
81 tum eſt,cum ſit iuſtificatio iuſta cauſa faciendi. ❡Quando igitur iuſtum & quando non?nempe (vt paucis abſoluam) cum debita opera & ſpõte quis peregit (quid ſponte ſit,pauloante à nobis dictum eſt) & quando cõſulto,& in quem,& cui,& qua de cauſa,is iuſta peragit.Itidem,ac ſimiliter erit etiam iniuſtus,qui conſulto,& in quem, & cui, & cuius cauſa deliquerit. at cum horum nihil conſulto, iniuſti tamen quippiam commiſerit: tum demum iniuſtus non eſt,ſed infortunatus. nam ſi patrem occiderit ſe hoſtem ratus occidere, iniuſtum quidem commiſit. & cum neminem affecerit iniuria, egit tamen infeliciter. quoniam igitur non afficere iniuria,vbi iniuſta peragantur,id eſt in ignorando poſitum.hoc pauloante diſſeruimus cum neutiquam conſulto quenquam offendit:neque cui, neque
82 qua de cauſa factum eſt. ❡Definienda quoque videtur ignorantia, quonam pacto per ignorantiam, quem lædit non afficit iniuria: ſit nimirum hæc diffinitio quandocunq; perpetrandi aliquid,abſoluta fuerit ignorantia,id non fit conſulto,& perinde ne quidẽ afficit iniuria. at cum ipſe ſuæ cauſa fuerit ignorantiæ, perpetrarítque quippiam ex ignorantia, cuius ipſe extiterit cauſa:is plane afficit iniuria.ac eiuſmodi iure criminis arguetur.velut in ebrijs euenit.vino nanque merſi,ſi quid mali perpetrarint: ſine controuerſia afferunt iniuriam,quandoquidem ipſi ſibi eius ignorantiæ cauſa extiterunt.par enim fuit ne tantum proluerentur: vt ignorantes cæderent patrem. Idem in alijs eſt ignorantijs quæ ex ipſis gignuntur facientibus:vt qui per ipſas inferant iniuriam,ſint iniuſti.quorum autem non ipſi ſunt cauſa,ſed ignorantia vt delinquant: neutiquam iniuſti. eſt enimuero eiuſmodi ignorantia naturalis:velut neſcij infantes, patres cædunt.hæc nimirum naturalis inſcitia non facit: vt ab actione infantes dicantur iniuſti.ipſa ſiquidem hæc faciendi cauſa,eſt inſcitia.neq; ipſi ſuæ
83 ſunt cauſa inſcitiæ.ideo ne quidem iniuſti dicuntur.❡Verum de ferenda iniuria vt dicam:vtrum qui afficitur iniuria ſponte afficitur, an non.iuſta nanque & iniuſta ſponte agimus:at non ſponte afficimur iniuria.cruciatus ſiquidem deuitamus.& perinde non dubium quin non ſponte afficiamur iniuria:ꝙ vltro nemo lædi ſufferat.nã affici iniuria: nónne eſt offendi?eſt ita. ❡Cæterum ſunt quibus licuit æquale aſſequi, id'q; alijs concedunt.quòd ſi æquale conſequi iuſtum fuit:& minus habere iniuria affici. ſponteque minus habet: ſponte ergo (ait) quis afficitur iniuria. verum manifeſtum hinc porrò eſt:quòd ne ſponte quidem. nam cuncti qui minus conſequuntur:illius vice nanciſcuntur aut honorem, aut laudem, aut gloriam, aut amicitiam,aut aliud id genus.verũ qui vicem alicuius ſubit, cuíque rependitur pro eo quod amittit: neutiquam afficitur iniuria. quòd ſi iniuria non afficitur: ne quidem ſponte ergo. ❡Rurſus qui minus aſſequuntur, & quatenus æquale non accipiunt non affecti iniuria: ijdem nobilitate, & exornati hac de cauſa euadunt, quòd dicant æquale mihi capere licuit,at nolui.ceſſi equidem ſeniori, aut amico. atque affectus iniuria exornatur nemo.quòd ſi in illatis iniurijs nulla exornatio eſt & in his exornantur deiecti: hoc modo prorſus affecti non fuerint iniuria.Quòd ſi iniuriæ nõ ſubijciuntur: ne quidẽ ſponte afficiũtur iniuria. ❡Interim in huiuſmodi oratione cõtrouerſari videmur incõtinentibus: quandoquidem incõtinens nequiter agendo,ſe offendit,idq; ſponte facit.

❡Sed iniuſtum & iniuria. Iniuſtum etiam appellam⁹ & ante, & poſteaquam fuerit executũ: ſed iniuria eſt ipſius iniuſti executio Itidem iuſtum dicitur & ante & poſt ad alterum officium: ſed iuſtificatio eſt ipſa (cũ legitima quicquam agendi cauſa adeſt) iuſti executio operatióque. ſic ad iuſtũ ſeſe habẽs: vt iniuria ad iniuſtum.

conſulto igitur ſeſe ipſe lædit. proinde ſponte ipſe à ſeſe afficitur iniuria.
Cæterum hic propoſita definitio:hanc præpediet rationem.eſt autem de-
finitio:neminem velle affici iniuria.at incontinens, volens incontinenter
agit. proinde ſi ipſe ſe afficit iniuria : vult ergo mala ſibi infligere . atqui
vult nemo affici iniuria:proinde ne incontinens quidem ipſe ſeſe ſponte
affecerit iniuria. ¶Cæterum hinc fortaſſis ambigat quiſpiam: nũquid ac-
cidat vt ſibi quiſquam inferat iniuriam.in incontinentem ſiquidem inie-
cta conſideratione:videatur contingere,hoc nempe modo.ſi quæ agenda
lex iubet,ea ſunt iuſta:qui non agit ea,iniuſte facit. at ſi erga quem agen-
dum iubeat, & neutiquam erga eundem id egerit : ipſum afficit iniuria.
lex certe temperantem eſſe iubet,rem ſuam nó oblimare,corpus procu-
rare,ac id genus alia.qui ergo hoc non peragit: ſe afficit iniuria:quando-
quidem erga alium neminẽ,talium eſt affectio iniuriarum. ¶Atqui hæc
nunquam vera extiterint vt contingat ſe quempiam afficere iniuria. con
tingere enim qui poteſt vt eodem tempore plus quiſpiam habeat,& mi-
nus,vt ſimul ſpóte & inuito agat quicquam? ſiquidem qui afficit iniuria,
quatenus afficit,plus admittit:iniuria affectus quatenus afficitur, minus.
quòd ſi ipſe ſibi infert iniuriam:cõtigerit vt per idem tempus plus idem
habeat & minus.verum hoc fieri non poteſt.non ergo ſe quiſpiam affece
rit iniuria. ¶Rurſus qui afficit iniuria: ſponte facit iniuriam . at affectus
iniuria:inuitus fert iniuriam.proinde ſi cõtingat ſe quempiam afficere in-
iuria:contigerit ſimul & inuito,& ſponte quicquam agere:id autem fieri
non poteſt . ne quidem igitur ita contigerit ſibi quenquam inferre iniu-
riam. ¶Rurſus ſi conſiderauerit quiſpiam particulares iniurias:nemo ſit
qui non faciat iniuriam aut depoſito fraudando,aut adulterium commit
tendo,aut furando,aut aliquid huiuſmodi iniuriæ genus particulatim ad
mittendo : nec tamen quiſpiam ſe vnquam depoſito fraudauit , neque
ſuam adulterio vitiauit vxorem, neque ſibi furatus eſt.quòd ſi in huiuſ-
modi eſt afficere iniuria, neque contingit horum quicquam aduerſum ſe
facere: ne quidem contigerit cuipiam ſe afficere iniuria . ſin ſecus ea non
fuerit ciuilis iniuria:ſed domus adminiſtrationis,planéque familiaris.ani
ma ſiquidem in plures diſtributa partes : vnam habet ſuam quidem de-
teriorem,alteram vero meliorem . proinde ſi quid in anima procreetur
iniuriarum:id partium aduerſum ſeinuicem eſt.familiarem porrò iniuri
am diſtribuimus in deteriorem ac meliorem:vt fiat aduerſum ſe iuſtum
& iniuſtum. verum id nos non coniectamus:ſed ciuile. & perinde in id ge
nus iniurijs,quas nos demum perueſtigauimus: neutiquam contingit vt
ſe quiſquam afficiat iniuria. ¶At inſuper vter afficit iniuria,& in vtro in 84
iuria eſt:in eo neque vtcunque iniuſte poſſideat,an in iudicante atque di
ſtribuente veluti in certaminibus.enimuero qui præmium à præſide, at-
que hæc iudicante accepit , non ipſe facit iniuriam tametſi ei iniuſte tri-
butum eſt:ſed qui tulit iudicium,maléque attribuit, is afficit iniuria . éſt-
que vbi idem afficiat iniuria & vbi non.nam quatenus vere,& vt iuſti na
tura poſtulabat non iudicauit : eatenus affecit iniuria . quatenus vero ei-
dem iuſtum eſſe viſum eſt:neutiquam affecit iniuria. ¶Quoniam de vir- 85
tutibus & quæ ſint & in quibus & circa quæ iam dictum eſt, de ſinguliſ-
que,quemadmodum ſi recta agamus ratione ſit optimum: ita nimirum
ex recta ratione agere dicendum eſt . vt ſi quis dixerit ſanitatem fieri o-
ptimam:ſalubria exhibendo:id vtique minus apertum & perinde aperi-
to mihi quæ ſint ſalubria.idẽ valet in ratione:& tam quid ſit ratio,quàm
quæ ſit recta ratio, noſſe ferme fuerit neceſſarium. primum in quo ratio
gignitur conſiderandum.

¶Verum id nos non coniectamus.Id iuſtum domeſticum ſcilicet ac familiare : aut quod eſt ei analogum . eſt enim iuſtum partis rationalis ad irrationalẽ, atque brutam: vt melioris ad deteriorem,& vt patris ad filium.

¶De duplice vi mentis & vtriuſque habitu. Cap.XXXV.

86 PAucis equidem de anima antea locuti:diximus animæ partem eſ-
ſe,quæ habeat rationem.ea inquam pars vna, animæ habens ra-
tionem : in duas eſt partes diſtributa . quarum vna quidem con-
ſultatrix:altera autem ſcientiæ indagatrix,quæ quòd inter ſemuicem di-
ſtinguantur:ex ſubiectis facile fuerit intueri. nam quemadmodum inter
ſeinuicem differunt colores , & ſuccus, & ſonus, & odor : itidem & alios
ipſis ſenſus natura accommodauit. ſonum nanque auditu, ſuccum guſtu
cognoſcimus,& colorem viſu:ſimiliter cætera eodem modo expedit con
iectare.quòd porrò alia ſint ſubiecta,alias quoque eſſe aiunt partes mani
feſtum eſt:quibus illa cognoſcimus.aliud ſiquidem intellectile eſt,& ſen-
ſile aliud.atq; ſubiecta illa,anima deprehendimus . alia ergo pars fuerit:
quæ circa ſenſilia & alia quæ circa intellectilia . conſultatrix autem circa
ſenſilia,in motúque verſatur : atque prorſus circa omnia quæ in ortu in-
teritúque ſunt . nam conſultamus de eis quæ in noſtra ſunt poteſtate ac
agendi,ac non agendi delectus:circa quæ conſilium,ac propoſitum eſt a-
gendi vel non agendi.hæ nimirum ſenſilia,in motúq; ad permutādum.
proinde pars animæ ex ratione propoſitrix , atque delectrix ſenſilis.
87 ¶His itaq; definitis: deinceps de veritate dicendum fuerit, quoniam de
ipſa nobis eſt ſermo,vtq; verum habeat coniectemus . eſt profecto ſcien-
tia,prudentia,mens,ſapientia,exiſtimatio:& circa quod vnumquodq; iſtorū
88 ſit.¶Scientia igitur circa id quod ſub ſcientiam cadit,quod cum demon-
ſtratione,ac ratione eſt explicatū. prudētia vero circa ea quæ ſub actionē
caduntin quibus delectus,euitatióq; , & in nobis agere ac non agere eſt.
89 ¶Nimirum facientium & agentium non idem factile & actile.nam facti
lium:præter facturam finis ſupereſt alius.ſicut domificatiuæ præter ædi-
ficationē cum ſit domus effectrix:ipſius finis (præter facturam) domus
eſt , itidem in opificina (ita enim nobis libet appellare quam τεκτονικὴ
græci vocant) aliiſque facturis . at in eis quæ ſub actionem cadunt : quæ
πρακτικὰ vocant præter actionem nullus eſt alius finis. vt præter citha-
ræ modulatum,finis non eſt alius , ſed id eſt finis,exercitium,& actio.cir
ca actionem itaque,& quæ in agendo poſita ſunt:prudentia . circa factu-
ram,& quæ in faciendo poſita ſunt:ars.ſiquidem in faciēdo potius quàm
agendo eſt artem exercere. proinde fuerit prudentia deligendi,& agendi
quæ in noſtra ſunt poteſtate habitus,tendente ad commodum ipſa quo-
90 que actione.¶Prudentia virtus eſt:non (vt facile eſt intueri)ſciētia.lau-
dandi ſiquidem ſunt prudentes.at laus virtutis.¶Item ſcientiæ quidem
omnis:virtus eſt.at prudētiæ virtus non eſt,ſed vt apparet idipſum quid-
91 dam virtus eſt.¶Mens porrò eſt circa principia intellectiliū.Scientia ve
ro eorum quæ ſunt cum demonſtratione.atque principia ſunt indemon-
92 ſtrabilia.& perinde non circa principia ſcientia eſt:ſed mens. ¶Sapientia
porrò ex ſcientia,mentéque conſtituitur.eſt nanque ſapientia circa prin-
cipia ipſa quoq; mentis particeps.at quatenus circa ea quæ poſt princi-
pia ſunt,cum demonſtratione:ſciētiæ eſt particeps.& perinde non dubiū:
quin ſapientia ex mente,ſcientiáque conflet ur.& proinde circa ea verſa-
93 bitur:circa quæ mens, atq; ſcientia. ¶Exiſtimatio eſt qua in omnibus fe-
94 rimur ancipites : eáne ita,an ſecus ? ¶Sed vtrum prudentia & ſapientia
idem eſt , an non ? ſapientia enim eſt circa ea quæ cum demonſtratione,
quæq; ſemper ita habent:prudentia non de talibus,ſed de ijs quæ ſunt in
permutatione.quemadmodū rectum inflexúmve, & cauum, & talia quæ
ſunt eiuſmodi.at conferentia eo non habent modo:vt nō inter ſeinuicem
permutentur . ſed permutantur:vt nunc hoc conferat,quod cras non cō-

¶Aliud ſiquidē intellectile eſt. intellectilia vocat neceſſaria & impoſſibilia aliter ſeſe habere. & quæ prorſus à ſua veritate di noſcuntur immota. Senſilia ve ro quæ contingentia ſunt & poſ ſibilia aliter ſeſe habere, & nūc vera eſſe, nunc autem minimè.

¶His itaque definitis: deinceps de veritate . hoc eſt de habiti bus quibus vero aſſentire cōtin git:dicendum eſt. Mens, intelle ct9. Exiſtimatio, opinio: ſub hac artē comprehendimus: ſed pau lo latius opinionis nomē eſt: vt quę promiſcue & veri & falſi ſit habitus . Ideo in Ethicis in par titione huic reſpondente artem quæ ſolū veri circa factibilia eſt habitus: annumerabit, & exiſti mationem refutabit: quaſi hanc partitionem emendans , & ad correctiorem limam redigens.

¶Τεκτονικὴν appellant græci quam nos fabrilē opificinā.nos. & τέκτων τεκτόνος faber eſt. verum fabrum & lignarium, & ferrarium dicimus.

¶Agēdi facultatem πρακτικὴν græci appellant : faciendi vero ποιητικὴν : hoc eſt practicem atq; poeticem, quas nos actiuā, effectiuámque dicimus.

¶Quemadmodum rectum in flexúmve. ſapiētia eſt vt de cō ſideratiōe recti, & inflexi apud geometras: quæ ſemper aut re cta aut inflexa dicuntur. & pru

dentia eſt vt de conſideratione conferentis: quod ſi hodie prodeſt, perendie forte nocebit. ſed quantitas, modus, perſona, tempus, & locus ſunt accõmodāda.

feret. & huic liceat, huic autem non: atque hoc modo conferat. atqui circa
ea quæ conferunt: prudentia eſt, non ſapientia. differũt ergo inter ſe pru-
dentia, atque ſapientia. ¶ Vtrum ſapientia virtus eſt, an non? hinc perſpi- 95
cuum eſt ex ipſa certe prudentia virtutem eſſe. nam ſi virtus eſt prudē-
tia: partis nempe alterius vt diximus quæ ex ratione ſunt, éſtque prudē-
tia quàm ſapientia deterior. circa deteriora enim verſatur, quandoquidē
ſapientia circa æternũ diuinúmq; (vt diximus) cũ prudētia de hominis
ſit cómodo. quare ſi quod deterius virtus eſt: æquum etiam fuerit quod
melius eſt, eſſe virtutem. non dubium igitur: quin ſapientia ſit virtus.

Induſtria. Syneſis Sagacitas

¶ Quid eſt aut circa quid induſtria? eſt nempe induſtria in quibus & pru 96
dentia circa ea quæ ſub actionem cadunt. induſtrius ſiquidē dicitur qua-
tenus conſulere recte aliquid, iudicare, ac perſpicere potuerit circa puſil-
la, in puſilliſq; eius iudicium eſt. igitur induſtria, atque induſtrius: pruden
tiæ, & prudētis pars. nec citra hæc. neq; enim induſtrium à prudēte ſepa-
raueris. ¶ Idem profecto & in aſtutia exiſtimandũ eſt. nam aſtutia, & aſtu 97
tus non eſt quidem neque prudentia neque prudens: quinimo prudens
aſtutus. ideo aſtutiam ſibi quodammodo aſciſcit prudētia. cæterum aſtu-
tus etiam malus dicitur: quemadmodum Mentor aſtutus quidem fuiſſe
viſus eſt, non etiá prudens. prudentis nanq;, & prudentiæ eſt optima ex-
petere, eáq; ſemper ſibi proponere: atq; actitare. at aſtutiæ: & aſtuti fuerit
coniectare ex quibuſnam demũ fiant ſingula: quæ ſub actionem cadunt: &
quæ exhibenda. aſtutus in eiuſmodi: ac circa talia eſſe videatur. ¶ Dubi- 98
tauerit quiſpiam & admirari potuerit: ꝙ locuti de moribus: de'q; ciuili ne
gotio, de ſapientia dicatur. nempe primum de hac re non videatur eſſe
aliena conſideratio. ſi (vt diximus) eſt virtus. item philoſophi eſt de his
demum coniectare, quæcũq; in eodem fuerint. at neceſſatium, cum de iſs
quæ in anima loquamur: de omnibus dicete. atqui eſt in anima ſapientia.
proinde alienum non fuerit: de anima quoq; dicere. ¶ Quemadmodum 99
vero habet aſtutia ad prudentiam: ita de cunctis virtutibus haberi putan
dum eſt. velut inquam ſunt virtutes. quæ natura ſingulis ingenitæ tanq̃
impulſus quidam ad fortia, ac iuſta in vnoquoq; citra rationem: necnó de
ſingulis erga eiuſmodi poſſis cognoſcere. ſunt autem tam conſuetudine
quàm propoſito. at quæ cum ratione ſunt: velut temperātia, aut fortitu-
do (quatenus ſunt vt virtutes genitæ) laudabiles. naturalis igitur virtus
ea ipſa quæ citra rationem, à ratione parum ſeparata, & laude parum de-
ficiēs: rationi & propoſito adiuncta perfectam efficit virtutem. ideo etiá
cum ratione exercetur. nec citra rationem eſt ad virtutē naturalis impul
ſus. neq; rurſus ratio, atq; propoſitum admodũ perficitur. vt ſit virtus ci-
tra impulſum naturalem. ideo non recte Socrates ſentiebat: cum diceret

Socrates.

virtutem eſſe rationes. proficeret ſiquidem nihil agendo fortia, atq; iuſta
qui neſciret, ac tationi non proponeret: & petinde virtutem rationem eſ-
ſe non recte aiebat. ¶ Sed quidā nunc melius. nam iuxta rectam rationē 100
honeſta agere: virtutem eſſe perhibēt. At ne ita quidem recte aget: ſi qui-
dem quiſpiam iuſta, nullo propoſito honeſtorum, nulla cognitione, ſed
irrationali aliquo impulſu nó recte hæc, at iuxta rectam rationem velut
(inquam) recta iuſſerit ratio ita agat. cæterũ huiuſmodi tamē actio neu-
tiquam ſub laudem cadit: ſed melius (vt nos) diffinimus cum ratione im
pulſum eſſe ad honeſtatem. hoc nanq; virtus, etiámq; ſub laudem cadit.
¶ Vtrum prudentia virtus an nó, ambigere nanq; quiſpiá potuerit. verũ 101
enimuero hinc eſſe virtutem certũ fuerit. nam ſi iuſtitia, & fortitudo cæ-
teræ'q; virtutes ꝙ honeſtorum quæ ſub actionem cadant, laudabiles acce
dant: non dubium quin prudentia quoq; eorum ſit, quæ ſub laudem ca-

dunt,quæ'que in virtutis ordinem veniunt. nam ad quæ fortitudo agenda commonetur:in eadem etiam prudentia,in totúmque vt ipſa præſcribit,ita etiam agit fortitudo.proinde ſi hæc ſub laudem cadit ea faciendo quæ præſcripſerit prudentia:etiam ſine controuerſia, prudentia ſub laudem cadit virtúſque eſt. vtrum prudentia ſub actionem cadit,an non? licuerit hinc noſſe cuius ſpectando ſcientias quemadmodum ædificaturam.eſt nanque in ædificatura (vt dici ſolet) vnus quidem quiſpiam ἀρχιτέκτων græce, quem nos tum architectum,tum opificem nominamus: cui ſubminiſtrat ſeſe ædificator. is domus eſt faber . eſt ſane architectus, ſeu opifex , cuius præſcripto ad domum extruendam ſe faber accingit. idem in reliquis fabrilibus habet:in quibus eſt architectus,& eius cuiuſuis miniſter faber.& architectus erit:& huius ipſius faber,ac miniſter. ſi igitur eodem modo etiam in virtutibus habet,quod æquum, ac rationale,etiam prudentia ſub actionē cadit.quandoquidem virtutes omnes ſub actionem cadunt:quarū prudentia tanquam architectus quidam eſt,quādoquidem vt ipſa præſcripſerit ita virtutes, & quæ ex virtutibus agunt. cum igitur virtutes ſub actionem cadant,etiam ſub actionem cadet pru-
102 dentia.❡Vtrum omnibus quæ in animalibus imperat:vt cenſetur, paritérque ambigitur,an ſecus? Melioribus certe vt ſapiētia eſt: imperare videri,par non eſt.ſed ea(vt dici ſolet) cuncta procurat, præſcribénſq; domina eſt. cæterum forſitan vt in ædibus habet atrienſis. is nanq; præeſt Atrienſis Villicus,
omnibus,diſpenſátque omnia,ſed nondum idem imperat omnibus:verū Procurator loci.
domino otium parat.ne is præpeditus rerum domeſticarum neceſſitate diſſoluatur:quominus honeſti quippiam,& officioſi agat.ita atq; ſimiliter prudentia tanquam ſapientiæ quidam atrienſis:ei otium parat, vt ſuum peragat opus,affectus cohibendo,eóſque temperando.

❡Primi magnorum moralium
Ariſtotelis interprete
Georgio Valla
Placenti-
no,fi-
nis.

¶Ariſtotelis Magnorum Moralium liber ſecundus: Georgio Valla Placentino interprete.

¶De æquitate. Cap.I.

Aequitas
Aequitas & bonitas
Aequus
Aequus & bonus.

POſt ea quæ tradidimus, par videtur vt de æquitate 1
diſſeramus:quid ſit,& in quib⁹,& circa qualia. Eſt ni-
mirum æquitas, & æquus qui deſcripta legibus iuſta
diminuit,ac moderatur.nam quæ legiſlator particu-
latim examinate ad vnguem, definire nó poteſt, ſed
in vniuerſum loquitur:hic in eiſdem intercedens,de-
ligit quæ legiſlator particulariter quidē definire vo-
lebat,verum ei facere non licuit.eiuſmodi certe æquus:nó omnino iuſta
diminuens.quandoquidem quæ natura,ac vere iuſta ſunt: non diminuit,
ſed ea dúntaxat quæ legiſlator decernit,cum explere non poteſt.

¶De modeſtia. Cap.II.

¶Modeſtia:bona ſententia quę & γνώμη καὶ εὐγνωμοσύνη appellatur.modeſtus: bene ſentiens,beneque ſententians qui & εὐγνώμων dicitur.

MOdeſtia,ac modeſtus:eſt circa quæ & æquitas.nempe circa iuſta 2
quæ omiſſa à legiſlatore non ſatis ad vnguem definita ſunt, vt
iudex inueniatur eorum quæ legiſlator omittit, certóque co-
gnoſcit à legiſlatore prætermiſſa quæ iuſta ſunt:is modeſtus eſt.itaq; nó
citra æquitatem modeſtia. iudicare ſiquidem modeſti. agere vero, ad iu-
diciúmque perducere:æqui fuerit.

¶De promptitudine. Cap.III.

¶Promptitudo:bona conſultatio quæ & εὐβουλία appellatur

PRomptitudo eſt circa quæ & prudentia. nempe circa ea quæ ſub 3
actionem cadunt : quippe quæ circa propoſitum :& euitationem
eſt. ſane non citra prudentiam. nam prudentia horum ſub actio-
nem cadens eſt.ac próptitudo habitus,ſeu affectio:vel quiduis huiuſmo-
di:inſtructio optimorum,& commodiſſimorum eorum quæ ſub actionē
cadant.& perinde próptitudinis ea videri non debent:quæ fortuitu quo-
quo modo eueniant.nam quibus ratio deeſt quod optimum ſit conſide-
rans vbi quoquo modo eueniat aliquid:hunc promptum neutiq̄ dixeris,
ſed fortunatum. nam quæ officia citra iudicantis rationem fuerint: feli-

¶Felicitates æquū eſt appellare:bonas fortunas, pſperitatéſq́ue æquum eſt appellare.

citates æquū eſt appellare. ¶Sed nónne iuſti eſt colloquio, & conuerſa- 4
tione æquale cuilibet attribuere: vt inquam qualis fuerit quilibet, talem
effectum aſſequi,an non?id certe aſſentatoris,& delectantis eſſe:plane vi-
deatur.cæterū iuxta cuiuſq; dignitatem attribuere colloquiū, ac conuer-
ſationē:id iuſti & probi omnino eſſe videbitur. ¶Dubitare etiā quiſpiam 5
potuerit:an iniuriam inferre ſit offendere ſponte,& ſcienter,& quempiā,
& vt,& qua de cauſa.eſt autem nocumentum,& iniuria:de bonis, ac circa
bona.afferens ergo iniuriā & iniuſtus:cognouerit & qualia bona,& qualia
mala ſint. id autem ac talia percallere prudentis, atq; prudentiæ eſt.hoc
modo fuerit abſurdum vt bonum ingens prudentia comitetur iniuſtum.
an exiſtimandum eſt:vt iniuſtum prudentia comitetur? Neq; enim con-
iectat iniuſtus:ac ſimpliciter,& eidem bonū iudicare non poteſt,verū hal-
lucinatur cum prudentiæ ſuū ſit id inſpicere ex ſententia poſſe. ¶Itidem
vt in medicina aliud eſt quod ſimpliciter ſalubre & intuemur,quódq; ſa-

¶Veratrum:elleborus.
¶Elacterium:ſuccus cucumeris agreſtis.author Dioſcorides.

nitatem efficiat : quod veratrum,& elacterium, & ſectiones,& exuſtiones
ſalubres ſint,ſanitatémq; prætendāt.nec tamen vt hæc omnes,ita medici-
næ habemus ſcientiam. non enim particulare nouimus bonum. vt nouit
medicus cuipiam hoc bonum,& quando,& qualiter affecto:in quo demū
medicina ſcientia eſt.ſalubria igitur ſimpliciter cognoſcentes:necdum ta-
men cótinuo nos medicina comitatur ſcientia.Itidem iniuſtus quod igi-
tur ſimpliciter eſt bonum,& tyrannus & dominatus & imperium nouit:

verum ſibi'ne bonum an ſecus,vel quando, vel quo modo affecto neutiq̃
nouit id,quod eſt imprimis prudentiæ.& proinde iniuſti comes: non eſt
prudentia.bona ſiquidem deligit quibus afferat iniuriam : quæ certe bo-
na ſimpliciter non ipſi ſunt bona. quandoquidem opulentia, & domina-
tus ſimpliciter bonum eſt:ipſi certe non fortaſſis bonum.nam qui impe-
rat rerum copia affluens: multa ſibi amiciſq; nequiter facit, quando iure
6 vti dominatu non poteſt. ¶Hinc ambigendum , conſiderandúmque vi-
detur:ſit'ne aduerſus nequam iniuria nec ne.nam ſi in offenſione iniuria
eſt, & in priuatione bonorum offenſio:neutiquam videri poteſt offende-
re.ſiquidem quæ ſibi eſſe bona arbitratur:bona nó ſunt. nam dominatus,
& opulentia nequam hominem offendunt: ꝙ ipſis recte vti omnino poſ-
ſit.proinde ſi(quæ aduentantia offendunt)ea bona abſtulerit,afficere non
videtur iniuria . multis huiuſmodi oratio videbitur admirabilis. Omnes
ſiquidem opinantur:ſe poſſe dominatu,& imperio, & opulentia vti, neu-
tiquam recte coniectantes,quod ex legiſlatore certum eſt.legis nanq; la-
tor non omnibus ſuadet imperare:verum(vt dictum eſt)cui ætas,cui co-
pia nó defuerit ad dominandum, non autem omnem poſſe imperare. ꝙ
ſi quiſpiam indignetur ſe carere imperio atq; gubernatione:dixerit quiſ-
piam,neq; tibi ea eſt anima vnde imperare,gubernaréq; poſſis. ¶Corpo-
re quidem cernimus aliquos ſaneſcere non poſſe:ſimpliciter ſibi bona ex-
hibendo.at ne languori incumbat corpus:volens cóualeſcere aquã prius,
& inediam exhibet.ita qui nequam habuerit animam , ne quippiam ma-
li exerceat:ei opulentia,& imperium,& dominatus, & omnino alia id ge-
nus ſunt auferenda,quãto mobilior,mutabiliórq; eſt corpore anima Nã
quemadmodum improbum corpus quiſpiam ſortitus,victum debet ſibi
adhibere idoneum:ita improbam animam nactus,ſe viuendo reddere de-
7 bet idoneum,ad ea(quæ memoramus)deuitãda. ¶Hoc etiam ambiguũ
eſſe poteſt,vt cum non ſit aliter agere fortiter q̃ iuſte:quãdo natura quis
videatur acturus.In naturalibus quippe virtutibus:ſolum dicebamus im-
pulſum ſine ratione ad honeſtatem eſſe oportere.ita nimirũ eſt delectus
in ratione,quódq; rationẽ habeat: vt pariter capiat,& deligat. & tunc vir-
tutem perfectam eſſe dicebamus:quæ cum prudentia foret. non vtiq; ad
honeſtum citra naturalem impulſum : neque virtus virtuti aduerſabitur.
agnatum nãq; habet atq; inſitum, vt rationi obtemperet vt ipſa præſcri-
8 bit. vt quo agit eo declinet: qui nanq; ſibi proponit melior. ¶Et ne qui-
dem aliæ ſine prudentia virtutes ſunt,neq; prudentia abſq; reſiduis vir-
tutibus perfecta.verũ inuicem ſeſe coadiuuant comitantes prudentiam.
9 ¶At nihilominus addubitet quiſpiam : nunquid ita in virtutibus habeat
quemadmodum in reliquis bonis,quæ externa , quæ'q; in corpore? Hæc
nanq; cum fuerint eximia,deteriores efficiunt : ſicut opum affluentia ela-
tos facit,& truculentos.itidem reliqua bona: dominatus, honor, pulchri-
tudo,magnitudo. nunquid igitur & in virtute ita habet: vt ſi cuipiam iu-
ſtitia vel fortitudo fuerit exuberãs:fiat deterior, an non? ¶Cæterũ à vir-
tute quidẽ honor gignitur,qui cũ ingens fuerit,deteriores facit.& perin-
de virtus fecerit deteriores : cũ maior euaſerit. An id neutiquam verum:
quandoquidem & ſunt multa alia virtutis opera quemadmodum ſunt.id
etiam imprimis eſt , vt qui eis bonis muniatur : eiſdem recte vti poſſit.
¶Si demum probus aduentante ei vel honore, vel ingenti dominatu,
ipſis nó vtitur:neutiquam fuerit probus.neque honor,neque imperium:
probum fecerit deteriorem.& perinde ne quidem virtus. in totũ autem
quoniam à principio nobis determinatum eſt : virtutes eſſe medietates,
quóq; magis ſit virt⁹,eo magis erit medietas.proinde quo ſublimior vir-

tus euadet,accedétq; ad magnitudinem:nó deteriorem ſed meliorem efficiet.medietas nanq; inter exceſſum defectúmq; , perturbationum erat medietas.atque hæc igitur hactenus.

¶De continentia & incontinentia. Cap.IIII.

¶ Ita de his futurũ ſermonem alienum viſum iri neceſſe eſt. alienum, alterum, alteriúſq; naturæ, & parum à ſuperius determinatis abſimilem.

DEinceps aliud nobis ſumendum eſt principium de continentia, 10
incontinentiáq; dicturis: quemadmodum fuerit alienum has in virtutum,vitiorúmq; numerum redigere : ita de his futurũ ſermonem alienũ viſum iri neceſſe eſt. nec enim hæc virtus cæteris par eſt: in alijs ſiquidem eodem tendunt tam ratioq̃ perturbationes, nec inuicẽ ſibi aduerſantur.at in hac ſeinuicem oppugnant ratio, & affectus.ſunt nimirum in anima vnde mali eſſe dicamur tria:vitium,incontinentia,feritas.de vitio igitur ac virtute quid ſit,ac in quibus : à nobis ſupradictum eſt.modo de incontinentia,ac feritate dicendum.

¶De feritate. Cap.V.

EStautem feritas quoddam vitium exuberans, cum eouſq; nequã 11
prorſus quempiam intuemur:vt ipſum non hominem,ſed feram eſſe dicamus,ſicut & vitium ipſum feritatem.huic virtus oppoſita nominis expers eſt.quippe ꝙ huiuſmodi ſupra hominem tanq̃ heroica quædam,ac diuina. eo certe hæc virtus nominis expers : ꝙ dei virtus nulla.præſtantior ſiquidem omni virtute deus , ac non virtute probus. nam tum virtus ſit deo melior:ideo nominis expers hæc virtus , quæ feritatis vitio oppoſita eſt.deſiderat nimirum diuina,& ſupra hominem tali vitio obiectari: quód quemadmodum feritas vitium , hominem excedens euadit,ita ei oppoſita virtus.

¶De incontinentia & continentia. Cap.VI.

DE incontinentia & cõtinentia dicturis, expedit nobis quæ ambi- 12
guos & contrarios ſermones admittunt ſignificare : vt ex dubijs orationibus conſiderando & exquirendo veritatem , ad id quod perſpiciendum eſt perueniamus.nam tum demum ita verũ ſcrutari poterimꝰ.

Socrates.

¶Senex igitur Socrates tollebat prorſus,ac negabat eſſe incõti- 13
nentiam.dicendo neminem eſſe qui mala facienda , ſciens eſſe mala deligeret.atqui incontinens videtur ſciens mala deligere,agi nanq; à perturbatione. hac ratione incontinentiam eſſe non exiſtimauit : nequaq̃ recte. alienum nanq; ſit hac ratione perſuaſos : quod factum eſt perſuaſibiliter extinguere.incontinentes ſiquidem ſunt homines & iidem malorum periti:veruntamen ea perpetrant. ¶Quoniam igitur incontinentia eſt:nun- 14
quid incontinens aliquam habet peritiam,qua inſpiciat,exquirátq; mala? At id non viſum fuerit cuipiam:quandoquidem alienum ſit quod in nobis potentiſſimum firmiſſimúmque eſt, vi ab aliquo ſuperari, ſiquidem ſcientia omniũ quæ in nobis firmiſſima,& nulli eſt obnoxia violentiæ. & perinde hæc ratio aduerſatur,quo minus credatur eſſe ſciẽtia ¶Cæterum nunquid ſcientia quidẽ non eſt,ſed opinio ? at ſi habet incontinens opinionem,vituperandus nõ accedet.nam ſi mali aliquid nõ admodum præuidens,planéq; cognoſcens ſed opinatus agat:venia dignus videatur. ꝙ voluptate agendi mala,non admodum mala eſſe cognouerit : ſed tantum fuerit opinatus.at quos venia dignos eſſe cenſemus,eos neutiquam reprehendimus. & perinde ſi opinionem habet incontinens, vituperandus non erit.atqui vituperandus eſt . ¶Huiuſmodi rationes ambiguitatem obijciunt:quandoquidem qui ſcientiam eſſe negauerunt, abſurdum quiddam euenire compellunt,& qui ne opinionem quidem, pariter aliena euenire oſtendunt. ¶Verum & dubitauerit hic quiſpiam,ꝙ quia tem- 15
perans:& continens eſſe videtur,temperanti'ne futuræ ſint vehementes

cupiditates? ꝙ ſi cótinens erit, vehementibus agi cupiditatibus opus fue-
rit. neq; enim cótinentem dixeris: qui mediocres compeſcat cupiditates.
ꝙ ſi vehemētes cupiditates habeat: ne quidem temperans erit. neq; enim
16 temperans: qui vllo modo agitur à cupiditatibus. ¶ Ambiguitaté quoq;
talia mouent. Contingit ſiquidem exinde rationibus: incontinenté quan-
doq; fore laudabilem, & vituperabilem cótinentem. fit nanq; quiſpiá (in
quit) ratiocinio hallucinatus: vt ratiocinanti quæ honeſta ſint, mala vide-
antur, ac cupiditate ad honeſta ducatur. ratio quippe agere nó permittit,
at cupiditate allectus aget. atqui talis eſt incontinens. aget ergo honeſta.
cupiditas nanq; in talia adducit: ſed ratio prohibebit. ratiocinio ſiquidem
honeſtorum hallucinabatur. is igitur incontinens quidem erit: verunta-
men laudabilis. nam quatenus honeſta peragit: laudabilis. abſurdum id
profecto euenit. ¶ Rurſus hallucinetur interim ratiocinio, & honeſta ei
minime honeſta eſſe videantur, at cupiditate ad honeſta ducatur: conti-
nens nimirum eſt concupiſcens quidem, ſed non peragens id ob rationē.
itaq; ratiocinio hallucinatus honeſtorum, prohibebitur agere quæ cócu-
piſcit. prohibebitur ergo honeſta agere: ad hæc ſiquidem adduxit cupi-
ditas. verum cum honeſta agere oportuerit: nó agens, vituperandus acce-
dit, ergo continens quandoq; erit vituperandus: id quod valde dictu ab-
17 ſurdum contigerit. ¶ Vtrum incontinentia & incontinens in cunctis, &
circa cuncta: ſicut circa pecunias, & honorem, & iram, & gloriam? nam cir-
ca hæc omnia exiſtimátur: vel eſſe vel non eſſe incontinentes. Verū cir-
ca quid ſit definita incontinentia addubitauerit quiſpiá. hæc igitur ſunt
18 quæ faciunt dubitationem. ¶ At ambiguitates ſoluere neceſſe eſt. Primū
igitur quæ de ſcientia habita eſt dubitatio: ita diluenda videatur. nimirū
eſſe abſurdū ſcientiá habere & ipſam eijcere vel intercidere. eadē de opi-
nione fuerit oratio. nihil ſiquidē refert ſit'ne opinio, an ſcientia. ná ſi vehe
mens fuerit opinio, quatenus ſtabilis eſt, & credulitate inconcuſſa: à ſciē-
tia nó differt, credēdo ita habere vt exiſtimát, ſi habeant opiniones, ſicut
Heraclitus Epheſius talē habuit (de quibus opinabatur) opinionē. Alie- Heraclitus.
num vtiq; nihil incótinenti, ſiue habeat ſcientiá, ſiue opinionem: qua dici-
mus flagitium aliquod cómittere. ¶ Eſt quippe ſcire duplex: vnum qui-
dem habere ſcientiam. nam tum demum ſcire quempiam dicimus eam
rem: cuius teneat ſcientiam. alterum vero ipſam exercere ſcientiam. incó-
tinens igitur eſt: qui honeſtorum tenet ſcientiam, ſed eam non exercet.
Cum igitur hac non exercebitur ſcientia: nihil eueniet alienum commit-
tere flagitium, ipſum qui teneat ſcientiam. eſt enim quemadmodum in
dormientibus. iſti ſiquidem cum habeant ſcientiá multa tamen in ſom-
nis moleſta, & perpetrant & perpetiuntur. neq; enim ſcientia tamen exer
cetur. idem eſt de incontinente. euenit ſiquidem vt dormienti: non exer-
cere ſcientiam. & perinde ſoluitur dubitatio. fuerat ſiquidem dubitatum
nunquid ſcientiam, incontinens eijciat: eáve intercidat. quandoquidem
vtrunque videbatur abſurdum. ¶ Cæterum hic fuerit rurſus manifeſtū
(quemadmodum diximus in analyticis) ex duabus fieri ſyllogiſmū pro-
poſitionibus: earúmque primam vniuerſalem, ſecundam (quæ ſub illa)
particularem. veluti ſcio omnem hominem febricitantem ſanum face-
re. atqui hic febricitat. ſcio igitur & hunc ſanum facere. eſt ergo vniuer-
ſali quidem ſententiæ, ſcio deputatum: alteri vero particulari, non. eſt igi-
tur vt etiam tum ſcientiam habenti fiat hallucinatio, velut hominem fe-
bricitantem ſanum facere, ſi hic itaq; febricitat quē non nouerim. Itidem
igitur de incótinente qui habeat ſcientiam: idem error eueniet. Contige-
rit enim incontinentem in vniuerſum habere ſcientiam: vt talia ſunt im-

proba,& pernicioſa.nec tamen hæc ipſa particulatim noſſe improba.pro
inde ita habendo ſcientiam aberrabit, quandoquidem in vniuerſum ha
bet,non etiam particulariter.non itaq; hoc modo fuerit alienum : vt in
cótinens habédo ſcientiá,mali aliquid agat.eſt enim ſicut in ebrijs à qui
bus non exceſſit ebrietas,nec ad ſeſe redierunt,non excidit ipſis ratio,nec
quidem ſcientia quæ ſub ebrietate delituerat,fuerátq; proſtrata:ſi deinde
ab ebrietate immunis rurſus ſit qui prius ebrius erat.ita habet inconti
nens.perturbatio enim cohibendo ratiocinium ſepelit. Cum vero à per
turbatione fuerit liberatus (vt qui ebrius)rurſus in ſeſe redit.Eſt & quæ
dam alia de incontinente(quæ dubitationem faciebat)oratio:vbi laus in
continentem ſequebatur :aliquando & continentem vituperatio . quod
neutiquam euenit.neq; enim continens, aut incontinens qui ratione fal
ſus eſt:ſed qui recta inſtitutus ratione,qua tam mala q̃ bona diſcernit.in
continens quidem qui eiuſmodi ratione non perſuaſus eſt:ſed continens
qui perſuaſus ab ipſis non agitur cupiditatibus.neq;enim cuiq̃ non vide
tur patrem cædere turpe eſſe:ſed qui cædere concupiſcit,& abſtinet,is có
tinens eſt.proinde ſi in his neq; continentia, ne quidem laudabilis fuerit
incontinentia:vt neq; vituperabilis continentia,quemadmodum videba
tur. ❡Sunt nimirum incontinentiarum aliæ quidem valitudinariæ, na- 19
turales aliæ. valitudinariæ eiuſmodi vt eorum qui diſcerpunt capillos,&
manducant.ꝙ ſi quiſpiam huic imperet voluptati:non continuo laudabi
lis eſt neque vituperabilis quatenus non imperat,aut non admodũ pro
babilis.naturales autem:vt in iudicio conuictum olim aiunt filium ꝙ pa
trem cecidiſſet:defendiſſe, quòd is patrem quoque ſuum cecidiſſet, au
fugiſſetq́;. naturale etenim id iudicibus fuiſſe crimen viſum eſt.Quòd ſi
quis à cædendo patre ſe cótinuerit:non cótinuo laudabilis.& ne nos qui
dem eiuſmodi nunc incontinentias,& continentias quærimus:ſed quibus
vituperandi accedunt,atque ſimpliciter laudandi.❡Bonorum certe quæ- 20
dam ſunt externa, vt opulentia, dominatus, honor,amicitia, gloria.quæ
dam circa corpus neceſſaria:vt tactus,& guſtus.qui ergo circa hæc incon
tinens:is incótinens ſimpliciter eſſe videatur,& vt corporalis & ea quam
quærimus incontinentiam : circa hæc eſſe videbitur. ❡Ambigitur quod 21
circa quidnam ſit incontinentia.circa honorē non eſt ſimpliciter inconti
nens.laudatur enim quodam modo:qui circa honorem incótinēs. nā ho
noris amans videtur.in totũ autem dicimus, & in eiuſmodi ponendo in
continentem,circa honorem,aut gloriam , aut iram eſſe incontinentem.
verum ſimpliciter incontinenti non accommodamus circa quæ vt ei aſ
ſit manifeſtum aliquod:ſed ſine appoſitione eius circa quod ſit : eſt enim
fere circa voluptates,& ægritudines corporis incontinens.❡Hinc mani
feſtum eſt:circa hæc verſari incontinentiá.nam quoniam incontinens vi
tuperabilis:ſubiecta eſſe oportet vituperabilia.Honor igitur, & gloria,&
dominatus,& pecuniæ,circa quæcunq; talia dicuntur incótinentes:ſub vi
tuperationem non cadunt.at corporis voluptates vituperandæ . ideo nó
iniuria qui circa has magis q̃ ſit par verſatur:is incontinens prorſus dici
tur.❡Verum quoniam incontinentiarum quæ circa alia verſari dicũtur, 22
quæ circa iram maxime reprehendenda incontinentia:vtrũ magis repre
hendenda eſt quæ circa iram,an quæ circa voluptates?Eſt igitur quæ cir
ca iram incótinentia ſimilis pueris ad miniſtrandum promptis.hi nanq;
cum dixerit dominus,cedo mihi: promptitudine erecti, anteq̃ audierint
quid ſit ſubminiſtrandum inter ſuggerendum hallucinantur . ſæpe enim
liber fuit exhibendus:graphium dedere.itidem incontinens iræ ſuccum
bit.cum primum enim audierit verbum ꝙ quiſpiam afficit iniuria: ira ad

❡Incótinens quidem qui eiuſmodi ratione nó perſuaſus eſt. Incótinens à recta ratione quā habet perſuaſus eſſet:ſi in eius partē ſententiámq; traheretur ad operandum:factus rectæ rationi cóſentane⁹,atq; obediēs. ❡Proinde ſi in his neq; continentia ne quidē laudabilis fuerit incótinentia . Si in his vt in cædēdo patre nó cótinet quis: non fuerit incótinētia laudabilis. vt neq; vbi abſtinuerit, vituperabilis ſed id vlterius proſequitur:neq; in talibus eſt proprie cótinētia, aut incótinētia: qua de,hoc in loco intenditur.

❡Graphium dedere: pennam, ſtilum,calamum. eſt nanque γραφεῖον: penna, ſtilus, calamus,& ſimile,quo quicquam liſterarũ exaramus.

vlciſcendum inſultat,neutiquam patiens audire, expediátne, an non, vel
non ita vehementer.huiuſmodi igitur ad iram impulſus,& quæ iræ depu-
tatur incontinentia: non admodum videtur inceſſanda.at ad voluptatem
impulſus ſub reprehenſionem cadit.Sunt nanque diſtincta in ipſa,ob ra-
tionem quæcunque auertunt ne agatur aliquid: attamen ob rationem a-
gitur.ideo magis eſt quàm per iram reprehendenda incontinentia volu-
ptatis: quandoquidem per iram incontinentia ægrimonia eſt (nemo ſi-
quidem ſtomachatus non ægreſcit)at ex concupiſcentia cum voluptate.
idcirco magis vituperabilis:quòd ex voluptate incontinentia,abeſſe à cō-
23 uitio non videtur.¶Vtrum vero tolerantia, & incontinentia idem eſt,an
non?nam continentia,necnon continens circa voluptates eſt: ipſas coer-
cendo. at tolerantia circa ægrimonias. ſiquidem ſufferens,ac ſuſtinens
ægrimonias,is tolerans.Rurſus incontinentia & mollities,idem non eſt.
mollities ſiquidem & mollis eſt ſuccumbens laboribus non certe omni-
bus:ſed quos alius aliquis neceſſario duxerit ſuſtinendos. incōtinens ve-
ro qui voluptates ſuſtinere non poſſit, ſed remolleſcens ab eis agatur.

¶Sunt nanque diſtincta. in incontinentia iræ diſtincta ſunt ea quibus prouocat ratio ad nō operandum:& quibus eadem ad operandum prouocat vt in Scylla Niſi in Medea, in Althea de Meleagro plane cōſpicias. & quamuis ea nō ſequatur quibus ratio ad nō operandum prouocat, attamen incontinēs iræ ob rationem quodammodo agit, non autem incōtinens voluptatis quare deterior incontinens voluptatis. Adde & deteriorē eſſe: qui magis volūtarie delinquit. magis autē voluntarie: qui ob voluptatem nā cū voluptate: minus autē qui ob irā: quoniam cū ægrimonia, ac dolore.

24 ¶Eſt porrò quiſpiam intemperans appellatus:nunquid igitur intempe-
rans idem,quod incontinens,atque ipſe idem incontinens, quod intem-
perans?nempe intemperans eiuſmodi eſt:vt quæ agit,eadem & optima,
& commodiſſima ſibi eſſe arbitretur.nec vllam habet rationem:quæ eius
videatur aduerſari voluptatibus.at incontinens habet rationem:quæ ad-
25 uerſatur ei quatenus à cupiditate agitur.¶Vtrum autem curatu facilior
intemperans,ac incōtinens?Certe intemperans curatu facilior videatur.
nam ſi ratio ei aduenerit:quæ mala eſſe doceat,ipſe non operabitur.at in-
continenti non deeſt ratio:& tamen agit mala. proinde huiuſmodi incu-
rabilis eſſe videbitur. ¶Cæterū vtrū deterius afficitur cui nihil admodū
boni,nec quod per illud exiſtit:quàm ille,cui quod honore præcellit male
affectum eſt?eſt nimirū incontinens qui bonum obtinet, rectā rationem:
cum intemperans non habeat.cum ergo ratio vtriuſq; principatum ob-
tineat:incontinentis honoratiſſimum principium præſto eſt quod ab in-
temperāte abeſt.ergo incontinente intemperans deterius habet.¶Rur-
ſus vt ſupra mentionē fecimus de feritatis vitio:nō eſt ipſum in fera ſpe-
ctare,ſed in homine.feritatis ſiquidē nomen adeptū eſt id vitiū ob ſingu-
larē improbitatē.ſed cur in fera nihil? nēpe ꝙ improbū in fera principiū
nō ſit.eſt quidē ratio principiū.quis vero improbior,flagitioſiórq; fuerit
incertū eſt:leóne an Dionyſius,an Phalaris,an Clearchus, vel horū quiſ-
piam inſignis cuiuſdam immanitatis. certum autem malum in his prin-
cipium illuſtria facinora cōiectaſſe:at in fera nullum prorſus eſt initium.
ita igitur improbum eſt in ipſo intemperante principium. nam quate-
nus quæ mala ſunt committit:etiam ratio ei aſtipulatur cenſétque ea eſ-
ſe peragenda, quia improbum in ipſo eſt principium.at in incontinente
ſanum principium eſt:vt hinc melior incontinens intemperante eſſe vi-
26 deatur.¶Sunt etiam incontinentiæ binæ ſpecies: vna quidem prorum-
pens & inprouiſa, & confeſtim proueniens: velut cum ſpecioſam videri-
mus mulierem,& confeſtim afficiamur, & ab effectu erumpit impulſus
ad aliquid perpetrandum,quod fortaſſe non expediat.Altera vero velut
quædam imbecillitas quæ cū ratione inſurgit auertente. prior igitur nō
admodum ſub reprehenſionem cadere videbitur, quandoquidem etiam
virtutis ſtudioſis poteſt euenire, calidis & ingenioſis:ſecunda autem fri-
gidis & melancholicis.tales nimirum reprehēdendi.¶Rurſus videas ali-
quem præoccupantē (quòd ſpecioſa mulier obijciatur)nō affici:conuenit
igitur ſe cohibere.nā qui eiuſmodi ratione præuenerit, ex obuia viſione

¶Quod honore præcellit: eſt ratio rationiſq; iudicium.quod quidem in intemperante male affectū deprauatumq; eſt,perinde ac guſtus & guſtadi iudiciū in iis qui febre tentantur.

¶Leóne an Dionyſius:incertū plane eſt an ſæuiens leo truculentiſſima quidem ferarum an Dionyſius Syracuſanus, Phalaris, aut quiſpiam aliorum inſigniū tyrannorum plura mala facere poſſit. & plane certe videtur huiuſmodi improbus homo. vt cui aſſit principiū,quod ad ſua complenda facinora,quaſi omnes vias ac aditus explorat & inuenit,& quo quæ ſunt improbitati obuerſantur,deuitat:quo quidem principio & leo & tigris,& quæuis alia immanis fera à natura ſpoliatur. imó flagitioſus homo millies plura mala,ꝗ̄ fera facere poteſt.

Dionyſius.

Phalaris.

Clearchus.

¶Malū principiū: corruptum, deprauatūmq; principiū vt deprauata mens & deprauata voluntas.

¶Præoccupantē: ratione atq; propoſito ſe præmunientem.

incontinens non commouebitur:nec tarde quicquam aget.verum qui ra-
tione cognouerit indecens aliquid,ad ídq; voluptate delabetur,& remol-
leſcet:is multomagis reprehendendus.neque enim probus vnquam eiuſ-
modi fuerit incontinens.ratio nanque præueniens id nó permiſerit. dux
ſiquidem ea in ipſo probo exiſtit,cui non obtemperat improbus:ſed vo-
luptati deditus, & remolleſcit & quodam modo effœminatur. ¶ Vtrum 27
vero temperans ſit continens(quod ſupra fecimus ambiguum)nunc de-
ſideramus.eſt igitur temperans & continens. nam continens non ſolum
eſt præſentes cupiditates cohibens,verum etiam talis (vt ſi nullæ aſſint
cupiditates)ita inſtructus,vt eas poſſit cohibere ſi fiant.eſt auté těperans
qui nullas habeat cupiditates malas:rectǽq; rationi circa hæc inſiſtat. at
continens qui malas cupiditates habet,& aduerſum ipſas rectā rationē.
proinde temperantē continēs comitatur:erítq; temperans nó cótinens.
Siquidem temperans non afficitur:incótinens vero afficitur quidem, ſed
compeſcit affectus quatenus afficitur.temperati autem iſtorum eſt neu-
trum.ideo continens temperans non eſt. ¶ Vtrum intemperans inconti- 28
nens:an incontinens intemperans,aut neuter alterum comitatur? incóti-
nens enim eſt:cuius ratio perturbationes oppugnat.at intemperans non
huiuſmodi:ſed qui mala agit,ſimúlque aſtipulantem habet rationem. nō
itaque intemperans qualis incontinens:neque incontinens qualis intem
perans. ¶ Præterea improbior incontinente eſt intemperans. Curatu
enim difficiliora,quæ naturália q̃ quæ ex cóſuetudine gignuntur. ob hoc
ſiquidem valida eſſe videtur conſuetudo,quòd naturæ inſideat.intempe-
rans igitur eiuſmodi cuiuſmodi quiſpiam natura eſt.ob hoc,& hac de cau-
ſa in ipſo improba ratio eſt.neque talis eſt incontinens:quia ne quidem
ratio eiuſmodi non proba.oportuit nanque ipſam eſſe improbam: ſi fo-
ret qualis natura eſt improbus. incontinens igitur conſuetudine malus
eſſe videbitur:& natura intěperans.curatu nanq; longe difficilior intem-
perans,quandoquidem conſuetudo, conſuetudine exploditur: at natura
à nemine extrudi poteſt. ¶ Vtrum autem cum ſit incontinens eiuſmodi 29
vt norit,& non credat rationi,ſitq; prudens huiuſmodi, vt recta ratione
ſingula perpendat:acciderit vt incótinens ſit prudens an nó? Ex ijs enim
quæ dicta ſunt ambigere quiſpiam potuerit:verum ſi quæ à nobis antea
dicta ſunt ſuſpicere voluerimus,non erit prudens incótinens.dicebamus
nanque prudentem eſſe non cui recta ratio modo ineſſet : verum etiam
& quæ ex ratione,optima viderētur ineſſent. & perinde incontinens nó
fuerit prudēs.Cæterum talis aſtutus quidem eſt.diſtribuimus ſiquidem
pauloante aſtutum à prudente,vt inter ſe differrent:interim vnus quidē
circa hæc ſolers.aſtutum igitur incótinentem eſſe cótingit.neq; enim ſo-
¶ Solers: prudens,qui ex deliberationis ſolertia, rationéque agit ac operatur.
lers citra q̃ & aſtutus.prudentē vero incontinentem eſſe nó contingit.

¶ De voluptate. Cap. VII.

POſt hæc de voluptate diſſerendum eſt:cum de felicitate ſit nobis 30
oratio.felicitatem arbitrantur omnes: aut voluptatem eſſe & vitā
delectabilem ,aut non citra voluptatem. nempe voluptatem vr-
gentes nec inter bona enumerandam eſſe exiſtimantes, ipſam citra ægri-
tudinem eſſe voluerunt: ſine ægritudine eſſe igitur vicinū voluptati eſt.
quapropter de voluptate quoque dicendum. ¶ Non modo quia etiam
alij ita arbitrantur: verūetiam quòd nobis de voluptate dicere neceſſariū
eſſe cenſeamus.nam cum de felicitate nobis ſit oratio,felicitatémq; diffi-
nierimus,planéq; dixerimus in vita perfecta eſſe virtutis actionem, ſitq́;
virtus circa voluptatem & ægritudinem:de voluptate dicere neceſſe eſt.
quandoquidem citra voluptatem non eſt felicitas. ¶ Primum itaque di- 31

camus quo pacto nonnulli ferant: voluptatem in numerum bonorum non venire exiſtimantes. aiunt nanque primo ortum eſſe voluptatem: at ortum quiddam imperfectum. bonum porro imperfecti locum nunquam obtinere. ❡Secundo loco: voluptates eſſe quaſdam improbas. at improbitatem nunquam bonum admittere. ❡Rurſus quòd gignatur in omnibus. nam & malo, & improbo, & feræ, & eicuri deputatur. at bonum malis ammiſceri nefas, & ne quidem bonum multis commune eſt. ❡Quódque non potentiſſimum voluptas. at bonum potentiſſimum. ❡Quódque honeſta agendi ſit impedimentum. nam quod honeſta agere prohibeat, bonum qui poteſt eſſe? ❡Primũ igitur primo occurrendum de ortu, ratióque diluenda quòd neutiquam vera ſit. Eſt igitur imprimis non omnis voluptas ortus. nam quæ ab inſpiciendo voluptas gignitur: ortus non eſt, nec quæ ab audiendo, & olfaciendo. neque enim ex egeſtate procreata (quemadmodum in alijs) vt ex comedendo, vel bibendo. hæ nanque ex egeſtate, & redundantia fiũt: aut ſaturando egeſtatem aut redundantiæ auferendo. ideo ortus eſſe videantur. at egeſtas & redundantia: ægritudo. igitur ægritudo hic, vbi ortus voluptatis. atqui in ſpectando: & audiendo: & olfaciendo: non eſt vt ægritudo antecedat. nemo ſiquidem ſpectando delectatus, aut olfaciendo: prius triſtatus eſt. itidem in animi ſententia inſpicienti delectatio eſt. citra præcedentem ægritudinem. & perinde fuerit voluptas aliqua: quæ ortus nõ eſt. Quòd ſi voluptas (vt eorum dictat oratio) ideo bonũ non eſt: quia fuerit vtiq; bonũ voluptas. atqui in totum nulla eſt voluptas ortus. nam neque ortus eſtq; voluptas aliqua quæ ortus non eſt. quæ à comedẽdo & bibendo voluptates ortus dici poſſunt. Verum hallucinantur qui has voluptates ortus eſſe perhibent. putant ſiquidem quoniam prolatis rebus gignitur voluptas: ob hoc ortum eſſe (ſed non eſt) quandoquidem eſt pars animæ quædam qua oblectamur: ſimul prolatis (quibus indigebamus) rebus. ea pars animæ quatenus exercetur, & mouetur: oblectatur. atqui motus ipſius & exercitium voluptas eſt: quòd cum prolatis rebus ea pars animæ exerceatur, aut propter ipſius actionem: ortum eſſe cẽſent voluptatem, quòd certa ſit rerum prolatio, animæ tamen pars incerta. perinde atque ſi quis hominem eſſe opinetur corpus, quòd id ſub ſenſum cadat, non autem anima. verum eſt anima. itidem & in hoc. nanque eſt pars quædam animæ qua oblectamur: quæ ſimulatque res prolatæ ſunt, exercetur. ideo nulla voluptas eſt ortus. Verum & conuerſio (inquiunt) in naturam quæ ſub ſenſum cadit. nam non conuertentibus ſeſe in naturam, voluptas eſt. ſiquidem conuertendo naturæ egeſtatem, fit eius exaturatio. at (vt diximus) eſt vt nulla egeſtate fiat oblectatio: ſiquidem egeſtas ægritudo. at citra ægritudinem dicimur oblectari. & proinde nõ fuerit voluptas egeſtatis conuerſio. indignum nanque in huiuſmodi voluptatibus nihil. proinde ſi ideo quòd ortus eſt: voluptas bonum eſſe non exiſtimetur, nulláque eſt voluptas ortus. bonum vtique fuerit voluptas. ❡Sed propterea quòd non omnis (inquiunt) voluptas bonum: quiſpiam id deprehenderit hoc pacto. nam quia bonum in omnibus dicitur eſſe prædicamentis. nempe in eſſentia, & in ad aliquid, & in quanto, & quando, ac in totum in omnibus. illud quoque manifeſtum per omnia voluptatem aliquam comitari. proinde quia in omnibus prædicamentis eſt bonum, etiam voluptas fuerit bonum. & perinde quoniã in his quidem per ſe bona, etiam voluptas fuerit per ſe bonum. atqui à bonis voluptas, eſt voluptas. bonũ ergo fuerit omnis voluptas. ſimul certũ hinc etiam differre inter ſe ſpe-

32 (margin, beside "re prohibeat, bonum qui poteſt eſſe?")

❡At ortum quiddam imperfectum. intellige eſſe aiunt. Ortus, generatio.

Quòd ſi voluptas (vt eorum dictat oratio) ideo bonũ non eſt: quia fuerit vtiq; bonum voluptas. quia fuerit vtiq; omnino vniuerſaliter voluptas bona, modo non omnis voluptas bonum eſt. nulla igitur voluptas bonũ. ſed id contra eos refellitur. nam eo iure nulla voluptas eſt ipſius ortus, imo neq; ipſa ortus. nam nõ omnis voluptas & omnino, & in totũ eſt ortus & generationis aut ipſe ort⁹ & generatio. eſt enim aliqua vt tũ quoq; dictũ eſt: quæ ortus non eſt. vt quæ inſpectando audiendo aut contẽplãdo fit. At tamẽ (vt eorũ fert opinio) aliquæ voluptates dici poſſunt ortus: vt voluptates quæ à bibendo & comedendo ſumuntur. Veruntamen & in hoc falluntur: quòd voluptates quę à bibẽdo & comedendo ſumũtur: ortus eſſe credant. nam ortũ vocit ipſam generationẽ, hoc eſt ipſam aliamenti in viuentis ſubſtantiam ſenſibilẽ mutationẽ quæ voluptas ipſa nõ eſt, licet voluptas bene comitetur huiuſmodi ortum, cum proferuntur atque obijciuntur animę alimenta ad huiuſmodi ortũ facientia, comitetur inquã tanq̃ quoddam intimũ animæ exercitiũ & quidam intimus animæ motus, qui nõ foris prominet, ſed ex animæ penetralibus cum prolatis rebus quæ ortui conducunt, exercitus.

cie voluptates:quandoquidem differunt etiam prædicamenta in quibus eſt voluptas. neque enim eſt quemadmodum in ſcientijs vt grammatica,vel quacunque alia. nam ſi habeat quis ſplendide grammaticam. itidem afficitur qui ſub ea grammatica grammaticus eo modo quo & alius qui habeat grammaticam. id præterea differunt grammaticæ: quæ in ſplendido,quæ'que obſcuro.at in voluptate non ita.nam quæ ex ebrietate voluptas,& quæ ex copulatu:non eodem modo afficiunt.quamobrem ſpecie inter ſe diſtingui videbuntur voluptates. ❡Cæterum quia ſunt & malæ voluptates etiam ob hoc voluptas bonum non eſſe videbatur. at id voluptatis minime propriũ iudicium eſt:ſicut neq; naturæ, atq; ſcientiæ. nam eſt & natura mala ſicut vermium & crabronum,ac prorſus vilium animalium: nec tamen ob hoc natura malorum. eodem modo habent & malæ ſcientiæ, ſicut ſedentariæ: nec tamen ob hoc malum ſcientia eſt, ſed genere bonum tam ſcientia, quàm natura. nam quemadmodum ſtatuarium inſpiciendus non eſt, qualis quiſpiam ſit: ex eo quod euenerit male exerceri, ſed quod bene. ita ne quidem ſcientiam naturámve, aut quippiam aliud quale ſit ex malis :ſed ex probis. itidem ergo voluptas quoque genere bonum eſt. Quòd vero ſint & malæ voluptates: ne nos quidem latet: nam ſunt etiam diuerſæ naturæ animalium, bona & mala:ſicut hominis quidem bona, lupi vero, vel cuiuſuis alterius feræ mala. ſimiliter equi natura, altera quàm hominis, & aſini, & canis. At voluptas conuerſio eſt ex eo quod contra naturam:in naturam cuiuſlibet ſuam.proinde cuius fuerit ſuauiſſima Improbæ autem naturæ: ea improba voluptas eſt. neque enim equo: quod homini, & ne quidem alijs. at quoniam diuerſæ naturæ: ſunt diuerſæ quoque voluptates. nam voluptas conuerſio eſt, & conuerſio (inquiunt) in natura inſidet. proinde & malæ naturæ:mala conuerſio eſt,vt probæ proba. ❡Qui porrò voluptatem probam eſſe contendunt:eo afficiuntur modo quo qui neſcientes,nectar deos vinum potare exiſtimant, nihil eſſe eiuſmodi peculiare putant,ex inſcitia in id delabuntur.his ſimiles ſunt qui cunctas voluptates ortus eſſe aſſerunt,& neutiquam bonum.nam quòd alias voluptates ignorent præter eas quæ corporis ſunt: eas ducunt ortus eſſe nec bonas in vniuerſum:non rentur voluptatem eſſe bonum. quoniam igitur eſt voluptas & conuerſæ naturæ & conuertentis, conuerſæ quidem ex egeſtate ad expletionem,conuertentis autem quæ à viſu & auditu: & id genus alijs, meliores fuerint conuertentis naturæ actiones. voluptates nanque vtrouis modo dictæ ſunt actiones. proinde non dubium quin à viſu voluptates & auditu & intelligentia ſint longe optimæ cum quæ ſub corpus cadunt ab exaturatione procreentur. ❡Rurſum id dicebatur quod ne quidem bonum ſiquidem quod in omnibus ſit & commune omnibus non bonum. id certe in honoris cupido, & honoris cupiditate magis proprium eſt. honoris ſiquidem cupidus ſolus vult habere & illo cæteros anteire. voluptatem igitur ſi ipſam per ſe bonum eſſe oporteat, eſſéne huiuſmodi conuenit an non? atqui etiam contrario modo, ob id nanque bonum eſſe videatur quòd cuncta expetant. agnatum enim cunctis bonum expetere.& perinde ſi cuncta voluptatem expetunt, genere bonum fuerit voluptas. ❡Rurſus quòd ſi impedimentum voluptas, ipſam bonum eſſe negauerunt, impedimentum eſſe aſſerendo. Quod non recte videantur conſiderare. neque enim ad res tranſigendas eſt impedimentum ſi qua ſit alia impedimentum, vt ebrietatis voluptas agere inhibuerit. Cæterum ita etiam ſcientia ſcientiæ fuerit im-

❡Sedentariæ: ſordidæ, viles, quæ ſedendo fiunt. vt calceolaria, lanaria, & pluriumq; artium mechanicarum.

pedimentum. nam non eſt vt ſimul vtranque exerceas.ſed cur non bonum ſcientia, ſi voluptatem ex ſcientia excitarit? & vtrum impedimentum ſit an ne? Cæterum multomagis aget voluptas.nanq; ad magis agendum inde ſuſcitata impellit. quia probum faciendo agit quæ ex virtute, & ea ſuauiter agit. nunquid multo etiam magis quæ ad actionem pertineant exercebit? at ſi oblectatus egerit, probus erit: ſin triſtatus honeſta proſequatur, non probus. ægrimonia nanque in eis quæ ex neceſſitate eſt, proinde ſi quiſpiam ægreſcat honeſta proſequendo, coactus peragit. qui autem à neceſſitate agere compellitur: non probus. Cæterum nõ eſt vt non triſtetur, vel oblectetur: quæ ad virtutem pertineant, proſequendo. nec aliquid medium eſt. Cur nempe? quòd virtus in affectu, affectus vero in ægritudine, & voluptate, nec quicquam in medio poſitum eſt. non dubium igitur quin virtus cum ægritudine, vel voluptate ſit. ſi quis igitur mœſtus: honeſta proſequatur, non bonus. proinde non fuerit virtus cum ægrimonia: cum voluptate ergo. tantum ergo abeſt vt ſit voluptas impedimentum, vt etiam ad agendum exhortetur. in totúmq; nõ contingit vt ſit citra voluptatẽ quod ab ipſa procreatur. ¶ Alia fuit oratio quæ nulla ſcientia faciat voluptatem. Ne id quidem verum eſt. conuiuiorum nanque ſtructores, & coronarum, necnon vnguentarij: voluptatis ſunt effectores. Cæterũ alijs ſcientijs non eſt voluptas vt finis: ſed voluptate, nec citra voluptatem. eſt igitur etiã ſcientia voluptatis effectrix. ¶ Rurſus etiam aliter dicebatur: quòd non optimum. verum hoc modo, atque hac ratione ſingulas ieris perditum virtutes. ſiquidẽ fortitudo optimum non eſt: nunquid igitur ob hoc non bonum? an id abſurdum ſit? itidem & in alijs: quòd voluptas (quia non optimum) non eſſe videatur

33 bonum. ¶ Dubitauerit autem quiſpiam per virtutes tranſiens huiuſmodi: vt quia ratio quandoque imperat affectibus. de continente enim hoc dicebamus. & econuerſo affectus imperant rationi, vt euenit incontinentibus. quia inquam expers rationis pars animæ vitium admittendo, imperat rationi bene diſpoſitæ, talis ſiquidẽ incõtinens, & ratio ſimiliter mala. quamobrem ipſa quoq; bene diſpoſitis perturbationibus imperabit: ſuam virtutem continentibus. hoc ſi ita: euenerit abuti virtute. improba nanque ratione affectus, virtutem vſurpando: ipſa abutetur. hoc nimirum abſurdũ euenire videbitur. ¶ Tali ſane dubitationi, facile ex eis quæ à nobis ante de virtute dicta ſunt: eſt occurrere, atque refellere. tum demũ nanque virtutem eſſe dicebamus: cum ratio bene affecta perturbationibus: ſuam virtutem habentibus, fuerit moderata, necnon perturbationes rationi conſentaneæ. ita nanque affecta inter ſeinuicem conſentient. vt ratio quod optimum ſit ſemper perſcribat. perturbationes vero facile bene diſpoſitæ, id exequantur: quod ratio perſcripſerit. ſi ratio igitur male fuerit affecta, perturbationes vero bene: non fuerit virtus, deficiente ratione. Nam ex vtroque virtus. proinde non contigerit virtute abuti.

Continentibus: retinentibus, ſeruantibus.

34 ¶ Simpliciter vero non quemadmodum alij opinantur dux ratio virtutis eſt atque principium: ſed potius perturbationes. ad honeſtum nanque, impulſum quendam oportet primo innaſci irrationalem qui producatur. atque ita poſtremo rationem eſſe diſcernentem atque conſtituentem. quod ſane viderit quiſpiam ex pueris & rationis expertibus animantibus. in his nanque ſine ratione perturbationum impulſus exoriuntur: primo ad honeſtum, mox poſterior aduenlens ratio & conſtituens: honeſta agere exhortatur. ſed non ſi à ratione ad honeſta cœperit

principium: perturbationes cõſentientes comitantur. verum ſæpenume-
ro controuerſantur. Quam ob rem potius conuenerit perturbationem
ad virtutem anteire bene affectam: quàm rationem.

¶De bona fortuna. Cap. VIII.

INterea dicẽdum de proſpera fortuna eſt: poſteaquam de felicitate 35
nobis eſt oratio. arbitrantur nanque multi felicem vitam fortuna-
tam eſſe, vel non eſſe citra fortunatam. & forte non iniuria. abſque
enim externis bonis (quorum domina fortuna eſt) felicẽ eſſe non contin-
git. idcirco de ſecunda fortuna nobis dicendum: necnon quis prorſus ſit
fortunatus, & in quibus, & circa quid. primum igitur ad hæc quiſpiam ac-
cedens, ſpectánſque dubitauerit: quandoquidem non dixerit fortunam
eſſe, vt natura eſt, ſemper cauſa cuius eſt, eius vt plurimum eodem modo
eſt effectrix. at fortuna nunq̃: verum temere & ſine ordine, ac vt ſors tu-
lerit. ideo fortuna in eiuſmodi eſſe dicitur: vbi neque mens vlla, neque re-
cta ratio eſt. nam vbi id: nihilominus eſt quicq̃ ordinatum, ac eſt ſemper
eodẽ modo. non ita fortuna. idcirco vbi mens plurima ac ratio: ibi fortu-
na minima. vbi plurima fortuna: ibi mens perexigua. ¶At numquid ſe-
cunda fortuna eſt, vt deorum quædã cura: an id minime videri debet? ta-
lium ſiquidem dominũ præficimus deum: vt bona maláq; meritis diſtri-
buat. at fortuna & quæ à fortuna: tam vere q̃ vt ſors tulerit, fiunt. ꝙ ſi hu-
iuſmodi diſtributori deo aſcripſerimus: malum, ipſum iudicem faciemus,
neq; iuſtum. id neq; fas deo deputare. Cæterum præter hæc ad nihil aliud
fortunam quiſpiam ordinarit. proinde nõ dubium quin horum aliquid
ſit: mens certe, ac ratio necnon ſcientia, prorſus alienum quiddam ob hoc
eſſe videatur. Præterea neque cura, neq; beneuolẽtia qua à deo videatur
¶Felicitas: bona fortuna. Et in hoc ferme capite ambiguũ nomen eſt felicitas: nũc ad ſecundam fortunã, nũc ad hominis finem, ſummũq; in hac vita bonum.
eſſe felicitas: quoniam malis attribuitur. Atqui deum malorum curã ha-
bere: fas nõ eſt. reliquum, igitur & maxime peculiare fortunæ natura eſt.
Eſt nimirum proſperitas ipſáq; fortuna in iis quæ in nobis non ſunt, neq;
eorum quorum ipſi ſumus domini, quæq; poſſimus efficere. ideo iuſtum
quatenus iuſtum: nemo fortunatum dicit, & ne quidem fortem, nec pror-
ſus quenquam alium virtute præditum. in nobis ſiquidem eſt hæc habe-
re vel non habere. ſed enim in talibus magis peculiare, ac ſuum dicimus
fortunam, & proſperitatem. ingenium nanque dicimus fortunatum, ac
prorſus cui talia bona extiterint, quorũ ipſe neutiquã dominus eſt. verũ-
tamen ne hinc quidem proprie proſperitas diceretur. ¶Eſt tamen fortu
natus ſæpenumero dictus. nam propter alicuius conſiderationem cum &
alicui bonum aliquod agere contigerit: dicimus fortunatum. & eum cui
iure infligi damnum debuerat: eiuſmodi hominem lucrum facientem, di-
cimus fortunatum. Eſt igitur proſperitas in agendo bonum aliquod præ-
ter rationem, & in non ſubeundo (vt debuit) malo. Cæterum potius ac
magis peculiare: in bono capiendo proſperitas videatur. ſiquidem bo-
num capere per ſeſe fortunatum quiddam eſſe videatur: malum vero nõ
ſubire ex caſu fortunatum. ¶Eſt igitur proſperitas rationis expers. natu-
ra nanque fortunatus eſt: qui ſine ratione ad bona impellitur, eáque con-
ſequitur. id vero naturæ eſt. nam animæ ineſt huiuſmodi à natura quo ſi-
ne ratione impellamur ad ea vnde bene habemus: eouſque, vt ſi quis ro-
get ita habentem cur nam id tibi ita libet agere? neſcio inquit, ſed libet. ſi-
¶Lymphatici amentes, qui metu aquæ tentantur: qui & ſæpe in aquas ſe præcipites dare ſua furia impelluntur.
mile propemodum lymphaticis. ſiquidem lymphatici citra rationem ad
aliquid agendum impelluntur. proſperitatem vero ſuo ac peculiari no-
mine appellare non habemus. verum ipſam ſæpe dicimus eſſe cauſam. at

hæc cauſa à nomine alienum quiddam eſt. quoniam cauſa & cuius eſt cau-
ſa aliud eſt & citra impulſum bona conſequentem cauſa. cauſa dicta vt
malum non ſubire, vel porro minime animo deputatum bonum capere
nanciſciq; bonum. eſt profecto huiuſmodi proſperitas ab illa diſtincta.
videtúrque hæc ex rerum fieri interuentu, ex caſúq; proſperitas. & per-
inde tametſi eſſe huiuſmodi proſperitas: non tamen ad felicitatem talis
inquam proſperitas fuerit peculiaris, cuius in ipſo impulſus principium
bonorum eſt acquiſitionis. quoniam igitur eſt felicitas non ſine bonis ex-
ternis, & quæ à proſperitate (vt iamdudum dicebamus) oriuntur: felicita-
tem coadiuuant. de proſperitate igitur hactenus.

¶De honeſta probitate. Cap. IX.

36 QVoniam de ſingulis particulatim diximus, reliquum iam fuerit:
vt in totum componendo ſingula accumulemus. eſt igitur non
male nomen impoſitum in cõſummato probo: honeſta probitas.
honeſtus & bonus nanq; dicitur cũ perfecte probus. ſiquidẽ
virtutis bonum, & honeſtum fatentur. ſicut iuſtum: honeſtum, & bonum
37 aiunt. fortem temperantem, ac prorſus virtutum omnium. ¶Quoniam
igitur in duo diſtribuimus vt alia quidem honeſta: alia vero bona dica-
mus. & bonorum alia quidem ſimpliciter bona: alia vero non. honeſta
porrò vt virtutes, & virtutum actiones. bona certe dominatum, opulen-
tiam, gloriam, honorem, & id genus alia. Eſt igitur honeſtus & bonus
apud quem ſimpliciter bona, ſunt bona: & ſimpliciter honeſta, honeſta
ſunt. talis nanque honeſtus, & bonus. ſed apud quem ſimpliciter bona nõ
ſunt bona: is neque honeſtus, & bonus. ſicut ne quidem bene valere vi-
deatur: cui ſimpliciter ſalubria, non ſint. nam ſi opulentia, & dominatus
adueniendo quippiam offenderint, optanda non fuere: ſed talia quæ non
offendant ſibi eſſe optauerit. qui autem talis ſit, qualis correptus ex bo-
nis, ne ei aſſint, ne quidem honeſtus, ac bonus eſſe videatur: ſed cui per ſe
bona omnia, bona ſint (nec ab ipſis abſumatur, vt ab opulentia & domi-
natu) is honeſtus & bonus.

¶Qualis correptus ex bonis. Antiqua traductio habet qualis abſtinens à bonis. vt plane intelligere poſſis qui abſtinet à bonis ſibi ea nõ adeſſe volens, fugienſque quaſi mala: neque honeſtus, neq; probus eſt.

¶Abſumatur: corrumpatur, praueſcat.

¶De recta ratione Cap. X.

38 DE eo quod eſt ex virtutibus recte agere: neutiquam ſatis abſolute
dictum eſt. nam dicebamus ex recta ratione agendum eſſe. verũ
ignarus interrogauerit id fortaſſis quiſpiam, ex recta ratione
quidnam ſit & vbi recta ratio. Eſt nimirum ex recta ratione agere: cum
animæ pars irrationalis nõ prohibuerit rationalem, ſuam exercere actio-
39 nem. tum demum enim ex recta ratione, erit actio. ¶Quoniam animæ
partem vnam quidem deteriorem habemus, alteram meliorem: ſemper
deteriorem melioris cauſa obtinemus. ſicut in corpore, & anima: corpus
animæ cauſa habere dicimur. Cum ita habuerit ne præpediat, ſed ita con-
iungatur & conſurgat ad animæ opus perficiendum quandoquidem de-
40 terius melioris eſt cauſa: ita vt ſe cũ meliore exerceat. ¶Cum igitur affe-
ctus menti non inhibuerit ſuum opus exercere: an non tum ex recta ora-
tione fuerit? ita propemodum. verum fortaſſis dixerit quiſpiam quomo-
do affectus habuerint cum non impedient: ac quandónam ita habebunt:
vt non prohibeant? neſcio. Quippe dictu neutiquam facile eſt. neque
enim medicus quando dixerit febricitãti ptiſanam proferendam. at quo
pacto febricitare ſentiam? cum (inquit) impalluiſſe videris. at palleſcentẽ
quomodo ſciero? huic occurrit medicus: ſi non habes ex te (inquiens) vt
talia ſentias, non habeo amplius quid dicam. hoc pacto de alijs commu-
nis huic erit oratio. ſimiliter habet & in affectionibus dinoſcendis. ali-

¶Cauſa ter hic, vt ſeptimi caſus repeti intelligatur.

quid nãque per ſeſe ſenſu oportet conijcere. ¶Quærat porrò & hoc for- 41
taſſis quiſpiam:nunquid re ipſa iſta cognoſcens, ero continuo felix? nam
ſunt qui opinentur . hoc certe eſt huiuſmodi: vt cæterarum ſcientiarum
nulla diſcenti vſum præberet actionem,ſed habitum dúntaxat.ita ne qui-
dem hic:hæc ſciendo vſum tradit.felicitas enim eſt (vt fateamur) actio
non habitus.neque enim ſciendo ex quibus conſtet felicitas:ſed ex vten-
do his. atqui horum vſus,& actio eſt: nec eſt præſentis tractationis hoc
tradere,quãdoquidẽ neq; vlla alia quæpiã ſciẽtia vſum tradit ſed habitũ.

¶De amicitia. Cap.XI.

VErumenimuero inter cuncta huiuſmodi nobis de amicitia dicere 42
neceſſe eſt:quid ſit,& in quibus,& circa quid, quandoquidem ad
omnem vitam ipſam tendere perſpicimus & omni tempore bo-
nũm eſſe quo ad felicitatem complectendã. ¶Primum igitur videbitur 43
melius percurrere ac excutere:quæ ambigua ſunt.nam eſt in primis ami-
citia in ſimilibus vt videtur,ac dici ſolet.ſiquidem graculus(inquiũt)gra
culo aſſidet: ſempérque deus ſimile agit ad ſimile. dicitur quoque canis
Empedocles. ſemper in eadem tegula dormitare.Interrogatus fertur Empedocles cur
nam canis ſemper in eadem dòrmiat tegula: dixiſſe quoniam ſimile ca-
nis habet tegulæ,& perinde ob ſimilitudinem eò tendere. alijs porrò vi-
ſum eſt potius in contrarijs gigni amicitia . amat ſiquidem imbrem ter-
ra (inquiunt) cum ſolum exaruit:quippe quòd (inquiunt) contrarium
contrario velit conciliari.At in ſimilibus nihil fieri contingit : ſiquidem
ſimile, vt aiunt, ſimili non eget.ac talia iactantur. ¶Iterum vtrum ope- 44
roſum eſt amicum fieri , an facile ? velut aſſentatores confeſtim aſſen-
tiuntur : nec amici ſunt , vt eſſe videntur . ¶Dubitauerit in his quoque 45
quiſpiam num fuerit probus malo amicus:an ne?amicitia ſiquidem in fi-
de & conſtantia.at malus neutiquam talis.an malus malo amicus ? ne id
quidem.Primum igitur definiendum qualem conſideremus amicitiam.
eſt nanque (vt opinantur) amicitia etiam erga deum , atque inanimata.
neutiquam recte.Amicitiam nanque hic eſſe dicimus vbi amor recipro-
cus.at erga deum amicitia neutiquam reciprocum:& ne quidẽ amare ſu-
ſcipit.Alienum nanq; fuerit ſi quiſpiam dixerit Iouem amare.at ne qui-
dem ab inanimatis amorem eſſe continget reciprocum.amor tamẽ erga
inanimata eſt:vt vinum vel huiuſmodi aliud.ideo non erga deum quæri-
mus amicitiam,neque erga inanimata:ſed erga animata atque erga ea in
quibus ſit amare mutuo.Quòd ſi quis deinceps conſideret quid ſit ama-
bile:videndum eſt igitur non quicquam aliud quàm per ſe bonum. aliud
nempe eſt amabile,& aliud amandum:quemadmodũ conſultabile,& con-
ſultandum.vtrique enim bonum ineſt.ita etiam amabile quidem ſimpli-
citer bonum:amandum vero eodem modo bonum . iterum amandũ qui-
dem etiam amabile.at amabile non idem eſt quod amandum.hinc igitur
& hac de cauſa eſt ambiguitas num probus malo ſit amicus:an ne ? Con-
nectitur nanque quodammodo per ſe bono,bonum:& amandum,amabi-
li.habetur autem,& conſequitur bonum, iucundum eſſe & commodum:
proborum igitur amicitia eſt cum ſe mutuo amauerint.amant autem ſe-
inuicem,quatenus amabiles:& amabiles quatenus boni . non igitur pro-
bus,inquit,malo erit amicus.atqui erit:quandoquidem per ſe bonum co
mitatur commodum,& iucundum,ſi malus eſt qui ſuauis:hac de cauſa a-
micus.rurſus quatenus commodus : eatenus amicus . verum non erit ex
amabili eiuſmodi amicitia:ſiquidem amabile bonum eſt, atque malus nõ
amabilis.non ergo propter amabile,ſed propter amandum.ſunt nanque

ab vniuerſali amicitia:quæ in ipſis probis eſt.hæ quoque amicitiæ quæ ex
iucundo,& quæ ex commodo.qui ergo propter iucundum amicus : non
tenet propter bonum amicitiam, neque qui propter commodum. atqui
ſunt hæ amicitiæ quæ propter bonum,quæ propter iucundum,quæ pro-
pter commodum:nec tamen eædem,& ne quidem prorſus inter ſeinuicẽ
alienæ,ſed ab eadem quodam modo dictæ ſunt. velut medicum cultellũ
dicimus,medicum hominem,& medicam ſcientiam.hæc non ſimiliter di
cuntur:ſed cultellus quòd ad medicinam vtilis ſit medicus dicitur.at ho-
mo quòd ſanitatem faciat.ſcientia vero : quòd ſit cauſa atq; principium.
itidem & amicitiæ non identidem quæ proborum:quippe quod propter
bonum & quæ propter iucundum & quæ propter commodum:neque di
cuntur æquiuoce : verum non eædem citra hæc quodam modo ac ex eiſ-
dem.¶ Quòd ſi quis dicat qui propter iucundum amat,ei amicus nõ eſt
quandoquidem non propter bonum amicus eſt : is in amicitiam probo-
rum demigrat.quæ ex his omnibus conſtat:quippe ex bono & iucundo,
& ex commodo.proinde nõ eſt vere ex illa amicitia amicus:quæ propter
46 iucundum vel propter commodum. ¶ Vtrum igitur erit probus probo
amicus:an non?ſiquidem non eget (inquit) ſimilis ſimili. Hæc nimirum
oratio:propter commodum indagat amicitiam.nam quatenus alter alte
ro indiget : eatenus ſunt amici quatenus propter commodum concilian-
tur . Cum aliter definiatur quæ propter cõmodum amicitia & quæ pro-
pter virtutem & quæ propter voluptatem:æquum vtique hoc multo ma
gis eſſe qui virtute conciliantur . cuncta ſiquidem ipſis bona exiſtunt:&
iucundum & commodum.Cæterum etiam probus malo. nam quatenus
fortaſſis iucundus eſt:eatenus etiã amicus & malus malo.nam quatenus
idem forte ipſis commodum,eatenus amici ſunt.fieri nanque intuemur,
cum idem fuerit commodum:eos ob commodum conciliari.proinde ni-
47 hil prohibet etiam malis aliquod commodum eſſe. ¶ Conſtantiſſima igi-
tur ac ſtabiliſſima & honeſtiſſima quæ ineſt probis amicitia:quippe quòd
propter virtutem, ac per ſe bonum. nam virtus incommutabilis, & quæ
per eam conciliatur amicitia conſtantiſſima eſt.at quæ ex commodo, ſta
bilis non eſt amicitia:quippe quæ cum commodo elabitur. ſimiliter etiã
quæ propter voluptatem.optimorum igitur amicitia, quæ per virtutem
excitata eſt:multorum autem quæ propter commodum,& quæ propter
48 voluptatem in oneribus quæq; obueniunt.¶ Contingit autem etiam in-
dignari cum malis amicis,pariterque admirari. eſt vero non abſurdum:
cum amicitia principium ceperit voluptatem propter quod amici ſunt.
itidem & commodum.ſimulac enim hæc deficiunt:neutiquam etiam per-
durauerit amicitia.at ſæpe perſtat quidem amicitia:verum abuſus amico
eſt.ideo indignatur,neque id iniuria.nõ enim propter virtutem cum hoc
tibi fuerat conciliata:vt alienum non videatur nihil eſſe ex virtute.quam
ob rem non recte indignantur qui amicitiã per voluptatem conciliarunt:
quòd exiſtiment ipſam per virtutem duraturam,quod fieri non poteſt.
non enim propter voluptatem,& commodum:ex virtute eſt . voluptate
igitur conciliati,non recte virtutem quærunt.neque enim comitatur vo-
luptatem, & commodum aliquod, virtus. ſed contrà : ea ambo virtutem
conſequuntur.alienũ enim (niſi bonos) putare:ſibi fore iucundos.quan-
doquidem mali (vt inquit Euripides) ipſi ſibi ſunt iucundi . malus vero
contabeſcit.nec enim voluptatẽ virtus comes conſequitur , ſed virtutem
49 voluptas comitatur . ¶ Vtrum vero etiam oportet in amicitia probo-
rum eſſe voluptatem:an non? Alienum enim non videri oportere. nam

¶ Sunt nanq; ex amicitiæ quæ ex voluptate, & emolumento [illegible]. ſolum amicitiæ di cuntur propter ſimilitudinem amicitiæ ſtudioſæ,& quæ omni moda amicitia eſt.vtpote cui ſo li quæ ad amicitiæ iura pertinẽt competant omnia.

¶ In oneribus: in depellendis tri ſtitijs,& laboribus [illegible] al leuandisq;
Admirari:ſtupere.

Euripides.

ſi ab ipſis intet ſeinuicem auferas ſuauitatem: alios ad conſueſcendum in
vita iucundos amicos adeunt. Nam ad ſimul viuendum: nihil maius eſt q̄
iucundos eſſe. quamobrem alienum eſt non arbitrari probos maxime ſi-
mul inuicem vitam agere. id vero citra iucundum non eſt, expedit ergo
(vt videtur) his maxime iucundis eſſe. ¶ Quoniam diſtributæ ſunt in 50
tres amicitiæ, ſpecies: in hiſque ambigebatur vtrum in ipſa æquabilitate
amicitia eſſet, an in eo quod eſſet inæquabile. Eſt igitur in vtroque. nam
Per ſimilitudinem: per aſſimilationem. proborum: per ſimilitudinem perfecta amicitia eſt. At quæ per ſimilitu-
dinem: ea quæ propter commodum. nam eo modo copioſo pauper: ob
inopiam eorum quibus affluit diues, amicus eſt. ac eadem de cauſa malus
probo. ſiquidem propter virtutis inopiam: à quo ſibi opitulatum iri pu-
tat, ei ob hoc amicus. fit igitur propter cõmodum: intet diſſimiles amici-
Euripides. tia. Hac de cauſa (dixit Euripides) amat imbrem terra: cum ſolum exare
ſcit. his vtpote contrarijs amicitia ob commodum exoritur. nam ſi libeat
maxime contraria facere inter ſeinuicem vtilia: vt ignem & aquam com-
ponendo. ignis ſi deſit humor: abſumitur quem ſibi attrahit tanquam ali
mentum. tantum quidẽ vt non ſuccumbat. nam ſi ſuperarit humor, ignis
abſumitur: ſi vero moderatus, confert. Non dubium igitur quin in maxi-
me contrarijs: ob commodum fit amicitia. deducuntur autem amicitiæ
omnes: tam ipſa æqualitate quàm inæqualitate in tres diſtributæ ſpecies.
¶ Eſt autem in cunctis contentio inter ſeinuicem amicitijs: cum nequa- 51
quam ſimiliter amauerint vel fecerint vel ſuppetiuerint vel cũ id genus
aliquid. & cum vnus quidem vehementer facit, alter vero deficit: in defi-
ciendo inclamatio eſt, atque incuſatio. præterea in talibus idem eſt ami-
citiæ finis: vt ſi vtrique propter commodum inter ſeinuicem amici con-
cilientur, aut propter iucundum, aut propter virtutem: defectúſque ab al
tero exploratus ac certus. ſi igitur plura tu mihi bona contuleris, quàm
ego tibi: non ambigo quin tu de me bene meritus, à me plus amari debe-
as. vbi autem non hac amicitia amici fuerimus: ibi maiores differentiæ.
Defectus ſiquidem ab vtroque incertus: vt ſi propter voluptatem vnus
quidem ſit amicus, & propter cõmodũ alter: inde oritur ambiguitas. ne-
que enim qui commodo excedit, voluptatem cenſet dignam: quæ com-
modo rependatur. nec qui voluptate ſuperat: dignam gratiam in ipſo cõ-
modo ſe exiſtimat accipere. idcirco in eiuſmodi amicitijs: magis exori-
untur differentiæ. Qui vero ex inæqualitate amici ſunt, nempe exceden-
tes opibus, vel alio huiuſmodi aliquo: non ſibi cenſent amandum eſſe, ſed
ab inferioribus amari oportere exiſtimant. at amare melius eſt quàm a-
mari. ſiquidem amare voluptatis actio quædam eſt, & bonum. ab eo autẽ
quod ametur, nulla actio eſt. nempe cognoſcete melius quàm cognoſci:
cognoſci enim & amari etiam in carentibus anima exiſtit. at cognoſcete,
& amare rebus animatis. ¶ Rurſus beneficiũ eſſe melius quàm ſecus. qui
amat, quatenus amat: beneficus eſt. amatus vero quatenus amatur: nõ. ſed
homines honoris cupiditate incenſi, amari quàm amare malunt: quòd
quatenus amantur, videâtur præcellere. amatus ſiquidem: voluptate vel
copia, vel virtute præcellit. at honoris cupidus eminentiã affectat: & qui
excellunt, ſibi non amandum eſſe arbitrantur. quòd in quibus excedunt:
amantibus rependi opinantur. item ipſis ſunt deteriores illi: ob hoc non
cenſent amare debere, ſed amari. ſed qui egenus pecuniarũ, aut volupta-
tum, aut virtutis: is affluentem ſuſpicit, & amat, quòd ea conſequatur, aut
ſe conſecuturum opinetur. ¶ Sunt autem & aliæ ex conſimili affectu con 52
ciliatæ amicitiæ: & ex hoc quòd cuipiam bona velint in quibus non eſt

cuncta hæc cóprehendens facta amicitia.nam ſæpenumero alij bona vo-
lumus:attamen cum alio vitam agere malimus. vtrum hoc amicitiæ di-
cere oportet, an conſummatæ amicitiæ? nempe per virtutem affectus.in
ea ſiquidem amicitia:hæc inſunt cuncta.nam cum alio nemine vitam age
re libuerit:ſiquidem iucundum & commodum. & virtus ineſt probo:cui
bona in primis voluerimus,& cum ipſo viuere:& bene viuere & nó cum
53 quoquam alio magis.❡Nunquid ſibi & erga ſe amicitia an non: id nunc
omittamus: dicemus poſtea. ſed enim nobiſipſis cuncta volumus:nem-
pe nobiſcum viuere vitámq; ducere vna volumus.id fere etiam neceſſa-
rium & bene viuere, & viuere : ac bonum velle non cuiquam alij magis.
Rurſus ſimilium affectuoſi imprimis ſumus nobiſipſis .nam ſi labatur
vel in huiuſmodi aliquid decidamus : confeſtim triſtamur. Hac de cauſa
videatur erga ſe ſibi amicitia.talia quidem certe, vt in ſimilitudine affe-
ctationem,& bene viuere,& id genus alia. Aut erga noſipſos dicimur re-
ferre amicitiam:aut in eam quæ perfecta ſit. in ambabus enim ſunt hæc
omnia.nempe vna vitam agere,& eſſe velle,& bene eſſe ac cætera omnia
54 in his ſunt.❡Rurſus videatur fere in quibus iuſtum eſt:in eiſdem eſſe a-
micitia. quamobrem quot iuſtorum ſunt ſpecies : totidem & amicorum.
iuſtum certe eſt,& hoſpiti erga ciuem,& ſeruo erga dominum,& ciui er-
ga ciuem,& filio erga patrem:& vxori erga virum,& quæcunque ſimpli-
citer aliæ conciliationes:& amicitiæ ſunt in horum ſingulis.amicitiarum
vero hoſpitalis validiſſima videatur. neque enim vllus eſt communis,de
quo ambigatur finis:vt inter ciues ſiquidem ambigũt, propter exceſſum
inter ſeinuicem,nec amici permanent.nunc demum illud dicendum eſt:
55 vtrum erga ſe ſit amicitia nec ne.❡Quoniam igitur perſpicimus(vt pau
lo ante dicebamus) quòd ex ſingularibus amare cognoſcitur. ſingularia
vero nobis,ipſi imprimis velimus.nempe bona & eſſe,& bene eſſe ; & ſi-
miliũ affectatiſſimi nobis ſumus, & nobiſcum viuere præcipue malimus.
quòd ſi ex ſingularibus cognoſcitur amicitia , ſingularia vero nobiſipſis
eſſe volumus:non dubium quin ita erga nos ſit amicitia quemadmodum
& iniuriam erga noſipſos eſſe dicebamus. nam, quẽadmodum alter qui-
dem afficiẽs iniuria,alter vero affectus iniuria vnus & idem eſt: & ob hoc
ne quidem eſſe videbatur iniuria.eſt nimirũ vt dicebamus in animæ par
tibus conſiderationem iactantes . quandoquidem eſt videre cum plures
non conſentiunt:tum aduerſum ſe eſſe iniuriam. ita igitur hic erga ſe eſ-
ſe videatur amicitia.nam quoniam amicus eſt(vt famur cum demum vo
luerimus impenſe amicum dicere) vna mea & huius anima eſt.at quãdo
animæ plures ſunt partes:tum vna fuerit anima,cum erga ſeinuicem cõ
ſenſerint ratio & perturbationes.ita nanque vna erit, perinde atq; ſi vna
facta ſit:erit erga ſe amicitia.hæc autẽ erga ſe erit in bono amicitia, quan-
doquidem in eo ſolo animæ partes bene inter ſeinuicem habent,quando
inter ſe non differunt:quoniam malus nunquam ſibi amicus eſt.ſe nanq;
ſemper oppugnat. nempe incontinens cum quid per voluptatem nequi-
ter egerit:mox pœnitentia affligitur,ac ſe excruciat. itidem & in aliſs vi-
56 tijs malus habet:ſeſe oppugnando ac ſibi aduerſando. ❡Eſt autem ami-
citia etiam in ipſa æqualitate vt ſociorum:per æqualitatẽ numero,& po-
teſtate boni. neuter ſiquidem ipſorum debet altero plus ſibi aſcire neq;
numero bonorum,neque poteſtate,neq; magnitudine:ſed ex æquali ha-
bere ſocij aliqui cupiunt,ac per æqualitatem.patris erga filium,& ſubditi
& imperantis,& potioris & deterioris,& vxoris & viri eſt conſideratio:ac
ſimpliciter vbicunque inter potiorem,& deteriorem in amicitia ordo in-

tercesſit.hæc nanque eſt ex ratione in diſparilitate amicitia. neque enim vnquam æquale vllus ex bono dabit,ſi meliori,deteriorique dederit:ſed maius ſemper ei qui excedat. id quippe eſt quodã modo ratione æquale:cum minus bonum capit deterior,eo qui melior eſt.

¶De affinitate. Cap.XII.

AMicitiarum omnium quæ iam memoratæ ſunt:imprimis cognatus eſt amor,qui in affinitate,eaque ex patre in filium. & curnã pater filium magis amat:quàm filius patrem?vtrum vt nonnulli inter multos recte aiunt:quòd pater beneficus erga filium ſit: quódq; filius de patre benemeritus ſit?hæc igitur cauſa:in amicitia per commodum conciliata eſſe videbitur.quemadmodum & quæ per ſcientiam ſpectatur: ita quodam modo hic habebit. eſt igitur idem finis,atque actio: neque aliud aliquid præter actionem finis.vt tibicini eadem actio,atque finis:perflare enim tibias,ei & finis & actio eſt: non autem ædificationi, nam præter actionẽ,alius eſt finis.Eſt igitur amicitia actio quædam: nec finis alius eſt præter actionem in amãdo,ſed illud idem.pater igitur ſemper magis quoquo modo ſatagit: ob hoc quòd eius factio ſit filius, id quod in aliis cernimus. omnes ſiquidem erga quod ipſi effecerunt, ſunt quodam modo beniuoli. pater igitur filio vtpote ſuæ factioni bona vult: memoria ſpéq; adductus.ideo magis filium pater diligit: quàm filius patrem. 57

58 ¶Expedit autem iam dictas, & exiſtimatas amicitias exiſtimare ſint'ne amicitiæ vt beniuolẽtia videtur?ne amicitia ſimpliciter igitur beniuolentia?neutiquam amicitia eſſe videatur,ſiquidem frequenter multis aut videndo,aut audiendo aliquid de aliquo boni:beniuoli efficiamur. an tum etiam amici, an ne? neque enim ſi quiſpiam Dario apud Perſas exiſtenti beniuolus (quemadmodum fortaſſis fuerit) confeſtim etiam erga Darium illi fuerit amicitia.at amicitiæ beniuolentia quandoque initium eſſe videbitur.fiat nempe beniuolentia amicitia ſi voluntatem aſciuerit:qui bona poteſt præſtare,ei præſtandi in quo ſit beniuolentia. Moris certe beniuolentia eſt, & erga morem. nemo ſiquidem aut vino,aut cuiquam alii inanimato ſuaui bono beniuolus eſſe perhibetur:ſed ſi quis morum ſtudioſus,erga ipſum beniuolentia. neque citra amicitiam beniuolentia: ſed in eodem vt amicitia eſſe videatur.

Darius. Perſæ.

59 ¶Concordia autem eſt confinis amicitiæ: ſi proprie, modo dictam accipias concordiam. nam ſi quis Empedocli aſtipulcetur:arbitretúrq; ſicut ille eſſe elementa:nunquid concors erit Empedocli,an ne?vel ſi quid aliud tale? primum certe nõ eſt concordia in eis quæ ſub intelligentiam:ſed quæ ſub actionem cadunt & in iis qui idem cognouerunt, ſed ſi cum hoc intelligendi idem delectum habeant,circa quæ pariter intelligunt. nã ſi ambo dominari cognouerũt, hic quidem ſe,ille vero ſe:nunquid ſunt concordes,an non? cæterũ ſi ego me velim imperare & ille me:iam concordes hoc pacto ſumus.eſt nimirum concordis eſſe:in eis quæ ſub actionem cadant cum eiuſdem voluntate. circa ſtatum igitur dominantis in eiſdem quæ ſub actionem cadant: proprie dicitur eſſe concordia.

Empedocles.

¶De amicitia erga ſe. Cap.XIII.

60 VErum quoniam eſt (vt diximus) ſua alicuius erga ſe amicitia vtrum probus ſeſe amabit an ne?eſt certe amans,qui ſua de cauſa agit omnia vbi modo aliqua ſuggeratur vtilitas. malus igitur ſui amans erit.ſua enim de cauſa agit omnia. probus vero non. hac enim de cauſa eſt probus:quòd alterius cauſa id agat: & perinde ſui amans nõ eſt, atqui omnes ad bona proſiliunt opinãtúrque ſua imprimis eſſe oporte-

re,idq́; præcipue manifeſtum eſt ex opulentia,ac dominatu. probus igitur alij hæc ſtatuet.nec vt officioſum imprimis ſibi:ſed ſi aliū viderit qui his cōmode magis vti poſſit,facile cōceſſerit. alij hoc inſcitia quadam nō facient.neque enim opinantur talibus bonis abuſuros, vel etiam ob honoris cupiditatem imperāt.probus vero horum neutrum efficiet.& perinde ne quidem propter eiuſmodi bona ſui amans erit, verū ſi honeſtas poſtularit,id enim ſolum nemini alij conceſſerit:at commoda & iucunda conceſſerit.itaq; in delectu honeſtatis ſui amans erit. at vbi commodum, ac iam dicta voluptas affectabitur:improbus erit,non bonus.

¶Quomodo probus ſeſe diligat. Cap.XIIII.

61 VTrum probus ſeſe maxime amabit,an nō?eſt certe vbi ſeſe maxime amabit:eſt vbi non. nam cū diximus probum bona cedere quæ ad vtilitatem tendant amico:magis q̄ ſe amicum amauerit. ita vero amico concedens:ſibi honeſtatem accōmodat,eóq; modo iſta cō cedit.eſt igitur vbi amicum ſe magis diligat,éſtq; vbi ſeſe maxime in ipſo nanque commodo,amicum.at vbi honeſtum,& bonum:ipſe ſeſe maxime diligit. ¶Eſt igitur boni etiam amans, nec ſui amans : nam ſi ſolum ſeſe amat:quòd bonus,malus ſui amans eſt.neque habet quapropter ſe amet, ſicut honeſtum aliquod.ſed citra hæc ipſe quatenus ipſe eſt, ſeſe amabit. & perinde hac de cauſa,proprie ſui amans diceretur.

¶Eſt igitur boni etiam amans. probus dicitur amans ſui non q̄ ſolum ſui quatenus ipſe eſt ſit amator.ſi ſui:quatenus bonus, ſtudioſuſq; eſt. neq; dicit amator ſui q̄ bonus : quia ſeipſum quatenus ipſe eſt,amet.nam & hoc pacto malus ſuiipſius amās in eo quod bonus, eſſet ſiquidē quatenus ipſe eſt:cum tamē honeſtum non habeat vllum: propter q̄ ſeipſum amet, ſed citra honeſtatem (ſi ſe amabit) vt ſe amet neceſſe eſt.quo fit vt ſi diceretur prob⁹ proprie ſui amās quod ſeipſum,quaten⁹ ipſe eſt, amaret:eodē quoq; iure & malus ſui amās ꝓprie dici valeret.

¶De eo quod ſibi ſatis. Cap.XV.

62 DIcendum eſt de eo quod ſibi ſatis,& non altero indigens. vtrum qui ſibi ſatis egebit amicitia,an nō:nempe ipſe ſibi ſatis erit etiā ob hoc. ſiquidem etiā poetæ talia iactitant cum dæmon bene dederit:quid amicis opus eſt? vnde etiam gignitur inopia? vtrum qui cuncta habeat bona,cuique ſatis ſit:amicis egebit:an tum etiam maxime?cui enim benefaciet,aut quo cum vitam ducet? neq; enim ſolus deget. quòd ſi his opus erit,neque contingunt hæc citra amicitiam:quæ ſibi ſatis eſt, egebit amicitia.¶Quæ igitur in ſermonibus conſueta capi ſimilitudo ex deo:neque illic recte neque hic fuerit vtilis.neque enim ſi deus ſibi ſatis nec vllo indigens:ob hoc etiam nos nullo indigebimus. eſt nimirum iactatus de deo huiuſmodi ſermo. nam quoniam bona cuncta obtinet deus,ac ſibi ſatis eſt:quid faciet? neque enim dormiet.inſpiciet aliquid (inquiunt) id nanque pulcherrimum, & maxime peculiare. quod igitur inſpiciet?nam ſi quicquam aliud inſpiciet:id erit melius .hoc vero abſurdū eſt:vt ſe quicquam melius habeat deus.ipſe igitur ſeſe inſpiciet.at hoc delirum.nam homini qui ſeſe ſuſpiciat(vtpote attonito)inclamamus.Quid igitur deus inſpiciat ōmittamus:neq; de eo quod ſibi deus ſatis ſit conſideremus,ſed de homine vtrum qui ſibi ſatis ſit:is egeat amicitia,nec'ne. quòd ſi quis amicum ſpectans viderit quid ſit,& talis amicus qualis alter ego eſſe:tum vehementer amicum facies.quemadmodum dictum eſt:hic alter Hercules,alter amicus ego.¶Quoniam igitur difficillimū (quemadmodū quidam dixere ſapiētes)ſeſe cognoſcere,& ſuauiſſimum.nam ſe noſſe iucundum.ex nobiſipſis certe nos non poſſumus inſpicere.quod autem non nobis poſſumus:hinc certum q̄ alijs inclamamus nec nobis cogniti q̄ eadē faciamus . id vero fit aut quia bene volumus nobis aut propter affectū.at nobis hæc ad recte iudicandū eſſe conſideremus.quemadmodū igitur ſi velimus ipſi noſtrā ſpectare faciem:in ſpeculo obtuemur. itidē eſſe cū nos cognoſcere voluerimus:amicū ſpectantes noſſe potuerimus.eſt ſiquidem (vt diximus) amicus alter ego. Quòd ſi iucundum eſt ſe noſſe,idque ſcire non eſt ſine altero amico: opus erit amicitia qui ſibi

¶Se noſſe iucundum. ex nobiſipſis nos noſtros mores, & geſtus noſtros: inſpicere non poſſumus.& ſolemus alios accuſare q̄ ſi,ſuos mores & geſtus nō cognoſcant: quaſi id latere malum ſit , non animaduertentes nos ſimilē erga noſipſos teneri ignorantia. quod ideo eſt : quia nobiſipſis bene volumus,aut bene erga noſipſos affecti ſumus. & ideo id bonum, nos inquam ipſos cognoſcere: nobis non adeſſe minime fateri volumus. vn

runtamen tantum bonum ſine aliiſ, præſertim amicis qui con ſimiliū nobiſcū ſint morum adi piſci minime valemus, vt neq; noſtram faciem, niſi in ſpeculo inſpicere. nimirum igitur ſue rit ſi felici qui maxime omniū ſibi ipſi ſatis eſt, opus ſit amicis

ſatis ſit, vt ſe cognoſcat. ¶ Rurſus etiam ſi honeſtum (vt eſt) benefacere, eum qui à fortuna, bona obtineat: cui benefaciet? quo cum vitam aget? nō enim ſolus deget. nam vitam ducere cum alio: & iucundum, & neceſſariū eſt. quòd ſi hæc honeſta, & iucunda necnon neceſſaria, & hæc ſine amicitia eſſe non poſſunt: opus erit amicitia qui ſibi ſatis ſit.

¶ De multorum amicitia. Cap. XVI.

VTrum multos habere amicos expedit: an paucos? neq; profecto 63
multos (vt paucis abſoluam) neq; paucos oportet. nam ſi mul-
ti erunt: amorem in ſingulos diſtribuere erit operoſum, in cun-
ctis ſiquidem aliis imbecilla natura noſtra: in plurima peruenire non po-
teſt. neq; enim viſu diutiſſime poſſumus, ſed ſi plus mediocritate inſtite-
ris: ob imbecillam naturam deficit, neq; auditu, neq; aliis eiuſmodi omni-
bus. quod igitur amare non poſſit, deficit, iúſque fuerit vt inclametur, co-
arguatúrq; quòd amicus ſit, nec amet. cæterum hac ratione eſſe non po-
ſtulat amicitia. ¶ Rurſus ſi multi: nūquā mœrere deſierint. Inter multos
nanque par eſt: vt aliquod ſemper accidat infortunium, vnde triſtari ne-
ceſſe ſit. neq; porro paucos: vnum, vel duos eſſe expedit. ſed inter parum,
& multum, vt tempus, atque ad amandum ſatis ſit impulſus.

¶ Quomodo amico vtendum ſit. Cap. XVII.

DEinceps conſiderandum fuerit: quomodo vtendum ſit amico. eſt 64
profecto non in omni amicitia coniectatio, ſed in qua ſe inuicem
amici obiurgant. atqui non aliis eodem modo ſe obiurgant. ſicut
in ea quæ patris erga filium: eadem non eſt inclamatio. vt par fuerit nō-
nullis quemadmodum ego tibi, & tu mihi. quòd ſi non: hic tum vehe-
mens fuerit inclamatio in amicis inæqualibus non eſt par. eſt vero patris
erga filium amicitia in minime æquali. itidem vxoris erga virum aut ver
næ erga dominum prorſúſq; deterioris & melioris. in eiuſmodi non erūt
inclamationes: ſed vbi pares amici. & in ipſa amicitia talis erit obiurgatio.
proinde conſiderandum quo pacto vtendum amico fuerit: in ea demum
amicitia quæ inter pares fuerit conciliata.

¶ Secundi magnorum moralium Ari-
ſtotelis interprete Geor-
gio Valla Placen-
tino, finis.

Leonardi Aretini Dialogus de moribus ad Galeotum amicū, dialogo paruorum moralium Ariſtotelis ad Eudemium amicum ſuum reſpondens: paucis ex poſterioribus à Leonardo adiectis.

L. Leonardus. M. Marcellinus interlocutores.

SI vt viuēdi Galeote ſic etiā bene viuēdi cura nobis eſſet: infinitos pene labores (quibꝰ ſtultitia æſtuat humana) tanq̄ ſupfluos & inſanos fugiēdos omittēdóſq; lōge putaremus. Nūc autem omnis noſter error ab eo manat: ꝙ ſine ꝓpoſito fine viuimꝰ. & velut in tenebris cæcutientes nō tā per callē aliquē ꝓſpectū & certū, q̄ per oblatā nobis ſemitā fortuito ambulamus: vt ſæpe quò noſtri ferāt greſſus, ne ipſi quidē ſciamꝰ edicere. Itaq; & cōnatus ſæpe nos pœnitet noſtri & ſequētes pariter, aſſecutiq; torquemur: nihil ſolidū nanciſcētes, in quo ſtulta hominū appetitio cōquieſcat. Etenim veri boni à natura nobis ingenerata cupido. Verū cōfuſa illa quidē, atq; incerta fallacibúſq; opinionibꝰ tanq̄ tenebris quibuſdā obducta: quibꝰ occæcati, atq; decepti per deuia aberramus. Sed aduerſus hāc humani generis cæcitatē & tenebras: opē à philoſophia petendū eſt. quæ ſi forte nos dignata, lumē ſuū admouerit: hanc omnē (quæ nos turbat) caliginem diſſipabit, veráinq; viuendi viam à fallaci diſcernet. Equidem memini primis ab annis ſtudioſum te philoſophiæ fuiſſe: verū illius quæ ad naturæ pertinet indagationem, quæ (etſi ſublimis atq; excellēs) tamen minus habet vtilitatis ad vitam q̄ iſta quæ ad mores hominum virtutéſq; deſcendit, niſi forte inſtructior erit ad bene viuendū, qui pruinæ & niues, & iridis colores, quemadmodū fiant didicerit. nihil amplius vtilitatis habet q̄ ſi illa nunq̄ didiciſſet: aut emendatior erit eius vita, cui aues & piſces noti ſunt, q̄ ſi omnino eſſent incogniti. Similia hic ſunt cætera: quæ in illa traduntur. Habent enim ſplendorē cognitionis eximiū: vitæ autē vtilitatem nō habent. At vero hæc altera philoſophia: tota (vt ita dixerim) de re noſtra eſt. Itaq; qui huius cognitione omiſſa philoſophiæ intenduntij alienū quodā modo negotiū agere videntur: ſuū omittere. Ego igitur Galeote vehemēter quidē te ad hæc ſtudia reuoco. Quid enim pulchrius nobili viro, & virtutū ab ipſa natura amatori, & intelligētia rationéq; præſtāti: q̄ ea diſcere per quæ ad caſum viuere deſiſtat, ſuas ipſe vias, actúſq; diſcernat? Sed vtrū iſta cohortatiōe cōtēti, nō vltra ſcribemꝰ: vel quaſi perſuaſo iā tibi addemꝰ aliquid introductionis cauſa, hoc ego potius eſſe reor. Neq; enim inuitantis eſt tepide agere: ſed rem ipſam ad quā inuitat, vltro offerre. Referā igitur tibi ſermonē habitū à me nuper cū Marcellino familiari meo. Nam cū ille domū ad me ſalutādi gratia veniſſet, reperiſſétq; forte lectitantē: poſt prima illa amicorū conſueta cū vterq; cōſediſſet, & quid hoc libri eſt inquit, quod modo erat in manibus? ¶ L. Ariſtotelis inquā liber eſt de moribus ad Eudemium. Tria ſunt enim vt audiuiſſe te credo, huius philoſophi volumina de moribus ſcripta. Vnū ad hunc quē modo dixi. Alterū ad Nicomachum filium. Tertium quod inſcribitur magnorū moralium. etſi omniū eadē vis eſt: tamē alibi enodatius, alibi remiſſius res ipſæ tractātur. ¶ M. Recte inquit: etenim opportune facta à te huiuſce rei mētio eſt. Aueo enim iāpridē quis ſit huius diſciplinæ progreſſus, & quaſi viā cognoſcere. nec antehac data mihi facultas eſt: à te de hoc ipſo, arbitratu meo percontandi. Nunc vero quia vt video otioſus es: oſtende quæſo hæc de moribus diſciplina quod nobis pollicetur. ¶ L. Quid me rogas inquam? ac potius ipſe tu: vel noſtrorū vel græcorū à quibus iſta tradūtur ſcripta lectitas? ¶ M. Græce inquit, neſcio. Latina vero iſta noſtratia (vt tibi verū fatear) legentē me, conantémque non admodum iuuant. Cōiecto enim eſſe talia vt inſtitutum potius erudire: quàm rudem inſtituere ab initio poſſint. Tu qui græco de fonte (vt ait Flaccus) hauſiſti, quæſo mihi expone: hæc de moribus diſciplina quid eius ſectatoribus repromittat. ¶ L. Non munuſculum inquā neq; lucellū, ſed rem maximā præſtabiliſſimámq; omnium: beatos facere homines, modo ſibijpſis nō deſint, ſed agendo & operando illius præcepta iuſſáq; ſequātur. ¶ M. Et quis nō excitetur inquit, tāta ſpe propoſita? Ardeo me hercule iam nūc illius initiari ſacris: quare agendū æde quid præcipit. ¶ L. Lōgū inquā id quidē & inſigne eſt: caput tamen ac ſumma omniū vt bene viuas. id vero nō de mēſa ſed de mēte ſumitur. Sed quo-

Tria Ariſtotelis de moribus opera. Primū, paruū opus ad Eudemiū. ſecundū, opus magnorū moraliū. tertium, opus Ethicorum.

niam te id cupere animaduerto & adiuuari digna eſt hæc cupiditas tua:conemur tibi tale aliquid tradere quale Græci εἰσαγωγικὸν appellãt,id eſt quaſi introductionẽ ad euidentiam quandam huius diſciplinæ,quo paratior ad illam percipiendã queas accedere.ac dicere quidem iam ordiar. Tu vero ſi quid inter dicendum ambigis,interpella.

PRima igitur hui⁹ diſciplinæ cõſideratio mihi videri ſolet an quid ſit extremũ & finis in reb⁹ humanis:ad quẽ omnia quæ agim⁹ referri oporteat. Secũda quid ſit id extremũ. Tertia quib⁹ reb⁹ ad id perueniatur. His enim cognitis & totius vitæ rationẽ(quẽadmodũ dirigẽda ſit)cognoſcem⁹. Quæ enim ad actionũ noſtrarũ finẽ referũtur:eas & frugi & laudabiles dicimus.quæ vero fallaci opinione aberrãt:eas vituperam⁹,atq; propellimus. Vt autẽ de his iã dicere incipiã:cõſpicuũ eſt plures in reb⁹ fines eſſe humanis,alióſq; ſub alijs cõtineri.finẽ autẽ appello,cui⁹ gratia quid agim⁹.exẽplo quoq; hoc ipſũ faciam⁹ illuſtrius. Parat quis nauẽ nauigandi cauſa:nauigat autẽ quo pecunias acquirat:acquirere autẽ vult quo opulẽtior fiat:hãc ipſã opulentiã alterius gratia cupit vel honoris,vel potẽtiæ, vel vt nullius indigeat. Hic igitur vides tot eſſe fines quot ſunt actus:alióſq; ſubeſſe alijs.idem eſt in cæteris operationib⁹ noſtris. Sẽper enim noſtra de fine in finẽ graditur quidẽ,pceditq; intẽtio:nec eſt dubiũ quin ſuperior ſemp finis pretioſior ſit:cũ illius gratia inferiores appetãtur. Illud præterea cõſtat:nos õnia quæ agimus boni gratia agere. ex quo fit vt idẽ ſit finis & bonũ. Sed an cũcta alterius gratia volum⁹,& necubi conſiſtit appetitio noſtra? vel eſt aliquis extremus & vltimus finis, ad quẽ cũ tandẽ peruentũ fuerit:appetitio cõquieſcit? fatendũ eſt eſſe aliquẽ:ne ſi forte negemus,irrita & ſtulta probetur cupiditas noſtra & in infinitũ progreſſio,& multa perabſurda exinde ſequãtur. Id ergo extremũ ſi modo eſt aliquid(quod eſſe plane cõfitendũ eſt)neceſſe eſt eſſe tale:nulla vt externa illecebra,ſed ipſũ p ſe ſua vi nos incẽdat,& rapiat in cupiditatẽ ſui,quod propter ſe expetatur ſemper,& nunq̃ propter aliud:ad quod referãtur omnia,ipſum autem nuſq̃. Erit igitur hoc ſummus finis,& ſummũ bonũ.nã finẽ & bonũ idem eſſe docuimus. Erit quoq; idem principiũ & cauſa.inde ſiquidẽ motus eſt:cũ eius gratia omnia omnes agãt. ¶ M. Intelligere mihi videor inquit,ac probe tenere:quare ad alia ſi tibi videtur progrediare. ¶ L. Age nũc inquã,hic quid ſit extremus finis videamus. hoc enim ſecũdo erat loco in quæſtione propoſitum. De nomine quidem (inquit Ariſtoteles) apud omnes cõuenit.felicitatẽ enim vulgus,eruditiq; appellãt. Sed ipſa felicitas quid tandẽ ſit: de eo ſane inter ſe diſcrepãt,nec idẽ vulgus,ſapiẽtéſq; tradiderũt.at enim ne ſapiẽtes quidẽ. Nulla enim vnq̃ de re fuit inter philoſophos tãta cõtentio.nã alij voluptatẽ eſſe id extremũ,& vltimũ quod propter ſeipſum expetitur:& cuius gratia cætera agimus,aſſeuerant. Eſſe quidẽ id inſitũ mẽtibus noſtris:vt omnia faciamus atq; patiamur,quo poſtea in gaudio,& lætitia contenti,& quieti viuere poſſimus. Ea eſt autẽ ſumma,& mera voluptas. Ex quo fit vt principia vel appetendi aliquid vel fugiẽdi:à voluptate doloréq; proficiſci videãtur.quare & ipſas quidẽ virtutes cenſent ideo ab hominibus exerceri debere:quia effectrices ſint plurimarũ voluptatũ.contráq; cũ delictorũ ſcelerũmq; cõſcientia nos vexet & angat,tum inanes cupiditates(quarum ſtultorũ vita referta eſt omnis)ſolicitent mentes,& quietas eſſe nequaq̃ permittant. Itaq; eum eſſe ſapientis delectum aiunt vt prætermittendis minoribus:ſibi maiores cõparet voluptates,& doloribus paruis ſuſcipiendis, maiores grauioréſque repellat.

Eudoxus. Ariſtippus. Epicurus. Democritus.

In hac fere ſententia Eudoxus,& Ariſtippus,& Epicurus fuere:etſi eorũ alius plus,alius minus tribuerit corporeis voluptatibus. His adijciendus eſt Democritus:qui obſcure quidẽ & verbo pene inſolenti εὐθυμίαν ſummũ bonum eſſe dixit,quaſi trãquillitatem quandam animi, omni moleſtia vacantis. Alij vero in vſu virtutis felicitatem poſuere:atque ex eo beatam conſtare vitam cẽſent. Eſſe enim quoddam propriũ hominis opus:ad quod agendum natus ſit.id autẽ non eſſe viuere:quia cõmune ſit etiã plantis.nõ ſenſum habere:quia cõmune ſit & brutis.ſed vitã & actus ſecundũ rationẽ,qua qui bene excellentérq; vtetur:id propriũ opus ad quod agendũ natus ſit,bene abſoluat. Eũmq; bene viuere ac bene agere:in eóq; ſitũ eſſe ſummũ illud hominis(quod quærimus)bonum.

Ariſtoteles. Theophraſt⁹ Peripatetici.

In hac ferme opinione Ariſtoteles & Theophraſtus & cæteri omnes Peripatetici fuere. Sed cũ quæreretur nuuquid foret hæc vita in poteſtate ſapiẽtis,id eſt

an ſibiȷpſi per virtutẽ hãc,præſtare vitã bonus vir poſſit:multæ difficultates ſuboriri vi-
debantur.fieri enim poteſt vt ſapiens & bonus vir,& omnibus virtutib⁹ inſtructus,atq;
ornat⁹: in exiliũ,in orbitatẽ, in egeſtatẽ detrudat̃, amiſſa patria,ablato patrimonio,filijs
propinquiſq; necatis.præterea vt in carcerẽ tyrãni,vt in equuleũ,vt in ſupplicia grauia,
& miſeranda incidat.Hunc igitur quanq̃ virtutibus abundantẽ: tamẽ beatũ dicere tan-
tis in malis quis poteſt?quod ſi ita eſt:nec virtus ipſa ſatis videtur ad beate viuẽdũ.Ob
hæc ij de quibus loquor philoſophi,tria bonorũ genera diſtinxerũt:animi,corporis, ex-
terna.Felicitatẽ in bonis animi reponũt:quæ ſunt maxima ac præcipua bona. Corporis
autẽ,& externa adeſſe homini oportere aiũt,nõ vt illa ex ſeſe beatã conficiãt vitã:ſed nẽ
operatiões virtutis in quib⁹ beata vita cõſiſtit,impediãtur.Etenim ſupplicijs,doloribúſq;
affectum corpus:neq; contemplari quicq̃,nec agere permittit. & egeſtas,exiliúmq; impe
diunt multa:cũ tanq̃ illis inſtrumenta deſint ad agendũ.Quid ergo:miſer erit ſapiens in
ijs quæ ſupra enumerauimus malis?certe nõ miſer.habitus enim virtutis illũ ab hac infa
mi appellatiõe defendit.ſed nec etiã beatũ tantis in calamitatib⁹ nũcupabo. Beata enim
vita omnis optabilis eſt & plena gaudiorum.hæc vero calamitoſa nequaq̃ optabilis: nec
beata igitur.Hæc Peripateticorũ ferme eſt ſummo de bono,vitáq; beata,ſententia.Nec
eſt dubiũ quin(etſi parũ)tamẽ aliquid fortunæ tribuatur.Itaq; Zenon quiſq; à Zenone Zenon.
ſunt Stoici,rigidi nẽpe homines & ſeueri,aliter de ſummo bono opinati ſunt.Negãt enim Stoici.
quicq̃ bonũ eſſe præter honeſtũ.in eóq; vitã beatã cõſiſtere affirmant. Honeſtũ autẽ eſt
quod bene & laudabiliter & virtute fit.Vt enim quod timide,quod libidinoſe,quod ab-
iecte agitur,turpe dicitur ac dedecoris plenũ:ſic quod fortiter,quod cõtinẽter, & quod
ex dignitate agitur,honeſtum,decorũ,pulchrũ nũcupamus. Corporis autem & fortunæ
cõmoda,negant eſſe bona.cõtráq;:illorũ incõmoda,negãt mala.Virtutẽ vero ſatis eſſe ad
beate viuendũ putãt:neq; carcere,neq; tormẽtis,neq; dolorib⁹ vllis,aut egeſtate,exilióve
beatã vitã impediri.Virũ enim ſapiẽtẽ,ac vere fortẽ,magno inuictóq; animo totũ ex ſe-
ipſo pẽdere:nec humanos caſus,neq; fortunæ minas expaueſcere,nec illis ſi accidãt vnq̃
frangi.nõ enim exiliũ nec paupertatẽ nec dolores:mala eſſe ſapiẽti.Quoniã vt nihil bonũ
præter id quod honeſtũ & cũ virtute:ſic etiã nihil malũ niſi quod turpiter & cũ vitio fit,
quod in ſapientẽ nequaq̃ cadere poteſt.Quòd ſi fortunã metuat quis: nunq̃ erit beat⁹.
cũ etſi non facta:at tamen facienda formido illius mutabilitatis ſolicitum reddat. Hæc
ferme eſt(ni fallor)Stoicæ diſciplinæ forma,neſcio an vera:ſed certe maſcula,atq; robu-
ſta.Percurri tibi ſentẽtias omnes de ſummo bono:quæ quidẽ cognitu dignæ videbãtur,
de quib⁹ ſcire velim quid tãdẽ exiſtimes.¶M.Egóne inquit,fatebor tibi quid mihi acci
derit?Singulis(dũ à te referebãtur)meme totũ addixi.Nã volupta te,& vacuitate doloris
quæ prima fuit ſentẽtia:nihil optabilius viſũ eſt.Quid enim beatius aut eſſe aut excogita
ri poſſit,q̃ vita gaudiorũ plena,omni moleſtia detracta? aut quid deorũ immortaliũ vi-
tæ ſimili⁹ imaginari poſſim⁹? qui cũ ſint vere felices,atq; beati:hoc beatitatis inſtar no
bis mortalib⁹ reliquiſſe videtur.Rurſus vero cũ ad virtutis ſplẽdorẽ oculos erexi:vict⁹
excellentiæ laude,vſqueadeo contẽpſi equidẽ,ac poſthabui voluptatẽ vt etiã doloribus,
& moleſtijs cõparandã eã beatitudinẽ exiſtimarẽ. Corporis vero cõmoda, externámq;
rerũ proſperitatẽ:quaſi neceſſariam in bonis reponebam.Ecce alteri exurgentes negant
quicquã tale in bonis habendum:dántq; homini poteſtatem ſeipſum per ſe in beatitu-
dinẽ afferendi,quo quid optabilius eſſe poteſt?ita cũ omnes ad ſe rapiãt:ambiguus ſum
quid maxime putẽ recipiendũ.¶L.Non eſt mirũ inquã,ſi tibi horũ ſinguli probantur,
nã vulgus quidẽ philoſophorũ qui abſurda dicebãt:iãpridẽ auditores,ſcholæq; ipſæ re-
ſpuerũt.hæ reſtãt diſciplinæ:quæ aliquid dicere videãtur,quæ etſi verbis pugnẽt, re ta-
mẽ,& effectu q̃ proximæ ſũt.¶M.Quomodo ꝓximæ inquit? An poteſt quicq̃ eſſe diſtã-
tius?¶L.Attẽde inquã,an tibi ꝓximitatẽ hãc ſatis ꝓbare videor? Primũ enim Stoicos
à Peripateticis quid differre putas?Vtriq; ꝑfecto beatæ vitæ dominã,effectricẽq; virtutẽ
cõſentiũt.In hoc fere totũ eſt.& qui in vno hoc cõſentiũt: vix in alijs diſſentire poſſunt.
Nam de corporeis,externiſq; cõmodis quæ alij bona appellãt,alij nõ bona: id nõ refert
quãtũ quiſq; illis tribuerit,ſi nõ plus his q̃ illis de verbo differẽtia eſt,nõ tamen de re. g

alteros vſitatũ verbũ delectat:alteros nouũ. quæ enim hi bona & mala,illi præpoſita &
reiecta appellãt.De fortunæ vero dolorib⁹,tormẽtiſq; corporis diuerſitas eſt:& quidẽ nõ
magna.Peripatetici enim nõ à quibuſuis calamitatibus vitã beatã depelli putãt:ſed ab in-
gentibus,& multis.& hæc ipſa ſi accidãt ſapienti:nequaq̃ cũ miſerũ fieri dicũt.Stoici vero
etiã in his ipſis calamitatib⁹ beatũ aſſerũt.Vides ergo q̃ parũ interſit inter hos duarũ ſe-
ctarũ magiſtros.Quinetiã voluptatis patroni:nõ multum ab his diſcedunt.Felicitas enim
abſq; voluptate eſſe nõ poteſt.adeo enim implicita eſt illi & ãnexa voluptas,vt ſeparari ne-
queat.Noĩẽ certe ipſũ quo beatitas deſignatur:à gaudẽdo apud græcos tractũ eſt,quaſi
vita quædã gaudioſa.Actio enim virtutis,ſciẽtiáq; & contẽplatio,cõſciẽtia deniq; ipſa re-
cte factorũ:immẽſas quaſdã voluptates continet:vt dubiũ fiat,hæc propter illã, an illa ꝑ-
pter hæc expetatur.Clamat enim Epicurus ipſe,nõ poſſe cũ voluptate viui,niſi iuſte,tem-
perate,prudẽtérq; viuatur:neq; rurſus iuſte,prudẽter,tẽperate niſi cũ voluptate.Ita cum
tres ſint philoſophorũ ſectæ:omnes profecto aut idem,aut prope de ſummo quidem bo-
no dicere videntur.quare nõ multũ tibi formidandũ eſt:vt dũ alteros ſectaris,ab alteris cõ-
tingat te abſcedere longius ¶M.Perq̃ gratũ mihi eſt inquit hãc(vt ita dixerim)conciliа-
tionẽ philoſophorũ audiuiſſe.nec placuit modo,tua de hiſce reb⁹ diſputatio: verũ etiam
placauit inquietã mentẽ(cui nã potiſſimũ inhæreret)hæſitãtem.Sed reſtat iã tibi tertia il-
la pars(cũ ſit'ne finis aliquis extremus & ſummus,& quis ſit conſpexerimus)vt nũc qui-
bus rebus ad illud veniatur oſtẽdas.¶L.Tute inquã ipſe viã nõ ex ſuperioribus dictis iã
hinc diſcernis?¶M.Diſcerno inquit.virtutes enim beatæ vitæ dominas,effectricéſq; con-
ſentio.ſed tamẽ de his ipſis audire ꝑcupio.¶L.Audiui igit̃ inquã etſi nõ ad viuũ referare
ꝓpoſitũ eſt,ſed quantũ ad euidentiã nũc ſat erit,breui diſcurſu ꝑtingere.¶M.Hoc ipſum
inquit,nũc poſtulo:de ſingulis vero ſi ambigã,aliás.¶L.Cum igitur per virtutes ad bea-
tam vitam perueniatur(ab his enim honeſtas,voluptáſq; vera exiſtit)de virtutibus ipſis
dicere aggrediar.atq; illud primũ à nobis intelligendũ eſt,virtutẽ omnem eſſe animi affe-
ctionẽ conſtantẽ:quã cõmuni nomine habitũ vocant.vt enim æquũ ſic à natura generatũ
videmus vt & currere & in gyrũ flecti & portare equitem poſſit:hæc tamen ipſa non per-
fecte agit,niſi cum domitus & exercitatus eſt,ita aſſuefactus vt illa bene , & ſcienter agat:
tunc enim perfectũ quoddã habere videtur. ſic & homo à natura aptus, per exercitatio-
nem & aſſuetudinem habitũ iuſtitiæ,& temperantiæ,cæterarúmq; virtutum nanciſcitur:
vt tunc demũ perfectũ ab vſu ſit,quod à natura fuerat inchoatum. Et de virtute quidem
omni in hunc fere modũ accipiendum eſt:habitũ ſcilicet eſſe animi exercitatione vſúque
Virtus. acquiſitum,vt iam perite & ſcienter opus ſuum perficiat. Virtutũ vero ipſarũ prima par-
titio eſt:vt aliæ ſint moris,aliæ intellectus . Conueniunt vero in eo ꝙ ſunt habitus. Diffe-
runt enim quia morales ſiunt in ea parte animi quæ non habet rationem:intellectiuæ au
tem in ea parte quæ rationem habet. Præterea morales virtutes mediocritates quædam
ſunt inter exceſſum & defectum: intellectiuæ autem exceſſum non habent, nec ſunt me-
diocritates.Inſuper morales circa affectus & actus,intellectiuæ autẽ circa veri deprehen-
ſionem magis verſantur.Sunt vero intellectiuæ virtutes quinq;,Sapientia,Scientia, Pru-
dentia,Intelligentia & Ars.moralium autẽ maior eſt numerus.vt enim affectus ſunt hu-
mani : qui nos inflectunt & ducunt, ita virtutes aduerſus hoc oppoſitæ reſiſtunt. Ex quo
fit vt morales quidẽ virtutes omnes circa difficile arduúmq; verſentur. difficile eſt enim
libidines quaſi freno compeſcere.difficile eſt iracundiam tenere. difficile auaritiam coer-
cere.idem eſt de alijs affectionib⁹ noſtris.Ad quæ enim proni natura ſumus. aduerſus il-
la virtutes opponuntur.Nil agas timide,dicit virtus:nil intemperanter, nil auare,nil ira-
cunde,nil inique,nil abiecte:grande potius quoddã tibi propoſitum ſit.& ſi aſſint faculta-
tes,magnificentia ſplendeat.Honores vero ita proſequere:vt declines ambitionem.veri-
tas:& in omni ſermone & in omni vita eluceat.Præterea caue ne te virtutis ſpecie decipi-
Fortitudo. at vitiũ.Inconſulta audacia,fortitudo nõ eſt,ſed temeritas potius & inſania : támq; eſt in
vitio qui nõ timẽda formidat,q̃ qui timẽda omnino nõ paueſcit.Sit timor in periculis:ita
tamen vt ſi perferenda ſint,ratio vincat ſuperétq; terrorẽ.At graue eſt vulnera excipere,
graue mortem obire. Sint ſane iſta(ſi ita vis)etiam grauiſſima:tamẽ incidunt tempora in

quibus honeſta mors,turpi fuerit vitæ à ſapiente præferēda:& vulnera per gloriā excipe-
re præſtet,q̄ per ignominiā corpus integrū ſeruare. Hinc fortitudo illa mirabilis exiſtit,
ſpecioſiſſima profecto virtus,oratorū campus:quæ tanto fauore hominū excepta eſt,vt &
defunctorū ſtatuas videamus fere habitu militari, quaſi præclarū ſit hoc potiſſimū gene-
re laudis in vita claruiſſe.Cómune certæ virtutis nomē:fortitudo ſola, in ſuam propriam
appellationē cóuertit.nec ſane immerito.Virtus enim à viro dicitur:vir autē conſtans ali
quid & pugnax deſignare videtur.itaq; illud in promptu eſt,Si viri eſtis,id eſt ſi fortes.Et
Cæſar milites increpans,inquit ſe nó tantū virtutē in milite deſiderare,quantū modeſti- Cæſar.
am:virtutē haud dubie pro fortitudine ponens.Itaq; vt in multis alijs,ita in hoc præclari
us græci q̄ nos.fortitudinē enim illi ἀνδρείαν vocant:id importat(vt verbū de verbo expri
matur) virilitatē.Nam tēperantia cómunis quidē eſt:nec viri ſolū,verū etiā mulieris.for-
titudo autē propria viri eſt.Verſatur autē tēperātia circa libidines compeſcendas.atq; vt Temperātia.
fortitudo à fuga nos reuocat,ſic tēperantia ab inſequēdo coercet:vt quodā modo inter ſe
cōtrariæ,vna ad præliū cohortari,altera receptui canere videatur.Eſt autem temperantia
circa eas voluptates,quæ & nobis cómunes ſunt cū cæteris animātibus.ex quo nó proprie
illæ quidē hominis voluptates:ſed magis ſeruiles,beſtialéſq; habētur. Diximus de affecti-
bus animi in metu & libidine.Quid?auaritiæ nónne arduū eſt frenū imponere?aduerſus
quā immoderationē virtus eſt, quā dicimus liberalitatē. ea eſt mediocritas quædā in ac- Liberalitas.
quirēdis,erogādiſq; pecunijs,remota quidē ab auaritiæ ſordibus:remota etiā à prodigali-
tatis amētia.auari eſt enim nimia acquirēdi cupiditas,& remiſſior q̄ oportet expendendi
cura.Hæc autē duo cōtrà in ꝓdigo.nā & diſſolutus in acquirēdo,& profuſus in largiendo.
Eſt horū medius liberalis,qui vbi & quādo,& quātū capiendū,erogādúmq; ſit tenet:& ra-
tionē ſecutus,habitū iam iſta agēdi ab vſu cótraxit.Sed vt circa pecuniarū cupiditatē libe
ralitas:ſic etiā circa cupiditatē honorū alia quædā virtus exiſtit ambitioni cótraria,nomē Modeſtia.
vero nequaq̄ ſortita.Sunt enim quidā plus q̄ oporteat honoribus inhiātes: quos dicimus
ambitioſos.Hi ferme idem in honoribus faciunt:quod auari in pecunijs cōparādis. Alij &
quos honeſte cóſequi poſſunt honores:abiectione quadā animi prætermittunt.Inter hæc
vitia,virtus eſt quædam intellecta quidē aperte:ſed non aperte nominata.At enim & libe
ralitati,& huic virtuti quæ eſt circa honores:duæ præclariſſimæ virtutes coniunctæ ſunt,
magnificētia & magnanimitas.quarū magnificentia,ſublimior quædā liberalitas eſt:circa Magnificētia
ſumptus ingētes & magnos.vt ſi quis ad vſum populi theatrū ædificet:vt ludos exhibeat Magnanimi-
Megalenſes,aut gladiatorū munus,aut epulū publicū.Hæc enim & huiuſmodi q̄ priuatū tas.
ſupra modū excedūt:ſplēdorē quēdā habēt eximiū,nec liberalia modo,ſed etiā magnifica
dicunt̄. magnificentia igitur ad liberalitatē talis eſt.eodémq; modo magnanimitas ad illā
aliā virtutē:quæ circa honores verſat̄. Eſt enim fere eadē,niſi ꝙ magnitudine animi pro-
poſitóq; ſublimi excedit:vt ſi maximi dignus ſit, maximos ſibi honores arrogare nō ve-
reatur.Proxima eſt māſuetudo,& ipſa quoq; aduerſus cupiditatem cóſtituta:nó pecunia- Manſuetudo.
rū,neq; honorū,ſed vindictarū.Eſt enim ira vlciſcēdi cupiditas: cui reſiſtit māſuetudo ne
plus nimio efferat̄.Huius exceſſus iracūdia:defectus vero ſegnicies,vtraq; in vitio.medio-
critas vero laudabilis:quæ & pro quibus,& aduerſum quos,& quātum oporteat,iraſcitur.
¶M.Hic ille ſublatis in me oculis quaſi admiraret̄:mediocritatē inquit iſtā cæteræ qui-
dē virtutes,quæ adhuc à te cómemoratæ ſunt recte ſuſcepiſſe videbātur.māſuetudo autē
(admiror)ſi hāc ſuſcipiat mediocritatē.Iā enim ſi hoc fatemur:illud quoq; cófitendū erit,
irā quandā eſſe laudabilē,de quo(vt verū tibi fatear)valde equidē ſubſiſto:quas vero cau-
ſas ambigēdi habeā,ſi nō tibi mea hæc interpellatio moleſta eſt:exprimere conabor ¶L.
Tu vero inquā arbitratu tuo.nó enim mei cauſa ſermo hic inſtitutꝰ eſt:ſed tui.¶M.Puto
igitur inquit,nullā irā eſſe laudabilē.ꝙ ſi nó laudabilis,neq; cū virtute:quoniā omnis virtꝰ
laudabilis eſt.Virtus enim excellentiā & præſtantiā dicit.nihil vero eſt omniū:quod non
abſq; ira melius faciāt homines,q̄ irati.Quid enim eſt ira:niſi ebullitio quædā & cócitatio,
maturo ſtabiliſq; cócilio & trāquillitati rationis aduerſa?Itaq; nó alia tā crebro pœnitenda
hominibus incidūt:q̄ illa q̄ per irā gerūtur.nā recta quidē illa ratio (qua nulla carere vir-
tus poteſt)ſedationē animi,ſerenitatémq; requirit.ira vero ꝑturbat,& cócitat:vt non ſolū

mētis iudiciū,ſed corporis etiā laudabilē ſtatū peruertat,illa quidē atq; detorqueat.furē
tes oculi,& tremētia labra,verba interrupta atq; infracta,iactatio brachiorū inſana,pro-
greſſio amēs:hæc autē (vt tua pace dixerim)furori propiora mihi vidētur q̄ virtuti.atq;
perabſurdū eſt rectā quidē rationē in virtutibus dominari dicere:irā vero quæ nos à re
cta ratione dimouet,in virtutibus aliquādo eſſe fateri.& hūc ſeruaturū eſſe modū in re-
bus agēdis credere:qui in ſeipſo modū nō ſeruat.Vidētur porrò & ſapiētes viri:hoc ipſū
(qđ modo dixi) aptiſſime teſtificari.Sūt enim vt videmus libri cōplures aduerſus irā ab
illis cōſcripti. qui vero cōtrà inirafcētiā ſcripſerit: nemo adhuc,qđ equidē ſciā,reꝑtus eſt:
quaſi nō iraſci laudabile ſit,iraſci vero vitioſum.Quòd ſi irā nunq̄ laudabilē eſſe cōſtat:ſe-
quitur vt mediocritas nulla eius ſit,ſed omnē penitus huiuſmodi ꝑturbationē animi eſſe
improbandam.❡L.Tū ego nō ignoro inquā:iſta dici ſolere,ab ijs qui contra Peripateti-
cos diſputāt:ſed tamē refert quid quiſq; ſentiat.Quæris num excādeſcentiā vehemētḗq;
iracundiā probē?Negabo equidē atq; deteſtabor.Quid enim amētius?quid furori ſimili⁹?
Quæris rurſus num inirafcētiā,& ſegniciē omni tēpore laudē?hāc rurſus vitio ducā,atq;
reprehendā.Etenim peto abs te ſi ſeruus parētē verberet tuū:aut ſi filiæ virgini vim affe
rat,num tu hæc aſpiciēs,animo trāquillo eſſe debeas?vel poti⁹ motu quodā animi ad in-
fringendā illius cōtumeliā inſurgere?Reſpōdebit profecto pietas ipſa,& ratio:reprehēdē
dum eſſe te,niſi pro tāta parētis,filiæq; iniuria indignationē ſuſcipias,& ad vindictā cum
acritate quadā vehemētiori perciteris.Quid enim quæſo agat filius:cōtumeliā parētis in-
dignā cernēs?Stabit credo eodē animo atq; vultu quo fuerat prius:nec eū tā chariſſimi,
atq; cōiunctiſſimi iniuria cōmouebit?Et quis nō hūc deteſtet̃,atq; reprehēdat?Ita fit vt ira
quædā nōnunq̄ laudabilis ſit,& non iraſci in vitio reponat̃.Videtur porrò neq; ſenſum,
neq; mentē habere,qui vſque adeo hebes,& diſſolutus eſt,vt neq; doleat,neq; grauiter fe
rat:cū patriæ,cū parētibus,cū filijs,cū cæteris (quos chariſſimos habere debemus) cōtu-
meliæ inferūtur.Neq; ſane verū eſt quod dixiſti:nihil eſſe omniū qđ non abſq; ira melius
fiat.Iuuāt enim interdū,& certe decēt ſtimuli quidā,& motus animi vehemētiores ꝓ in-
dignitate flagitij,nō immerito ſuſcepti:qui nos ad pietatē,fortitudinḗmq; impellūt.Nam
qđ ais neminē adhuc cōtra inirafcētiā ſcriptitaſſe:ignorare mihi Ariſtotelē videris,q vbi
ſcriptorū ſuorū ſegniciē,& inirafcentiā iſtā magnopere dānat.Itaq; vt tu iracundū illum
furenti:ſic ego diſſolutū hunc,& ſegnem mēte capto aſſimilabo:qui nec ſentire,nec cura-
re,nec affici vlla re videatur.Sed hæc ſatis.Ad reliqua inſtituti operis reuertamur.Dixi-
mus de māſuetudine,atq; illius extremis.In vita autē & cōuerſatione multi peccāt.nam
reperiūtur quidā cōtentioſi,diſplicētes,duri,difficiles,inhumani. Cōtrà́q; alij adulatores,
placēdi ſtudio omnia aſſentātes.Hæc vtraq; vitāda ſunt. Media vero inter hæc virtus eſt
Amicitia. amicitiæ ſimilis procul ab aſſentatione:procul à cōtentioſa aſperitate. Eodḗmq; modo &
Affabilitas. oſtētationē & ironiā in vita & cōuerſatione abeſſe cōuenit: quarū altera in plus ficto eſt,
Veritas.. altera in minus.Grauitas vero harū mediocritas eſt:ſed ab oſtētatione remotior.Cū autē
Grauitas. Comitas ſit in vita ceſſatio quædā atq; remiſſio(neq; enim cōtinuo laborare homo poteſt) ſolatio
rū quædā moderatio eſt.nā ſi omnē refugias iucūditatē:ruſticus ſis.ſi autē omnē arripias
iocandi occaſionē,ita vt nec honeſtati, nec dignitati parcas,modo riſum mouere poſſis:
ſcurra.inter hæc moderatio,eſt quædā virtus, quæ ab his extremis reducta, comitas ap-
pellat̃.Sic tergemina ſunt vitia in cōuerſatione hominū deuitāda:ne aduerſatores odioſi,
néve rurſus placētes adulatores ſimus,ne fingam⁹ oſtētādo,néve rurſus minuēdo ironia
vtamur,ne procul ab omni iucūditate,néve rurſus ridiculi homines ſcurrǽq; habeamur.
Iuſtitia. Iuſtitia vero duplex eſt.Vna ꝑfecta,quæ omnē cōplectitur virtutē:altera ſingularis,in æ-
Æquitas. quitate repoſita.Aequitas autē eſt,vt ne plus cōmodi,néve minus incōmodi ſuſcipiatur.
❡M.Hic ille:patere quæſo inquit,parūper & in hoc loco interpellari te.Cupio enim,niſi
moleſtū ſit,quāobrē perfectā virtutē iuſtitiā dixeris,intelligere:an forſan aliæ de quibus
ſupra dixiſti virtutibus ꝑfectæ nō ſint,ne fortitudo quidē illa quā tu multis verbis orna-
ſti?q̄ ſi illæ perfectæ:cur huic perfectionē potius attribuas q̄ illis,nō plane intelligo.❡L.
Iure tu quidē ābigis inquā:ſed nō omnia poſſunt in hoc tāto & tā præcipiti diſcurſu ex-
plicari.Iā́q; à nobis dictū eſt nō eſſe propoſiti noſtri vt ad viuū ſingula referemus:ſed tā́q̄

introductores aliqui,euidentiā quandā & prægustationē rerū in præſentia tradere.Quòd
tamen nūc de perfecta requiris virtute,ſcire debes bifariā dici perfectā.vno quidē modo
vt inchoatę opponitur.neq; enim eſt dubiū nos ad iuſtitiā,& tēperantiā,& fortitudinē, &
liberalitatē quodā modo natura aptos produci:vſus tamē & aſſuetudo,exercitatióq; ipſa
(vt de æquo ſupra diximus) ita nos afficit,vt tūc iam ꝑfectū ab vſu ſit,quod à natura fue-
rat inchoatū.Iſto quidē modo omnis moralis virtus perfecta eſt:nec minus aliæ q̄ ipſa iu-
ſtitia.Alio modo perfecta virtus dicitur quæ omnē omnino virtutē cōtinet,& cōplectitur:
talis vero eſt iuſtitia illa de qua primo diximus,eſt enim ſecūdum leges obſeruatio quæ-
dā.Leges autē cunctarū virtutū opera iubēt:& vitiorū omniū facinora vetāt. Nā & quæ
ſunt cōtinētiæ:vt nō cōmittes adulteriū,nō flagitiū facies.Et quæ ſunt fortitudinis: vt nō
fugies in acie,nō deſeres locū,nō arma abijcies.& quæ ſunt manſuetudinis:vt nō iurgia di
xeris,nō pulſabis,non cōtumelia afficies.& ſic de alijs virtutibus & vitijs, illas iubēdo,iſta
vetādo.Quæ vero à legibus proficiſcūtur,iuſta ſunt.Itaq; illa pars iuſtitiæ quæ eſt legis cu
ſtos,& obſeruatrix vniuerſalis quædā eſt,& vſum omniū virtutū in ſe cōtinet.atq; ideo ꝑ-
fecta dicitur,ꝙ nullus virtutis vſus illi deſit:quaſi cōpleta quædā & abſoluta virtꝰ.Alia ve
ro iuſtitiæ pars (quā in æquitate repoſitā diximꝰ) particularis eſt:vt nō plus cōmodi,neu
minus incōmodi ſuſcipiamus Eſt igit̄ iuſtitia duplex:vna vniuerſalis virtus,altera ſingula
ris. Prima eſt enim illa ſplēdida de qua Euripides inquit,Neq; lucifer,neq; heſperꝰ ita mi- **Euripides.**
rabilis.Altera vero nō plus ferme laudis in ſe habet:q̄ vna cæterarū virtutū.❡M.Mihi q-
dē inquit,hæc periucūda fuere:& mādaui memoriæ q̄ dixiſti.Sed nūc qđ reliquū eſt:intel
lectiuas virtutes expecto.❡L.Vnū adhuc reſtat inquā qđ ignorare te nolo:poſtea ad in-
tellectiuas trāſibimꝰ.❡M.Quid eſt inquit?❡L.De cōtinētia inquā & incōtinētia dicere: **Continentia.**
quæ res & diff.cultatē habet,& pleroſq; fallit,& ad vtilitatē nō cōtēnendā eius cognitio af
fert.Cōtinētia igitur non eſt illa quidē virtus:ſed finitimū quoddā & proximū.Oſtenſum
eſt enim prius omnē virtutē eſſe habitū.Cōtinētia vero habitus nō eſt.Itaq; nec virtꝰ dici
poteſt.Verſantur autē cōtinētia,& incōtinētia in ijſi in quibus tēperantia & intēperantia.
Abſtinet quis à iucūditate ſenſuū indebita:ſi diu hoc egerit in habitū trāſit, & tunc demū
virtus elucet tēperātiæ.antè vero q̄ cōſtitutus ſit habitꝰ:in ipſis opibus cōtinētia eſt.itaq;
& dolēs abſtinet cōtinēs:nec ſatis firmus eſt aduerſus cupiditatē. Eodē modo incōtinens
nondū habitū vitij cōtraxit.Itaq; rationē diſcernit,& principiū tenet:ſuperat̄ tamen ab af
fectu,& inuitus quodā modo captiuus abducitur.de quo recte poeta inquit,Video melio
ra proboq;:Deteriora ſequor.At intēperās in habitu vitij cōſtitutus: nec rationē iam,nec
principiū tenet.atque ita corruptus eſt: vt puerſa natura rerū, malū quidē bonū arbitret̄,
bonū autē malū.Itaq; eligēs facit intēperās:incōtinēs vero,nequaq̄ eligēs,quia rationē in-
telligit.ſed tamē trahit̄ violētia cupiditatis,quæ in eo quidem eſt omni ratione potētior.
Habes nūc de cōtinētia,& incōtinētia:quæ breuiter dici potuerūt. hæc eadē vtilia ſunt &
in cæteris virtutibus:vt habitū,electionēq; in illis recognoſcas. Vitioſus enim omnis qui
habitū iā vitij cōfecit:lumē cognitionis,principiūq; amiſit. quāobrē malo gaudet:quia id
bonū putat.qui vero nōdū habitū effecit:ſe quidē male agere intelligit,pugnátq; ſimilis
affectus,& ratio atq; modo hic,modo illa peruincit.Placet igit̄ inter virtutē & vitiū me-
dias eſſe effectiones quaſdā nōdū ſatis ſtabilitas:vt modo ad hanc,modo ad illā inflecta-
mur.Nūc vero quoniā de moralibꝰ dictū eſt:intellectiuas virtutes breuiter videamus.Ea- **Virtus intel-**
rū nēpe diſcuſſio prolixitatē exigit:breuitas autē ſuſcepti operis cōpendiū flagitat.Tanq̄ **lectiua.**
igitur digito illas mōſtrātes:notare tantū ſingulas illarū contenti erimus.Quoties ergo
de virtute propria loquimur,ſiue illa moralis,ſiue intellectiua ſit:de animi virtute nō au
tē corporis nos loqui intelligēdū eſt.Ipſius vero animi partes ſunt duæ.Vna rationalis: **Partes animi.**
altera nō habēs rationē.Ea rurſus q̄ rationē nō habet:partim eſt vegetatiua exps omnino
rationis,quā plātis etiā ineſſe cōſtat.partim eſt appetitiua:cupiditatis,& metꝰ,& affectio-
nū omniū capax,q̄ etſi rationē nō habet,audiēs tamē eſt parēſq; rationi.Hæc eſt enim il
la pars animi noſtri quā increpamꝰ errātē,quā coercemꝰ elatā,quā excitamꝰ iacētē,quā
cōſolamur afflictā.Hāc nos dirigimus,& rationi obtēpare cōpellimꝰ.In hac demū parte
virtus moralis ſit:quæ eſt habitus animi ꝑ aſſuetudinē acquiſitus,vt mediocritatē quādā

in affectibus ſeruet.Irrationalis igitur pars animi duplex eſt:vt oſtẽdimus.Rationalis ve-
ro etiã duplex.nã eius vna pars eſt cõſultatiua,altera ſciẽtifica.Cõſultam⁹ enim de ijs quæ
aliter eſſe poſſunt.Scimus vero ea quæ aliter eſſe non poſſunt. In hac itaq; rationali parte
animi:virtutes intellectiuæ fiũt.atq; vt iſta diuiditur:ſic illæ diſtinguũtur.Quinq; vero eſſe
Prudentia. numero intellectiuas virtutes ſupra diximus:inter quas prudentia nobis prima occurrit,
cum ſuperioribus (quas retulimus) virtutibus fere cõiuncta.Etenim in rebus agendis re-
cta illa ratio quæ moralib⁹ moderatur virtutibus,quæ'q; extrema refugiens in mediocri-
tate quadã laudabili cõſiſtere facit:nihil aliud q̃ prudentia eſt.Ex quo fit vt nulla moraliũ
virtutũ abſq; prudẽtia eſſe poſſit. verſatur autẽ prudẽtia in ijs rebus quæ nõ ſemper eodẽ
modo fiũt,ſed aliàs aliter:in quibus etiã cõſiliũ,& electio locũ habẽt.Nam de certis & im-
poſſibilibus aliter ſe habere:fruſtra quis,aut cõſultat aut eligit.Itaq; & cõſiliũ,& electio à
prudentia eſt,réſque agendæ omnes cõſilio,electionéq; pendent.Videtur autẽ electio nõ
alijs ferme vllis q̃ homini conuenire.Nam neq; beſtijs quæ ſunt infra hominẽ,quoniã ra-
tione careant:neq; rurſus ideo,quoniã ille puro intuitu ſingula diſcernens,nulla de re am
bigere poteſt.at cõſilium & electio de re dubia eſt.Dicitur autẽ electio ꝙ è pluribus in cõ-
ſultatione propoſitis:vnũ legatur,id eſt ſuſcipiatur. fit autẽ hoc cum pluribus propoſitis
cõmodis,id quod videtur maximũ, potiſſimúmq; aſſumimus : aut cũ pluribus propoſitis
incõmodis minime malum recipimus.Hæc autẽ & tẽpus & accidẽtia variãt,& rerũ expe
Scientia. rientia cõſiliũ dirigit.Prudẽtia igitur de ijs eſt quæ aliter eſſe poſſunt.Scientia vero con-
trà de ijs eſt rebus quæ ſemper eodẽ modo ſunt:& aliter eſſe nõ poſſunt.principia tamen
Intellectus. nõ tractat:ſed ab illis iã cognitis diſcurrit.Intelligẽtia vero principiorũ eſt,& circa illa ver
Sapientia. ſat̃.At ſapiẽtia vtraq; cõplectit̃.Nã & de principijs,& de ijs quæ à principijs manant,iudi-
cat & diſcernit.Itaq; recte diffinita eſt rerũ diuinarũ,humanarũq; cognitio.O' p̃clarã ſupel
lectilem (inquit) & quaſi diuinã quãdam intelligẽtiæ ſyluã.quæ enim vel auditæ ſerenãt
Ars. animum:quid guſtatæ,receptæ'q; efficiant?Reſtat ars inquã quæ in eodẽ genere quo pru
dentia,verſatur:ſed in eo differt ꝙ ars in faciendo eſt,prudentia in agẽdo.Enimuero cum
plures ſint virtutes vt diximus,conſtat alias ad otioſam vitã in contẽplatione repoſitam:
alias ad negotioſam & ciuilẽ eſſe aptiores.Sapientia enim,ſcientia,& intelligentia cõtem-
platiuũ alunt.Prudentia vero in omni actione dominatur.Vtraq; ſane vita:laudes cõmẽ-
dationéſq; proprias habet.Contemplatiua quidẽ diuinior plane,atq; rarior.Actiua vero in
cõmuni vtilitate præſtãtior.Itaq; vel in priuata, vel publica re,quæcunq; excellẽter & cũ
laude,quæcunq; pro vtilitate aut noſtra,aut patriæ,aut hominum nobis chariſſimorũ agi-
mus:ea quidẽ omnia à prudẽtia & ab ijs virtutibus quæ ſunt cũ prudẽtia copulatæ,deſcẽ-
dũt.Sed illud ante omnia intelligendũ eſt:niſi bonus ſit vir prudẽtẽ eſſe neminẽ poſſe.Eſt
enim prudentia vera extimatio circa vtilitatẽ.vera autẽ extimatio incorrupta eſt. Tales
vero ipſæ res,quales reuera ſũt:niſi bono viro videri poſſunt.Improborũ ſiquidẽ hominũ
iudicia perinde ſunt vt ægrotãtiũ guſtus,qui nulla ferme in re verũ ſaporẽ agnoſcũt.Itaq;
nihil eſt omniũ:cui magis officiãt vitia morũ q̃ prudẽtiæ.Sceleſtus enim,& flagitioſus ho
mo veras mathematicæ demõſtrationes & phyſicæ notitiã retinebit : ad prudentiæ vero
opera omnino cæcatur:& lumẽ veritatis in hac vna admittit.Atqui cõſtat & hũc nihil vel
le niſi bonũ.at in illo ipſo caligãtur oculi: ꝙ bona putat,quæ bona nõ ſunt.Videmus alios
[illegible] amator pue-rorum. tyrãnidi inhiãtes:alij rapinas,fraudéſq; meditãtur.Mœchi vero iſti,& pæderaſtæ quicq̃d
pro libidine explẽda non prætermittãt.His ſi forte deus aliquis cupiditatẽ illã morbúm-
que animi euellat,ac viri boni mentẽ,iudiciúmq; infundat:tanq̃ reſpicientes,luménq; reci
pientes,quãtis in tenebris verſati ſint recognoſcent,ſuúmq; ipſi maxime deteſtabũtur er
rorem.Propoſita etenim nobis in omni vita felicitas eſt, eiúſq; cupido nobis ingenita.Ad
hãc nõ per vitia & libidines(quæ nec laudẽ in ſe habent vllã:nec quietare animũ poſſunt)
ſed per virtutes modeſtiámq; aſcenditur.Bono igitur viro,rectũ expeditúmq; iter eſt ad
felicitatẽ.Solus enim hic nõ fallit̃:neq; aberrat.Itaq; is ſolus bene viuit,& bene agit:malus
autẽ cõtrà.Si ergo beati eſſe volumus:operã demus vt boni ſimus,virtutéſq; exerceamus.

¶Introductorij de moribus Dialogi,tanquam moralium à Leonardo
Aretino tramitis admodum peruij,Finis.

ARISTOTELIS STRAGYRITAE ETHICORVM LIBER PRIMVS AD NICOMACHVM, INterprete Leonardo Aretino.

Caput primum.

1 OMNIS ARS, OMNISQVE DOCTRINA,
ſimiliter autem & actus & electio: bonum quoddam appe-
tere videtur. Quapropter bene oſtenderunt ſummum bo
2 num quod omnia appetunt. ❡Videtur autem inter fines
differentia quædam. alij nanque ſunt operationes, alij præ-
3 ter eas opera aliqua. ❡Quorũ vero fines ſunt aliqui præ-
ter actiones: in ijs potiora ſunt opera quàm operationes.
4 ❡Sed cum multi ſint actus, & artes & ſcientiæ: fit etiam vt
multi ſint fines. nam medicinæ quidem ſanitas, nauicularíæ
vero nauigium, rei militaris autem victoria, œconomicæ
5 vero diuitiæ. ❡Quæcunque autem ſunt huiuſmodi ſub vna aliqua virtute: quemadmo
dum ars frenorum faciendorum, & aliæ omnes quæ ad ſtructuram equorum pertinẽt:
ſub equeſtri cõſiſtunt, ipſa vero equeſtris, & omnis bellica actio ſub re militari: eodém-
que modo alij ſub alijs. in cunctis autem fines earum quæ magis principes ſunt: omni-
bus inferioribus ſunt anteponendi. nam illorum gratia iſtos proſequimur. nihil autem
refert vtrum operationes ipſæ fines ſint actuum: vel præter ipſas aliud quiddam, quẽ-
admodum in ijs quæ appellantur ſcientiæ.

Cap. II.

6 SI igitur agibilium finis quiſpiam eſt: quem propter ſeipſum velimus, alia vero
propter illum: nec omnia propter aliud optamus, nam ſic in infinitum eſſet etiã
progreſſus, vanáque & ſtulta reſultaret cupiditas, manifeſtum eſt id eſſe ſummũ
7 bonum & optimum. ❡Atque huius nimirum cognitio ad vitam noſtram multum cõ
8 ferret: ac velut ſagittarij ſignum habẽtes, facilius quod oportet aſſequeremur. ❡Quòd
ſi ita, adnitendum eſt idipſum quaſi figura comprehendere quid ſit & cuius ſcientiarũ
9 vel facultatum. ❡Videtur profecto eius eſſe quæ maximè dominetur atque præſideat.
talis vero ciuilis apparet. Hæc enim & quas diſciplinas in ciuitatibus eſſe, & quales quẽ-
que addiſcere & quouſque oportet: ipſa diſponit. Videmus & honoratiſſimas faculta-
tes huic ſubeſſe: vt rem militarem, œconomicam, rhetoricam. cúmque reliquis ſcientijs
quarum eſt in agendo opus vtatur, ac præterea leges ferat: & quid agere quiſque & à
quo abſtinere debeat ipſa conſtituat: eius perfectio finis aliarum fines continebit. itaq;
illud erit vtique ſummum bonum humanum. Etſi enim idem eſt vni & ciuitati: maius
tamen ac perfectius ciuitatis videtur, & in capiendo, & in conſeruando. amabile quidẽ
& vni ſoli: pulchrius tamen ac diuinius genti, ciuitatibúſque. intentio igitur circa iſta
verſatur: ciuilis quædam conſideratio exiſtens.

Cap. III.

10 IN qua dici ad ſufficientiam putandum erit: ſi ſecũdum ſubiectam materiam de-
claretur. nam certitudo quidem non eodem eſt modo in omnibus perquirenda,
quemadmodum nec in artificum operibus. Honeſta vero & iuſta de quibus ciui-
lis conſiderat: tantam varietatem & diſcrepantiam habent: vt lege duntaxat, non autẽ
natura conſtare videantur. talem quandam & ipſa bona habent varietatem: propterea
quòd ſæpe ab illis acciderit detrimenta. iam enim quidã ob diuitias periere, alij ob forti
tudinem. ſatis ergo fuerit de ijs & ex ijs loquentes: groſſo modo ac veluti per figuram
veritatem oſtendere, & ſecundum ea quæ plurimum fieri ſolent de huiuſmodi rebus
tranſigere. eo denique modo ſingula quæ de his dicentur recipiẽda ſunt. nam eius qui
eruditur eſt eatenus in vnoquoque genere certitudinem exigere: quatenus eius natura
rei recipit. Simile quippe videtur à mathematico perſuaſionem recipere: & ab oratore
11 demonſtrationem requirere. ❡Quiſque bene iudicat quæ cognoſcit, eorúmque bonus
eſt iudex. ſingula igitur is qui in ſingulis. ſimpliciter autem is qui in cunctis eruditus

eſt.ex quo fit vt iuuenis quidem nequaquam idoneus auditor ſit ciuilis diſciplinæ. ru-
dis enim earum rerum:quæ in vita verſantur. ſermo autem ex illis & de illis eſt. Se-
quax vero adhuc affectibus exiſtens:inaniter,& inutiliter audiet.cum finis non cogni-
tio ſit,ſed actio.Nihil autem differt ætate quis iuuenis ſit,an moribus.non enim in tē-
pore defectus:ſed in viuendo & in perſequendo ſingula ſecundum animi perturbatio-
nem.nam talibus quidem inutilis erit iſta cognitio:quemadmodum ijs qui incontinē-
tes ſunt.¶Qui vero cupiditates ſuas rationi ſubijciunt: ijs iſta ſcire multum admodū 12
proderit.At de auditore quidem,& quemadmodum recipiendum ſit,& quid propona
mus:hæc præfatos eſſe ſufficiat. Cap.IIII.

QVoniam vero (vt prædiximus) omnis cognitio atque electio bonum quod- 13
dam affectat:videamus quid eſt id quod ciuilē dicimus affectare,& quod om
nium agibilium ſupremum eſt bonum.¶Nomine quidem omnes ferè con- 14
ſentiunt.felicitatem enim vulgus ſimul,eruditíque appellant:ſed & be-
ne viuere,& bene agere pro eodem accipiunt,ac felicem eſſe.quid vero ipſa felicitas ſit:
de eo ſanè inter ſe diſcrepant.nec idem vulgus,ſapientéſque tradiderunt. nam alij qui-
dam ex ijs quæ clara,& manifeſta ſunt:vt voluptatem,aut diuitias, aut honorē.alij itē
aliud.nonnunquam etiam vnus & idem diuerſa.Aegrotans enim ſanitatem,paupet di-
uitias,ignorantiæ ſuæ conſcij:eos qui magnum aliquid & ſupra ſe dicunt:admirantur.
Quidam vero & præter hæc bona:aliud quiddam ipſum per ſe eſſe putant,quod cauſa
ſit omnibus ijs quòd bona exiſtant. cunctas igitur opiniones ſcrutari ſuperuacaneum
forſan eſſet.ſufficiet autē ſi illas quæ apparentes ſunt,aut rationem aliquam habere vi
deantur.¶Nec vero nos lateat differre eos ſermones qui à principijs ſunt:& eos qui ad 15
principia.Recte enim Plato dubitauit,quæſiuítq; vtrum à principijs via ſit,an ad prin
cipia:quemadmodum in ſtadio ab ijs qui principia ponunt ad finem vel contra.incipiē-
dum quidem à notis eſt:ſed hæc bifariam.Alia enim nobis nota ſunt:alia ſimpliciter.
nos fortaſſe ab ijs quæ nobis nota ſunt incipere debemus. ¶Itaque bene inſtitutum 16
moribus eſſe oportet eum:qui de honeſtate,& iuſtitia, & omni ciuili ratione ſufficien-
ter ſit auditurus.nam principium eſt quia. & ſi hoc ſufficienter conſtat: nihil opus erit
propter quid.ſed qui ita inſtitutus eſt: aut iam habet principia, aut certe faciliter capi-
et.cui vero neutrum iſtorum aſſitiis audiat Heſiodum,

Heſiodus.

Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens:
Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
Ille bonus rurſum:monitus qui recta ſequatur.
Qui nec ipſe videt neq; credit recta monenti:hic nulla in parte vtilis eſt. Cap.V.

SEd redeamus vnde digreſſi ſumus. bonum & felicitatem non abſque ratione & 17
modo viuendi exiſtimare videntur.Nam vulgus quidem atque oneroſiſſimi,vo
luptatem.Quapropter & ipſi vitam adamant voluptuoſam.Tres enim ſunt ma
xime præcipuæ:illa quam nunc diximus,item ciuilis, tertia contemplatiua. ¶Vulgus 18
igitur omnino ſeruile videtur:vitam pecorum deligendo. Suſtentatur autē ob id quod
pleriq; in poteſtatibus conſtituti: inſtar Sardanapali vitam agunt ¶Elegantes autem 19
viri,& rebus agendis apti:honorem.hic ferè enim ciuilis vitæ finis eſt.Sed videtur le-
uior quàm is quem quærimus finem:magiſque in honorantibus,quàm in eo qui hono
ratur conſiſtere.nos autem proprium quiddā & quod leuiter auferri nequeat:ſummū
bonum vaticinamur.Inſuper honoré ſequi videntur:vt ſe bonos eſſe confirment.itaque
à ſapientibus maximè quærunt,& apud illos qui eos cognoſcunt & virtutis cauſa:lau-
dari.patet igitur quantum ad hos attinet:virtutem eſſe potiorem. ¶Atque eam for- 20
taſſe quiſpiam ciuilis vitæ finem magis putabit:ſed videtur hæc imperfectior.Nam &
dormire virtutem habētem,& nó operari in vita:recipere videtur, & inſuper maxima
mala,aduerſitatéſq; ſubire.cum vero qui ita viuat:nemo beatum dicet,niſi poſitionem
cuſtodiens.Et de his quidem ſatis.nam & in coronis de his abundè dictum.Tertia eſt
contēplatiua vita:de qua in ſequētibus conſiderationem faciemus. ¶Pecunijs vero in- 21
tendens violentus quidam eſt:ipſæq; profecto diuitiæ,nequaq̄ ſunt id quod quærimus

bonum. Vtiles enim & alterius gratia. itaque magis illa quæ ſupra diximus fines quis
exiſtimet: quoniam propter ſe expetuntur. ſed apparet nec illa eſſe: quãuis multa ver-
ba in his conſumpta ſint. His igitur omiſſis Cap. VI.
22 DE vniuerſali forſan videre præſtabit: & quemadmodum dicatur inquirere. quã-
quam hæc quæſtio perardua ſit: ob amicos qui ideas introduxerunt. Sed pro
defenſione veritatis etiam propria impugnare oportere: præſertim philoſo-
phos magis forſan exiſtimandum. Nam cum ambo ſint amici: pium eſt veritatem in
23 honore præferre. ¶ Huius opinionis latores non ponebãt ideas in quibus prius & po
ſterius dicebatur. Itaq; nec numerorum ideam conſtituebant. bonum autem dicitur &
in eo quod quid eſt, & in eo quod quale, & in eo quod ad aliquid. Quod vero per ſe at-
que ſubſtantia: prius eſt natura quàm id quod ad aliquid eſt. nam id tanquam adiacens
quiddam & accidens ſubſtantiæ videtur eſſe. quare in his quidem nequaquam com-
munis quædam foret idea. Præterea cum bonum tot modis dicatur quot modis dici-
tur ens. Nam & in eo quod quid eſt: vt deus & mens. & in quali: virtutes. & in quanto:
menſuratum. & ad aliquid: vtile. & in tempore: occaſio. & in loco, diæta. & alia huiuſmo-
di: manifeſtum eſt non eſſe commune vniuerſale & vnum. non enim in omnibus ſed
in vno duntaxat prædicamento diceretur. Præterea cùm eorum quæ ſecundum vnam
ſunt ideam vna ſit ſcientia: certe & bonorum omnium vna ſcientia foret. Nunc autem
ſunt plures etiam eorum quæ ſub vno prædicamento ſunt: ceu temporis quidem in bel
lo, res militaris: in morbo, medicina: in laboribus, gymnaſtica. Ambigat ideo quiſpiam
quid dicere velint ipſum quódque: ſiquidem in vno homine & in homine vna atque
eadem ratio hominis eſt. qua enim homo, nihil differant: quod ſi ita, nec qua bonum.
Siquidem nec magis album id quod diuturnum, quàm id quod vnius diei. Probabilius
autem videntur dicere Pythagorici, qui in ordine bonorum vnum reponunt: quos eti- Pythagorici.
am Pſeuſippus ſequi videtur. verum de his dicetur alio loco. Ex illis vero quæ ſupra Pſeuſippus.
diximus dubitatio quædam ſuborta apparet: quoniam de vniuerſo bono ſermo habe
batur. & quæ nos propter ſeipſa appetimus, atque optamus: ſecundum vnam ſpeciem
dicuntur. quæ vero hæc efficiunt, aut cuſtodiunt, aut contraria prohibent: propter
illa dicuntur & alio modo. Conſtat igitur bifariam dici bona: alia propter ſeipſa, alia
propter illa. Quæ ergo propter ſe bona ſunt ab vtilibus ſeparantes conſideremus, ſi
ſecundum vnam dicantur ideam. Sed quæ ponenda ſunt propter ſe bona? an quæ ſola,
licet quis perſequitur? veluti ſapere, videre, & voluptates quædam & honores. nam hæc
etſi propter aliud perſequamur: tamen & propter ſeipſa in bonis quis reponat. an ni-
hil aliud quicquam præterquam ideam? Itaque ſuperflua ſpecies erit. Si autem & hæc
ſunt propter ſe bona: eandem in cunctis rationem boni extare oportebit, quemadmo-
dum albedinis in niue & ceruſa. honoris autem & prudentiæ & voluptatis: aliæ atque
diuerſæ ſunt rationes, qua bona ſunt. non eſt ergo bonum commune aliquid ſecũdum
vnam ideam. Quemadmodum ergo dicuntur? neque enim ſimilia videntur iis quæ for
tuito æquiuoca ſunt: ſed videlicet ex eo quia ab vno ſunt, aut quia ad vnum cuncta cõ
terminant, vel potius ſecundum analogiam. vt enim in corpore viſus, in anima mens,
& aliud certe in alio. Sed hæc fortaſſe nunc relinquenda ſunt. nam ea trite diſcutere al
terius eſſet philoſophiæ magis. Similiter autem & de idea. ſi enim vnum quiddam
eſt, quod communiter de omnibus dicatur bonum, aut ſeparabile aliquid per ſe: cla-
rum eſt id non eſſe tale quod ab homine agi vel poſſideri queat. nunc autem tale ali-
quid quæritur. At forte videri poteſt, alicui melius eſſe idipſum cognoſcere: gratia il-
lorum bonorum quæ agi poſſiderique poſſunt. nanque ſi hoc tanquam exemplar ha-
buerimus, magis intelligemus quæ nobis ſunt bona: intelligentes vero adipiſcemur.
24 ¶ Hæc verba ſuaſionem continent quandam: ſed ſcientiis diſſonare videntur. Nam
illæ quidem omnes bonum affectantes & quod deeſt perquirentes: cognitionem
huius prætermittunt. atqui tantum ac tale auxilium à cunctis artificibus ignorari,
neque perquiri abſurdum eſſet. Nec vero apparet quid conferat textori, aut fabro ad
artem ſuam: ſi ſciuerit quid ipſum ſit bonum. aut quid medicus vel dux peritior fue-

rit:ſi ideam ipſam contemplatus ſit.Neque enim iſto modo ſanitatem conſiderare vide
tur medicus,ſed hominis ſanitatem : imò forte huius.nam ſingulis medetur . ac de his
quidem ſatis.

Cap. V I I.

RVrſus vero ad id quod quærimus bonum:quid tandem ſit,redeamus.videtur 25
enim aliud in alia menſa atq; arte exiſtere. ſiquidem aliud in medicina , aliud
in re militari,aliud item in alijs.quid ergo in ſingulis erit bonũ, nónne id gra-
tia cuius fiunt cætera?eſt autem hoc in medicina ſanitas,in re militari victoria,in archi
tectura ædificium,item in alio aliud.in omni deniq; actu, & inſtituto , id quod finis eſt.
nam huius gratia cætera fiunt.¶Quare ſi vnus aliquis omnium agibilium finis eſt: id 26
certe eſſet ſummum in agendo bonum.ſin autem plures:plura. tranſcẽdens certe in idẽ
recidit ſermo.Sed conandum eſt magis etiam hoc declarare. ¶Cum ergo conſtet plu- 27
res fines eſſe,& quoſdam ex ijs aliorum gratia expeti,ceu diuitias, fiſtulas, omniáq; in-
ſtrumenta:patet non cunctos eſſe perfectos . ¶At quod optimum ſit : perfectum eſſe 28
conſtat. quare ſi vnum aliquid & ſolum perfectum eſt:id certe eſſet quod quæritur. ſin
plura:id quod eorum perfectiſſimum eſt.¶Perfectius autem dicimus id quod propter 29
ſe expetibile eſt:quàm id quod propter aliud. & quod nunquam propter aliud : quàm
ea quæ & propter ſe & alia expetuntur.& ſimpliciter quidem id perfectum:quod ſem-
per propter ſe expetendum eſt,nec vnquam propter aliud. Talis autem felicitas maxi
me videtur eſſe.nam eam quidem ſemper propter ſeipſam:nec vnquam propter aliud
expetimus.honorém vero,& voluptatem,& mentẽ,atq; omnẽ virtutem : tum propter
ſeipſa expetimus,tum propter felicitatẽ.per illa nanq; beatos fore nos credimus.ipſam
vero felicitatem:neq; propter illa,neq; omnino propter aliud quiſpiam expetit. Vide-
tur autem & ex ſufficientia idẽ probari.Perfectum enim bonum:per ſe ſufficiens vide-
tur eſſe.ſufficiens autem dicimus non ſibi ſoli vitam ſolitariam viuenti : ſed parentibus
& natis,& vxori,& amicis,& ciuibus etiam , quoniam natura homo ciuilis eſt . ſumen-
dus eſt tamen in his quidam terminus:ne ſi ad natos natorum & amicos amicorum ex
tendatur, in infinitum fiat progreſſus . Sed de hoc aliàs conſiderandum erit.ſufficiens
autem per ſe ponimus:quod vel ſolum,viam ſufficientem,& optabilem, ac nullius in-
digam præſtat.huiuſmodi autem putamus eſſe felicitatem . ¶Inſuper omnium maxi- 30
me expetibilem non connumeratam.nam ſi cónumeretur:clarum eſt cum minimo bo-
norum magis eſſe expetendam,cum bonorum accumulatio ſit quicquid adiungitur.in
bonis autem ſemper maius ſit expetendum.perfectum ergo quiddam & ſufficiens per
ſe videtur eſſe felicitas,agibilium finis exiſtens. ¶Enimuero felicitatem eſſe ſummum 31
bonum manifeſtum eſt.ſed quid ipſa felicitas ſit,planius dilucidari quæritur. Forſan ve
ro id fiet:ſi opus hominis deprehendatur.vt enim tibicini,& ſtatuario,cunctiſque arti-
ficibus & omnino omnibus ijs quorum eſt aliquod opus, atque actio:in opere ipſo bo-
num & bene videtur eſſe.ſic etiam homini:ſiquidem eius aliquod opus eſt. Vtrum igi-
tur fabri,& ſutoris aliqua opera ſunt,& actus:hominis vero nullum eſt opus? ſed ad ni-
hil agendum natus eſt?An quemadmodum & oculi , & manus & pedis , ac ſingulorum
membrorum aliquod eſt opus:ſic & hominis præter hæc omnia aliquod opus poni de-
bet?¶Quid igitur hoc tãdem erit?nam viuere quidem homini:commune videtur etiã 32
plantis.at nos propriũ quærimus.ſequeſtrãda eſt igitur vegetatiua vita.¶Sequẽs eſſet 33
ſenſitiua quædam:hanc etiam boui, & equo, & omni animanti cõmunem eſſe conſtat.
¶Reſtat ergo operatiua quædam rationem habentis . atque huius partim vt rationi 34
obediens,partim vt habens atq; intelligens.cum vero & hæc dupliciter dicatur:ponẽ-
da eſt illa quæ ſecundum rationem dicitur.Nam principalius hæc dici videtur.Quod
ſi eſt:opus hominis,animi operatio eſt ſecundũ rationẽ,vel non ſine ratione. ¶Idem 35
autem dicimus opus eſſe genere,huius atq; huius ſtudioſi: vt citharœdi & ſtudioſi ci-
tharœdi,& ſimpliciter hoc in omnibus: excellentia virtutis ad opus adiuncta. Citha-
rœdi enim eſt citharam pulſare:ſtudioſi,bene pulſare.Quod ſi ita eſt: hominis autem
opus ponimus vitam quandam,hanc vero eſſe actionem animi & operationem cum
ratione:ſtudioſi autem viri bene hæc & probe. Singula autem: bene ſecundum virtu-

Quid bonum perfectum & quid ſufficiẽs

36 tem propriam perficiuntur.¶Si ita eſt:fit vt ſummum ſit hominis bonum,animi ope- *Quid felicitas.*
ratio ſecundum virtutem.& ſi plures ſint virtutes:ſecundum optimam , ac perfectiſſi-
mam.At præterea in vita perfecta.nam vna quidem hirundo non facit ver,nec vna di-
es.eodem modo beatum & felicem nec vna dies,nec exiguum facit tempus.Et ſummũ
37 quidem bonum ita circunſcripſiſſe ſufficiat . ¶Nam fortaſſe primo figurandum eſt,
poſtea vero pingẽdum. Videtur autem cuiuſque eſſe: illa quæ bene circunſcripta ſunt
producere,ac membratim perficere.Tempúſque horum repertor atq; adiutor probus
eſſe,vnde & artium facta ſunt additamenta.cuiuſque enim eſt : id quod deſit adiunge-
re.Meminiſſe autem oportet eorum quæ ſupra diximus:neq; exactam diſcuſſionem in
omnibus eodem modo , ſed ſecundum ſubiectam materiam in ſingulis flagitare , & in
quantum diſciplinæ proprium ſit.Nam faber quidem,& geometra differenter rectum
inquirunt:alter quantum ad opus vtile eſt,alter quid ſit & quale, contemplator enim
veritatis . eodem modo in alijs faciendum : ne extra opera plura ſint quàm opera.
Neque vero cauſam eodem modo in omnibus inquirendum : ſed ſatis eſt in quibuſ-
dam bene oſtenſum eſſe quia ſic eſt.veluti circa principia:quia vero primum,& princi-
pium eſt.Principiorum autem quædam inductione proſpiciuntur,quædam ſenſu,quæ- *Via ad principia multiplex*
dam conſuetudine quadam, alia item aliter. Conãdum eſt autem vt ſingula principio-
rum ſecundum naturam ſuam tractentur,& ſtudendum vt recte diffiniantur:quia ma-
gnum ad ſequentia habent momentum.videtur enim plus q̃ dimidiũ totius,eſſe prin-
cipium.multáque ex ijs quæ quæruntur per illud fieri conſpicua. Cap. VIII.

38 SCrutandum eſt igitur de ipſa felicitate,non ſolum ex concluſione & rationibus:
ſed ex ijs quoq; quæ de illa referuntur.nam vero quidem omnia cõſonant:falſo
39 autem cito diſſonat verum.¶Cum igitur tripliciter diuidantur bona: & alia ex-
terna dicantur,alia animi,& alia corporis:bona animi principaliſſima dicimus & maxĩ-
me bona.actus vero & operationes animales:animi eſſe ponimus. Itaque recte quidẽ
diceretur ſecundum hanc opinionem antiquam , & à philoſophantibus approbatam.
recte etiam quòd operationes quædam & actus,fines eſſe perhibentur:ſic enim ex bo-
nis animi nõ externis eſſet Conſonat quoq; huic quod dicitur:bene viuere,& bene age
re,felicem.fere nanq; bona quædam vita,& bona actio dicta eſt.Cuncta etiam quæ cir-
ca felicitatem quæruntur:huic adeſſe conſtat. Nam alijs virtus,alijs prudentia,alijs ſapi
entia quædam eſſe videtur.alijs hæc aut horum aliquid cum voluptate,aut non ſine vo
luptate.alij vero externã affluentiam circumplectuntur. Hæc partim multi & antiquĩ,
partim pauci & præclari dicunt viri:quorum neutros in totum aberrare putãdum eſt,
ſed in aliquo,& pleraq; recte aſſequi. Illis ergo qui virtutem omnẽ aut aliquam dicũt:
conſonat ſermo.nam huius quidem eſt ſecundum ipſam operatio.forte vero non mo-
dicum refert vtrum in poſſeſſione vel in vſu optimum accipiatur,& in habitu vel in a-
ctu.fieri enim poteſt,vt habitus exiſtens nihil peragat boni,veluti in dormiente,ſeu ali
ter otioſo.ſed in actu,nequaquam hoc fieri poteſt.agat enim,neceſſe erit & quidem be-
ne agat.Et quemadmodum in Olympia non optimi & fortiſſimi:ſed qui certant coro-
nantur,nam eorum aliqui vincũt.ſic & in vita bonorum & honeſtorum qui recte agũt
40 compotes fiunt.¶Horum inſuper vita ipſa per ſe voluptatem continet Nam volupta
tem ſuſcipere eſt animalium.cuique autem voluptati eſt: id cuius amator dicitur. vt e-
quus amatori equorum,& ſpectaculum amatori ſpectaculorum. eodémq; modo iuſta:
amatori iuſtorum, & omnino ea quæ ſecundum virtutem talium amatori. Multitudi-
ni ergo iucunda repugnant:ob id quia natura talia non ſunt. probitatis vero amatori-
bus iucunda : ſunt natura iucunda . huiuſmodi autem ſunt actus ſecundum virtutem:
qui talibus viris etiam per ſeipſos iucundi ſunt.Neq; eorũ vita indiget voluptate quaſi
adiuncta,ſed in ſeipſa habet voluptatẽ.Non eſt præterea bonus qui bonis operibus nõ
delectatur.nam neq; iuſtum dicet aliquis qui iuſtis:neque liberalem qui liberalibus nõ
gaudeat:& in alijs eodem modo. hoc ſi ita eſt , actiones ſecundum virtutem per ſeipſas
iucundæ ſunt.Sed & profecto bonæ & honeſtæ & vnaquæq; earum maxime : ſi ſtudio-
ſus vir bene iudicat de ipſis.iudicat autẽ vt diximus. optimum ergo & pulcherrimum

& iucundiſſimum felicitas eſt . Nec ſeparantur iſta ſecundum epigramma Deliacum.
pulcherrimum id quod iuſtiſſimum , optimum ſoſpitatem habere , iucundiſſimum re
amata potiri. hæc enim optimis operationibus omnia inſunt. eas vero aut vnam earum
quæ optima ſit: dicimus eſſe felicitatem. ¶ Indiget tamen vt videtur & bonis externis. 41

Bona fortunę eſſe inſtrumẽta virtutum.

Impoſſibile nanque eſt aut certe non facile præclara ab eo agi : cui deſunt facultates.
Multa enim per amicos , per diuitias, per ciuilem potentiam quaſi per inſtrumenta
quædam fiunt. quædam etiam ſi deſint, beatitudinem maculant: veluti nobilitas, ſobo-
les, forma . Non ſatis enim ad felicitatem habilis eſt homo penitus deformis , neque
ignobilis, neque is qui ſolus & ſine prole ſit. & forte multo minus ſi cui mali ſunt filij,
aut amici, aut ſi cum boni forent, interierunt vt diximus. ergo addenda videtur huiuſ-
modi proſperitas. Quam ob rem in eodem collocant quidam bonam fortunam & feli
citatem, quidam vero virtutem.

Cap. I X.

VNde quæritur vtrum per diſciplinam, aut per aſſuetudinem, vel alio quopiam 42
modo per exercitium acquiri poſſit, vel diuina aliqua ſorte , fortunáque pro-
ueniat. Si ergo aliud quicquam eſt deorum munus hominibus datum : par eſt
felicitatem quoque donum eſſe deorum . at tanto maxime humanarum rerum quan-
to id præſtabilius eſt . ſed hoc forſan alterius conſiderationis magis proprium eſſet.
¶ Videtur autem etſi non à dijs miſſa ſed per virtutem & diſciplinam quandam aut 43
exercitationem proueniat: tamen diuiniſſimorum eſſe. nam virtutis præmium , finíſq;
optimum quiddam, & diuinum, beatúmque videtur. Eſſet etiam valde commune, cum
poſſet cunctis exiſtere non orbatis ad virtutem : per diſciplinam quandam ac diligen-
tiam. Quòd ſi melius eſt hoc modo quàm per fortunam eſſe felicem : rationabile eſt
ſic ſe habere. ſiquidem ea quæ ſecundum naturam ſunt: & optime ſeſe habere poſſunt,
ita ſunt. ſimiliter & illa quæ ſecundum artem, & ſecundum omnem cauſam, & maxime
ſecundum optimam . Maximam vero atque optimam rem fortunæ tribuere : magna
profecto eſſet abſurditas. Conſpicuum eſt quod nunc quærebatur, etiam ex ſermone.
dictum eſt enim animi operationem quandam ſecundum virtutem. ¶ Cæterorum au- 44
tem bonorum alia ſubeſſe neceſſarium eſt , alia ad cooperationem & vſum nata ſunt:
inſtar inſtrumentorum. hæc dictis quoque ab initio conſonant. nam finem ciuilis opti-
mum ponebamus. ea vero plurimam facit diligentiam : vt ciues quodammodo diſpo-
nat, atque ipſos bonos, & honeſtorum actores efficiat . ¶ Recte igitur nec bouem nec 45
equum nec quicquam aliud animátium felix dicimus. nam nullum eorum huius ope-
rationis particeps eſſe poteſt . Ea quoque de cauſa nec puer felix eſt. nam propter æta-
tem nondũ hæc agere poteſt. & qui dicuntur felices: propter ſpem dicuntur. opus enim
eſt vt diximus perfecta virtute & vita perfecta. ¶ Nam frequentes immutationes, va-
riæq; fortunæ accidunt in vita. fieríque poteſt: vt is qui maxime floret, magnas in ſene- 46
ctute incidat calamitates. ceu in Heroicis de Priamo fabulatur . qui vero tali fortuna
fretus miſerabiliter finierit, eum nullus cenſet beatum.

Cap. X.

AN igitur nec alius quiſquã hominũ beatus dici poteſt quandiu viuit: ſed iuxta
Solonem ſpectare finẽ oportet? ¶ Quòd ſi ita ponendum: an tunc beatus eſt 47
cum moritur? vel hoc abſurdum omnino: præſertim nobis qui dicimus opera- 48
tionem quandam eſſe felicitatem. Quòd ſi mortuum non dicimus felicem, nec Solon
hoc vult: ſed tunc ſecure beatum dici poſſe, cum iam extra mala, calamitatéſq; exiſtat,
habet id etiam dubitationem quandam: cum videatur mortuo quoque homini malum
quiddam eſſe & bonum, quemadmodum viuenti nec ſentienti. vt honores, infamiæ, fi-
liorúmq; & poſterorum proſperitates, aduerſitatéſque. Hæc etiam dubitationem affe-
runt, quia fieri poteſt vt qui ad ſenectam vſq; beate vixerit, deceſſeritq;, eidem tamen
multa & varia circa filios contingant, alióſque eſſe probos, & cũ dignitate vitam agere:
alios vero contrá. patet igitur ꝙ ſi tranſeant hæc ad parentes: varie ſeſe habere illos cõ
tingere poteſt. eſſet vero abſurdũ ſi defunctus quoq; mutaretur : & modo felix, & mo-
do miſer eſſet abſurdum, & ſi res poſterorum nihil penitus ad parentes ne ad aliquod
tempus quidẽ pertinerent. Sed redeundũ eſt ad id quod primo quæſiuimus. nam for-

te ex illo hoc poſterius apparebit.ſi ergo finem ſpectare oportet,& tunc beatum dice-
re quenquam non quòd tunc beatus ſit,ſed quòd prius erat beatus, quomodo id non
abſurdum:ſiquidem dum felix non verificetur in ipſo id quod eſt? Quoniam beatos di
cere viuentes non volumus propter mutationes:& quoniam ſtabile aliquid ac nequa
quam leuiter mutabile felicitatem putamus.fortuna vero ſæpe cõuertitur.patet enim
quòd ſi fortunã ſequimur:ſæpe felicem ac poſtea miſerum eundem dicimus,ceu Cha-
49 mæleonta quẽdam debiliter firmum proferẽtes felicem. ¶ Vel fortunã ſequi nequaq̃
rectũ,cum bene aut male in illa non ſit:ſed illius indiget vita humana vt diximus.ope
rationes vero ſecundũ virtutem dominæ ſunt felicitatis:contrariæ vero,contrarij. Te-
ſtatur autẽ huic:id quod modo quæſiuimus.nulla quippe in re humana certitudo tanta
eſt:quanta in operationibus ſecundum virtutem.hæ nanq; ſtabiliores quàm ſcientiæ vi
dentur eſſe.ſed quæ illarũ honeſtiſſimæ ſunt:eæ plurimã habent firmitatẽ. quoniam in
illis maxime & continuatiſſime beati viuunt.hæc enim videtur cauſa quo minus circa
illas fiat obliuio.Exiſtet igitur beato id quod quæritur,taliſq; erit per totã vitã.ſemper
enim vel maxime omnium aget,& contẽplabitur ſecundũ virtutem.Fortunámque fe-
ret optime ac per omnia omnino decenter.hic enim vere bonus & quadrangulus ſine
50 vituperatione. ¶ Cúmque multa & varia fortuna afferat:parua quidẽ ſeu illa proſpera
ſeu aduerſa non multum ſane habent momenti: grandia vero & multa ſi proſpera ſint:
beatiorem vitam efficiunt.nam & condecorare apta ſunt:& eorum vſus bonus,ſtudio-
ſúſq; exiſtit. Sin autem: beatum conterunt quidem atque inquinant. nam & triſtitiam
afferunt,& operationes multas impediunt.Sed tamen & in ipſis elucet bonum:cũ mul
tæ ac magnæ aduerſitates leuiter perferuntur, non propter inſenſibilitatem, ſed pro-
pter generoſitatem & magnanimitatem. Quòd ſi operationes dominæ ſunt vitæ vt di
ximus:nemo beatus fieri miſer poteſt.nunquam enim odioſa atque improba faciet.vi-
rum enim vere bonum & ſapientem arbitramur: omnem fortunam decenter perfer-
re,ac ſemper pro facultate rerum optime agere. veluti & bonum ducem præſentibus
caſtris bellaciſſime vti:& ſutorem ex datis ſibi pellibus,calceum optimum facere,& eo-
dem modo alios omnes artifices. Quòd ſi ita eſt: felix quidem nunquam miſer eſſet.
nec tamen beatus ſi in Priami calamitates inciderit:nec certe varius ac leuiter mutabi
lis.Nam neque ex felicitate facile dimouebitur,neq; à quibuſuis aduerſitatibus:ſed ab
ingentibus & multis.ex talibus autem nequaquam rurſus fieret felix in breui tempo-
51 re:ſed in longo quodam ac perfecto multorum ac præclarorum in eo potitus. ¶ Quid
ergo prohibet dicere illum eſſe felicem qui ſecundum virtutem perfectam operetur,
& bonis externis ſufficienter abundet:non in quouis tempore, ſed in vita perfecta? An
vero adiungendum eſt & ita victurus, moriturúſque ſecundum rationem, cum futurũ
quidem nobis incertum ſit:felicitatem vero finem & perfectum omnino poſuerimus?
Id ſi ita eſt:beatos dicemus viuentium quibus exiſtunt,exiſténtq; prædicta, beatos au-
tem homines.ac de his quidem hactenus.

Cap. X I.

52 POſterorum autem amicorúmq; fortunæ, ꝙ nihil ad nos pertineant dicere:ni-
mis profecto durum opinionibúſq; contrariũ videtur.Enimuero cum multa ac
varia illis contingant,magiſque & minus ad nos perueniant:ſigillatim ea diſtin
guere prolixum quidem,in infinitúmque eſſet.ſummatim vero ſi dicantur:fortaſſe ſat
erit.vt enim in ſeipſo contingentes aduerſitates quædam graues ſunt,momentúmque
habent ad vitam,quædam vero leues magis videntur: ſic & in amicis ſimiliter omnes.
Sed vtrum circa viuos an circa mortuos iſta contingant:id multo plus refert q̃ in tra-
gœdijs ſcelera vt iam patrata narrari,vel quaſi tunc patrentur.Conſiderandum eſt er-
go & iſto modo quid interſit, imò fortaſſe quærendum: vtrum ij qui deceſſerunt boni
alicuius aut mali participes ſunt.videtur enim & ſi quicquam ex his ad illos pertineat,
ſiue bonũ ſiue contrarium:leue quoddam ac paruum,vel ſimpliciter, vel ipſis eſſe. De-
nique neque tantum neque tale,vt beatos efficere qui non ſunt:aut illis qui ſunt,aufer
re beatitudinem queat. Pertinere igitur in aliquo videntur ad defunctos proſperita-
tes,aduerſitatéſque amicorum:vel eatenus duntaxat vt nec felices facere non felices,

nec huiuſmodi aliquid poſſint.

Cap. XII.

HIs ergo ſic terminatis, videamus vtrum laudabilium an potius honorabilium 53
felicitas ſit. ¶ Nam potentiarum non eſſe conſtat. Videtur autem omne lau- 54
dabile, quòd quale aliquid ſit, & quodam modo ad aliquid ſe habeat, laudari.
Nam iuſtum & fortem, omnémque probitatem, ac virtutem: ob facta actionéſque lau
damus. robuſtum autem & velocem ac aliorum quẽquam: quòd natura talis eſt ac ita
ſe habet ad bonum quiddam & ſtudioſum. Patet autem id, & ex deorum laudibus quæ
ridiculæ videntur ſi ad nos referantur. hoc autem ex eo accidit: quòd per relationem,
vt diximus, laudes fiunt. Quòd ſi laus talium eſt, conſtat optimorum non eſſe laudem:
ſed maius quiddam ac præſtantius quemadmodum apparet. nam & deos felices, bea-
tóſque eſſe dicimus. & virorum eos qui maxime diuini ſunt: beatos appellamus. Eo-
démque modo de bonis. nemo enim ſic felicitatẽ laudat vt iuſtum: ſed vt diuinius quid
dam ac præſtantius, beatum dicit. videtur autem & Eudoxus probe voluptati princi-
patum defendere, quòd cum non laudetur voluptas, & ſit bonũ: præſtabilius eſſe quid
dam ſignificari putabat, quàm ea quæ laudabilia ſunt. talem vero eſſe deum, & ſummũ
bonum, ad hæc enim & alia referri. laus ergo virtutis eſt. ab ea nanq; honeſta agimus.
commendationes vero operum, tam corporalium quàm animalium. Verum iſta trite
diſcutere: illorum fortaſſe magis proprium eſſet, qui in his commendationibus elabo-
rarunt. nobis autem manifeſtum eſt ex ijs quæ dicta ſunt, honorabilium & perfecto-
rum eſſe felicitatem. videtur etiam ob id ſic ſe habere quia principium eſt. eius enim
gratia cætera omnia omnes facimus. principium vero cauſámque bonorum honorabi
le quiddam diuinúmque ponimus.

Cap. XIII.

CVm ſit ergo felicitas animi operatio quædam ſecundum virtutem perfectam: 55
de virtute ipſa videndum eſt. nam ſic fortaſſe melius felicitatem intuebimur.
videtur autem & is qui vere ciuilis ſit, circa hãc plurimum laborare. vult enim
ciues bonos efficere, legibúſque obtemperantes. Exemplum huius habemus Cretenſi
um, & Lacedæmoniorũ legumlatores, & ſi qui alij tales fuerint. ꝙ ſi ciuilis eſt iſta ſcru-
tari: manifeſtum eſt vt ab initio propoſuimus de illa eſſe quærendum. ¶ Sed de virtute 56
humana videlicet, quærere oportet. nam bonum quoddam humanum, & felicitatẽ hu-
manam quærebamus. virtutem autem dicimus humanam non corporis ſed animi, &
felicitatem animi operationem. ¶ Hæc ſi ita ſunt: clarum eſt oportere ciuilem homi- 57
nem ſcire aliquatenus ea quæ circa animũ. quẽadmodum qui oculos, ac omne corpus
curaturus eſt: ac tanto magis quanto ciuilis honorabilior eſt atq; præſtantior q̃ medi-
cina. Quòd ſi præſtantes medici circa cognitionem corporis multum laborant: idem
circa animum eſt à ciuili homine faciendum. Videndum eſt autem horũ gratia. & ea-
tenus videndum vt ad quæſita ſufficiat. nam vlterius quædam ſcrutari operoſius for-
ſan eſſet quàm pro rerum propoſitarũ qualitate. Dicuntur autem & de illa & in exter-
nis ſermonibus ſufficienter quædam: quibus vtendum eſt. ¶ Veluti vnã eſſe eius partẽ 58
ſine ratione, aliam rationem habentem. Vtrum vero diuidantur iſta ſecundum corpo-
ris partes, & omne diuiſibile: vel ratione quidem duo ſint ſed diuiſionem minime reci-
pere apta, ceu in circunferẽtia concauum, & conuexum: nihil refert ad præſens. ¶ Sed 59
irrationalis quidem partim cõmuni & vegetabili ſimilis eſt. loquor autem de eo quod
cauſa eſt nutriendi, & augmentandi. nam talem animi potentiam in cunctis quæ nutri-
untur quis reponat. & in fœtibus hanc ipſam quoque in perfectis rationabilius q̃ aliã
aliquam. ¶ Huiuſmodi igitur communis quædam virtus & non humana apparet. Vi- 60
detur enim in ſomnis maxime operari hæc pars, atque potẽtia. at bonus & malus per
ſomnum minime diſcernuntur. vnde aiunt felices à miſeris in dimidio vitæ nihil dif-
ferre. Contingit autem hoc rationabiliter: nam otioſitas animi ſomnus eſt: quæ non di-
citur bona vel mala: niſi inquantũ aliqui parumper eueniunt motus, & qua meliora fi-
unt viſa modeſtorum hominum quàm quorumcunque. Sed de his quidem ſatis, & nu-
tritiuam omittendum quia humanæ virtutis expers eſt. ¶ Videtur & alia quædam na- 61
tura animi irrationabilis eſſe: particeps tamen aliquatenus rationis. Continentis enim

& incontinentis rationem,& animi id quod rationem habet laudamus.recte enim & ad
optima prouocat.Apparet autem & aliud quiddam præter rationem illis ineſſe: quod
repugnat,reſiſtitque rationi.vt enim reſolutæ corporis partes ſi ad dexteram mouerẽ
velis:in ſiniſtram feruntur:ſic & in animo in contrarium feruntur incontinentium ap-
petitus.Sed in corporibus quidem cernimus id quod peruerſe mouetur: in animo ve-
ro non cernimus. ſed nihilominus putandum eſt in animo quoq; eſſe aliquid præter
rationem:quod huic aduerſatur, & obuiat.qualiter autem aliud: nihil refert. Rationis
& hæc videtur particeps vt diximus.itaq; paret rationi continentis.forte etiam magis
obediens eſt intemperato & forti. omnia enim conſonant rationi. Videtur ergo & ir-
rationabile duplex.aliud vegetabile non particeps rationis:aliud concupiſcibile & om-
nino appetibile intantum particeps, inquantum illi obediens, atque obtemperans eſt.
Sic itaq; patris & amicorum dicimus rationem habere:non autẽ vt mathematicorum.
Quòd autem perſuadeatur quodam modo à ratione id quod irrationabile eſt:admoni
62 tiones,increpationes,cohortationéſque ſignificant. ❡ Sin autem dicere oportet hanc
quoque partem habere rationem:duplex erit rationem habens, aliud principaliter &
63 in ſeipſo:aliud tanquam patri obediens quiddam. ❡ Diſtinguitur & virtus ſecundum
hanc differentiam.Dicimus enim illarũ quaſdam eſſe intellectiuas:quaſdam vero mo-
rales.Sapientiam quidem,& ſolertiam,& prudentiam:intellectiuas.liberalitatem autẽ
& modeſtiam:morales vocamus.loquentes enim de moribus,nunquam dicimus quia
ſapiens aut ſolers:ſed quia mitis, & modeſtus. laudamus & ſapientem ſecundum habi-
tum.habituum vero eos qui laudabiles ſunt:virtutes appellamus.

❡Primi Ethicorum,interprete Leonardo Aretino,finis.

❡Secundus liber,eodem interprete.

1 CVm vero duplex ſit virtus:alia intellectiua,alia moralis.Intellecti-
ua quidem plurimum ex doctrina generationẽ habet,atq; augmẽ-
2 tum.quapropter experientia indiget & tempore. ❡ Moralis autem
ex aſſuetudine fit.vnde & nomẽ habet parũper à more declinans:
Ex quo manifeſtum eſt nullam moralium virtutum natura nobis
ineſſe.Nihil enim eorum quæ natura ſunt:aliter aſſueſcit.veluti la-
pis cuius natura eſt vt deorſum feratur,nunq̃ aſſueſceret ſurſum
ferri,non ſi millies illum quis aſſuefaciendi gratia,in altũ proijciat.neq; ignis deorſum,
neq; aliud quicquã ex ijs quæ aliter nata ſunt:aliter aſſueſceret.Neq; natura ergo, neq;
præter naturam inſunt nobis virtutes:ſed ſumus quidem nos ad illas recipiendas natu
ra apti:perficimur autem per conſuetudinem.Præterea quæ natura nobis inſunt:eorũ
potentias prius ferimus,poſterius vero actus reddimus:quod in ſenſibus manifeſtum
eſt.Non enim ex eo quòd ſæpe audiuimus,aut ſæpe vidimus ſenſum accipimus:ſed cõ
tra habentes vſi ſumus,nõ vtentes habuimus.At virtutes acquirimus operãdo prius:
quemadmodum & in alijs artibus.quæ enim oportet poſtq̃ didicerimus facere:ea fa-
ciendo addiſcimus.ceu fabricando fabri,& citharã pulſando citharœdi:ſic iuſta agen-
do iuſti,& modeſta modeſti & fortia fortes efficiuntur.Teſtatur id quod fit in ciuitati-
bus.nam latores legum aſſuefaciendo ciues bonos efficiunt, & propoſitum quidem
omnis legiſlatoris hoc eſt.Quicunq; vero ex illis hoc nõ bene agunt,aberrant.idq; in-
3 ter bonam rempublicam,malámq; intereſt. ❡ Inſuper omnis virtus atq; ars,ex eiſdem
ac per eadem fit,corrumpitúrq;.ex pulſatione enim citharæ,& boni & mali fiunt citha-
rœdi,eodémq; modo comœdi,& fabri,& alij omnes.bene fabricando boni erunt fabri:
male autẽ mali.quod niſi ſi eſſet,doctore non indigerent: ſed omnes boni, aut mali eſ-
ſent.ſic & in virtutibus res ſe habet.Agendo enim quæ in commercijs hominum ver-
ſantur,vel iuſti vel iniuſti euadimus.agendo quæ in periculis, & conſueti metuere aut
fidere:fortes vel timidi ſumus. Simili modo in ijs quæ circa concupiſcentiam, & in ijs

quæ circa iram.alij temperati & faciles,alij intemperati,& iracundi:prout hoc vel illo
modo in illis fit.at(vt vno comprehendam verbo)ex ſimilibus actibus habitus fiunt.
Itaq; videndum eſt quales actus ædamus.nam quales illi ſunt:tales habitus ſubſequun-
tur.non parum igitur,ſed plurimum,imò in totum refert hoc vel illo modo ſtatim ab
adoleſcentia conſueſcere. Cap. II.

CVm igitur præſens opus non contemplationis gratia fiat,quemadmodum cæ- 4
tera.non enim vt ſciamus quid ſit virtus(nam ſic nulla eius foret vtilitas)ſed
vt boni ſimus:perſcrutamur. neceſſarium eſt de actibus videre qualiter agere
illos oportet.nam in illis conſiſtit quales ſint habitus:vt oſtendimus.¶ Oportere igitur 5
ſecũdum rectam rationem agere commune eſt.præſuppoſitum nobis exiſtat. quæ au-
tem recta ſit ratio & quomodo ad illas ſe habeant virtutes:poſtea dicetur.Illud prius à
nobis confeſſum exiſtat:ꝙ omnis de rebus agendis ſermo quaſi per figuram quandam
& non per exactam diſcuſſionem,tractari debet.quia (vt ab initio diximus) ſecundum
materiam ſermones ſunt exigendi.at in rebus agendis,vtilibúſq;:nihil firmum,neq; ſta-
bile eſt.vt etiam nec in ſanis.cúmq; hoc habeat vniuerſum genus: multo magis de ſin-
gulis rebus nulla certitudo tradi poteſt,cum neq; ſub artem,neq; ſub profeſſionem ali-
quam cadant.ſed opus eſt vt ij qui agunt: ſemper ad tempus conſiderent. ceu in medi-
cina & nauigatione.¶ Sed quanq̃ ita eſt,conandum tamen eſt auxilium ferre.Primum 6
igitur illud conſiderandum quòd iſtorũ ea natura eſt,vt defectu exceſſúq; corrumpan-
tur.ceu in viribus,ac ſanitate videmus.oportet enim pro obſcuris clara exempla indu
cere.exceſſus enim & defectus laborum vires corrumpũt.Eodem modo cibi , & potus
nimis magni,& nimis parui ſanitatem corrumpunt: moderati faciunt, augent, conſer-
uant.Sic igitur in fortitudine,ac temperantia:& alijs virtutibus. Qui cũcta fugit,ac for-
midat,& nulli reſiſtit:timidus eſt.qui vero omnino nihil formidat, ſed aduerſus omnia
vadit:temerarius.item qui omni voluptate potitur,nec ab vlla abſtinet: intemperãs eſt.
qui vero omnes fugit,inſtar agreſtium:inſenſibilis quidem eſt.Corrumpitur enim tem-
perantia,& fortitudo ab exceſſu ac defectu:à medio autem ſeruatur.¶ Nec ſolũ gene- 7
rationes & augmenta,& corruptiones ex eiſdẽ & ab eiſdẽ fiunt:verũ etiam operationes
eorum in eiſdem erunt.nam & in alijs quæ euidentiora ſunt,idem accidit. veluti in vi-
ribus.fiunt enim vires ex capacitate multi cibi,ac ex tolerantia multorum laborum:&
hoc maxime facere poteſt robuſtus.Sic & in virtutibus abſtinendo à voluptatibus tẽ-
perati efficimur:facti autem maxime poſſumus abſtinere. Cap. III.

SIgnificatio autem habituum ex voluptate, aut moleſtia quæ facta ſequitur:de- 8
prehendi conuenit.qui abſtinet à corporeis voluptatibus,ſi ob hoc ipſum gau-
det,temperans eſt:ſin moleſte fert,intemperans.Item qui pericula ſubit,& gau-
det,aut certe non dolet:fortis eſt.qui vero dolet:timidus.Circa voluptates enim & do-
lores:virtus moralis conſiſtit.Nam propter voluptatem improba facimus,& propter
moleſtiam benefacere omittimus.¶ Itaq; ab ipſa adoleſcentia inſtitutos eſſe conuenit 9
(vt Plato inquit)vt pro quibus oporteat gaudeamus,ac doleamus.hæc enim recta eſt
diſciplina.Præterea ſi virtutes ſunt circa actus,& affectus,omnẽ vero affectum,& actũ
ſequitur voluptas,aut dolor:virtus circa voluptates & dolores erit. Oſtẽdunt hoc pœ-
næ,quæ propter ea infliguntur.ſunt enim medicinæ quædam.Medicinarum autem ea
natura eſt:vt per contraria fiant.Præterea(vt ſuprà diximus)omnis habitus animi, ad
illa & circa illa naturam habet:quæ talia ſunt vt illum deteriorem aut meliorẽ efficiãt.
ſed per voluptates,& dolores praui fiunt,ſequendo & fugiendo vel quas non oportet,
vel quando nõ oportet,vel quoties aliter à ratione talia perſcribantur.quapropter vir-
tutes diffiniunt tranquillitates quaſdam & quietes.non tamen bene ꝙ ſimpliciter di-
cunt:ſed non vt oportet , & vt non oportet , & quando,& quotcunq; alia adiunguntur.
Subeſt igitur virtutem eſſe circa voluptates, & dolores : optimorum operatricem.vi-
tium autem contrá.Probat etiam illud ꝙ cum tria ad capiendum, repudiandúmq; cõ-
ſilium pertineãt,honeſtum,vtile,voluptuarium: & tria his cõtraria turpe,inutile,mo-
leſtum:bonus quidem hæc omnia rectè cõſequitur,malus vero aberrat.Sed præcipue

circa voluptatem:hæc enim communis eſt animantibus. & cuncta quæ in electionem
cadunt ſubſequitur.nam & honeſtum & vtile:iucundum videtur. Cunctis etiam nobis
à pueritia ſimul educata eſt.quapropter arduum eſt hanc rem inſitam penitus vitæ no-
ſtræ,reijcere.Regimus autem actus noſtros alij magis alij minus per voluptatem & do
lorem.Ob hoc igitur neceſſe eſt totum negotium circa illas verſari.non parū eſt enim
ad res agendas probe,aut improbe lætari,aut dolere.inſuper difficilius voluptati repu
gnare quam iræ,vt Heraclitus inquit.Circa difficiliora vero ſemper ars,virtúſq; exiſtit.
Nam bene in hoc melius eſt.itaque ob id quoq; circa voluptates & dolores totum ne-
gotium eſſet virtutis & ciuilis.Nam qui bene his vtitur bonus erit:qui male malus.Eſt
igitur virtutem circa voluptates,& dolores,& ex quibus fit augeri, atque aliter factis
corrumpi,& circa illa operari ex quibus fit:ſatis dictum. Cap. IIII.

10 SEd quæret fortaſſe quiſpiam quemadmodum dicimus: ꝙ iuſta agendo iuſtos,&
modeſta modeſtos fieri oportet.Nam ſi iuſta & modeſta agunt: iam ſunt iuſti,
& modeſti.ceu ſi grammatica & muſica,grammatici & muſici:vel non in artibꝰ
ita ſe habet.Nam fieri poteſt vt grammaticum quid agatur fortuito, & alio ſuppoſito.
tunc igitur grammaticus erit cum grammaticum aliquid & grammatice faciet: hoc eſt
ſecundum eam grammaticam quæ in ipſo eſt.Præterea nequaquam ſimile eſt in arti-
bus & virtutibus. Nam quæ ab arte procedunt:laudem in ſe habent.quare ſufficit illa
ſic exiſtere.Sed quæ à virtute proficiſcuntur:non ſatis eſt ſi ipſa iuſte quodam modo ſe
habent,& modeſte agantur.ſed ſi agens ita egerit:primo ſi ſciens,ſecundo ſi eligens &
eligens propter ipſa,tertio ſi certo & immobili iudicio agat.Ad cæteras vero artes ha-
bendas nihil horum requiritur præterquam ſcientia.at in virtutibus ſcire ipſum parū
eſt aut nihil:vti vero atque exercere plurimum imò totum valet, vtpote quæ ex fre-
quenti actione iuſtorum,modeſtorúmq; proueniat.res enim tunc iuſta & modeſta di-
citur:quando talis eſt qualem iuſtus & modeſtus ageret.Iuſtus autem & modeſtus eſt:
non qui hæc agit,ſed qui ſic agit vt iuſti & modeſti agunt. Bene ergo dicitur quòd quis
iuſta agendo iuſtus fit,& modeſta modeſtus.non agendo autem nullus,vt bonus ſit ne
curare quidem videtur.Sed pleriq; non ita faciunt.verum ad verba diſputationémque
conuerſi putant ſe philoſophari, atq; ita bonos viros fieri, ægrotos imitati qui verba
medicorum audiunt quidem diligenter:faciunt autem nihil ex ijs quæ ſibi præcepta
ſunt.vt ergo illorum corporibus non bene erit qui ita curantur: ſic nec illorum animis
qui ita philoſophantur. Cap. V.

11 POſt hæc autem quid ſit virtus,conſiderandum eſt.Cum igitur tria ſint quæ in
animo fiunt:affectus,potentia,habitus:horum certe virtus aliquid erit.Affectus
quidem voco cupiditatem,iram,metum,audaciam,inuidiam,lætitiam,amorem,
odium,deſiderium,æmulationem,miſericordiam:& vniuerſaliter illa quæ voluptas aut
moleſtia ſequitur.Potentias autem voco,ſecundum quas illos ſuſcipere apti ſumus.ve
luti ſecundum quas poſſumus iraſci, aut dolere,aut miſereri.habitus autem,per quos
bene vel male ad effectus nos habemus.veluti ad iraſcendū ſi vehemēter aut remiſſe,
12 male:ſi mediocriter,bene.eodem modo & circa alia.¶Affectus ergo non ſunt neq; vir-
tutes:neq; vitia,quia ſecundū affectus non laudamur,neq; vituperamur.non enim lau-
datur qui timet neq; qui iraſcitur.neq; vituperatur qui ſimpliciter iraſcitur:ſed qui cer-
to modo.& ſecundum virtutes & vitia laudamur, & vituperamur. Præterea iraſcimur
& timemus ſine electione.virtutes autem electiones quædā ſunt,vel non ſine electio-
ne.Inſuper ſecundum affectus moueri dicimur:ſed ſecundum virtutes & vitia non mo-
13 ueri,ſed certo modo diſpoſitos eſſe.¶Propter hæc etiam neq; potentiæ ſunt.nam neq;
boni neq; mali ex eo dicimur quia facere poſſumus ſimpliciter:neq; laudamur, neque
vituperamur.Et præterea potentes ſumus natura.at boni vel mali natura non ſumus,
14 diximus autem de hoc prius.¶Si ergo neq; affectus ſunt,neq; potentiæ:reſtat vt habi-
tus virtutes ſint.Quid igitur virtus ſit,generaliter dictum eſt. Cap. VI.

15 SEd oportet nó ſolum iſto modo ꝙ habitus eſt,ſed qualis habitus ſit dicere. Eſt
ergo dicendū ꝙ omnis virtus,& illud ipſum cuius virtus eſt:bene ſe habens per-

ficit,& opus eius bene reddit.vt ecce virtus oculi & oculũ ſtudioſum facit, & opus eius.
virtute enim oculi bene videmus.Eodémque modo virtus equi: equum ipſum ſtudio-
ſum facit,& bonum ad currendum: portandum equitem , & expectandum hoſtem. Si
ergo hoc eodem modo ſe habet,& virtus certe hominis habitus erit ex quo bonus vir
ſit,& ex quo ſuum opus bene reddit.Quomodo autem id erit,iam dictum eſt.Præter-
ea & hoc modo patebit,ſi inſpiciamus qualis ſit eius natura. ¶Nempe in omni conti- 16
nuo ac diuiſibili:& plus,& minus & æquale capi poteſt.¶Et hoc aut reſpectu rei aut 17
noſtri.Aequale vero medium:quod eſt inter defectum & exceſſum.Dico autem mediũ
rei quod æqualiter diſtat ab vtroque extremo:quod eſt vnum & idem in omnibus.re-
ſpectu autem noſtri:quod neque excedit neque deficit.hoc autem neque vnum, neque
idem in omnibus eſt. Veluti ſi decẽ multa,duo pauca,ſex media capiantur in re: æqua-
liter enim excedunt & exceduntur,hoc medium eſt ſecundum numeri proportionem.
Sed quantũ ad nos nõ ita capiendum.non enim ſi cui decem minas comedere multum
eſt,duas autem parum:magiſter ludi ſex eidem tradet eſt enim fortaſſe & hoc nimiũ,
aut parum illi:qui accepturus eſt.Nam Miloni parum:incipienti vero ſe exercere ni-
mium.ſimile eſt in curſu,& palæſtra.hoc itaque modo omnis ſciens exceſſum vitat,atq;
defectum:medium autem quærit & eligit, medium vero non rei, ſed reſpectu noſtri.
¶Si vtique omnis ſcientia ſic opus bene perficit ad mediũ proſpiciens,& ad hoc ope- 18
ra ipſa deducens,vnde dici cõſueuit in recte factis, quòd neque addi,neque demi quic-
quam poteſt:vtpote exceſſu, atque defectu corrumpentibus, medio autem ſeruante.
boni autem artifices vt diximus ad hæc reſpicientes faciunt . virtus autem omni arte
certior ac melior eſt:quemadmodum natura.medij quidem erit coniectatrix. loquor
autem de morali.nam ea vertitur circa affectus & actus,& in his eſt exceſſus,defectus,
& medium.vtputa metuere,audere,cupere,iraſci,miſereri,& vniuerſaliter lætari,& do-
lere magis,& minus:ac vtraque non bene.ſed quando,& in quibus,& erga quos,& cu-
ius cauſa,& vt oportet:medium & optimum eſt.quod profecto eſt in virtute . Eodem
modo in actibus eſt exceſſus,defectus & medium: virtus autem circa actus & effectus
verſatur. In quibus exceſſus quidem delinquit,defectus vero reprehenditur: medium
autem probatur,ac recte perficitur.ſed hæc vtraq; virtutis ſunt mediocritas.ergo quæ-
dam virtus eſt medij coniectatrix ¶Adhuc delinquere, multifariam eſt. nam malum 19
quidem infiniti eſt vt Pythagorici putant: bonum autem finiti.recte autem perficere,
vnice dicitur. quapropter alterum facile, alterum difficile eſt.facile quidem aberrare:
difficile autem eo ad quod intendas potiri.Et ob hoc igitur vitij eſt exceſſus & defect⁹:
virtutis autem medium.nam boni quidem ſimpliciter:multifariam autem mali.¶Eſt 20
igitur virtus habitus electiuus in mediocritate conſiſtens quoad nos,ratione termina-
ta,& vt ſapiens terminaret.Mediocritas autem duorum vitiorum : alterius ſecundum
exceſſum , alterius ſecundum defectum . Et etiam quia alia excedunt alia deficiunt
magis quàm oportet in affectibus & actibus.virtus autem medium inuenit atque eli-
git.Quapropter ſecundum ſubſtantiam & rationem quid illa ſit dicentem: mediocri-
tas eſt virtus.ſecundum vero commendationem probitatis ſummitas . ¶Non tamen 21
omnis actus,nec omnis affectus mediocritatem accipit.Nam ſunt quædam quæ ſtatim
vt nominata ſunt prauitatem connexam habent. vt maliuolentia, impudentia, inui-
dentia.& in actibus ſtuprum, furtum, homicidium. nam cuncta hæc & huiuſmodi ita
dicuntur,quaſi mala ipſa ſunt:non quaſi exceſſus aut defectus ipſorum.nunquam ergo
in illis recte facere datur:ſed ſemper delinquitur.nec in illis eſt quàm oportet, & quã-
do oportet:& vt oportet.ſed ſimpliciter in quolibet iſtorum delinquitur.Eodem modo
dicendum eſt de iniuria,ignauia,& luxuria.Nam ſi aliter diceremus, eſſet exceſſus &
defectus mediocritas:& exceſſus exceſſus, & defectus defectus . Sed quemadmodum
temperantiæ & fortitudinis non eſt exceſſus neque defectus , quoniam ipſæ mediæ
ſunt & ſupremæ:ſic nec illarum quas ſupradiximus mediocritas eſt,neque exceſſus &
defect⁹,ſed vtcunque illa facias,delinquis.exceſſus enim & defectus:nulla omnino eſt
mediocritas.neque mediocritatis ipſius exceſſus eſt aut defectus.

22 SEd oportet ſermonem noſtrum non ad vniuerſum modo genus: verum ad ſin-
gula coaptare. In verbis enim de actibus habentur vniuerſalia quidem inanio-
ra:particularia autẽ veriora exiſtunt. Nam & actus ipſi circa ſingula verſantur:
23 quos certe his conſonare oportet. ¶ Comprehendenda igitur hæc & deſcribenda ſunt.
Circa timores igitur & audacias:fortitudo mediocritas eſt.excedentium vero:qui non
timendo excedit ſine nomine eſt.multa vero ſunt ſine nominibus. qui vero audendo
excedit:ferox.ſed qui in timendo excedit & in audendo deficit:timidus eſt. Circa vo-
luptates vero & dolores non omnes quidem:ſed minus circa dolores media eſt tempe
rantia.exceſſus autem,intemperantia. deficientes vero in voluptatibus vix reperiun-
tur. Itaque ne nomen quidem ſortiti ſunt,ſed inſenſati vocentur. Circa dandas, capien-
dáſque pecunias:media eſt liberalitas.exceſſus vero & defectus hinc prodigalitas,illinc
auaritia:quæ inter ſe contrariæ excedunt ac deficiunt. Nã prodigus quidẽ in erogando
excedit:in capiendo deficit. Auarus autem in capiendo excedit: in erogando deficit. Sed
nũc ſummatim & per figurã dicimus:poſtmodũ diligentius de ipſis tractabimus. Sunt
& aliæ circa pecunias diſpoſitiones:mediocritas vero eſt magnificẽtia.magnificus enim
differt à liberali.hic circa parua,illa circa magna verſatur.exceſſus:eſt inexplebilitas &
vulgaris vẽtoſitas.defectus vero:modicitas.differũt autẽ hæc ab his quæ circa liberalẽ
ſunt. Sed quo modo differãt poſtea dicetur. Circa honorem & inhonorationẽ media eſt
magnanimitas.exceſſus autem inflatio dicitur.defectus vero puſillanimitas. Vt autem
diximus ad magnificentiam ſe habere liberalitatem & circa parua differre: ſic ſe habet
alia quidem ad magnanimitatem circa honores magnos exiſtentem,illa circa paruos.
Eſt enim honores cupere vt oportet,& magis quàm oportet,& minus. Vocatur autem
qui cupiditate honoris excedit,ambitioſus. qui autem deficit, remiſſus. medius autem
innominatus eſt.nam & diſpoſitiones ipſæ innominatæ ſunt præterq̃ ambitioſi:am-
bitio.vnde certant extremi de media regione.& nos medium quandoque ambitioſum
dicimus,quandoq; remiſſum . & modo vnum, modo alterum laudamus. id cur accidit,
in ſequentibus dicetur. Nunc de alijs eódem modo dicamus. Eſt & circa iram exceſſus,
defectus,& mediocritas. ſed ſunt fere innominata.medium tamen manſuetum & me-
diocritatem ipſam manſuetudinem vocamus. qui vero excedit iracundus, & exceſſus
ipſe iracundia:qui autẽ deficit ſegnis,& defectus ipſe ſegnicies appellatur. Sunt & aliæ
tres mediocritates,ſimilitudinem quandam inter ſe habentes:differunt tamen adinui-
cem.omnes enim ſunt circa verborum & actuum communionem: ſed in hoc differunt
ꝙ vna earum eſt circa verũ,aliæ circa delectabile:& hoc partim in ioco, partim in cun-
ctis quæ ad vitam pertinent.igitur de his quoq; dicendum eſt,vt appareat mediocrita-
tem in omnibus eſſe laudãdam:extrema vero neq; recta,neq; laudabilia,ſed reprehen-
ſione digna. Sunt etiam iſtarum pleræq; innominatæ.conandum tamen eſt, vt in alijs:
nomina fingere declarationis & intelligentiæ gratia. Circa verum igitur medius qui-
dem grauis,& mediocritas ipſa grauitas appellatur . Simulatio autem ſi excedat,vani-
tas:& qui illa vtitur,vanus.ſi deficiat,ironia:& qui illa vtetur,ironicus dicitur. Circa de-
lectabile autem in ioco medius eſt comis:& diſpoſitio ipſa comitas.exceſſus vero ſcur-
rilitas:& qui ea vtitur ſcurra.defectus autem ruſticitas:& qui vtitur ruſticus. In reliquo
autem delectabili quod in vita verſatur:qui vt oportet iucundus eſt,amicus:& medio-
critas amicitia.qui excedit ſi nullius gratia:laſciuus.& ſi ſui lucri cauſa hoc facit: adula-
tor.qui autem deficit,& in cunctis moleſtus eſt:contentioſus & inhumanus vocatur.
24 ¶ In affectibus quoq; & circa ipſos:mediocritates ſunt.nam verecundia quidem virtus
non eſt:laudatur tamen verecundus,quoniam is medius dicitur. qui vero excedit & in
cunctis veretur:pauidus.qui autem deficit:impudens vocatur. Indignatio autem me-
dia eſt inter inuidiam,& peruerſum gaudium.verſatur autem circa voluptatem & do-
lorem prouenientem ex ijs quæ proximis contingunt. Indignans enim moleſte fert
cum indigno alicui proſperitas eſt. Inuidus hunc excedens:in cunctis turbatur, ac mo-
leſte fert.peruerſe autem gaudens non modo non dolet:ſed lætatur. verum de his alio

loco dicendi tempus erit. De iuſtitia vero quoniam non ſimpliciter illa dicitur:paulo
poſt diſtinguentes,de vtraque dicemus:quoniam mediocritates ſunt & eodem modo
de rationabilibus virtutibus. Cap.VIII.

SEd cum tres ſint diſpoſitiones,duæ quidem vitiorum in exceſſu,& defectu:vna 25
virtutis quæ mediocritas eſt: omnes adinuicem quodam modo opponūtur.ex-
tremæ quidem & illi quæ media eſt, & ſibijpſis inter ſe contrariæ ſunt, media
autem extremis.Vt enim æquale ad minus maius,& ad maius minus eſt:ſic medij ha-
bitus defectus excedūt,ab exceſſibus autem deficiunt,& in affectibus,& in actibus.for-
tis enim ſi ad timidum compararetur:ferox videbitur.ſi ad ferocem,timidus.Item tem-
peratus ſi ad inſenſatum compararetur:intemperans.ſi ad intemperantem,inſenſatus.li-
beralis quoq; ſi ad auarū compararetur:prodigus. ſi ad prodigum:auarus videbitur.Itaq;
extremi reijciunt medium:alter ad alterum.timidus fortem vocat ferocem:ferox vero
timidum vocat,eodémq; modo in alijs. ¶Quæ cum ita ſint:maior contrarietas eſt in- 26
ter extrema adinuicem q̃ ad medium. nam longius diſtant inter ſe q̃ à medio,vt ma-
gnus à paruo & paruus à magno:q̃ vterq; ab æquali.Eſt inſuper extremis quibuſdam
ad medium ſimilitudo. vt ferociæ ad fortitudinem , & prodigalitati ad liberalitatem.
Ipſis vero extremis inter ſe,plurima diſſimilitudo eſt.quæ vero plurimum inter ſe diſ-
tant: contraria diffiniuntur. Itaq; magis contraria quæ magis diſtant. ¶Sed medio in 27
quibuſdam exceſſus,in quibuſdam defectus magis opponitur.vt ecce fortitudini qui-
dem non ferocia quæ eſt exceſſus:ſed timiditas quæ eſt defectus opponitur magis.tem
perantiæ autem non inſenſibilitas quæ eſt defectus: ſed intemperantia quæ eſt exceſ-
ſus.Accidit hoc autem duabus de cauſis.Primo ex ipſa re,quādo alterum extremum
propius & ſimilius eſt medio:non ipſum ſed aliud magis opponitur . veluti quoniam
fortitudini ſimilior eſſe videtur ferocia & propinquior:diſſimilior vero timiditas, hāc
magis oppoſitam dicimus.Quæ enim magis abſunt à medio:ea magis contraria vidē-
tur eſſe.hæc igitur vna eſt cauſa ex ipſa re.Alia ex nobiſipſis.ad quæ enim magis natu-
ra inclinati ſumus:ea magis contraria medio videntur.veluti cum ipſi proniores natu-
ra ſumus ad voluptates,atque ex eo procliuiores ad luxuriam quàm ad continentiam:
eam magis contrariam dicimus ad quam inclinatio magis fit.& ob id , intemperantia
quæ eſt exceſſus:magis contraria eſt temperantiæ. Cap.IX.

QVòd igitur virtus moralis mediocritas ſit,& quomodo, & ꝙ duorum vitiorum 28
mediocritas,alterius ſecundum exceſſum,alterius ſecundum defectum,& ꝙ ta-
lis eſt propter coniecturam medij in affectibus atque actibus:ſatis dictum eſt.
Quamobrem opus eſt ſtudioſum exiſtere : nam in capiendo medio tota
vis conſiſtit. Atq; vt circuli medium comprehendere non cuiuſq; eſt,ſed tantum ſcien-
tis:ſic iraſci & pecuniam dare facile eſt,& cuiuſque, ſed cui & quantum,& quomodo,&
quamobrem:id quidem non amplius cuiuſq; eſt,neq; facile.Itaque recte facere:rarum,
laudabile,& præclarum eſt. ¶Quocirca oportet cū quis medium aſſequi vult:ante om- 29
nia longius abire à magis contrario.vt Calypſo monebat dicens, Extra fumum & flu-
ctum nauem abige.nam extremorum alterum magis,alterū minus peccat. Cum itaq;
medium aſſequi ſumme difficile ſit:quod ſecundo loco eſt minima malorum capien-
da ſunt.hoc autem fit maxime per hunc modum quem diximus . Conſiderandum eſt
enim ad quæ nos proniores ſumus.nam alij ad alia natura feruntur. id intelligetur ex
voluptate & moleſtia:quæ nobis prouenit.in contrarium autem noſmetipſos retra-
here ac reniti debemus. longe enim à delinquendo ſecedentes:medium inueniemus,
inſtar eorum qui flexa ligna rectificant.In omnibus maxime cauendum eſt à volupta-
te.non enim interrupti de illa iudicamus.quod igitur ſeniores populi paſſi ſunt erga
Helenam:hoc pati nos conuenit erga voluptatem,& illorum per omnia dicere vocem.
Nam ſic illam tranſmittentes minus errabimus. hæc igitur facientes (vt ſummatim
dicam) maxime valebimus medium adipiſci. Arduum certe hoc,& præcipue in ſin-
gulis nec facile determinare:quomodo & aduerſus quos,& pro quib9, & quouſque ira-
ſcendum eſt.nam & nos quandoque eos qui non iraſcuntur laudamus,quandoque eos

qui iraſcuntur.& illos mites:hos fortes vocamus.Sed qui parum excedit in alterutram partem non vituperatur.qui vero multum:is latere non poteſt.ſed quãtum & quouſq; vituperandus ſit:non facile eſt diffinire verbo,nec aliud quicquam ſenſibilium.horum autem in ſingulis iudicium eſt & in ſenſu.Illud duntaxat clarum eſt:quòd medius habitus in cunctis laudatur,& quòd declinare oportet quádoque ad exceſſum,quandoq; ad defectum.ſic enim facillimè medium adipiſcemur.

¶Secundi Ethicorum Ariſtotelis,interprete Leonardo Aretino,finis.

¶Tertius liber eodem interprete.

1 IGitur cum virtus circa affectus & actus verſetur, ac in ijs quæ vo-
luntaria ſunt laudes & vituperationes, in ijs vero, quæ inuolunta-
ria,venia,& interdum miſericordia locum habeant:neceſſarium eſt
forſan de virtute tractantibus, voluntarium & inuoluntarium diſ-
finire.vtile etiã legumlatoribus ad præmia pœnáſque conſtituẽdas.
2 ¶Vidẽtur autẽ inuoluntaria eſſe illa quæ per vim vel ignorãtiam
perpetrãtur.violẽtũ enim eſt cuius principiũ ab extra tale exiſtit:in
quo agẽs,vel patiẽs nihil cõfert.veluti ſi vẽtus tulerit aliquò,vel homines præpotẽtes.
3 ¶Quæ vero propter metũ maioris mali vel propter bonũ aliquod fiũt:vtputa ſi tyrã-
nus turpe aliquod iubeat,habẽs in poteſtate parẽtes & liberos,& ſi pareatur ſeruẽtur,
ſi nõ pareatur interficiãtur.dubitatur vtrũ illa voluntaria,an inuoluntaria ſint dicẽda.
4 ¶Tale aliquid,in iactib⁹ qui propter tempeſtatem fiũt.nemo enim ſanæ mẽtis ſpõte
iactat,ſed pro ſalute ſua & cæterorum.mixti igitur ſunt huiuſmodi actus:ſed magis ſi-
miles voluntarijs.Nam in electione ſunt tunc:cum fiunt.finis autẽ agendi ſecundum
tempus exiſtit:& voluntariũ igitur & inuoluntariũ tunc cum agitur,dicendum eſt.agit
autem volens.etenim principiũ mouẽdi organicas partes in talibus actionibus,in ipſo
eſt.quorũ autẽ in ipſo principiũ eſt:in eo quoque vtrũ agat vel non agat.quare volun-
taria ſunt & talia:licet forſan per ſe inuoluntaria.nemo enim aliquid tale ſpõte faceret.
5 ¶In huiuſmodi autẽ actibus quandoq; laudatur:qui turpe aliquid & doloroſum ſubit
pro magnis aliquibus & honeſtis. quandoq; etiã vituperatur. nam turpiſſima quidem
ferre pro nullo honeſto,vel mediocri:improbi eſt.in quibuſdam autem laus nõ cadit,
ſed venia:cum quis ea fecerit quæ nõ oportet,ob quædam intolerabilia quæ humanã
naturam tranſcendunt.ſunt etiã quædam ad quæ nemo cogi debeat,ſed mortẽ potius
ac extrema omnia ferre.nam Alcmæonem,Euripidis quæ cõpulerũt ad necem matris: Alcmęon.
ridicula videntur. Difficile interdum eſt iudicare quale pro quali ſuſcipiendum ſit, & Euripides.
quid pro quo ſuſtinendum. Difficilius etiã poſtq̃ cognoueris:in ſententia permanere.
plurimũ enim accidit,vt ea quæ expectãtur doloroſa:illa vero ad quæ cõpellimur tur-
pia ſint.quare laudes & vituperationes circa eos ſunt qui compelluntur,aut non com-
pelluntur.Violenta itaque ſimpliciter dicẽda ſunt,quando externa eſt cauſa,nec agens Quòd illa
quicquam confert.quæ vero per ſeipſa inuoluntaria ſunt, ſed nũc & pro alijs ſuſcipiẽda quæ fiũt vr-
& cauſa in agente eſt:ipſa quidem per ſe inuoluntaria ſunt,ſed nũc & pro alijs volunta- gẽte neceſſi-
ria, magis vero voluntarijs ſimilia. Agimus enim ſecundum ſingula,& hæc voluntaria tate nũ ſim-
ſunt.qualia vero pro qualibus ſuſcipiẽda ſint: nõ facile tradi poteſt. multæ enim diffe- pliciter violẽ-
6 rentiæ in ſingulis ſunt.¶Quòd ſi quis iucũda & honeſta dixerit violenta eſſe, quoniã ta dicantur.
illa ab extra cõpellunt,omnia hinc violenta forent.Nam horũ cauſa, omnia omnes fa-
ciunt.& qui violenter & inuiti,moleſte.qui vero propter delectationẽ, cum voluptate.
ridiculum itaq; eſt accuſare externa,ac nõ ſeipſum potius:qui ab his facile capiatur.&
honeſtorũ quidem ſeipſum:turpiũ vero voluptatẽ cauſam cenſere.videtur itaque vio-
lentum id eſſe,cuius principium externum eſt:nihil conferente illo, cui vis affertur.
7 ¶Quod vero per ignorantiam fit:nõ volũtariũ omnino eſt, ſed illud inuoluntarium
cuius poſtea dolorẽ pœnitudinẽmque ſuſcipimus. nã qui per ignorantiam quid facit,

nec poſtea feciſſe dolet:volens quidem nó fecit quòd neſciuit, nec rurſus inuitus quòd
non dolet.ergo qui per ignorantiam facit:ſi pœniteat,inuitus feciſſe videtur.ſi non pœ-
niteat cum alius ſit,eſto non voluntarius.nam melius eſt vt nomen proprium habeat.
¶Aliud autē videtur per ignorantiā facere,aliud ignorantem eſſe.Ebrius quidem aut 8
iratus non videtur per ignorantiam facere:ſed per aliquod ex prædictis,non ſciens ſed
ignorans.ignorat enim omnis flagitioſus quæ facere,à quibúſve abſtinere oportet. &
propter huiuſmodi errorē:iniuſti,ac mali fiunt. ¶Inuoluntarium dici debet,nó quãdo 9
quis ignorat vtilitatē.Non enim ignorantia quæ in electione cóſiſtit:cauſa eſt inuolũ-
tarij,ſed prauitatis.nec quæ in vniuerſo,vituperãtur enim propter hanc,ſed quæ in ſin-
gulis:in quibus,& circa quæ actus ſunt.nam in his cómiſeratio & venia locum habent.
qui enim aliquod horum ignorat:inuoluntariè facit. ¶Forſitan ergo nó peius fuerit, 10
quæ & quot iſta ſint determinare:& quis itaque,& quid, & circa quid,& in quo agit,in-
terdum etiam quo velut inſtrumento,& cuius gratia,vt ſalutis,& quomodo, vt ſenſim
vel vehementer.¶Omnia igitur hæc,nemo non inſanus vtiq; ignorabit. clarum ergo 11
quòd nec agentem.nam qua ratione ſeipſum?ſed quid agit:quis ignorare poteſt.veluti
Æſchylus. cum aiunt excidiſſe ſibi,vel neſcire quòd arcana eſſent. vt Aeſchylus de myſterijs.aut
monſtrare volentem dimiſiſſe: vt qui catapultam. credere poteſt quis eſſe hoſtem: qui
Merope. filius ſit,vt Meropæ accidit.& haſtam emiſſam rotari,aut lapidem pumicē eſſe.& cum
ſalutis cauſa percuſſerit,necare,vel cum docere voluerit:vt magiſter ludi gladiatorij.cũ
igitur circa hæc omnia,ignorantia verſetur in quibus ſunt actus,qui horũ aliquid igno-
rabit:inuitus videtur feciſſe,& maximè in principaliſſimis. principaliſſima autē viden-
tur eſſe illa in quibus actio eſt,& cuius gratia.per talem ignorantiam inuolũtarium di-
citur:& præterea factum ipſum dolorem & pœnitudinem afferat oportet. ¶Cum au-. 12
tem inuoluntarium,violentum & per ignorãtiam:voluntarium vtiq; videbitur eſſe cu-
Quòd illa quæ per iram fiunt non ſint inuoluntaria. ius in ſeipſo principium eſt,ſciente ſingula quæ egit. ¶Forſan enim non bene dicitur 13
eſſe illa inuolũtaria:quæ per iram aut concupiſcentiam fiũt.primo enim nullum aliud
animal voluntarie ageret, nec pueri etiam. Deinde vtrum nihil voluntarie agimus ex
ijs quæ per iram,& concupiſcentiam:vel honeſta quidem voluntarie,turpia vero inuo-
luntarie?ridiculum eſt:cum vna ſit cauſa.Abſurdum vero dicere illa inuoluntaria eſſe:
quæ appetere oportet.at iraſci oportet in quibuſdam: & concupiſcere quædam: vt ſa-
nitatē,& doctrinam.videntur autem inuoluntaria dolorem afferre:ſed quæ concupiſci-
mus delectant.Inſuper quid refert inuolũtaria ſint quæ per cogitationem,vel quæ per
iram delinquuntur?vtraque ſanè fugienda ſunt. ſed videntur non minus humani eſſe
irrationales affectus,actus vero hominum:ab ira & concupiſcentia ſunt,quæ inuolun-
taria ponere abſurdum eſt.

Cap. II.

POſtquam voluntarium & inuoluntarium diffiniuimus:conſequēs eſt,vt de ele- 14
ctione dicamus.ea nãque familiariſſima virtuti eſſe videtur, & magis quàm res
ipſæ mores oſtendere electionē voluntarium eſte conſtat. ¶Non idem tamen, 15
nam voluntarium latius patet.voluntarium enim & pueris, & alijs animantibus com-
mune eſt:electio vero nó.Et repentina quidem voluntaria dicimus:electionē vero non
habere.¶Qui vero ipſam dicunt eſſe concupiſcentiam,vel iram,vel voluntatē,vel opi- 16
nionem quandam:recte dicere non videntur. non enim commune quiddã electio eſt,
nec irrationalium.ſed concupiſcentia & ira communia ſunt: & incontinēs,concupiſcēs.
quidem:ſed non eligens agit.continens vero cõtrà eligens quidem:ſed nó cócupiſcēs.
Electioni concupiſcentia aduerſatur: concupiſcentia vero concupiſcētiæ nequaquam.
Præterea cócupiſcentia voluptuarij eſt,atque moleſti: electio autem neq; moleſti neq;
voluptuarij.ira etiã minus.nam quæ per iram fiũt minime per electionē fieri videntur.
Sed nec voluntas, quanuis propinquum quiddam apparet.nam electio non eſt impoſ-
ſibilium:& ſi quis hanc electionē vocet: deſipere videbitur.at voluntas impoſſibilium
eſt:veluti immortalitatis.Eſt etiã voluntas circa illa quæ ab eo ipſo qui vult nequaquã
fiunt,veluti hiſtrionē aliquem vel pugilem vincere: verum hæc talia eligit nemo,ſed ea
duntaxat quæ ipſe facere poſſe exiſtimat.Inſuper voluntas finis eſt magis:electio autē

corum quæ ſunt ad finem.vtputa ſanos eſſe volumus:eligimus autem illa per quæ ſani
ſumus.& felices eſſe volumus & dicimus:eligimus autem dicere nó congruit.Omnino
auté videtur electio circa illa verſari,quæ in noſtra ſunt poteſtate.Sed nec opinio qui-
dem erit.nam opinio circa omnia videtur eſſe:nec minus circa æterna & impoſſibilia q̃
circa illa quæ in nobis ſunt.Nec bono nec malo:ſed vero & falſo diſtinguitur.at electio
per illa magis.ſed in totũ idem eſſe electionem quod opinioné,nemo fortaſſe dicet: at
certe nec in parte aliqua idem eſt.nã propter electioné bonorũ aut malorũ:tales aliqui
ſumus.propter opinioné auté:nó.Et eligimus capere,aut fugere , aut aliquid huiuſmo-
di:opinamur auté quid res ipſa ſit,& in quo códucat,& qua ratione vtilis ſit:capere ve-
ro aut fugere non nimis opinamur.Et electio laudatur magis quia quod opus erit ele-
gerit, q̃ quod rectum elegerit:opinio auté propter veritaté laudatur.Et eligimus quæ
maxime ſcimus bona eſſe:opinamur auté quæ non multũ ſcimus.nec ſanè ij idem eli-
gere videntur optima,& opinari.ſed opinãtur quidam melius:attamen propter praui-
tatem deteriora eligũt.Vtrum vero antecedat electionem opinio,an magis ſequatur:
nihil refert.neque enim id quærimus,ſed an idem electio ſit:quod opinio quædam.
17 ¶Quid igitur aut quale eſt electio cum prædictorũ nihil ſit:voluntarium quidem eſſe
conſtat.ſed non omne voluntarium,electionem habet. at id tantũ cuius cóſultatio an-
teceſſit.nam electio cum ratione & cogitatione eſt:quod & nomen ipſum ſignificare vi
detur.quaſi & quibuſdam propoſitis vnum aliquod legatur:id eſt capiatur. Cap. III.
18 SEd vtrum omnia in cóſultationé cadant, an quædam ſunt in quibus conſultatio
19 locũ nó habet? ¶Forſan dicẽdum eſt id in cóſultationé venire,nó de quo inſipiẽs
aut fatuus:ſed de quo ſanæ mentis aliquis conſultaret.de æternis auté nemo con-
ſultat:veluti de mũdo,de diametro,vel de latere:quia incómenſurabilia ſunt . Sed neq;
de ijs quæ in motu,& ſemper eodẽ modo exiſtũt:ſiue neceſſitate,ſiue natura,ſiue pro-
pter aliã cauſam,veluti de ortu aut cóuerſione ſyderũ.Neq; de ijs quæ aliàs aliter acci
dunt,veluti de ſiccitatibus,& imbribꝰ.Neq; de ijs quæ ſunt à fortuna,veluti de theſau-
ri inuentione.Sed neq; de humanis omnibus.nam quemadmodũ Scytharũ reſpublica
optime gubernetur:nemo Lacedæmonius conſultat. hæc enim per nos agi nó poſſunt.
20 ¶At illa veniũt in cóſultationé:quæ agi poſſunt, & à nobis quidem agi.ſunt autem &
alia huiuſmodi.cauſa videtur eſſe natura,& neceſſitas,& fortuna,& mens,& omne quod
21 per hominé.homines vero de ijs conſultãt quæ ſibi agibilia ſunt.¶Circa manifeſtas &
ſufficiẽtes diſciplinas nó eſt conſultatio.vtputa de literis:nemo ambigit quẽadmodum
ſcribi debẽt.ſed quæ à nobis fiunt.nec ſemper eodem modo ea ſunt huiuſmodi, vt in
deliberationé cadant:veluti illa quæ ad medicinã,& ad rem pecuniariã pertinẽt.& circa
gubernatiuã magis q̃ circa gymnaſticam:quanto illa minus eſt manifeſta. magis vero
circa artes,q̃ circa diſciplinas conſultatio cadit.nã in ijs magis dubitamus. conſultatio
auté verſatur in ijs quæ frequẽtius accidunt: & incerta quẽadmodum euadant,& inde-
terminata ſunt:ſumimus & alios ad conſilium,cũ de rebus maioribus deliberare volu-
mus,nó ſatis nobiſipſis ad diſcernendũ confiſi.Nec ſane de finibus cóſultamus : ſed de
ijs quæ ſunt ad finé.medicus auté nunq̃ conſultat an ſanũ faciat, nec orator an perſua-
deat,neq; gubernator reipublicæ an bene inſtituat ciuitaté,nec aliorũ quiſquã de fine
deliberat:ſed poſito fine,quẽadmodum ad illum perueniatur cóſiderãt. & ſi per multa
fieri poſſe conſtat:per quod illorũ facillime & optime fiat perquirunt. ſi vero per vnũ:
quẽadmodum per illud fiat,& id rurſus per quod:donec perueniant ad primã cauſam,
quod inuẽtione vltimũ eſt.qui enim conſultat:videtur quærere,& reſoluere prædicto
22 modo quaſi diagrãma.¶Sed videtur nó omnis perquiſitio eſſe conſultatio:ceu cũ ma-
thematici aliquid perquirũt.verũ omnis conſultatio perquiſitio eſt. & quod vltimũ in
reſolutione:id primũ in generatione.& ſi in aliquod incidunt quod impoſſibile videa-
tur:illud omittunt.veluti ſi pecunijs opus ſit:quas habere nó poſſint. ſin auté videatur
poſſibile,facere tũc aggrediũtur.poſſibilia intelligẽda ſunt quæ nos poſſumus.nam quæ
per amicos fiũt,quodam modo per nos fiũt,quia principiũ in nobis eſt.quærũtur vero
quãdoq; inſtrumenta:quãdoq; opus illorũ,eodem modo in reliquis quãdoq; per quod,

quâdoq; quomodo aut quo mediáte.videtur homo vt diximus principiũ eſſe agẽdi,có-
ſiliũ vero de ijs eſſe quæ cóſultádi agibilia ſunt.actus vero aliorũ gratia.nó cadunt igi-
tur in cóſiliũ fines:ſed ea quæ ſunt ad finẽ. ❡Neq; certe ſingulares res:veluti ſi panis eſt 23
hoc,& ſi digeſtũ eſt vt oportet.nã ad ſenſum id attinet. ❡Quòd ſi ſemper conſulitur:in 24
infinitũ erit ꝓgreſſus.cóſultabile & eligibile idẽ ſunt:niſi ꝙ eligibile rẽ iãpridẽ determi-
natã ſignificat.quod enim in deliberádo cæteris prætulimus:id eligibile dicitur. deſinit
autẽ tũc demũ vnuſquiſq; quærere quẽadmodũ aget:cũ in ſeipſum reducit principiũ,&
ipſius in antecedẽs:hoc enim eſt quod eligit. Patet hoc ex vetuſtis inſtitutis: quæ Ho-
merus ſecut⁹ eſt.reges enim quæ elegerãt denũtiabãt in populũ.cũ ergo ſit eligibile,có-
ſultabile,affectabile eorũ quæ in nobis ſũt:electio vtiq; erit cóſulta affectio eorũ quæ in
nobis ſũt.ex cóſultatióe enim iudicãtes affectamus ſecundũ cóſiliũ. De electione igitur
hactenus dictũ ſit,& circa quæ exiſtat,& ꝙ circa illa verſat̃,quæ ſunt ad finẽ. Cap. IIII.

ET ꝙ voluntas eius eſt quæ eſt finis.ſed videtur alijs quidẽ boni eſſe:alijs opinati 25
boni.atq; ex eo fit vt qui boni eſſe dicũt,negẽt ea nos velle, quæ nó recte cupi-
mus.nihil enim volumus niſi bonũ. eſſe autẽ malum ſi ita contingeret.ſed qui
opinatum bonũ dicũt:nó natura ſed vt cuiq; videtur bonũ appellãt.videtur autẽ aliud
alijs:& ſic cótraria extiterunt. Quòd ſi iſta non placẽt:dicendũ eſt ſimpliciter, & ſecũdũ
veritatẽ:id eſſe volendum quod bonũ ſit. verũ ſinguli quod bonũ apparet ſequuntur.
❡Ex quo fit vt ſtudioſo quidem viro,verũ ſit bonum:prauo autẽ,vt contingit. quod in 26
corporibus quoq; accidit.nam ſanis quidem ſalubria ſunt,ea quæ reuera ſunt ſalubria:
ægrotis autem alia,eodémq; modo amara,& dulcia,& calida,& grauia,& cætera huiuſ-
modi.ſtudioſus enim vir:recte ſingula iudicat,& in vnoquoq; verum diſcernit. cuiuſq;
enim habitus propria quædam ſunt bona & iucunda.at forte in dinoſcẽda veritate ſtu
dioſus vir plurimũ antecellit:quaſi regula,& menſura illorũ exiſtens.multitudinẽ vero
(vt videtur) voluptas decipit:quæ licet bonum non ſit,tamen apparet. ſequuntur ergo
voluptatem tanquam bonum,dolorem vero tanquam malum fugiunt. Cap. V.

CVm itaq; finis ſit id quod volumus,conſultatio vero atq; electio eorũ ſit quæ 27
ſunt ad finẽ:ſequitur vt actus ſecundum electionẽ ſint,& volũtarij. ❡Operatio- 28
nes autẽ virtutũ circa iſta verſantur.ſunt vero in noſtra poteſtate virtutes & vi-
tia.nam in quibus vtrũ agamus vel nó agamus in nobis eſt:& in noſtra ſunt poteſtate.
quare ſi agere honeſtũ,exiſtens in nobis eſt:certe & non agere turpe, in nobis exiſtens
eſt.& ſi non agere honeſtũ,exiſtens in nobis eſt,certe agere turpe, exiſtẽs in nobis eſt.
quòd ſi eſt in nobis honeſta,& turpia agere:ſimiliter & non agere.hoc autẽ erat bonos
& malos eſſe.in nobis erit probos,& improbos eſſe. ❡Dicere autẽ quòd nemo volens 29
prauus ſit,neq; inuitus felix:alterũ falſo,alterum vero ſimile videtur. porrò felix nemo
inuitus eſt:prauitas autẽ voluntaria res eſt,vel recedendũ eſt ab ijs quæ præmiſimus.
& dicendum hominẽ non eſſe principium,neq; generationem rerum:quemadmodum
filiorum.quòd ſi illa conſtant nec in aliud principium quàm in noſipſos referre poſſu-
mus:quorum principium in nobis eſt:illa in nobis erunt & voluntaria. Id atteſtari vi-
detur ſingulorũ opinio,& legumlatores:qui aduerſus delinquentes pœnas conſtituũt.
ſi modo non vi coacti,neq; per ignorantiam cuius ipſa cauſa non fuerint deliquerunt.
illis vero qui bene agunt:præmia conſtituunt quaſi alios inuitantes,alios deterrentes.
atqui ad ea quæ neque in nobis ſunt,neque voluntaria, nullus hortatur.quippe fruſtra
hortaretur quis,vt non caleret, vel non frigeret,vel non eſuriret,vel aliquid tale: quã-
uis enim hortatus,nihilominus illa pateretur . Verum per ignorantiam commiſſa pu-
niuntur:ſi ipſe cómittens cauſa ignorantiæ videatur fuiſſe. ceu aduerſus ebrios duplici
pœna conſtituta.principium enim in ipſis eſt : cum in eorum poteſtate fuerit ne ebrij
fierent,quod cauſa eſt eorũ ignorãtiæ. Puniuntur & ignorantes aliquid ex ijs quæ legi-
bus continẽtur:quæ vtiq; ſcire oportet,nec difficilia ſunt. Eodem modo in alijs quæ per
negligẽtiã ignorãtur:quaſi in ipſis ſit,ne ignorẽt.poterãt enim diligẽtiã adhibere, ſed
forſan talis eſt quis vt diligens eſſe nequeat.at vero hi ſibijpſis diſſolutè viuendo:cauſa
ſunt vt iniuſti & improbi fiant,in maleficijs,& flagitijs degẽtes.nam quales ſunt actus

cuiuſq;:talis tandem & ipſe euadit.quod in omnibus ſtudijs, exercitationibúſque con-
ſpicitur.ignorare igitur ꝙ ex actib⁹ habitus fiunt,nimium hebetis eſt.abſurdum etiam
dicere iniuriãtem nolle eſſe iniuſtum, neq; flagitia patrantẽ flagitioſum.Quòd ſi quis
30 non ignorans agit ea ex quibus erit iniuſtus:voluntarie erit iniuſtus.¶Nec tamẽ ſi ve-
lit iniuſtus ceſſabit iniuſtitia,ac iuſtus fiet.non enim ægrotãs ſanus fit,& ſi ita cõtingat
vt ſponte ægrotaret per incontinentiam,atq; laſciuiam : præceptis medicorum aduer-
ſatus,tunc ergo licebat illi non ægrotare:ſed nunc non amplius licet. quemadmodum
nec emiſſum lapidem quis retinere poteſt.fuit tamen in illo capere ipſum: atque emit-
tere. principium enim in ipſo. ſic iniuſto,& flagitioſo licebat ab initio talis non eſſe.ex
quo fit vt volens delinquat. ſed poſtquam talis factus eſt:non licet ſibi talis non eſſe.
Nec ſolum animi vitia voluntaria ſunt:ſed interdum etiam corporis. quæ certe carpi-
mus,& increpamus.nam qui natura deformes ſunt,eos nemo reprehendit:ſed eos qui
per negligentiam,atque incuriam tales ſunt.idem facimus circa imbecillitatem, & tur-
pitudinem,& cæcitatem.nemo increpat cæcum natura aut ægritudine, aut vulnere: ſed
magis miſeretur.quòd ſi propter ebrietatem aut aliam huiuſmodi cauſam cæcus fiat:
omnes increpant.vitia igitur corporis quæ in noſtra ſunt poteſtate:culpantur.quæ non
ſunt,non culpantur.id ſi ita eſt:in alijs quoque vitia quæ culpantur in noſtra ſunt pote-
31 ſtate.¶Quòd ſi quis dixerit omnes affectare id quod apparet bonum: ſed ipſius ap-
parentiæ dominos non eſſe,ſed qualis quiſque eſt:talem illi finem videri.Siquis ſui ha-
bitus quodam modo cauſa ipſe ſibi eſt & apparentiæ:certe erit idem ipſe quodãmodo
ſibi cauſa.Sin autem nullus ſibijpſi cauſa eſt male agendi,ſed propter ignorãtiam finis:
hoc agit putans ſibi optimum eſſe ita facere.affectatio autem finis non in noſtra eſt po
teſtate:ſed ita natura genitos eſſe oportet,vt tanꝙ intuitum ad diſcernendum optima:
& ad expetendum verum bonum habeamus.atque ille generoſus eſt:cui hoc à natura
exiſtit.rem enim optimam atq; pulcherrimã:quam nec ab alio accipere nec diſcere po-
teſt,qualis à natura eſt inſtituta:talem habebit.atque ita natum eſſe:ea demum vera,&
32 perfecta eſt generoſitas.¶Hæc igitur ſi vera ſunt,quid magis virtus quàm vitium erit
voluntarium?vtriq; enim eodem modo:& bono,& malo finis,natura erit.vel vtcunque
tandem videtur ita iacet.reliqua vero ad hæc referentes vtcunq; agũt.Siue igitur finis
non nàtura cuiq; qualiſcunq; apparet,ſed præter hoc aliquis eſt, ſiue finis quidem ipſe
naturalis eſt:ſed quia in alijs agendis ſtudioſus voluntariè agit , virtus voluntaria eſt:
nihilominus & vitia erunt voluntaria.nã vt illa bono,ſic iſta malo per ſeipſum exiſtunt:
ſi non in fine ac in rebus agendis.Si itaque (vt dicitur) virtutes voluntariæ ſunt : quia
habituũ noſtrorum noſipſi quodam modo cauſa ſumus:& quales ſumus,ipſi talem po-
33 nimus finem:& vitia certe voluntaria erunt.nam ſimilis in vtriſque ratio eſt.¶De vir-
tutibus ergo nobis communiter dictum ſit & genere: quòd mediocritates quædam,&
quòd habitus ex quibus fiunt:eadem quoque operantur,& quòd voluntarij ſunt, & in
nobis , atque ita vt recta dictat ratio.Sed habitus quidem non ita vt actus voluntarij
ſunt. quia actuum noſtrorum ab ipſo initio vſque ad finem: domini ſumus, ac ſingula
nouimus.habitum vero ab initio cognoſcimus:ac ſingula quæ poſtea addemus ceu in
aduerſa valitudine,ignoramus.ſed ideo voluntarij dicuntur habitus:quòd in nobis erat
hoc vel illo modo vti. Reſumentes igitur dicamus de ſingulis virtutibus, & qualis
quæque ſit,& circa quid,& quomodo:ex quo etiam illud apparebit quot virtutes ſunt.
Ac primo de fortitudine dicere ordiamur.

Cap. VI.

34 MEdiocritatem eſſe fortitudinem in metuendo & audendo dictum eſt prius.
Metuimus autem illa quæ terribilia ſunt. ea,vt ſimpliciter dicam⁹,ſunt mala.
itaq; metũ diffiniũt expectationẽ mali.metuimus ergo omnia mala:ceu infa
miam,egeſtatem,morbos,inimicitias,mortem.Sed non videtur circa hæc omnia forti-
tudo verſari.Nam ſunt quædam quæ metuere honeſtũ ſit,& nõ metuere turpe. veluti
infamiã qui timet,humanus & verecũdus:qui autem non timet, impudens eſt.Dicitur
tamen à quibuſdam fortis per ſimilitudinẽ:quòd ſimile aliquid habere videatur.Nam
& ipſe fortis:impauidus eſt.Nec paupertas forſan metuenda eſt,neq; morbus,nec illa,

vt ſummatim dicam,quæ neque ab improbitate neque à nobis proueniunt. nec tamen
qui iſta non metuit,fortis eſt:ſed vocamus & hunc fortem per ſimilitudinem. Quidam
enim in bellicis periculis meticuloſi:liberales ſunt,& ad erogandas pecunias ſatis ha-
bent audaciæ. Nec etiam qui pro filiorum atque vxoris pudicitia metuit,aut inuidiam,
aut aliquid tale:timidus eſt.nec certe fortis:ſi virgis cædendus non terretur. ¶ In quib⁹ 35
igitur terroribus fortis dicitur? an in maximis? nullus enim eo periculorum toleran-
tior.terribiliſſimum vero omnium mors.hæc enim finis, nec quicquam præterea bo-
num vel malum mortalibus videtur eſſe. ¶ Sed nec circa omne genus mortis fortitu- 36
do videtur,ceu in mari,aut in morbis.in quibus igitur? an in pulcherrimis? talia vero
ſunt in bello:in pulcherrimo ſane ac maximo periculo. Teſtantur honores à ciuitatib⁹
& regibus conſtituti. ¶ Proprie igitur fortis dicitur:qui ad honeſtam mortem,& ad ea 37
omnia quæ repente illam afferant,interritus eſt.ea vero in bello maxime contingunt.
Quinetiam & in mari,& in morbis: fortis vir interritus eſt.nec ita vt nautæ. nam illi
quidem deſperati ſaluti:tale genus mortis moleſte ferunt,hi vero propter experien-
tiam confidunt. Et ſimul audent in quibus eſt opus fortitudine aut pulchrum mori:
quorum neutrum in huiuſmodi mortis genere exiſtit. Cap. VII.

NEc ſane terribilia omnibus eodem modo ſunt. dicimus aliquid terribile ſupra 38
hominē,quod cuiq; mentē habenti terribile eſt. quæ vero ſecūdum hominem
terribilia ſunt:magnitudine differūt,ſimiliter autem & auſus. ¶ Fortis vir im- 39
pauidus eſt vt homo.quare timebit hæc vt oportet:& vt dictat ratio tolerabit decoris
cauſa.hoc enim virtutis finis eſt.metuūtur autem hæc magis & minus.delinquitur ve-
ro quando aut ita fit vt non oportet,aut non ita vt oportet,aut nō quando oportet,aut
aliquid huiuſmodi.eodem modo & in audendo. Qui igitur quæ oportet, & cuius gra-
tia & quando & vt conuenit ſuſtinet ac metuit,& audet:is fortis eſt.vt enim dignum,&
vt ratio præcipit:patitur,& agit vir fortis. ¶ Finis autem cuiuſque actionis eſt ſecun- 40
dum habitum,forti vero fortitudo decorum videtur.talis igitur & finis.ſingula autem
ad finem determinantur.decoris autem cauſa fortis vir ſubit,atq; agit fortitudinis ope-
ra. ¶ Excedentium vero qui non metuendo excedit:abſq; nomine eſt. Diximus & prius 41
multa eſſe innominata.foret autem hic quidem ſtupidus & inſanus ſi neq; terræ mo-
tus,neq; fluctus pertimeat.vt de Celtis dicitur. Qui vero in audēdo excedit,ferox eſt.
videtur autem ferox iactator quidam,& fortitudinis ſimulator. Nam qualis fortis cir-
ca terribilia eſt:talis iſte videri vult. Itaq; imitatur illum in quibus poteſt. Ex quo fit vt
plerique illorum:admixtam habeant cum timore audaciam.appetentes enim, pericu-
la non ſuſtinent. Qui autem metuendo excedit:timidus eſt. Nam & quæ non oportet:
& vt non oportet & omnia huiuſmodi:hunc ſequuntur.deficit & in audendo. ¶ Sed in 42
moleſtijs ſuperexcedens:magis in eo conſpicitur. Deſperans quidem,meticuloſus eſt.
cuncta enim formidat.fortis contrà:propter fiduciam bonam ſpem habet. ¶ Circa ea- 43
dem igitur verſantur timidus,ferox & fortis:ſed aliter atque aliter ad illa ſe habent.
hi quidem excedunt atque deficiunt:hic vero mediocritatem tenet,& vt oportet. Et fe-
roces quidem procliues ſunt & volantes ante pericula:ſed cum pericula aſſunt, non ſu-
ſtinent.fortes vero cum ad rem venerint:feruidi ſunt.ante rem vero:quieti. Vt igitur
diximus:fortitudo mediocritas eſt in metuendo,& audendo:de quibus dictū eſt.& quia
decorum eſt:ſuſcipit,& tolerat,vel quia turpe non. ¶ Mortem vero appetere ob fugiē- 44
dam paupertatem,aut amorem,aut aliud quicquam graue:non fortis eſt, ſed magis ti-
midi. Eſt enim mollities quædam, laborioſa fugere. & non quia decorum ſit, mortem
ſubit:ſed quia malum deuitat.fortitudo igitur tale aliquid eſt. Cap. VIII.

DIcuntur & aliæ quinq; modis. primo ciuilis quæ plurimā cum illa cōuenientiā 45
habet.videntur enim ciues pericula ſubire metu pœnarū, & propter infamiā,
& honorē.atq; ea de cauſa fortiſſimi videntur eſſe, apud quos timidi, infames
ſunt:fortes vero in pretio habētur. Tales Homerus facit aliquos: vt Diomedē & He-
ctorē.dicit enim Hector:Polydamas me primus redarguet & Diomedes. Hector enim
quandoq; diceret apud Troianos concionans:Titydes à me. Similis autē hæc maxime

Homerus.
Hector.
Diomedes.
Polydamas.
Troiani.

eſt illi de qua ſupra diximus per virtutem fieri. ex pudore enim, & cupiditate decoris
prouenit : quoniam honoris gratia , & ob fugiendam vituperationem, quæ turpis eſt.
In eodem gradu quis reponat & eos,qui à magiſtratibus compellũtur. ſed eo deterio-
res ſunt:quòd non pudore,ſed metu adducti id agunt, nec dedecus fugiunt, ſed pœnã.
compelluntur enim ab ijs qui poteſtatem habent. vt apud Homerum Hector inquit:
Si quem ego procul à pugna formidãtem aſpexero: non ei ſat erit fugere canes. Præ-
fecti quoque eos qui recedunt à pugna:verberibus redire cogunt,& quos pro vallo aut
foſſa collocant.omnes enim cogunt.ſed oportet non neceſſitate, ſed quòd decorum ſit:
46 eſſe fortem. ¶ Videtur etiã rerum peritia,fortitudo eſſe quædam:quamobrem Socra- Socrates.
tes cenſebat fortitudinẽ eſſe ſciẽtiam.tales ſunt in bello milites,& alij quidem in alijs.
bellum vero multos terrores vanos habere videtur.ij'que militibus noti ſunt. itaque
fortes ipſi creduntur:quoniam alij qualia illa ſunt,ignorant.deinde & hoſtem offende-
re, & ſeipſos tueri propter peritiam maxime poſſunt. & armis vtuntur ad vulneran-
dum hoſtem:& ſe tuendum aptiſſimis.ex quo fit vt ipſi armati ceu aduerſus inermes
decertent,& velut Athletæ aduerſus rudes & inexercitatos. nam & in certaminibus
non fortiſſimi : ſed amplas vires & robuſta habentes corpora pugnaciſſimi habentur.
Sed milites quidem timidi ſunt, quando maius periculum imminet : velut ſi paucio-
res aduerſus multos,,aut imparati aduerſus paratos,inſtructóſque congrediantur.pri-
mi enim fugam arripiunt. vrbanæ vero copiæ:manent, atque intereunt. quod apud
Hermeum accidit.nam his turpe fugere,& mors huiuſmodi ſaluti præferenda.illi ve-
ro quaſi ſuperiores ab initio ſe periculis obiectarũt: móxque intellecta re fugam ar-
ripuerunt,mortem magis quàm dedecus formidantes.ſed fortis nequaquam talis eſt.
47 ¶ Iram quoque in fortitudinem referunt,videntur enim fortes qui per iram ceu feræ
beſtiæ in percuſſores ferũtur:quoniam & fortes iracundi ſunt. impetuoſiſſima quidem
res eſt ad pericula capeſſenda,animi concitatio. Vnde & Homerus : robur animo inie-
cit. & alibi,vim & animum cõcitauit,ſubijt'que per nares impetus,& efferbuit ſanguis.
& hæc omnia ſignificare videntur animi cõcitationem,& impetum. Fortes igitur pro-
pter decus faciunt , ira vero eos adiuuat . Beſtiæ vero propter dolorem ſi vulneratæ
ſunt aut timeant.nam cum in ſylua,vel in palude ſunt: nequaquam inuadunt. Non eſt
igitur fortitudo ſi dolore,aut ira concitati in periculum deferuntur:nihil præuidentes
eorum quæ incurrunt.nam ſic aſini quoque fortes eſſent:cum ne verberibus quidem à
pabulo remoueri poſſint. mœchi etiam propter libidinem multa audent. Non ergo
ſunt illi fortes dicendi qui per dolorem,aut iram pericula adeunt . Proximè autem ad
eam quæ maximæ ſecũdum naturam eſt:accedere videtur fortitudo quæ per iram fit,
ſi modo electionem rationémque ante ſuſceperit. Et homines ſane iraſcendo quidem
dolent. vlciſcendo vero: lætantur.ſed qui per hæc agunt,pugnaces quidem ſunt:at non
fortes. Non enim decore,neq; ratione,ſed perturbatione animi id agunt. habẽt tamen
48 aliquid ſimile fortibus. ¶ Nec etiam qui propter fiduciam ſui audent:fortes vtiq; ſunt.
conſuetudine enim vincendi fiduciam in periculis ſuſcepere. In eo tamen fortibus ſi-
miles,quòd vtrique pericula contemnunt.verum fortes ob eas rationes quas ſupra di-
ximus:iſti vero quòd ſuperiores ſeſe fore ſperant,nec eis reſiſti poſſe. Sed ebrij quoque
tale aliquid faciunt. fidentes enim fiunt:cum ebrij ſunt.cum vero non ſunt ebrij : peri-
cula fugiunt. viri autem fortis eſt quæ terribilia hominibus videntur & ſunt, ea ſubire:
quia decorum ſit ita facere,& turpe non facere. Quamobrem fortior eſſe videtur, qui
ſubitis improuiſiſque periculis non turbatur:quàm qui manifeſtis ac prouiſis . habitu
enim magis hæc agit vel certe minus ex præparatione. nam præuiſa quidem ratione
49 & cogitatione,ſubire quis poteſt:repentina vero vt habitus eſt,ita perferuntur. ¶ For-
tes videntur & qui ignorant,nec multum abſunt ab ijs qui propter fiduciam audent.
ſed eo deteriores ſunt,quòd non exiſtimatione vt illi:ſed ignorantia audent. Itaq; illi
ſuſtinent aliquod tempus:hi vero ſimul atque intelligũt aliud eſſe quàm ipſi putabãt,
aufugiunt. quod Argiuis contigit: cum in Lacedæmonios inciderunt,quos Sicyonios Argiui.
eſſe putabant. dictum eſt qui fortes ſint:& qui fortes videantur. Cap. IX. Lacedęmonij

QVanuis autem circa terribilia,& audenda fortitudo ſit:non tamen pariter in 50
vtroq; verſatur,ſed magis circa illa quæ nos terrẽt.qui enim circa illa inter-
ritus eſt,atque ita vt oportet in illis ſic ſe habet:magis eſt fortis, quàm qui
circa audenda. Toleratione enim grauium & aſperarum rerum: fortes
dicuntur.itaq; graue quiddam,& aſperum fortitudo eſt,ac merito laudatur. Difficilius
enim eſt dolores perpeti:quàm à voluptatibus abſtinere. ¶ Attamen finis in fortitudi- 51
ne dulcis eſſe videtur:ſed à rebus circunſtantibus obſcurari. quod in gymnicis certa-
minibus euenit.nam pugilib⁹ finis dulcis ipſe eſt:cuius gratia,coronæ honoréſque exi-
ſtunt.plagis vero percuti ſi modo illi è carne ſunt:doloroſa ſane,atque moleſta, & om-
nino laborioſa res eſt:cúmque hæc multa ſint, & illud cuius gratia fiunt paruum: nihil
dulce continere videtur. Tale igitur quiddam accidit circa fortitudinem.mors,ac vul-
nera forti viro doloroſa ſunt, eáque nollet: perfert tamen quoniam decorum eſt illa
perferre, vel turpe non perferre. ¶ Et quanto magis omni virtute pollet, quantóque 52
felicior eſt:tanto magis illi moleſta eſt mors. nam huiuſmodi vir maxime dignus eſt
vita:& maximis bonis priuatur ſciẽs.doloroſa certe res atque nihilominus fortis,& eo
fortaſſe magis:quòd decus & gloriam belli anteponit illis. ¶ Nec ſanè in omnibus vir- 53
tutibus cum delectatione operari licet:niſi quatenus finem attingunt. ¶ Milites etiam 54
nihil vetat ſi tales non ſint:tamen optimos eſſe.parati ſiquidem ad pericula:vitam pro
vili mercede abijciunt. De fortitudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat.quid vero illa ſit:
nequaquam difficile fuerit ex ijs quæ dicta ſunt recolligere.

Cap. X.

POſt hanc de temperantia dicamus. videntur enim hæ virtutes irrationibilium 55
eſſe partium. Quòd igitur tẽperantia circa voluptates mediocritas eſt:ſupra di
ximus. minus enim & nequaquam ſimiliter circa dolores.in his autem & intẽ-
Circa animi voluptates temperantiã non verſari.
perantia eſſe videtur. Sed circa quas voluptates ſit:nũc determinemus. ¶ Diſtinguẽdæ 56
ſunt voluptates animi,& corporis:ceu auiditas honoris & auiditas diſciplinæ. vterque
enim iſtorum eo gaudet cuius auidus eſt:nihil patiente corpore, ſed magis intellectu.
Sed in huiuſmodi voluptatibus neque temperantes, neque intemperantes dicuntur.
Eodémque modo in cæteris voluptatibus quæ corporeæ non ſunt.qui enim fabulis, &
narrationibus delectantur,& circa ſingula dies conſumunt:verboſos quidem,ſed nõ in-
temperantes appellamus. Nec eos etiam qui gratia pecuniarum aut amicorum dolorẽ
ſuſcipiunt.at circa corporis voluptates temperantia exiſtit. ¶ Nec circa eas tamen om- 57
nes.nam qui viſu delectantur,veluti colore,forma,pictura: neque temperantes,neque
intemperantes dicuntur, quanquam fieri poteſt vt hi & quantũ debent, & plus & mi-
nus delectentur. Eodem modo & in auditu.qui enim vehementius gaudent cantu,aut
pronuntiatione:eos nemo intemperantes vocat.nec eos qui vt oportet gaudent, tem-
perantes. Neque circa odoratum niſi per accidẽs.nam qui pomorum,aut roſarum, aut
vaporum odoratibus gaudent:eos non intemperantes dicimus. ſed illos magis qui vn-
guentorum aut epularum, quoniam per illos memoria ſubit earum rerum:quas ipſi
concupiſcunt. videre licet quoſdam cum eſuriunt: odore epularum gaudentes. his au-
tem gaudere,intemperantis eſt.nam illorum ſunt, huiuſmodi cupiditates. Nec ſit alijs
animantibus per hoſce ſenſus,voluptas vlla:niſi per accidens.nõ enim odore leporum
canes gaudent,ſed eſu.odor tamen vt ſentiant facit. neque leo voce bouis, ſed laniatu.
quòd tamen propinquus eſt:per vocem ſentit, atque eo gaudere videtur. Circa igitur
huiuſmodi voluptates temperantia & intemperantia conſiſtit:quæ & alijs animalibus
cõmunes ſunt. ¶ Ex quo fit vt ſeruiles beſtialéſque videantur.ſunt autem & hæ tactus, 58
& guſtus. ¶ Sed guſtu quidem parum aut nihil vti videntur. eſt enim eius iudicium in 59
labijs vel in ſaporibus.quod faciunt qui vina probant,aut epulas præparant.nec multũ
his gaudent,vel ſaltem non intemperantes quidem:ſed veſcendo gaudent.quod totum
fit per tactum in cibis,potib⁹,& venereis. Itaque precatus eſt quidam guloſus longius
ſibi guttur quàm ciconiæ fieri:quòd ſcilicet tactu gaudebat. ¶ Senſuum igitur commu- 60
niſſimus eſt is per quem intemperãtia fit. atque ob id merito vituperatur:quòd nõ qua
homines ſumus,ſed qua animalia exiſtit.talibus ergo gaudere atque deditum eſſe, be-

ſtiale eſt. Enimuero liberaliſſime omnium voluptatum, quæ per tactum proueniunt:
excipiuntur.veluti quæ in gymnaſijs per laborem ac ſudorem fiunt.neque enim in to-
to corpore eſt intemperantis tactus:ſed in partibus quibuſdam. Cap. XI.

61 CVpiditatum aliæ communes eſſe videntur, aliæ propriæ,atque appoſitæ. Ve-
luti cibi quæ naturalis eſt.omnes enim cupiunt quãdo indigẽtia adeſt: ſiccum,
aut humidum nutrimentum,quãdoque vero vtrunque.& lectum (Homerus
inquit) iuuenis & florens.huiuſmodi autem,vel illiuſmodi:non amplius omnes,nec ea-
dem.quocirca videtur noſtrum eſſe.habet tamen aliquid naturale. alios enim alia de-
62 lectant,& quædam quibuſdã magis placent ¶ In naturalibus ergo cupiditatibus pauci
delinquunt, & in vno ad plus . comedere enim quæcunque , & bibere quoad ſuperfluo
impleatur,exceſſus eſt naturalis cupiditatis ſecũdum multitudinem.repletio enim in-
digentiæ naturalis cupiditas eſt.quapropter dicuntur iſti dediti ventri,quaſi vltra de-
bitum implentes illum.Sunt autem hi nimium ſeruiles. Circa proprias autẽ volupta-
tes, multi multifariam delinquunt.talium enim amatores dicuntur, aut quia gaudent
quibus non debent,aut magis quàm debent,vel quàm plerique, vel non vt debent: in
cunctis autem intemperantes excedunt.Nam & gaudent quibus non debent:odio di-
gnis.& ſi in quibuſdam gaudere oportet:magis gaudent quàm liceat, & quàm pleriq;
63 gaudeant.¶ Exceſſus igitur circa voluptates quod intemperantia, & vituperabilis eſt:
conſtat.Circa dolores autẽ non ita vt in fortitudine propter tolerantiam dicitur tem-
perans:& intemperans quia non toleret.Sed intẽperans dicitur,quia niſi voluptate po-
tiatur:magis dolet quàm oporter.dolorem vero ſibi affert voluptas. temperans autẽ,
quòd abſentia voluptatum non dolet:& quòd præſentibus abſtinet. Intemperans igi-
tur concupiſcit voluptuaria omnia,vel quæ maxime. & impellitur cupiditate: ad hæc
alijs præferenda.quapropter & non adipiſcens & cõcupiſcens dolet.cum dolore enim
64 cupiditas eſt. Videtur autem abſurdum propter voluptatem dolere.¶ Deficientes au-
tem in voluptatibus,aut minus gaudentes quàm oportet vix reperiuntur . non enim
eſt humana huiuſmodi inſenſibilitas. Etenim cætera animalia diſtingunt cibos , & his
gaudent:alijs vero non gaudent.ꝙ ſi eſt aliquis quem nihil delectet,nec quicquam alijs
præponat:longe hic ab homine abeſt.nec nomen ſortitus eſt:quia non facile reperitur.
65 ¶ Temperans autem mediocriter circa iſta ſe habet.neq; enim gaudet ijs quibus ma-
xime intemperantes,ſed magis moleſte fert.neq; omnino quibus non oportet, nec ni-
mium tali aliquo delectatur:nec ſi abſit dolet neq; cupit niſi mediocriter, & vt oportet.
Idem faciet in cæteris voluptatibus:quæ iſtis nõ aduerſantur,nec ſunt contra honeſta-
tem,aut ſupra facultates.Nam qui ita ſe habet:plus q̃ dignum ſit voluptatem ample-
ctitur.ſed temperans nequaquam talis eſt:ſed qualem recta dictat ratio. Cap. XII.

66 INtemperantia magis voluntaria videtur:quàm timiditas.nã hæc per voluptatẽ
fit,illa per dolorẽ:quorũ alterum ſequimur,ab altero autẽ abhorremus.Et dolor
quidem diſtrahit atque corrumpit naturã habẽtis:voluptas autẽ nihil tale facit.
67 ¶ Sed quo magis voluntaria : & maiori vituperatione digna.Nam aſſueſcere aduerſus
illa facile eſt.multa vero in vita ſunt talia,& aſſuefactio ſine periculo fit.in timoribus
autem cõtrá. Videtur autem timiditas eſſe inuoluntaria.nec perinde vt ea quæ ſunt in
ſingulis.hæc enim ſine dolore eſt.illa vero per dolorẽ ita diſtrahũt,vt & arma abijcere,
& in alijs cõtra decus facere cõpellant.ex quo fit vt violenta eſſe videãtur. Intẽperãtia
vero econtra.Nam ſingularia illi voluntaria ſunt:cupiẽti,& affectanti.vniuerſa autem
68 minus.nemo enim cupit intemperatũ eſſe. ¶ Nomen intẽperantiæ ad puerilia delicta
referimus.habet enim cum illis ſimilitudinem quandam. vtrum vero ab vtro dicatur:
nulla quantũ ad præſens differentia eſt,cõſtat vero poſterius à priori dici.Nec abſurdè
videtur tranſlatum.nã caſtigandi ſunt:qui turpia concupiſcunt, atq; luxuriant.talis eſt
autẽ maxime libido & puer.viuunt enim pueri ſecundum concupiſcentiã, plurimáque
eſt in illis voluptatũ cupido.ſi igitur nõ obtemperat,ac dominari ſibi patiatur:longius
abibit.quoniam voluptatum appetitus inſatiabilis eſt,ſtultóque vndiq; affluunt,& ex-
ecutio libidinis:innatã cupiditatem exauget.quinetiam ſi magnæ ac vehementes ſint:

mentem è ſuo ſtatu dimouẽt. ¶ Quáobrem mediocres illas quidem, raráſq; eſſe opor-
tet. tales deniq; vt rationi non aduerſentur, tale quid: temperatum, caſtigatúmque vo-
camus. vt enim puerum oportet ſecũdum pædagogi præcepta viuere: ita cupiditas de-
bet obedire rationi. quare oportet, vt temperatus à ratione nõ diſcrepet. honeſtum eſt
enim ad quod vterq; tanquam ad ſignum proſpicit. temperatus quæ debet, & vt debet,
& quomodo debet concupiſcit: ſicut dictat ratio. at de temperantia dicta ſufficiant.

¶ Tertij Ethicorum Ariſtotelis finis: interprete Leonardo Aretino.

¶ Quartus liber, eodem interprete.

DE liberalitate deinceps dicamus. Ea videtur eſſe mediocritas circa 1
pecunias. laudatur enim liberalis non in rebus bellicis, neq; in ijs in
quibus temperans, nec rurſus in iudicijs: ſed in dandis, capiendíſq;
pecunijs. Pecunias vero appellamus omnia: quorum æſtimatio mẽ-
ſuratur numo. ¶ Sunt quoq; prodigalitas & auaritia: circa pecunias 2
exceſſus & defectus. Sed auaritiã illis tribuimus ſemper: qui magis
quàm oportet, pecunijs ſtudent. ¶ Prodigalitatẽ vero nõnunquam 3
inuoluimus. Nam eos qui incontinentes ſunt, & per luxuriam patrimonia profligunt:
prodigos vocitamus. quapropter flagitioſiſſimi videntur eſſe: quoniá multa vitia ſimul
habent. ¶ Non tamen proprie ſic nuncupantur. Nam prodigalitatis nomen, vnius ali- 4
cuius vitij eſſe cõuenit, quod patrimonium conſumat. eſt enim prodigus qui ſeipſum
perdit. videtur enim ſeipſum perdere, qui patrimonium diſſipat: ex quo vitam ducere
debet. in hunc itaq; modum prodigalitatẽ accipimus. ¶ Rebus autẽ quibus vtimur & 5
bene & male vti poſſumus. vtimur vero diuitijs. ſingulis autẽ rebus bene vtitur is: qui
circa eas virtutẽ habet. quare & diuitijs optime vtetur: qui circa pecunias virtutem ha-
bet. hic autẽ eſt liberalis. ¶ Vſus vero pecuniarũ: in dando erogandóq; conſiſtere vide- 6
tur. nam capere atq; conſeruare, magis poſſeſſio eſt. Ex quo fit vt viri liberalis magis ſit
dare quibus oportet q̃ capere vnde oportet, & non capere vnde non oportet. Virtutis
enim eſt bene potius facere, quàm ſuſcipere: & honeſta potius agere, q̃ à turpibus abſ-
tinere. patet autem quod dando ſequitur vt benefaciamus & honeſte agamus: capiẽdo
autẽ vt bene ſuſcipiamus, aut non turpiter agamus. Et gratia quidem dantis eſt: repu-
diantis vero non, ſed magis laus. Facilius quoque eſt non accipere q̃ dare. ſua enim quis
difficilius magis tradit: quàm aliena non accipit. Liberales ergo dicuntur qui dant. at ij
qui non capiunt: de liberalitate nequaquá laudãtur, ſed magis de iuſtitia. qui vero ca-
piunt: non multũ laudantur. Liberales maxime ferè omnium virtuoſorum amantur:
proſunt enim in dando. ¶ Actus vero ſecundum virtutẽ honeſti ſunt: & honeſti gratia 7
fiunt. liberalis igitur dabit honeſti cauſa. ¶ Et recte. nam & quibus oportet, & quot, & 8
quando, & alia cuncta: quæ rectam dationẽ ſequuntur. ¶ Et hoc libenter vel ſine mole- 9
ſtia. quod enim per virtutem fit: iucũdũ eſt vel ſine moleſtia, minimẹq; dolorem affert.
Si quis vero dederit quibus non oportet, nõ honeſti gratia ſed alia quapiam de cauſa:
hic nõ liberalis, ſed alius quidem nuncupabitur. Neque is qui dolet. magis enim pecu-
nias hic vtiq; diligit quàm honeſtá actionẽ. at id, nõ eſt liberalis. ¶ Neque capiet vnde 10
non oportet. nõ enim eſt nõ magnifacientis pecunias huiuſmodi acceptio. nec erit pe-
titor. nõ enim eſt beneficium conferẽtis. vt ſubinde cõmoda ipſe procuret. ¶ At vnde 11
oportet capiet: puta ex proprijs rebus quas poſſidet, nõ quia honeſtum ſit, ſed quia ne-
ceſſarium vt habeat quid donet. ¶ Nec ſua negliget: volens per illa quibuſdam ſuffice- 12
re. nec quibuſuis dabit. vt ſic dare poſſit quibus oportet, & quando, & vbi honeſtum ſit.
¶ Eſt quoq; eius qui liberalis ſit vehemẽter in dando excedere: ita vt ſibijpſi pauciora 13
relinquantur. nam ad ſe quidem ipſum nõ reſpicere: liberalis eſt. ¶ Verum iuxta facul- 14
tates liberalitas dicitur. non enim in multitudine datorũ: ſed in dantis habitu, liberali-
tas conſiſtit. Hic autẽ dat ſecundum facultates. nec ſane quicquá prohibet liberaliorem

15 eſſe qui pauciora dat:ſi modo tenuiores ei ſint facultates. ¶ Magis autem liberales eſſe
videntur qui nō quæſiuerūt ipſi:ſed ab alijs vt ex hæreditate acceperūt.nam & indigē
tiam nunquā experti ſunt. & amant magis ſua quique opera, vt genitores atq; poetæ.
16 ¶ Illud vero nō facile vt liberalis quiſquā ditetur,cum neque capiat neq; cōſeruet:ſed
cōtrà eroget,nec multi per ſeipſas faciat pecunias,ſed vt alijs dare poſſit.Itaq; fortuna
accuſatur,ꝙ qui maxime digni ſunt:ij minime diuitias habent. Enimuero id nō abſque
ratione cōtingit.fieri enim nō poteſt,vt diuitias habeat is: qui habere nō curat. quem-
admodum nec in alijs rebus.Non tamē dabit quibus nō oportet,nec quādo non opor-
tet,nec quotcunq; alia huiuſmodi.nā ſic liberalitatem nequaꝗ ſeruaret,& ſi in illis cō-
ſumeret:dare quibus oportet nequaquā valeret.vt enim primo diximus: liberalis eſt,
17 qui ſecūdum vires patrimonij erogat & in quibus oportet. ¶ Qui vero excedit,prodi-
gus eſt. itaque tyrannos quidem non dicimus prodigos. quia tam multa poſſident: vt
18 dando atq; erogādo illi excedere nō facile videātur. ¶ Cum vero liberalitas mediocri-
tas ſit in dandis, capiendiſq; pecunijs: liberalis quidē dabit & erogabit in quibus opor-
tet,& quot oportet:ſimiliterq; in paruis & in magnis, & hoc cū voluptate quadam.ca-
piētque vnde oportet,& quot oportet.nam cum virtus circa vtrunque mediocritas ſit:
vtrunq; faciet vt debet.ſequitur enim conuenientē liberalitatē talis acceptio.quæ vero
nō talis:cōtraria.quæ igitur cōſequūtur fiunt,ſimul in eodem:contrariæ non, vt patet.
19 ¶ Quòd ſi cōtra quàm decens,honeſtúmque ſit erogare illum cōtingat:moleſte feret,
atque dolebit,moderate tamen. nā virtutis eſt lætari,atq; dolere in quibus oportet,&
20 vt oportet. ¶ Et liberalis quidem lenis & tractabilis eſt in rebus pecuniarijs.Nam cum
pecunias nō multifaciat:iniurias circa illas inferri ſibi nō difficulter patietur, moleſti-
úſq; feret,ſi quid cum oporteret nō erogauerit, quàm ſi erogauerit quod nō oportet,
Simonidi nō placēs.At prodigus in iſtis aberrat.neq; lætatur enim , neq; dolet in qui-
21 bus oportet,neq; ſic vt oportet: quod in proceſſu magis patebit. ¶ Diximus exceſſum
atq; defectum prodigalitatem eſſe & auaritiam:& hoc in duobus,dando ſcilicet atq; ca
piendo.Sumptū vero in datione ponimus. prodigalitas ergo in dādo & in nō capiendo
excedit,in capiendo autē deficit.auaritia vero in dādo deficit,& in capiēdo excedit,ve-
22 rum in paruis. ¶ Et prodigalitas quidem nō multum coaugmentari poteſt.nō enim fa
cile nullatenus accipiētem:cunctis largiri. cito nanq; deficiūt patrimonia priuatorum:
23 ex quo prodigi videntur eſſe. ¶ Cum talis vtiq; vir nō parum melior quàm auarus vi-
deretur,& per ætatē indigētiámq; facile corrigi,& ad mediocritatē redigi poteſt. nam
habet illa quæ ſunt liberalis.dat enim,& non capit:ſed neutrum recte,neq; vt oportet.
quòd ſi ad hoc cōſueſcat vel alio modo mutetur:fiet vtiq; liberalis. dabit enim quibus
oportet,at nō capiet vnde nō oportet.quamobrem videtur ille quidem nō abhorrere
à morum probitate.nō enim abiecti neque ingeneroſi eſt excedere in dando, & nō ca-
pere:dementis tamē.Sed qui per hūc modum prodigus eſt: multo melior eſſe videtur
quàm auarus, tum propter ea quæ ſupradicta ſunt, tum etiā quòd hic quidem multis
prodeſt,ille nemini ne ſibijpſi quidem . Verum plerique prodigorum (vt dictum eſt)
accipiunt vnde non oportet: & ſecundum hoc auari ſunt. Accipiunt vero propter erò-
gandi cupiditatem:quod leuiter fieri nequaquam poteſt,deficiētibus confeſtim rebus.
itaque neceſſitas cogit vt aliunde exuppleant:& ſimul ꝙ de honeſtate nihil curant,ſine
vllo reſpectu vndiq; capiunt.dare enim cupiunt.quomodo autem,vel vnde:nulla apud
eos differētia eſt.Quamobrem nec eorū dationes liberales ſunt.nō enim honeſtæ:neq;
huiuſipſius gratía,nec vt oportet.ſed interdum quos pauperes eſſe cōuenit:eos diuites
faciūt.& honeſtis quidem hominibus nihil dant.aſſentatoribus autē, aut aliā quāpiam
voluptatē afferentibus:multa.Ex quo fit vt plurimi eorum diſſoluti ſint ſumptus in fla
gitijs pronè faciētes.& quia honeſtatem nō ſequuntur in vita:declinant ad voluptates.
24 ¶ Prodigus igitur ſine emendationis cura ad iſta tranſgreditur.cura vero & diligentia
25 adhibita:ad medium atq; ad id quod oportet deuenire poteſt. ¶ Auaritia autē inſana-
bilis eſt.Nam & ſenectus,& imbecillitas omnis:auaros facere videtur.Et eſt magis à na
tura hominibus inſita:quàm prodigalitas.plurimi enim pecuniarū cupidi ſunt magis,

faculṫatibus.digna quidem his ſint oportet: nec ſolũ opus, verũetiam authorẽ decere.
39 ¶Ex quo fit vt pauper quidẽ magnificus eſſe nõ poſſit.cũ ei nõ aſſit: quod cũ decẽtia
erogare queat.& ſi erogare pergat:fatuus ſit,quoniã præter dignitatẽ atq; decẽtiam.&
40 in virtute id inſit vt recte quodq; fiat.¶Iſta vero eos decẽt,quibus hæc talia iam antea
exiſtũt:vel per ſeipſos vel per maiores ſuos,vel per eos qui ad ipſos pertinẽt, & nobi-
les,& claros,& quot huiuſmodi ſunt.nã hæc omnia amplitudinẽ habẽt,ac dignitatẽ.Ma
gnificus igitur præcipue in huiuſmodi rebus erit,ac in huiuſmodi ſumptibus magnifi-
41 cẽtia vt dictũ eſt.nã hæc maxima & honoratiſſima ſunt. ¶In priuatis autẽ rebus quæ
ſemel fiũt.vt nuptiæ & ſi quid tale.Et ſi in aliquo tota ciuitas ſtudeat vel circa dignita
tẽ vel circa hoſpitũ ſuſceptiones,eorũmq; comitatũ & munera,& remunerationes.non
enim ad ſeipſũ ſumptuoſus eſt magnificus:ſed ad publica. dona vero ſimile quiddã ha-
42 bẽt ijs:quæ dijs ſacrãtur.¶Eſt etiã magnifici,domũ parare diuitijs cõgruẽtẽ.ornamẽtũ
enim & hæc quoddã eſt.& in ijs maxime ſumptus facere:quæ ſunt permãſura diu.ſpe-
43 cioſiſſima enim hæc.¶Et ſingulis ineſt decus quoddam.nõ enim eadẽ cõueniũt dijs,&
hominibus:neq; templo & ſepulchro, & ſumptuũ vnuſquiſq; magnus eſt in ſuo gene-
re.ac magnificentiſſimus: qui in magno magnus.hic autem ꝙ in his magnus.& differt
magnũ illud quod eſt in opere,ab eo quod eſt in ſumptu.nam pila quidem,aut capſula
pulcherrima:magnificentiam habet puerilis doni,pretiũ vero puſillum eſt ac illibera-
le.Quapropter magnifici eſt in quocunq; genere faciat:magnifice facere.nam ſic nõ fa-
cile ſuperari poteſt:& ſumptus habet dignitatem. magnificus quidem igitur talis eſt.
44 ¶Excedẽs vero atq; vẽtoſus in ſumptu,nõ opportunè faciendo:excedit vt dictum eſt.
Nam in paruis ſumptibus multa conſumit, & ſplendorem contra decẽtiam captat.vti
ſi hiſtrionibus nuptiali apparatu epulas paret, & comœdorum exhibeat chorũ gradi-
ens purpuratus vt Megarẽſes.& hæc omnia faciat nõ gratia honeſti, ſed ad oſtẽtatio-
nem diuitiarum: putans ea de cauſa homines in ſui admirationem conuertere . & vbi
opus eſt magnis ſumptibus paruos faciens:vbi vero paruis,magnos. Modicus autem
in omnibus deeſt,& plurima conſumens,in parua re decentiã perdit. & quicquid agit
tardus eſt,atq; moroſus:ſemper cõſiderans quemadmodum in eo per quem parum ex-
pendat.& hoc ipſum cum querelis agit,& cuncta maiora ꝗ̃ oportet ſe facere exiſtimat.
Sunt autem hi duo habitus vitia quidem:nõ tamen vituperationem afferũt. cum neq;
damnoſa alijs ſint neq; nimium deformia. Cap. I I I.

45 MAgnanimitatem vero circa magna verſari:vel ex ipſo nomine cõſtat. ſed circa
qualia exiſtat:primo cõprehendamus.refert autẽ nihil: vtrum ipſum habitũ,
an eum qui ſecũdum habitum cõſideremus. Videtur magnanimus eſſe:qui ſe
magnis dignatur cũ ſit quidem dignus.Nam qui nõ pro dignitate hoc agit:inſipiẽs eſt.
eorum vero qui virtute præditi ſunt:nemo inſipiens neque fatuus.magnanimus igitur
46 is eſt quẽ diximus.¶Qui vero paruo dignus eſt, ac ſe paruifacit: modeſtus quidẽ eſt,
ſed nequaquam magnanimus.nam in magnitudine magnanimitas conſiſtit:quẽadmo-
dum & pulchritudo in magno corpore.parui autem vrbani quidem & apti,ſed nõ pul-
47 chri.¶Qui vero ſe magni exiſtimat cũ indignus ſit:tumẽs & inflatus opinione ſui.qui
autem pluris quàm mereatur:nõ omnis tumens.Qui vero minoris quàm ipſe ſit,puſil
lanimus.ſiue hic magna,ſiue mediocria,ſiue parua mereatur:etiã minoris ſeſe dignum
arbitretur.& maxime vtiq; videbitur hic:magno dignus.nam quid ageret ſi nõ dignus
48 foret?¶Eſt itaq; magnanimus magnitudine quidẽ ſummus,eo autẽ quod oportet,me
dius.nam vti dignũ eſt:ita ſe exiſtimat.Alij vero excedũt,ac deficiũt.Quòd ſi ſe magnis
49 dignatur,& dignus eſt:ac maxime maximis.¶Circa vnum vtiq; maxime erit.dignitas
autem dicitur ad externa bona.Maximum autem horum id ponendum eſt: quod dijs
tribuimus,& quod maxime affectant qui in dignitate ſunt: & quod rerum præclariſſi-
marum pretium eſt.id eſt autẽ honor. maximũ enim id externorum bonorum . Circa
honores ergo & inhonorationes magnanimus eſt vt oportet.Et ſine ratione autem vi-
dẽtur magnanimi circa honorẽ verſari. honore enim ſe maxime dignãtur magni viri,
verũ iuxta dignitatẽ.Puſillanimus vero deficit ad ſeipſum,& ad magnanimi dignitatẽ.

Tumẽs autem & inflatus,opinione ſui ad ſeipſum excedit: nó tamen ad magnanimũ.
¶Magnanimus ſiquidem maximis dignus:erit vtiq; optimus.nam ſemper qui melior 50
eſt,maiora meretur:& qui optimus,maxima. ¶Eum igitur qui vere magnanimus ſit: 51
bonum eſſe oportet.Er videtur quidem eſſe magnanimi quod & in vnaquaque virtute
magnũ.Nequaquã vero conuenit illi cedere laceſſenti,neq; iniuriã inferre. cuius enim
gratia turpe aliquid faceret:cui nihil magnum eſt?Et per ſingula conſideranti magna-
nimus niſi bonus exiſtat:omnino ridiculus videbitur . quoniam honorem nó meretur
qui prauus eſt: honor enim eſt virtutis præmium & tribuitur bonis . ¶Videtur enim 52
magnanimitas ceu ornatus quidam eſſe virtutũ.nam maiores illas facit:& ſine illis nó
eſt.quapropter difficile eſt vere magnanimũ eſſe. non enim poſſibile abſq; accumulata
probitate . ¶Maxime ergo circa honores , & inhonorationes magnanimus eſt. Ac in 53
magnis quidem,& à grauibus viris habitis:modetate lætabitur, quaſi debitis potitus,
aut etiã minoribus.nã virtuti omnino perfectæ: ſatis dignus honor haberi nó poteſt.
veruntamen recipiet:quoniã maiora exhiberi nó poſſunt.Paruos autem & à quibuſuis
habitos:paruipendet.nó enim his dignus.Eodem modo & inhonorationem. non enim
erit iuſte circa illum.maxime quidem igitur (vt dictum eſt) vir magnanimus circa ho
nores eſt.¶Qui & circa diuitias,& circa potentiam,& circa omnẽ proſperitatẽ,aduerſi 54
tatẽmq; vtcunq; accidant:moderate ſe habebit.nec proſperis gaudebit nimium,nec ad-
uerſis nimium perturbabitur.nã neq; in honore ſic ſe habet,quod maximum eſt.potẽ-
tiæ enim,& diuitiæ:propter honorẽ expetuntur.itaq; illas qui habent: per illas hono-
rari volunt.& cui honor paruum eſt:huic & alia.ex quo fit:vt ſuperbi videãtur. ¶For- 55
tuna etiã videtur ad magnanimitatem conferre.nobiles enim,atq; potentes,& diuites:
honore digni habẽtur.in excellentia enim.in bono autẽ omne excellens honorabilius.
quapropter talia magis magnanimos faciũt.honorãtur enim à quibuſdã:ſed ſecundum
veritatẽ,ſolus bonus honorabilis eſt.at cui vtrunq; exiſtit: is magis honore dignus eſt.
¶Qui vero ſine virtute talia bona habent:nec iuſte ſeipſos magnifaciunt,neq; ratione 56
magnanimi dicũtur.nã ſine virtute perfecta iſta nó ſunt.Superbi autem & petulantes
fiunt,ſi talia poſſideãt.nã abſq; virtute ſecũdas res moderate ferre:nó facile eſt. Quod
cum illi facere nequeant,ac putent ſe cæteris antecellere:alios quidem cótemnunt.ipſi
vero quoduis agunt.imitãtur enim magnanimũ,cum ſimiles illi nó ſint. hoc autẽ faci-
unt,in quibus poſſunt.Quæ igitur ſecundum virtutem ſunt,ea nó agũt,& alios infra ſe
putãt.at magnanimus infra ſe iuſte putat.nã iudicat ſecundũ rei veritatẽ:multitudo ve
ro vt cótingit.¶Magnanimus nec parua,nec frequẽter pericula adit : ob id ſcilicet ꝙ 57
pauca ſunt quæ ab illo æſtimentur.at magna adit.Et quãdo illis ſe præbet: vitæ ſuæ nó
parcit,quaſi indignũ ſit omnino viuere.¶Et bene facere alijs promptus eſt: bene ſuſci 58
pere autẽ pudet.aliud enim ſuperãtis eſt:aliud eius qui ſuperetur. In retribuendo au-
tem excedit.nam ſic debitorem ſibi inſuper facit:maioribus beneficijs in eum collatis.
¶Videntur autẽ hi eos cómemorare,in quos ipſi beneficia contulerunt.à quibus vero 59
ipſi acceperunt:non videntur cómemorare.Inferior enim qui beneficiũ accipit: eo qui
confert.ipſe vero ſuperior eſſe vult.Er hæc libenter audit:illa moleſte.Itaq; Thetis be
neficia Ioui nó narrat,neq; Lacedæmonij Athenienſibus: licet acceperint.¶Eſt etiam 60
magnanimi neminẽ precari, aut certe vix: obſequi vero prompte. Et erga homines in
dignitate aut diuitijs conſtitutos magnũ ſe gerere:erga mediocres vero cóuenientem.
Nam illis quidem excellere,arduũ eſt ac glorioſum:his vero facile.& inter illos ſe am-
plum agere nó ingeneroſum eſt:inter humiles vero graue,quaſi inter imbecilles exer
ceat vires.¶Nec ad præclara contẽdat:aut vbi cæteri excellũt.ſed otioſus ſir, & piger. 61
at vbi honor magnus vel res agẽda incumbar,& pauca quidem aggreditur:ſed magna
certe atq; præclara.¶Neceſſe eſt etiam vt palam oderit,palamq; amet. nã occulrare ti 62
midi eſt.¶Ac veritatẽ magis ꝙ̃ opinionẽ curabit:& loquetur & aget palam.contẽptor 63
enim eſt,ideo audax:audax vero,ideo contẽnens.Ac verax eſt niſi forte per ironiã : ſed
ironia ad multitudinẽ.Et ad alium non poſſe viuere niſi ad amicũ:ſeruile nanq;. itaque
omnes adulatores ſeruiles,& omnes humiles adulatores.¶Neq; vero admirator erit, 64

quia nihil ſibi videtur magnum.Neq; odij tenax.non enim magnanimi eſt refricare ani
65 mo,præſertim mala:ſed magis paruipẽdere.❡Neq; de hominibus multũ loquetur.nã
nec hic de ſe dicet,neq; de alijs.nõ enim ſibi curæ eſt vt ipſe laudetur, nec vt alij vitu-
66 perentur.❡Nec rurſus laudator eſt, quapropter nec maledicus nec de inimicis quidẽ
67 niſi cum inuehitur.❡Et de neceſſarijs aut de minutis minime querulus, aut precator.
68 nam ita ſe habere eius eſt qui iſta curet.❡Magiſq; volet res præclaras & infructuoſas
69 q̃ fructuoſas & vtiles.nam id magis per ſe ſufficiẽtis.❡Motus vero eius tardus eſſe vi
detur,vox grauis,& locutio firma.non enim properat qui paucis intẽdit,neq; vehemẽs
eſt qui nihil magnũ putat.volubilitas autẽ linguæ ac properatio,eorũ de cauſa fit. talis
70 quidem magnanimus eſt.❡Qui vero deficit,puſillanimus:qui excedit,tumens dicitur
& inflatus opinione ſui.nec ſane hi mali videntur eſſe,cum nemini malefaciant:ſed cer-
te aberrãt.Nã puſillanimus quidẽ cũ bona mereatur, ſeipſum priuat ijs quibus dignus
eſt.Ac videtur malum quiddam habere:quia ſe dignũ bonis nõ putat,& ſeipſum igno
rare.nam cuperet certe illa quibus dignus eſt cũ ſint bona.non tamen dementes iſti vi
dentur,ſed magis moroſi.Huiuſmodi autem opinio:deteriores facit.ſinguli enim appe
tunt ſecundum dignitatem.abſtinent vero à præclaris rebus exercitijſq;,quaſi indigni
ſint.eodémq; modo & ab extremis bonis.Tumentes vero atq; inflati : dementes ſunt,
& ignorantes ſui,ac id quidem vehementer.tanq̃ enim digni ſint:honorabilia inuadũt.
mox redarguũtur,veſtitúq; ſe ornant,& geſtu & huiuſmodi: fortunáſq; ſuas iactant, &
71 palàm eſſe volunt,vt per illas honorẽtur.❡Opponitur vero magnanimitati puſillani-
mitas,magis quàm inflatio.Nam frequentior eſt ac deterior.magnanimitas igitur (vt
dictum eſt) circa honores verſatur magnos. Cap. IIII.

72 VIdetur & alia quædam virtus circa honores exiſtere(vt ante diximus)quæ ad
magnanimitatẽ proxime accedit: queádmodũ liberalitas ad magnificentiam.
Ambæ enim iſtæ à magnitudine abſunt,& circa mediocria,paruáq; nos diſpo
73 nunt vt oportet.❡Vt autẽ in dandis capiendiſq; pecunijs mediocritas eſt,ac exceſſus,
& defectus:ſic & in honoris cupiditate exceſſus,defectus, & mediocritas quædam eſt.
Vituperamus enim ambitioſum quia plus q̃ oportet,aut vnde nõ oportet,honorẽ ap-
petit.vituperamus & remiſſum:quia ne honeſte quidem honorari queat.Interdũ vero
& ambitioſum quaſi virilem,ac gloriæ cupidum:ac remiſſum quaſi humanũ & mode-
74 ſtum laudamus. ❡Conſtat autẽ quòd cũ pluribus modis cupidũ alicuius rei dicamus:
nõ ad idem ſemper ambitioſum referimus.laudantes ꝙ magis q̃ vulgus,& vituperan-
75 tes ꝙ magis q̃ oportet.❡Cúmq; medium ſit innominatũ : extrema de medio vt vacuo
certare adinuicem videntur.In quibus vero eſt exceſſus,ac defectus:in eiſdem & medi
um.affectatur autẽ honor magis q̃ oportet,& minus:ergo vt oportet affectare eſt.Lau-
datur igitur hic habitus qui mediocritas eſt circa honores ſine nomine.videtur autem
& ad ambitionẽ remiſſio,& ad remiſſionem ambitio,& ad vtrunq; vtraq; quodammo-
do opponi. hoc & in alijs virtutibus eſſe videtur . Sed hic ex eo extrema oppoſita eſſe
videntur:quòd mediocritas ipſa ſine nomine eſt. Cap.V.

76 MAnſuetudo mediocritas eſt circa iram.cúmq; medium,itémque ferè extrema
ſint abſq; nomine:medio quidem manſuetudinem attribuimus, ad defectum
(qui item ſine nomine eſt) declinantem. Exceſſus vero iracundia dici poteſt.
Affectus ergo eſt ira.faciẽtia vero multa,ac varia ſunt.Qui igitur pro quibus oportet,
& cõtra quos oportet iraſcitur,& præterea vt oportet,& quãdo,& quãto tẽpore:lauda
77 tur.& manſuetus hic vtiq; erit,ſiquidem mãſuetudo laudatur. ❡Vult enim mãſuetus
quietus eſſe,nec à perturbatione deferri,ſed ita vt ratio præcipit:in his & ad tantũ tem
pus infenſum eſſe,magiſq; in defectu peccare videtur.nõ enim vindex eſt manſuetus,
78 ſed magis clemens.❡Defectus totalis iræ ſiue ille ſegnities ſit,ſiue quiduis:tandẽ vitu
peratur.Nam qui non iraſcuntur in quibus oportet: ſtupidi videntur eſſe,& qui nõ vt
oportet,nec quãdo nec aduerſus quos oportet.videtur enim qui non iraſcitur:neq; ſen
tire,neq; dolere,neq; reſiſtere. Atqui perferre cõtumelias & ſuos negligere,ſeruile eſt.
79 ❡Exceſſus autẽ per omnia fit.nam & quibus non oportet,& pro quibus non oportet,&

magis q̄ oportet,aut vehementius,& maiore tēpore: nec tamen omnia eidem exiſtūt. non enim fieri poteſt.nam malum ſeipſum deſtruit,& ſi integrum vndequaq; ſit, intolerabile eſt.¶Iracundi ergo celeriter iraſcuntur, & quibus non oportet, & pro quibus 80
non oportet,& magis q̄ oportet:ſed cito deſiſtūt,quod in ipſis optimum eſt.euenit autem id quia non cōprimunt iram:ſed eam reddunt,ac ſe oſtendunt propter acuitatem, ſubindéque ceſſant.exceſſiuè autē acuti ſunt:quibus ſumma ineſt bilis:& ad omne,atq; in omni iracundi.vnde & nomen habent.Amari vero difficile placātur,& per longum iraſcuntur tēpus:quia irā cōprimunt.ceſſatio autē fit,quando redditur.nā vltio ceſſare iram facit:voluptatem pro ira pariens.ſed donec id nō fit,onus retinēt. nam quoniam occulta eſt ira:illi mitigandæ intēdit nemo.vt vero in ſeipſa digeratur : tēpore indiget. ſunt autē hi plurimum moleſti:& ſibijpſis & amiciſſimis. Eos vero acerbos dicimus:qui pro quibus nō oportet,magis q̄ oportet,& per longius tēpus infenſi ſunt. nec placantur ſine ſupplicio vel pœna.¶Māſuetudini magis exceſſum opponimus: & frequētius 81
fit.Humanius enim eſt magis vlciſci.& in vita acerbi:peiores ſunt.¶Quod & ſupra di 82
ximus:& ex dictis patet illud nō facile determinare quomodo,& quibus,& pro quib⁹, quanto tempore iraſcēdum ſit:& quoad recte faciat quis, vel aberret.nam qui parum tranſgreditur non vituperatur:ſiue in maius,ſiue in minus.interdum enim deficientes laudamus,& manſuetos vocamus:& iraſcētes viriles,quaſi ad dominandum aptos.Sed quantum & qualiter excedens vituperandus ſit:non facile eſt verbis oſtendere.In ſingulis enim atq; in ſenſu,huius rei iudicium eſt.At illud manifeſtum: quòd medius habitus laudabilis eſt,per quē iraſcimur quibus oportet,& pro quibus oportet,& vt oportet,& talia omnia.exceſſus autem & defectus vituperātur.& ſi parumper fiant, leuiter: ſi vlterius,grauiter.Conſtat igitur medium habitum eſſe amplectendum.Ac de diſpoſitionibus circa iram:hæc dixiſſe ſatis ſit. Cap. V I.

IN vita vero,atq; cōmuni vſu verborū & actuū,quidā aſſentatores ſunt,qui placē 83
di ſtudio laudāt omnia:& nihil aduerſantur,putantes oportere minime ſeſe moleſtos cuiq̄ eſſe.Alij contrà ab his in cunctis diſſidentes, nec offendere quicq̄ verentes:inhumani & contentioſi vocantur.Quòd igitur huiuſmodi diſpoſitiones vituperandæ ſunt,manifeſtū eſt.quódq; mediocritas horū laudanda:recipiēs quæ oportet, & vt oportet,cōtraria vero eodē modo repellēs.huic vero nomen nō eſt. ¶Sed amicitiæ 84
videtur ſimilis eſſe maximè.talis eſt enim qui hanc mediocritatē ſeruat:qualem dicere volumus humanum,& amicum dilectionem aſſumentem.Sed differt ab amicitia quòd affectu caret:nec ad eos reflectit quibus cōuerſatur.nō enim amore,vel odio:ſed ꝙ ipſe talis eſt,ea recipit quæ oportet.idem enim erga notos & ignotos,cōſuetos & inconſuetos ſimiliter faciet:præterq̄ quòd in ſingulis vt decet. nō enim cōuenit ſimiliter familiarium & extraneorū curā habere:nec eodē modo eis moleſtū eſſe.ſummatim igitur dictum ſit eū ita cōuerſari vt oportet.¶Coniectabit autē nō offendere,vel placere: refe- 85
rens ad honeſtatē vel vtilitatē. videtur enim circa voluptates & moleſtias quæ in conuerſationibus exiſtunt verſari. Harum vero quibuſcunque vel non honeſtum eſt,vel damnoſum aſſentiri:eas non feret,ſed moleſtus eſſe perget. & ſi agenti deformitatē nō paruam afferat,vel dānum,aduerſario autem paruam moleſtiam:nō tolerabit, ſed moleſtus erit.Cum ſummis vero & infimis, ac magis & minus notis varie conuerſabitur. ſimiliter autem & ſecundum alias differētias,debitum cuiq; tribuet. Et placere per ſeipſum optabit:moleſtū vero eſſe cauebit.contingentia vero ſi maiora ſint ſequetur: dico autē de honeſto, & vtili, & voluptatis quidem gratia . & ſi magna prouentura inde ſint:parum offendet.mediocris igitur talis eſt:nomen non habens. ¶Qui autē placere 86
ſtudet,ſi voluptatis cauſa,nec ob aliud quicquam id agat:laſciuus dicitur.Si vero vt vtilitatem quandā inde adipiſcatur in pecunijs,aut in re pecuniaria:adulator. At qui omnibus ſe opponit:inhumanū & contētioſum diximus eſſe.videntur autem extrema inter ſe opponi:quia medium abſq; nomine eſt. Cap. V I I.

CIrca eadem ferme eſt oſtentationis mediocritas,ipſa quoq; innominata.nec ab 87
re fuerit de ea quoq; tranſigere. nā & ea magis quæ ſunt circa morē cognoſce-

muſ:ſi de ſingulis tranſigamus:& ſimul mediocritates eſſe virtutes magis credemus:
in cunctis ita eſſe cernẽtes.In vita igitur de ijs qui ad voluptatẽ aut moleſtiã conuer-
ſantur,diximus.nũc de veris,& mẽdacibus dicemus:ſimiliter in verbis,& rebus,& fictio
88 ne.¶Videtur enim oſtẽtator effingere ſpecioſa cũ non aſſint ſibi, vel maiora q̃ aſſint.
Ironicus vero contrà:quæ ſibi aſſunt negat, vel minora facit. Medius autem alteruter
quidem eſt:vita,& ſermone verax.is & fatetur quæ ſunt circa ſe:nec maiora,aut minora
89 facit.¶Sed horum ſingula:& alicuius gratia fieri poſſunt,& nullius. quiſq; vero qualis
ipſe eſt:talia agit & dicit,& ita viuit,niſi alicuius gratia agat.Mendaciũ vero ipſum:per
ſe improbum eſt,ac vituperatione dignũ.verum autẽ probum ac laudabile.itaq; verax
qui medius eſt:laudabilis.mẽdaces vero vtriq; vituperãdi,ſed magis oſtẽtator. dicem⁹
90 autẽ de vtroq;:ſed primũ de eo qui verax ſit.¶Nec de illo nũc dicimus qui in cõfeſſio-
nibus verũ fatetur,nec de ijs quæ ad ius & iniuriã pertinent.nã id alterius eſſet virtu-
tis:ſed de eo qui in quibus nihil tale refert.ſermone,& vita verax eſt: eo ꝙ ipſe ſecũdũ
habitũ talis eſt.videtur autẽ huiuſmodi vir probus eſſe.nã qui verum diligit & in ijs in
quibus nil refert,verax eſt:is multo magis in quibus refert verax erit. vt enim turpe
91 mẽdaciũ fugiet,qui per ſeipſum fugiebat.talis autẽ laudabilis eſt.¶Sed ad minus q̃ re
vera ſit magis declinat:congruẽtius enim id videtur:quoniã ſuperexcellẽtiæ inuidioſæ
92 ſunt.¶Sed qui res fingit maiores q̃ ſint,ſiquidem nullius gratia:prauus quodam mo-
do videtur . nõ enim vtique gauderet mendacio:vanus tamen potius eſt quàm malus.
93 ¶Qui vero alicuius gratia:ſi gloriæ aut honoris,nõ minus vituperabilis eſt , quemad-
modum oſtentator:ſi lucri cauſa deformior eſt.Non in potẽtia,ſed in electione oſtenta
tio eſt:nam ſecundum habitum.& quia talis oſtentator exiſtit:quemadmodum & mẽ-
dax.alter enim mendacio gaudet,alter gloriæ cupiditate,vel lucro. Qui igitur gloriæ
cauſa oſtentationẽ faciũt:talia fingũt,ex quibus laudãdi,aut beati videãtur. qui vero lu
cri cauſa faciũt:hi ea fingũt quorũ vſus ad proximos pertineat,& quæ clàm eſſe poſſint.
ceu medicũ aut aruſpicẽ egregiũ.quæ ideo plerique fingunt atque oſtẽtant: quòd hæc
94 in ſeipſis ſunt.¶Ironicos vero ſua attenuantes,vrbaniores eſſe conſtat. nõ enim lucri
cauſa faciunt:ſed vt fugiant tumiditatẽ. Maxime vero hi glorioſa negant: vt Socrates Socrates.
95 faciebat.¶Sed qui parua & manifeſta fingunt,glorioſi dicuntur:& facile ſpernẽdi ſunt,
Interdum etiam oſtentatio eſt:ceu Lacedæmoniorum veſtitus.nam exceſſus, ac defe- Lacedęmonij
ctus nimius:oſtentationem quandam habet.Sed qui modeſte ironia vtitur, & circa ea
96 quæ non nimis ante oculos poſita,ac patentia ſunt:vrbani videntur.¶Veritati oſtenta
tio magis opponitur & deterior quàm ironia. Cap. VIII.

97 CVm autem ſit in vita ceſſatio quædam à negotijs,& in ea cum iucũditate tem
poris tranſmiſſio videtur:hic quoq; eſſe conuerſatio quædã cõueniens.& qua-
lia,& quomodo,dicere,audiréq; oportet.differt autẽ in talibus dicere,aut talia
98 audire.cõſtat vero circa hæc quoq; eſſe exceſſum & defectum medij.¶Qui igitur ma-
gis quàm oportet riſum mouẽt:ſcurræ videntur eſſe & oneroſi ſunt.nam riſum ſecuti,
magis cogitant quẽadmodum mouere illum poſſint,q̃ quẽadmodum honeſte loquan
tur,nec quẽquam offendant.Qui vero nec dicunt ipſi aliquid iucundũ,nec alios dicere
patiuntur:rudes,& agreſtes videntur.Enimuero qui cum moderatione iocatur, comis
appellatur.Moris enim vidẽtur eſſe tales motus.quẽadmodum vero corpora ex mo-
tibus iudicantur:ita & mores. Redundante autẽ ridiculo & pleriſq; gaudẽtibus ioco &
ſalibus magis q̃ oportet:ſcurræ quoq; placent,atq; ita nuncupantur,quaſi comitatẽ ha
99 beant,& ſint elegantes. ſed non parũ differre eos ex iam dictis apparet. ¶Medij autẽ
habitus propria eſt vrbanitas.vrbano autẽ conuenit talia dicere,atq; audire:qualia mo
deſto,& ingenuo cõgruunt. ſunt enim quædam quæ dicere & audire huiuſmodi decet
homines.& ingenui iocus differt ab eo qui eſt ſeruilis:& docti ab eo qui eſt indocti.in-
tueri licet hoc in antiquis & nouis comœdijs.alijs enim erat iocus, obſcœnitas verbo-
rum:alijs vero ſubintellectio.refert autẽ hoc nõ parum ad honeſtatẽ.vtrum igitur de-
terminandum eſt eũ qui in aliquẽ iocatur,recte iocari,ſi dicat ea quæ decent ingenuũ?
an ſi nõ offendat audientem,vel ſi permulceat? An tale aliquid indeterminatũ eſt:cum

alius aliud oderit,ametq; ac talia libẽter auditurus ſit.quæ enim audire ſuſtinet:hæc &
facere videtur.❡At non omnia faciet.iocus enim in aliquem dictus:conuicium eſt.At 100
legumlatores nõnulla cõuiciari prohibent.oportebat forſan & iocari.vrbanus igitur &
ingenuus ita ſe habebit:quaſi ipſe lex in ſeipſo exiſtat.talis ergo medius eſt:ſiue hic vr
banus,ſiue comis dicatur.❡Scurra vero inferior eſt q̃ ridiculus:& nec ſibijpſi,nec alijs 101
parcit,dummodo riſum mouere queat,& talia dicit qualia vrbanus nõ diceret,& quorũ
aliqua ne audire quidẽ ſuſtineret.❡Ruſticus vero ad has cõuerſationes inutilis eſt:cũ 102
nihil ipſe afferat,& cũcta aſpernetur.Ceſſatio & iocus neceſſaria videtur in vita.❡Tres 103
igitur ſupradictæ mediocritates,ſunt omnes in vita circa cõmunẽ vſum verborũ & actu
um.differũt vero,quia earũ vna circa veritatẽ,aliæ circa voluptatẽ verſantur.Earũ rur
ſus quæ ſunt circa voluptatẽ:alia in ioco,alia in cæteris vitæ cõuerſationibus. Cap.IX.

DE verecundia non ita loquendum eſt quaſi de aliqua virtute.nã affectui magis 104
quàm habitui ſimilis eſt. Itaq; eam diffiniunt timorẽ eſſe quendam dedecoris.
Fit autem prope ſimiliter ac timor ille in rebus grauibus.erubeſcũt enim, ve
recundantes:mortem vero timentes, palleſcunt. Itaque corporalia quodam modo vi
dentur vtraque,quòd affectus magis conſtat eſſe quàm habitus.❡Nec vero omni æta 105
ti congruit verecundia, ſed iuuenili. Putamus enim eos qui in huiuſmodi ætate ſunt:
verecundos eſſe oportere.propterea quod illi cupiditatibus obnoxij:verecundia prohi
bentur in multis delinquere.& laudamus ex iuuenibus verecundos:ſeniorem vero ne
mo laudat quòd verecundus ſit. nihil enim ab eo fieri cenſemus quod ſit verecundia
dignum.❡Non enim probi eſt.verecundia ſiquidem prouenit ex improbis. non enim 106
agenda ſunt talia. Si vero alia ſecundum veritatem,alia ſecundum opinionem turpia
ſunt:nihil refert.neutra enim agenda ſunt.Itaq; nec verecũdandũ.improbi vero eſt ta
lem eſſe vt aliquid turpe faciat.verũ ita ſe habere vt ſi faciat quicquam tale,verecũde
tur:& propter hoc putare probũ eſſe abſurdum eſt. etenim verecundia in voluntarijs
eſt:volens autem probus vir,nunquam faciet praua.❡Eſſet autẽ verecundia ex ſuppo 107
ſitione vtiq; probum.Si enim faciat:verecundabitur.ſed non eſt hoc circa virtutes.Im
pudentia vero improbum,& non verecundari cum male agat.ſed nihilo magis hæc fa
cientem verecundari,probum eſt.Continentia quoq; nec ipſa quidẽ virtus eſt,ſed quæ
dam mixta.oſtendemus autem de illa poſtea.Nunc de iuſtitia dicamus.

❡Quarti Ethicorum Ariſtotelis finis:interprete Leonardo Aretino.

❡Quintus liber,eodem interprete.

DE iuſtitia & iniuſtitia conſiderandum eſt, & circa quas res exiſtant:& 1
qualis mediocritas iuſtitia ſit,& iuſtum quorum medium.Conſidera
tio autẽ iſta.eodẽ modo nobis ſit, vt in præcedentibus. ❡Videmus 2
igitur omnes eiuſmodi habitum dicere:dicere volẽtes iuſtitiam per
quem iuſtorum operatores ſunt,& per quem agunt,& volunt res iu
ſtas.Eodem modo de iniuſtitia per quam iniuriantur,& volunt iniu
ſta.quamobrem hæc primum nobis præſuppoſita ſint. ❡Non enim 3
eodem modo res ſe habet in ſcientijs,& potentijs,& habitibus. nam ſcientia & poten
tia: videtur eadem eſſe contrariorum. habitus vero contrarius contrariorum non eſt:
ceu à ſanitate ſana fiunt,non autem contraria.dicimus enim ſane incedere:quãdo quis
ita incedit,vt faciunt ſani.❡Sæpe etiã cognoſcitur cõtrarius habitus,à contrario.ſæpe 4
ipſi habitus à ſubiectis cognoſcuntur.Si enim bona habitudo ſit manifeſta,& mala ha
bitudo fit manifeſta.& ex ijs quæ bonã habitudinem faciunt:bona habitudo.& ex hac
illa quæ faciunt cognoſcuntur.Nam ſi eſt bona habitudo ſpiſſitas carnis: neceſſe eſt vt
mala habitudo ſit raritas carnis, & efficiens bonam habitudinẽ quod facit ſpiſſitatẽ in
carne.❡Sequitur vero vt plurimũ ſi altera multipliciter dicatur,& alterã multipliciter 5
dici:ceu ſi iuſtum,& iniuſtum. Videtur autem multipliciter dici iuſtitia,& iniuſtitia:ſed

quia ſunt admodum propinqua,ipſarum æquiuocationē latere,quod non fit in ijs,quæ
longe magis ſunt manifeſta.Nā illa plurimū inter ſe differunt ſpecie:veluti clauis quod
6 æquiuocum eſt ei,quæ eſt ſub animaliū collo,& ei qua oſtia clauduntur.❡Cōplectamur
ergo quot modis dicitur iniuſtus. videtur iniuſtus eſſe & qui contra leges facit, & qui
plus appetit,& iniquus.Itaq; patet ꝙ & iuſtus erit,qui ſecūdum leges facit.& qui æquus
eſt.Iuſtum igitur eſt quod ſecūdum leges,& quod æquum. Iniuſtum autē quod cōtra
7 leges,& quod iniquū.❡Cum vero & plus appetens iniuſtus ſit,circa bona quidem erit:
non tamen omnia,ſed circa illa in quibus fortuna proſpera,vel aduerſa locū habet,quæ
ſunt quidem ſimpliciter bona ſemper.verū alicui nō ſemper:ſed homines illa precātur,
& quærunt.at nō oportet.ſed precari quidem debent ea quæ ſimpliciter bona ſunt.ſibi
8 quoq; eſſe bona.appetere vero quæ ipſis ſint bona.❡Iniuſtus autē nō ſemper plus ap-
petit:ſed minus in ſimpliciter malis. Sed quia videtur minus malū eſſe quodā modo
9 bonum,ac boni eſt illa cupiditas plus habēdi:fit vt videatur ob hoc plus appetēs.❡Eſt
iniqui(hoc enim cōplectitur & cōmune)& cōtra leges facere:hoc enim eſt tranſgreſſio
legum.ſiquidem iniquitas cōprehendit omnem iniuſtitiam:& commune quiddam eſt
10 ad omnē iniuſtitiam.❡Cum vero is qui cōtra leges facit,iniuſtus ſit,& qui ſecūdum le
ges,iuſtus:conſtat ꝙ omnia quæ à legibus proficiſcuntur,quodam modo iuſta ſint.nam
& ea quæ conſtituta ſunt authoritate ferendarū legum legitima ſunt, & quodlibet ho-
11 rum iuſtum eſſe dicimus.❡Leges autē prouident in omnibus cōiectantes aut cōmunē
omnium vtilitatem,aut optimorū,aut principū , vel ſecundum virtutē, vel ſecundum
alium quēdam talem modum.itaq; vno quidem modo iuſta dicimus ea quæ pertinent
ad faciendā,conſeruandámq; felicitatē,partéſq; eius in ciuili ſocietate.Iubet autē lex,ea
quæ ſunt viri fortis:vt nō deſerere locum in acie,nō fugere,nō arma abijcere.& ea quæ
ſunt tēperantis:vt nō cōmittere adulterium,non flagitium facere,& ea quæ ſunt man-
ſueti:vt nō pulſare,nō iurgia exercere.Eodem modo & ſecūdum alias virtutes & vitia:
has iubens,illa vetans.recta quidem quæ recte poſita eſt:deterior vero quæ inconſulte
12 poſita eſt.❡Hæc itaq; iuſtitia virtus quidem eſt perfecta:non ſimpliciter,ſed ad alium.
& ob hoc excellentiſſima virtutum eſſe videtur iuſtitia,& neq; heſperus,neque lucifer
ita mirabilis ac in prouerbio dicimus,omnes ſimul virtutes iuſtitiæ ineſſe, & perfecta
maxime virtus,quoniā perfectæ virtutis eſt vſus.Perfecta autē,ꝙ eam habens ad aliū
quoq; vti poteſt virtute:non ſolum ad ſeipſum.multi enim in proprijs virtute vti poſ-
ſunt:ſed in ijs quæ ad alium ſunt non poſſunt.& propterea videtur præclarum id Bian- Bias.
tis,Magiſtratus virum oſtendit.Ad aliū enim & in communi magiſtratus geritur.pro-
pter hoc ipſum & alienum bonum videtur eſſe iuſtitia ſolum omnium virtutum : quia
13 ad alium eſt.agit enim illa quæ alij conferunt,vel principi vel rei publicæ.❡Deterri-
mus igitur eſt,qui ad ſeipſum & amicum vtitur prauitate. optimus vero non qui ad
14 ſeipſum:ſed qui ad alium vtitur virtute.id enim opus difficile eſt.❡Hæc igitur iuſtitia:
non pars virtutis:ſed tota,atque integra virtus eſt.neque contraria eius iniuſtitia, vitij
pars eſt:ſed tota atque integra vitioſitas.In quo autem differant tota virtus,& iuſtitia,
hæc ex ſupra dictis conſtant. eſt enim eadem, ſed eſſe non idem. ſed qua ad alterum,
iuſtitia:qua vero talis habitus ſimpliciter,virtus.

Cap. II.

15 SEd quærimus illam quæ in parte virtutis eſt iuſtitiā.eſt enim aliqua,vt diximus:
eodem modo de iniuſtitia particulari.dicendum. Quòd autem ſit aliud,ſignum
erit ꝙ qui per alia flagitia delinquit:iniuriā quidem facit , ſed nihilo plus appe
tit. vt qui clypeum abiecit propter timiditatem,aut qui conuitia dixit propter iram,
aut qui non cōtribuit pecunias propter auaritiam. Quòd profecto per nullum iſtorū
ſæpe plus appetit,conſtat:quinimo nec per omnes,ſed per aliquam improbitatē quam
vituperamus ſecundum iuſtitiam.Eſt igitur aliqua iniuſtitia veluti pars totius , & in-
iuſtum quoddam in parte totius iniuſti quod contra leges fit. Præterea ſi quidam lu-
crandi cauſa mercatur & accipit, quidā vero erogat & damnum patitur propter libi-
dinem:hic quidem intemperans magis videtur eſſe q̄ plus appetens. Ille autē iniuſtus
quidem:ſed nō intemperās.patet ergo ꝙ ea de cauſa quia plus habet.inſuper circa alias

quidem iniuſtitias omnes,ſemper fit relatio ad aliquod vitium:veluti ſi adulteriũ com
miſit ad intemperantiam:ſi deſeruit locum in acie,ad timiditatem:ſi pulſauit quem,ad
irã.ſed ſi plus habeat:ad nullũ aliud vitiũ relatio fit q̄ ad iniuſtitiam.Itaq; patet ꝙ præter
illam totã alia quædam particularis iniuſtitia eſt huic ſynonyma.nã diffinitio in eodem
genere eſt:vtraq; enim ad alium potentiã habet.❡Verũ hæc quidem circa honorẽ,aut 16
pecunias,aut ſalutem,aut circa hæc omnia ſi vno nomine valeremus complecti: & per
voluptatem quæ prouenit ex plus habendo. Alia vero circa omnia in quibus vir bon⁹
verſatur.Quòd ſint igitur iuſtitiæ plures,& ꝙ eſt vna aliqua præter totã virtutẽ:mani
feſtum eſt.quæ vero & qualis hæc ſit:cõprehendamus. Diffinitũ eſt id quidem eſſe in-
iuſtũ:quod contra leges,& quod iniquũ.iuſtũ vero:quod ſecũdum leges,& quod æquũ.
Illa igitur iniuſtitia de qua primo diximus:ea fuit quæ cõtra leges eſt. ❡Sed quoniam 17
facere cõtra leges & iniquitas non eſt idem:ſed aliud vt pars ad totũ.nam quod plus:id
omne iniquũ.quod autẽ iniquũ: id non omne plus. profecto iniuſtum & iniuſtitia non
idem ſunt:ſed aliud quidem vt pars,aliud vero vt totum. pars enim hæc iniuſtitia : to-
tius iniuſtitiæ.ſimiliterq; iuſtitia:iuſtitiæ.Itaq; de particulari iuſtitia particularíq; iniu-
ſtitia dicendum,& de iuſto atque iniuſto ſimiliter.Illa igitur iuſtitia quæ ſecũdum vni-
uerſam virtutem ordinata eſt,& quæ vſus totius virtutis ad alium exiſtit:relinquatur.
ſimiliter & illa iniuſtitia quæ eſt totius vitij vſus:iuſtum quoque & iniuſtum ſecundum
has determinandum eſſe conſtat. ferè autem omnia iura ab vniuerſa virtute ordinata
ſunt.nam lex præcipit viuere ſecundũ omnẽ virtutem, & vnumquodq; vitiũ prohibet.
Effectiua vero vniuerſæ virtutis ſunt illa omnia iura:quæ ad publicam pertinent diſci-
plinam. de priuata vero ſingulorum diſciplina, per quam ſimpliciter eſt vir bonus:
vtrum pars ciuilis ſit,an alterius poſteà dicemus. non enim fortaſſe eſt omnino idem:
bonum eſſe virum & bonum ciuem.❡Sed particularis iuſtitiæ & iuſti illius, quod eſt 18
ſecundum eam:vna ſpecies in diſtributione conſiſtit vel honoris, vel pecuniarum, vel
aliorum quæ talia ſunt,vt diuidi poſſint inter eos qui in ſocietate ciuili verſantur.in his
enim fieri poteſt,vt æquum habeat vel iniquum alter alteri.Alia vero ſpecies in com-
mercijs hominum corrigendis exiſtit.Cuius duæ ſunt partes.nam commerciorum,alia
ſunt voluntaria,alia inuolũtaria.voluntaria ceu emptio,venditio,mutuũ,fideiuſſio,com
modatum,depoſitum,locatio,& huiuſmodi.dicuntur autem voluntaria:quia principiũ
ipſorum voluntarium eſt.Inuoluntariorum vero alia clandeſtina ſunt:vt furtum, ince-
ſtus,veneficium,dolus,fraus,doloſa necatio,falſum teſtimonium.Alia violenta:vt ver-
beratio,nexus,mors,rapinæ,orbatio,conuitium,contumelia. Cap. III.

CVm vero iniuſtus iniquus ſit,& iniuſtum iniquum:patet aliquid eſſe medium 19
iniqui.id autẽ eſt æquũ.qua enim in re eſt plus:in eadem & minus & æquum.
Si ergo iniuſtũ eſt iniquũ:iuſtũ æquũ,quod & ſine probatione manifeſtum eſt.
❡Cum vero æquum ſit medium:iuſtum quoq; medium eſſet.Eſt autem æquũ in duo- 20
bus minimis: ergo & iuſtũ, medium & æquum ſit neceſſe eſt,ad aliquid & quibuſdam.
& ſecundum ꝙ medium aliquorũ eſt:ea ſunt plus & minus.ſecundũ ꝙ æquũ: duorum.
ſecundũ ꝙ iuſtũ quibuſdam.neceſſe eſt ergo iuſtum eſſe in quatuor minimis.nam & in
quibus iuſtum exiſtit:duo ſunt.& in quibus:res duæ. ❡At eadem æquitas quibus & in 21
quibus.vt enim illa ſe habent in quibus:ita & illa.ſi enim nõ æqui, nõ æqua habebunt.
Verum hinc pugnæ,incuſationéſq; oriuntur:cum æqui nõ æqua,vel nõ æqui æqua ha-
bent & tribuunt.Ex dignitate quoq; id apparet. iuſtũ enim illud quod in diſtribuendo
conſiſtit:ſecundũ dignitatem quandã eſſe oportere omnes fatentur. ipſam vero digni-
tatem non eandem omnes aiunt eſſe:ſed populares quidem libertatem, potentes vero
opulentiã,aut genus,optimates autẽ virtutẽ dicũt.❡Iuſtũ ergo proportionẽ quãdam 22
habet.proportionẽ vero habere:non ſolum vnici numeri proprium eſt,ſed totius nu-
meri. eſt enim proportio: æqualitas rationis in quatuor minimis. Diſcreta igitur ꝙ in
quatuor cõſiſtat manifeſtum eſt:quinetiam eſt & cõtinua. nam vno vt duobus vtitur.
vt bis dicit ceu quẽadmodum a ad b:ac b ad c.bis igitur dicitur b.ſi ergo bis ponatur b,
quatuor erunt in proportione.eſt autem & iuſtũ in quatuor minimis ac ratio eadem.

23 ❡Diuiditur enim ſimiliter in quibus & quæ.erit ergo quemadmodũ a ad b. ita c ad d.
& promiſcue ergo vt a ad c:ita b ad d. Quare totum ad totũ vt diſtributio duplicatur.
Quod ſi ita ponas iuſte,conduplicatur coniugatio.igitur a c & b d:iuſtum illud eſt quod
in diſtribuendo conſiſtit.& medium quidem hoc eſt:circa id quod proportionem ha-
bet.nam habens proportionẽ medium eſt,iuſtum autẽ proportionem habet.hanc pro-
portionem mathematici geometricam vocant.nam in geometria conting'': totum ad
totum,quod alterutrum ad alterutrum.Eſt autẽ non continua hæc proportio.nõ enim
24 eſt vnus numero terminus cui, & quod. ❡Hoc ergo iuſtum proportionem habet: in-
iuſtum vero proportione caret.fit igitur aliud plus,alius minus . quod & in rebus acci-
dit.nam qui iniuriam facit:plus habet.qui vero patitur,minus.& hoc in bono: in malo
autem contrá.nam in ratione boni venit minus malum ad maius malum.Eſt enim ma
gis eligendum minus malum,quàm maius.quod autem eligendum: id bonum . & ma-
gis,maius.vna igitur iuſti ſpecies talis eſt. Cap IIII.
25 REſtat alia quæ in corrigẽdo conſiſtit.ea fit in cõmercijs,tam voluntarijs quàm
inuoluntarijs:quod eſt alterius ſpeciei iuſtum q̃ ſuperius. Nam iuſtum illud
quod in diſtribuendo conſiſtit,publicarũ rerũ eſt:ſemper iuxta proportionem
iam dictã.etenim ſi ex publico pecuniæ ſint diſtribuẽdæ:earũ diſtributio per eandẽ fiet
rationẽ,ſecundũ quã in publicum contributio fit.& iniuſtum quod huic iuſto opponi-
tur abſq; proportione. At illud iuſtum quod in cõmercijs cõſiſtit: æquũ quidem eſt, &
iniuſtũ iniquũ.ſed non ſecũdum eã proportionẽ,ſed ſecundũ arithmeticã . Nihil enim
refert vtrũ bonus à malo abſtulerit,an malus à bono: neq; vtrũ bonus adulteriũ com-
miſerit,an malus.ſed ad differentiã damni,lex reſpicit ſolum:& vt æquis vtitur ſi hic in-
iuriam fecit,ille paſſus eſt:ſi hic damnũ dedit,ille paſſus eſt.itaq; iniuſtum hoc iniquum
exiſtens:æquare conatur lex.Nam quãdo hic quidem percutitur,ille vero percutit: vel
hic occiditur,ille occidit:paſſio & actio ſeorſum iniquæ ſunt. ſed conatur eas per con-
demnationem æquare,lucrum auferendo.dicitur enim & in huiuſmodi rebus lucrum.
licet quibuſdam impropriũ videatur,puta illi qui percuſſit,& damnũ illi qui percuſſus
26 eſt.ſed quando extimatur paſſio:vocatur illa quidem damnum,hoc autem lucrũ.❡Ita
inter plus minus,æquum eſt medium.lucrum autem & damnum contrà:alterum plus
eſt,alterũ minus.boni quidem plus eſt lucrum:mali autẽ minus.damnum vero contrà
eſt.inter hoc,mediũ eſt æquum,quod iuſtum eſſe dicebamus. quamobrẽ iuſtum illud
quod in corrigendo conſiſtit: medium eſt inter damnum & lucrum.ex quo fit vt cum
controuerſia exiſtit,ad iudicẽ eatur.ire autẽ ad iudicẽ:id eſt ire ad ius.nam iudex quidẽ
eſſe debet veluti animatum ius.& quærunt iudicem medium,& vocãt quidã mediato-
rem:quaſi iuſtum aſſecuturi ſi medium aſſequantur. medium igitur quiddam iuſtum
27 eſt.ſiquidem & iudex medius.iudex vero ad æqualitatem redigit.❡Atque vt linea in-
æqualiter diuiſa cui maior pars q̃ dimidia adeſt:ei aufert,& minorem habenti tradit.&
quando totum in duas partes diuiditur:tunc ſuum habere aiunt cũ quiſq; æquã partẽ
accepit.æquum autẽ medium eſt inter plus & minus ſecundum arithmeticam propor-
tionem.Propterea nominatur iuſtum quod tam hinc quàm inde iuxta eſt,quaſi iuxta
vtrunq; ſit,& iudex vtriq; iuxta aſſiſtat.ſi enim duorum æqualiũ ab altero auferatur,
alteri vero addatur:duobus excedit alium.nam ſi auferatur quidem nec addatur: vno
duntaxat excedit. à medio igitur vno, ac medium vno. per hoc igitur dinoſcemus,&
quid auferẽdum ſit ab eo qui plus habet:& quid addendum ſit ei qui minus habet.quo
enim excedit:id auferendum eſt ei qui plus habet.æquales in quibus aa bb gg:adinui-
cem.ab aa dematur a e.& adiungatur gg:id quod eſt in g d.ita totum d gg : excedit ea
28 in g d & g z.ergo bb,eo quod eſt g d.❡ Eſt & in alijs artibus hoc.nam interirent vtiq;
29 niſi ageret agens & quantũ & quale,ac patiens pateretur hoc & tantũ & tale.❡Tracta
ſunt autẽ damni ac lucri nomina ex voluntarijs contractibus.nam habere plus quàm
ſuum,lucrari dicitur:minus autem quàm ab initio, damnari . Ceu in emptione, & ven-
ditione ac in alijs quibuſcunq; licentiam lex permiſerit.quando enim nec plus nec mi-
30 nus,ſed ipſa per ipſa fiunt:ſua ſe habere dicunt,& nec lucrari nec damnum pati.❡Itaq;

lucri cuiuſdam ac damni medium eſt iuſtum præter voluntarium: æquum habendo &
prius & poſterius.

Cap.V.

Pythagorici. SEd videtur aliquibus repaſſum quiddam ſimpliciter eſſe iuſtum:vt Pythagorici 31
dixerunt.Diffiniebant enim ſimpliciter iuſtum eſſe:id quod repaſſum ſit alteri.
Verũ,hoc nõ cõgruit:neq; ei iuſto quod eſt ſecũdum leges,neq; ciuili. Voco autẽ
ciuile id quod eſt ſociabile.repaſſum enim nõ cõgruit neq; ei iuſto quod in diſtribuen-
do conſiſtit,neq; ei quod ad corrigendum pertinet.atqui volunt hoc quidem dicere &
Rhadamãthi iuſtũ:ſi patitur quæ fecit,rectũ eſt iudiciũ.Multifariã enim diſcordat.ceu
ſi in magiſtratu cõſtitutus percuſſerit:repercuti nõ licet.& ſi magiſtratũ quis percuſſe-
rit:nõ ſolũ ipſe repercutiẽdus eſt,verũ etiã ſupplicio afficiẽdus.Inuolũtariũ etiã & vo-
luntariũ multũ differũt:ſed in cõmunibus ſocietatibus cõmerciorũ huiuſmodi iuſtum
cõtinet id quod repatitur ſecundũ proportionẽ & non ſecundũ æqualitatẽ.nã in repen-
dendo ſecundũ proportionẽ cõſiſtit ciuitas.aut enim quod male eſt quærũt.& ſeruitus
videtur eſſe niſi repẽderit.aut quod bene,& ſi nõ:retributio tollitur.at retributione cõ-
ſiſtunt.itaq; gratiarũ ſacrũ in promptu faciunt:vt retributio ſit. Hoc enim gratiarũ eſt
propriũ.remunerãdus eſt enim qui munus cõtulit.at rurſus ipſe incipere debet qui ſu-
ſcepit.Facit autẽ retributionẽ ſecundum proportionẽ per diametrũ coniunctio. Veluti
faber in quo a,ſutor in quo b,domus in quo c,calceus in quo d,oportet igitur accipere
fabrũ à ſutore ex illius opere:& ipſum ſibi tradere de ſuo.ſi ergo primũ ſit æquũ ſecũdũ
proportionẽ,poſtea repaſſio fiat:erit quod dicitur.aliàs vero nec æquũ eſt,neq; cõſiſtit.
nihil enim vetat melius eſſe vnius opus q̃ alterius.oportet igitur illa æquari.eſt autẽ
hoc & in alijs artibus.nã interirẽt vtiq; niſi faceret faciens quantũ & quale, ac patiens
pateretur hoc & tantũ & tale.non enim ex duobus medicis fit ſocietas: ſed ex medico
& agricola.& omnino alijs & inæqualib9.verũ hæc æquãda ſunt.Quãobrẽ omnia quorũ
eſt permutatio:talia eſſe cõuenit,vt quodam modo cõferri valeãt. ¶ Atq; ob id num9 32
in vſum venit & quaſi medius factus eſt.nam cũcta metitur. quare & defectũ & exceſ-
ſum.q̃ multi enim calcei adæquãt domum vel victũ. oportet igitur quod quidem faber
ad ſutorẽ:totidem calceos eſſe ad domũ vel victũ.aliter enim nõ erit permutatio neq;
ſocietas.A ſutor.B faber.C calceus. D domus . Hoc igitur niſi æqualia quodam modo
ſint,nõ erit.oportet ergo vno aliquo cuncta metiri,vt ſupra diximus. ¶ Hoc eſt ſecun- 33
dum veritatẽ indigentia quæ omnia continet.nam ſi nullius indigerent:vel non ſimili-
ter,vel non erit permutatio,vel non eadem.ſed veluti ſubſidium cõmutandarum rerũ
numus compoſitus eſt: & ob hoc numus vocatur,ꝙ non à natura: ſed à lege quæ νόμος
dicitur,eſt inductus.Erit igitur repaſſio cum æquatio fiet, quamobrem quod agricola
ad ſutorẽ:id opus ſutoris ad agricolæ opus.referendũ & eſt ad proportionis normam
cum permutabuntur.Alioquin vtrũq; exceſſum habebit altetum extremũ. ſed quãdo
ſic habent ipſi ſua:æquales ſunt & cõmunicant,quod huiuſmodi æqualitas in ipſis fieri
poſſit.Agricola a,alimenta c,ſutor b,opus eius quod æquatur d.ſi ita repenſio fieri non
poſſet:non foret ſocietas. ¶ Quod autẽ indigentia ſit id vnum quod cõtinet, deprehẽ- 34
ditur:quia ſi non indigeant adinuicem vel ambo vel alter:non fit cõmutatio. quemad-
modum quãdo eius quod ipſe habet quis indiget. veluti ſi vino indigeant: & triticum
exportandum tradant.opus eſt igitur hæc adæquari.profutura vero permutatione fa-
cienda cum opus fuerit ſi nunc nihilo indiget : numus quaſi expromiſſor quidam no-
bis eſt.oportet enim qui hunc affert accipere poſſe. ¶ Patitur certe hic idem.non enim 35
ſemper æquum valet.veruntamen vult manere magis. ¶ Quamobrem oportet omni- 36
bus rebus pretium eſſe.nam ſic permutatio erit ſemper.ſi autẽ hæc erit:& ſocietas erit.
numus ergo tanq̃ menſurans adæquat.neq; enim ſine permutatione ſocietas eſſet,neq;
permutatio ſine adæquatione.neq; adæquatio ſine menſura. ¶ Re igitur verà impoſſi- 37
bile eſt adeo inter ſe diuerſa conuenire.verum pro indigentia vnum quiddam eſſe con-
uenit:& hoc ex inſtituto:itaq; numus vocatur.hoc enim omnibus menſuram adhibet.
nã omnia metitur numus.domus a,minæ decẽ b,lectica vero ſit c. Igitur a dimidiũ b, ſi
quinq; minas valet domus vel æquales:lectica vero c ſit decima pars,huius quod eſt b.

patet quot lecticæ domum adæquant: quoniam quinq;. quòd igitur per hunc modum
erat permutatio antequam numus eſſet:manifeſtum eſt.refert autem nihil vtrum lecti
cæ quinq; pro domo,an quanti lecticæ quinq;.quid ergo iuſtum ſit quid've iniuſtũ, di-
38 ximus. ❡His vero determinatis:manifeſtum eſt quòd iuſte agere medium eſt inter fa-
39 ciendum & patiendum iniuriã.nam alterum eſt plus habere,alterum minus. ❡Iuſtitia
vero mediocritas eſt,non eodem modo,vt in ſuperioribus virtutibus:ſed quòd ipſa me-
dij eſt,iniuſtitia autem extremorum.& iuſtitia quidem eſt:per quam iuſtus,dicitur iu-
ſti operator ſecundum electionem ac tributor ſibi ad alium, & alij ad alium . non ſic vt
commodi quidem plus ſibi,minus proximo,incommodi vero contrà:ſed æqui ſecun-
dum proportionem.eodémq; modo & alij ad alium.Iniuſtitia vero contrà eſt.nam hæc
exceſſus & defectus commodi & incommodi abſq; proportione.ob id vero exceſſus &
defectus eſt iniuſtitia:quia eſt eius quod eſt exceſſus & defectus.quãtum ad ſe quidem:
exceſſus vtilitatis ſimpliciter,& defectus damni:quantum vero ad alios in ſumma,eo-
dem modo ſed præter proportionem,vt contingit.iniuriæ vero id quod eſt minus,pa-
ti:quod autem plus,eſt facere iniuriam.De iuſtitia igitur & iniuſtitia,qualis eſt vtriuſq;
natura:dictum ſit hactenus.& ſimiliter de iuſto & iniuſto vniuerſali. Cap. VI.

40 CVm autẽ fieri poſſit vt quis iniuriã faciat & nódum ſit iniuſtus:ob quas iniu-
rias quis faciens iniuſtus iam eſt,ſecundum vnam quanq; iniuſtitiam? ceu fur,
41 aut mœchus,aut latro,vel ſic quidem nihil differt. ❡Nam ſi coeat quis cum
muliere ſciẽs cum qua,ſed nó per electionis principium, ſed propter animi perturba-
tionem:iniuriã quidem facit,ſed non eſt iniuſtus.quẽadmodum nec fur cũ furatus eſt,
nec mœchus cũ mœchatus eſt.eodémq; modo in alijs. Quemadmodum igitur ſe habet
42 id quod repatitur ad iuſtũ:dictum eſt prius. ❡Nec latere oportet ꝙ id quod quæritur:
eſt & ſimpliciter iuſtum & ciuile iuſtum,hoc eſt ſociabile ad vitã,vt ſufficiens ſit ad li-
bertatem & æqualitatẽ,vel ſecundũ proportionẽ,vel ſecundũ numerum. itaq; quibuſ-
cunq; nó eſt hoc:eiſdem nó eſt adinuicem ciuile iuſtũ,ſed aliquod iuſtũ per ſimilitudi-
43 nem. ❡Eſt enim iuſtũ quibus & lex ad ipſos.lex autẽ in quibus iniuſtitia. iudiciũ enim
eſt iudicatio iuſti & iniuſti.in quibus autẽ iniuſtitia eſt : in eiſdem & iniuria. ſed in qui-
bus iniuria:nó in omnibus iniuſtitia,& hoc eſt ſibi plus retribuere ex ſimpliciter bonis:
44 minus autẽ ex ſimpliciter malis. ❡Quapropter nó ſinimus dominari hominẽ, ſed ra-
tionem.quia ſibi hoc agit & tyrannus efficitur.eſt enim magiſtratus cuſtos iuſti.ꝙ ſi iu-
45 ſti,& æqui. ❡Cum vero ſi quis iuſtus ſit:nihilo plus videatur habiturus,non enim plus
tribuit ſibi ex ſimpliciter bono: niſi ad ipſum proportione ſeruata . ex quo fit vt alteri
laboret:atq; ob id alienũ bonũ dicunt eſſe iuſtitiã,vt ſupra diximus. ideo merces quædã
tribuenda eſt:honor ſcilicet & gloria.quibus autem hæc non ſufficiunt:hi ſunt tyranni.
46 ❡Dominicum vero atq; paternũ ius non idem his:ſed ſimile.non enim eſt iniuſtitia ad
ſua ipſius ſimpliciter.nã filij ac cætera quæ in poteſtate ſunt:quãdiu non ſeparata fue-
rint tãquã illius partes ſunt.at ſibijpſi ,nemo nocere vult.quapropter nec iniuſtitia eſt
ad ſeipſam.Nó ergo iuſtũ neq; iniuſtũ ciuile.nã ſecundũ leges id erat ,& eſt in ijs quorũ
ea natura eſt:vt lex in illis eſſe poſſit. Tales vero erant ij, in quibus æqualitas erat im-
47 perãdi atq; parendi. ❡Itaq; magis ad vxorẽ id ius eſt:q̃ ad filios,& cætera quæ ſunt in
poteſtate. hoc enim eſt œconomicũ ius,& quidem alienum à ciuili iure. Cap. VII.

48 IVs autem alterum naturale eſt,alterum legitimum. naturale quod vbiq; eãdem
habet vim:nó quia ſic videatur vel non. legitimũ quod nihil ab initio referebat
hoc vel illo modo eſſet:ſed poſtquam lata eſt lex, refert. veluti vt redemptiones
captiuorum certo pretio fiant,vtq; capra immoletur non duæ oues:& quæ de ſingulis
49 cauta legibus ſunt.vt ſacra facere Graſidæ,& decreta publica. ❡Videntur autẽ quibuſ-
dam cũcta eſſe eiuſmodi.nã quod naturale eſt:id immutabile eſt,& vbiq; eãdem habet
poteſtatẽ.vt ignis hic & in Perſis vrit:iura vero mutari videntur . hoc autẽ non eſt ita
ſe habẽs,ſed ſic. Enimuero apud deos quidem forſan nó ita ſe habet: apud nos certe ali-
quid eſt naturale mutabile. nó omne quidẽ:ſed tamen eſt aliud natura,aliud nó natura.
50 ❡Quale autẽ natura ſe aliter habere poteſt & quale nó,ſed lege ac poſitione:ſiquidem

vtraq; mutabilia ſimiliter,manifeſtũ eſt.¶In alijs quoq; eadem eſt determinatio. Na- 51
tura enim dextra melior eſt:fieri poteſt tamen vt omnes ambidextri ſint.Iura vero ſe-
cundum poſitionẽ vel vtilitatẽ ſimilia ſunt mẽſuris.nõ enim omnibus in locis æquales
ſunt tritici,viniq; menſuræ:ſed vbi emũt,maiores: vbi vẽdunt,minores. Eodem modo
iura quæ nõ ſunt naturalia,ſed humana:non eadẽ ſunt vbiq;.nã neq; reſpublica:ſed vna
duntaxat vbiq; ſecundum naturã optima.¶Singula vero eorũ quæ iure & lege proui- 52
dentur ita ſe habent vt vniuerſalia ad ſingularia.nã ea quæ agũtur multa ſunt,& quod-
cunq; ipſorũ vnum:vniuerſale nãq;.¶Differunt autẽ iniuſtum & iniuria,item iuſtum & 53
ius.iniuſtum eſt enim natura vel ordinatione.hoc autem ipſum poſtquam factum eſt,
iniuria eſt.ante vero quam fiat:non eſt iniuria ſed iniuſtum.eodem modo ius:ſed com-
munis dicitur iuſti degentia. Eſt autem ius, iniuriæ correctio,in ſingulis vero ipſorum
quæ ſpecies & quot,& circa quæ ſint iuſta & iniuſta,poſtea videbimus.

Cap. VIII.

SEd cum iuſta & iniuſta ſunt quæ ſupra diximus:ius & iniuriã facit cum volens 54
quis ea facit.quòd ſi inuitus quis facit, neque iniuria eſt neque ius niſi per acci-
dens.quibus enim iuſtis accidit vel iniuſtis eſſe agentibus: ius autem & iniuria
determinantur ſecundum voluntarium & inuoluntarium.cum enim volens quis facit,
vituperatur & iniuria eſt.itaque iniuſtum erit quoddam,at nondum iniuria:niſi hoc ad-
dito,vt volens quis faciat.Dico autem voluntarium,vt prius dictum eſt, quando quis
in poteſtate ſua exiſtẽs,ſciens & non ignorans neq; quem,neq; quo:veluti ſi non igno-
ret quem pulſet,nec quo,nec cuius gratia,& eorum ſingula faciat, nõ per accidens,neq;
per vim coactus.nam ſi manum alterius capiẽs quis alium pulſet: non volens facit is
cuius eſt manus,nec in ſua eſt poteſtate.fieri autem poteſt vt pater ſit qui pulſatur: illũ
vero qui pulſet,intelligere hũc eſſe hominem quẽdam,ſed ꝙ pater ſit ignorare.eodem
modo dicendum eſt in ijs quæ alicuius gratia fiunt & circa rem totã.¶Siue autẽ quis 55
ignoret ſiue nõ ignoret,cũ in ſua poteſtate nõ eſt,vel per violentiã facit:inuolũtariũ eſt.
¶Multa enim ex ijs quoq; quæ natura exiſtunt ſciẽtes agimus & patimur:quorũ nullũ 56
neq; volũtariũ,neq; inuoluntariũ eſt.ceu ſeneſcere vel mori.¶Simile eſt de iuſtis & in- 57
iuſtis per accidẽs.nã ſi depoſitũ quis inuitus & per metũ reddat:neq; facere neq; ope-
rari iuſta fatendũ eſt niſi per accidens:eodem modo ſi coactus & inuitus depoſitũ non
reddiderit:per accidens dicendus eſt iniuſta facere.¶Eorũ vero quæ volentes facimus: 58
alia cum electione,alia ſine electione.cũ electione facim⁹,cũ deliberatio anteceſſit. ſine
electione : cũ non anteceſſit deliberatio.¶Quoniã vero tripliciter nocetur in cõmuni 59
ſocietate:per ignorantiã peccata ſunt quãdo nec quẽ,nec quod,nec quo,nec cuius gra-
tia intelligebat,hoc egit.nã aut nõ pulſare,aut non illũ,aut nõ illo, aut non cuius gratia
putabat:veluti ſi nõ vt non vulneraret,ſed vt pũgeret,vel non quẽ, vel non vt. quando
igitur præter ꝓpoſitũ nocetur,infortuniũ eſt.quãdo autẽ nõ præter propoſitũ ſed ſine
malitia,error.errat enim cũ in ipſo eſt principiũ cauſæ.Aduerſa vero fortuna vtitur cũ
extra ſit.¶Quãdo ſciẽs quidem,ſed nõ deliberatione præmiſſa facit:iniuria eſt. cuius 60
generis ſunt omnia quæcũq; per iram,aut cæteras perturbationes animi cõmittũtur.&
quæcũq; neceſſaria vel naturalia hominibus accidũt.¶Hæc cõmittẽtes, peccãtéſq; in- 61
iuriantur quidem & iniuriæ ſunt:nondũ tamẽ propterea iniuſti illi neq; mali.nõ enim
ob improbitatẽ commiſerũt.ſed quãdo cũ electione,iniuſtus & improbus.¶Quãobrẽ 62
recte illa quæ per irã fiunt non perinde habẽtur quaſi ex prouidẽtia ſint facta:nõ enim
incipit qui per irã facit,ſed qui prouocauit.inſuper non de facto vtrũ ſit vel non ſit di-
ſceptatur,ſed de iure.Apparẽte enim iniuſtitia exiſtit ira.nam non vt in cõmercijs de
faciendo diſceptãt:quorũ alterũ neceſſe eſt eſſe improbũ niſi per obliuionẽ hoc agant.
ſed conueniẽtes de re:de iure diſceptãt.¶Sed qui inſidiatur,non ignorat.itaq; ille qui- 63
dem putat iniuriã accipere,ille vero non.ꝙ ſi ex electione nocuerit: iniuriã facit.Et has
iniurias faciendo iniuſtus eſt:quando præter proportionẽ fit vel præter æquitatẽ.Eodẽ
modo iuſtus quãdo eligens iuſta facit . facit autem iuſta ſi modo volens facit. ¶Inuo- 64
luntariorum autem alia ſunt in quibus venia locum habet:alia in quibus non.nam quæ-
cunque non ignorãtes ſolum,verum etiam per ignorantiam delinquuntur:ignoſcenda

ſunt quæcunq; vero non per ignorantiam,ſed ignorãtes quidem propter perturbatio-
nem animi non naturalem neq; humanam:non ſunt ignoſcenda. Cap. IX.
65 AMbiget vero quiſpiam an ſufficienter determinatum ſit circa faciendum pa-
tiendúmq; iniurias.primum quidẽ ſi eſt vt Euripides inquit dicẽs,Quomodo
ipſe matrem occidi meã:breuis eſt ſermo.volens volẽtẽ:aut volentem nolens.
Vtrum'ne reuera fieri poſſit vt volenti iniuria fiat,vel non:ſed omne tale ſit iuuitũ, vt
facere iniuriam voluntariũ eſt,& an omne ſic eſt:vel hoc voluntariũ illud inuoluntariũ.
eodem modo & cum quis iuſta patitur.nam in agendo iuſta, ſemper voluntarium eſt.
66 ¶Quare cõueniens eſt oppoſitum ſimiliter eſſe & iuſte ab alio corrigi aut voluntariũ
aut inuoluntariũ eſſe abſurdum fortaſſe videbitur & dum iuſte corrigitur quis: totum
67 eſſe voluntariũ. nam quidam nõ ſponte corrigũtur. ¶Nam de illo quoq; quis ambigat
vtrum omnis qui patitur iniuſta,ei iniuria fiat,vel in patiẽdo idem ſit quod in agẽdo?
68 ¶Ac fieri poteſt vt vtriq; participes ſint iuſtorum ſecũdum accidens:ſimiliter & in in-
iuſtis.nõ enim idem eſt iniuſta agere & iniuriari,& iniuſta pati & iniuriã accipere.eodẽ
modo & in agẽdo iuſta & patiendo.impoſſibile eſt enim accipere iniuriam nullo infe-
69 rente:aut iuſte corrigi nõ iuſte agente.¶Quòd ſi iniuriam facere eſt ſimpliciter aliquẽ
volentẽ lædere,& volentẽ aut ſcientem quem & quo & quomodo, incontinẽs vero ſe-
ipſum volens lædit: volenti iniuria fit,& ſibijpſi quis iniuriari poteſt.Ambiget de eo
quoq; quiſpiam an ſibi quis iniuriari poſſit.Præterea volens quis ab alio per intẽperã-
70 tiam læditur.quod ſi eſt ita, volẽti iniuria fit.¶Vel non recta diffinitio eſt:ſed adden-
dum eſt ꝙ lædat ſciens quem,& quo, & quomodo præter illius voluntatem. Læditur
quis igitur volens & iniuſta patitur. Veruntamen nulli volenti iniuria fit.nullus enim
vult ne intemperans quidem:ſed præter voluntatem id agit.nullus enim vult id quod
non putat eſſe frugi.incontinens autem quod non putat agendũ id agit. ſed qui ſua do-
nat:vt Homerus de Glauco ſcribit dediſſe eum Diomedi arma aurea pro ferreis,cẽteni Glaucus.
pretij pro nouem,huic iniuria non fit. Nam in ipſo eſt donare: ſed vt fiat ſibi iniuria in Diomedes.
ipſo nõ eſt,ſed oportet eſſe qui inferat.Accipere igitur iniuriam:ꝙ nõ voluntarium eſt
71 patet.¶Reſtat inſuper vt de duobus prius aſſumptis dicamus. Vtrum iniuriatur qui
plus tribuit præter dignitatẽ,an qui plus accipit?& vtrum ſibijpſi quis valeat iniuriari?
Si enim recipitur prius dictũ:qui tribuit iniuriatur nõ qui plus habet. ſed ſi quis plus
alij tribuat q̃ ſibi ſciẽs & volens:hic ſibijpſi iniuriatur,quod quidem videntur boni &
72 æqui facere.nã bonus & æquus vir in diminutione eſt.¶Vel nõ hæc ſimpliciter. nam
alterius boni plus appeteret,vt gloriæ vel ſimpliciter honeſti. Præterea ſoluitur per
diffinitionẽ iniuriandi.nihil enim præter ſuã patitur voluntatẽ.itaq; per hæc iniuria ei
73 non fit:ſed ſic quidem læditur ſolum.¶Manifeſtum eſt autem & ꝙ tribuẽs iniuriatur
ſemper:at non is qui plus habet.nõ enim quo iniuſtum eſt,iniuriã facit:ſed quo ſciens
hoc agit.Hoc autem vnde principium actus quod eſt in tribuente: non in accipiente.
Præterea ſi facere pluribꝰ modis dicitur,& eſt vt inanimata occidere,& manꝰ & ſeruus
iubentis.nõ iniuriatur quidem,facit tamen iniuſta.adhuc ſi ignorans iudicauit:non in-
iuriatur ſecũdum ius illud quod eſt ex legibus.nec iniuſtum iudicium eſt:ſed eſt vt in-
iuſtum.Aliud eſt enim iuſtum quod ex legibus eſt,& primum. Quòd ſi ſciẽs iudicauit
iniuſte:plus ipſe quoq; appetit vel gratiæ vel vindictæ.Vt igitur ſi quis particeps iniu-
riæ foret,& hic propterea iudicans iniuſte:plus habet.nam & qui agrum alij adiudica-
74 uit:& ſi non agrum,ipſe argentum ſuſcepit.¶Putant homines eſſe in ſeipſis:vtrum in-
iurientur atq; ob id facile iniuſtum eſſe.quod certe nõ eſt ita.nam coire cum vxore vi-
cini,& pulſare proximum,ac manu tradere argentum perfacile eſt & in ipſis:verũ ſic ſe
75 habẽtes hoc agere,nec facile eſt neq; in ipſis.¶Eodem modo cognoſcere iuſta & iniu-
ſta nullam ſapientiam putant:quoniã de quibus rebus leges loquuntur,eas res nõ dif-
ficile eſt intelligere.at nõ ſunt hæc illa iuſta:niſi per accidens:ſed cũ certo fiunt modo,
& certo modo tribuuntur,tunc iuſta ſunt.enimuero hoc maius negotiũ eſt q̃ ſcire illa
quæ pertinent ad ſanitatẽ.nam & ibi quidem mel,& vinũ,& helleborũ,& aduſtionem,
& ſectionẽ ſcire perfacile eſt:ſed quemadmodum ad ſanitatẽ tribuenda ſint, & cui, &

quando,tanta eſt difficultas quanta eſt medicum eſſe.¶Propter hocipſum, iuſti quoq; 76
nihilominus eſſe putant iniuriari,quia non minus, ſed magis poteſt quodlibet horum
iuſtus facere. nam & coire cum muliere, & pulſare, & fortis clypeum relinquere, & in
vtranuis partem currere.ſed timidum eſſe & iniuriari non eſt hæc facere niſi ſecũdum
accidens:ſed ſic ſe habentem hæc facere eſt. quemadmodum & mederi & ſanare: non
eſt incidere vel non incidere,aut pharmacum dare vel non dare, ſed iſto modo. ¶Sunt 77
enim iuſta in ijs qui participia ſunt ſimpliciter bonorum.habent vero in ijs exceſſum &
defectum.quibuſdam enim nullus eſt exceſſus eorum:vt fortaſſe dijs.quibuſdam vero
nulla pars vtilitatis, vt inſanabilibus & improbis: ſed omnia nocent.quibuſdam vero
aliquatenus:propterea humanum eſt.

Cap. X.

CONſequẽs vero fuerit dicere de bono & æquo:quẽadmodum bonitas & æqui- 78
tas ſe habent ad iuſtitiam,ac bonum & æquum ad iuſtum.non enim vt idem
ſimpliciter nec vt aliud genere ſi conſideretur: apparet.& interdum quidem
laudamus æquum & bonum ac huiuſmodi hominẽ.Itaq; ſuper alia quaſi maioris com-
mendationis loco:adiungimus magis ex bono & æquo. Interdũ vero rationẽ ſequẽti-
bus abſurdum videtur,ſi æquum'& bonum præter iuſtum aliquid ſit quod laudari me-
reatur.nam aut iuſtũ res eximia nõ eſt:aut bonum & æquum non ſtudioſum ſed aliud:
aut vtraq; eximia,& idem ſunt.Dubium igitur circa bonum & æquum ferè ob iſta cõ-
tingit.¶Habẽt vero ſe quodam modo cuncta recta:& nihil ſubcõtrariatur ſibi. nam & 79
æquum & bonum alicuius iuſti exiſtens,melius iuſto eſt:& non vt quoddam aliud ge-
nus,melius q̃ iuſtum.Idem eſt ergo iuſtum, ac bonum & æquum. ¶Facit autem dubi- 80
tationẽ:quia bonum & æquum iuſtũ eſt quidem.at vero nõ id iuſtũ quod eſt ſecũdum
legem:ſed quod ſecũdum emendationẽ legis.Cauſa vero huius eſt:quia omnis lex vni-
uerſalis eſt.at de quibuſdam vniuerſaliter dici recte nõ poteſt.in quibus igitur neceſſe
eſt vt lex vniuerſaliter dicat, nec recte poteſt: lex id cõplectitur quod plurimũ eſt,non
ignorans defectum,& eſt nihilominus recta.nam peccatũ non eſt in lege,nec in legiſla-
tore:ſed in natura ipſius rei.nam rerũ ipſarum protinus natura talis eſt. ¶Quãdo igi- 81
tur lex vniuerſaliter loquitur & accidit quid præter vniuerſale:tunc rectum eſt,vt quæ
omiſit legiſlator & defecit in ſimpliciter loquẽdo, emendetur omiſſum.quod & legiſ-
lator ipſe ſi adeſſet:vtiq; diceret,licet iam legẽ tulerit.quãobrem iuſtum eſt ac melius
aliquo iuſto,nõ eo quod eſt ſimpliciter:ſed eo quod propter ſimplicitatẽ peccat.¶Hæc 82
eſt natura boni & æqui: emendatio ſcilicet legis quæ omiſſa erat propter vniuerſale.
hæc enim cauſa eſt, ne omnia ſint ſecundum leges: quia talia quædam ſunt vt de ipſis
lex ferri non poſſit.itaque decreto opus eſt.nam indefiniti,indefinita eſt regula:quem-
admodum & Leſbiæ ædificationis,plumbea regula. nam ad formam lapidis tranſmu-
tatur & non manet:regula & decretum ad res. quid ſit ergo bonum & æquum, & quod
iuſtum,& quod iuſto melius:manifeſtum.¶Ex hoc etiam patet quis ſit bonus & æquus 83
vir: horũ videlicet elector & actor qui non exacte amplectitur ius in peiorem partem:
ſed de ſuis commodis detrahi patiatur,etſi lege ſe tueri poſſit. & habitus iſte, bonitas
& æquitas dicitur,nec aliud eſt quàm iuſtitia quædam.

Cap. XI.

VTrum autem ſibijpſi iniuriam facere quis poſſit,ex ſupradictis patet.nam iu- 84
ſtorum alia ſunt ſecũdum omnẽ virtutem à lege ordinata.veluti nõ iubet ſe-
ipſum occidere lex.quæ autem nõ iubet, vetat.præterea quando contra leges
lædit non læſus:volens iniuriã facit.q; ſi volens:ſciens quem & quomodo.qui vero per
iram ſe occidit:volens id agit contra rectam legem, quod non permittit lex. iniuriã er-
go facit.¶At cui facit?an ciuitati?nam ſibi quidem non:quia volens patitur.nulli autem 85
volenti iniuria fit.itaq; & ciuitas pœnam conſtituit:& eſt quædam ignominia aduerſus
illũ qui ſeipſum necauit,ac ciuitati iniuriã fecit. inſuper ſecũdum quod iniuſtus eſt qui
ſolum iniuriatur & non omnino prauus:nõ poteſt ſibijpſi iniuriã facere.nam aliud hoc
eſt q̃ illud.eſt enim quodam modo iniuſtus ſic prauus, vt timidus:non vt totã habens
prauitatem.quare nec ſecundum hanc iniuriatur.nã ſimul foret eidem ablatum & ad-
eſſet idem,quod eſt impoſſibile.ſed ſemper pluribus neceſſe eſt eſſe iuſtum & iniuſtum.

præterea voluntarium & per electionem & primum,qui enim ab alio læſus idem facit aduerſus illum,non videtur iniuriam facere.ſed idē ipſe eadē ſimul patitur & facit ſibi.Præterea ſequeretur vt volenti iniuria poſſet fieri.Inſuper ſine particularibus iniurijs nullus iniuriatur.nullus vero eſt adulter ſuæ vxoris,neq; effractor ſui parietis,neq; fur ſuarū rerū.in totū autē tollitur vt quis ſibi iniuriari valeat, ſecundum diffinitionē
86 voluntarie patiēdi iniuriā. ❨Manifeſtū eſt autem ꝙ vtraq; praua ſunt & facere & pati
iniuriam. Nam aliud eſt plus habere q̄ mediū:aliud eſt habere minus.velut ſanitas in
87 medicina,bona habitudo in gymnaſtica.❨Veruntamen peius eſt facere iniuriam.nam
id cum prauitate eſt & vituperatur:& prauitate vel perfecta ſimpliciter vel prope.Nō
enim omne voluntarium cū iniuria : ſed pati iniuriam ſine prauitate eſt & ſine iniuria.
Per ſe igitur pati iniuriā minus eſt malum:ſed per accidens nihil prohibet eſſe maius.
At non eſt ea cura arti: ſed dolorem lateris dicit maiorem morbum q̄ offenſionem pedis,licet fieri poſſit aliud per accidens,ſi contingat offendentem pedē cadere & ab ho-
88 ſtibus capi & mori.❨Per tranſlationem vero & ſimilitudinē eſt nō ſibi ad ſeipſum iuſtum:ſed ſuorū aliquibus.nec vero omne iuſtum,ſed dominicum vel œconomicū. His enim rationibus diuiſa eſt ea pars animi quæ rationē habet:ab ea quæ eſt ſine ratione. Ad quæ ſi inſpicias videtur eſſe iniuria ad ſeipſum . quia eſt in ijs pati aliquid præter ſua deſideria.Vt igitur parenti & imperanti eſt adinuicem aliquid iuſtum:& iſtis.De iuſtitia quidem,ac alijs moralibus virtutibus determinatum ſit in hunc modum.

❨Quinti Ethicorum Ariſtotelis finis:interprete Leonardo Aretino.

❨Sextus liber,eodem interprete.

1 QVoniam prius diximus mediū eſſe recipiendum,non autem exceſſum neq; defectum:medium autem eſt vt recta dictat ratio:hoc diſtinguamus. Omnibus enim dictis habitibus quēadmodum & alijs eſt quoddam ſignum:ad quod inſpiciens qui rationem habet intendit & remittit. & eſt quidam terminus mediocritatū quas dicimus eſſe inter exceſſum & defectum ſecundum rectam rationem.Eſt autem huiuſmodi ſermo verus quidem:ſed nequaquam clarus . nam & in alijs facultatibus de quibus ſcientia eſt:hoc etiam dici vere poteſt.nec parum nec nimis laborandum,aut negligendum eſſe: ſed mediocriter & vt recta dictat ratio . ſed ob hoc dictum nihilo plus quis ſciret.veluti qualia afferenda ſint corpori: ſi quis dicat quod medicina iubet,& quemadmodum is qui illam habet. Quapropter oportet non ſolum vere hoc dixiſſe de habitibus animi: verumetiam determinare quæ ſit recta ra-
2 tio,& qui ſit huius terminus.❨Animi ergo virtutes ſupra diſtinximus:& alias eſſe mo
ris diximus,alias intellectus , & de moralibus quidem tranſegimus : de reliquis vero
nunc dicemus.prius tamen de animo præmittentes ꝙ duæ ſunt animi partes:altera ra
tionem habens,altera irrationalis,de qua dictum eſt prius.nunc autem circa eam par
tem quæ rationem habet:eodem modo diſtinguendum eſt.Et ſuppoſitum exiſtat duo
eſſe rationem habentia: vnum quo perſpicimus illa talia quorum principia non aliter
3 ſe habere poſſunt,alterum quo ea quæ aliter ſe habere poſſunt. ❨Nam ad ea quæ alia
ſunt genere & pars animi alia genere quæ ad vtrunq; apta eſt:ſiquidem ſecūdum ſimi-
litudinem & proprietatem quandam notitia illis exiſtit . vocetur autem harum altera
ſcientifica,altera ratiocinatiua.nam cōſultare & ratiocinari idem eſt.nemo autē conſul-
tat de rebus quæ aliter ſe habere non poſſunt.itaque ratiocinatiua eſt vna pars eius qđ
4 rationem habet.❨Sumendus eſt ergo vtriuſq; harum optimus habitus.nam hæc vtri-
uſque virtus. Virtus autem erga opus proprium. Cap. II.
5 TRia ſunt autem in animo quæ rei agendæ veritatiſq; dominātur:ſenſus,intellectus,appetitus.Ex his autē ſenſus nullius rei agendæ principium eſt. Id ex eo patet ꝙ beſtiæ ſenſum habent quidem:rerū vero agendarū participes nō ſunt.

¶Quod vero eſt in mente aſſentire & diſſentire:idem in appetitu ſequi & vitare.Itaq; 6
cum virtus moralis ſit habitus electiuus,electio autẽ appetitus cũ deliberatione:opor
tet per hæc ſermonẽ eſſe verum,& appetitum eſſe rectum . ſiquidem electio ſtudioſa.
& eadem aſſentire & ſequi.hæc igitur mens & veritas in agendo verſatur.¶At cõtem 7
platiuæ mẽtis quæ nec in agẽdo nec in faciẽdo eſt:laus & vituperatio in vero & falſo cõ
ſiſtit.hoc eſt enim totius intellectiui opus,actiui vero & intellectiui veritas cõſentanea
appetitui recto.¶Rei igitur agẽdæ principium eſt electio:vnde motus eſt,ſed non cu- 8
ius gratia.electionis autẽ appetitus & ratio:quæ alicuius gratia.¶Quapropter nõ abſ- 9
que mente & intellectu:nec abſq; morali appetitu eſt electio. Bene agere autem in re-
bus & contrà:ſine intellectu & more nõ eſt.ſed mens iſta nihil mouet:verum illa quæ
gratia alicuius & actiua.Hæc enim & in faciendo princeps eſt.nam gratia alicuius facit
quæcunq; facit:& finis non ſimpliciter eſt,ſed ad aliquid.& factibile alicuius eſt : at non
agibile.nam bene agere finis eſt:appetitus autem huius.¶Quapropter aut intellectus 10
appetitiuus eſt electiuus,aut appetitus intellectiuus:& tale principium homo. ¶Non 11
eſt autẽ eligibile quicquam ex iam factis:vt puta nullus eligit Troiam diripuiſſe.non
enim de præterito electio eſt:ſed de futuro poſſibili.Factum autẽ:ne factum ſit fieri nõ
poteſt.Itaq; recte Agathon,Hoc ſolo deus priuatur, infecta facere quæcũq; ſunt facta.
Ambarum itaq; particularum intellectiuarum opus:eſt veritas. Secundum quos ergo
habitus vtraq; verum aſpicit:ij virtutes ambarum exiſtunt.

Cap. I I I.

REpetentes ergo altius de illis dicamus. Erunt quibus animus verum proſpi-
ciat aſſentiẽdo aut diſſentiẽdo,quinq; numero.Hæc autẽ ſunt:ars,ſcientia,pru 12
dentia, ſapientia, intellectus. Aeſtimatione enim & opinione falli contingit.
¶Quid igitur ſit ſciẽtia ex hoc patet ſi diligenter diſcutiendum eſt, nec ſimilitudini-
bus inhærẽdũ.Omnes enim ſic accipimus, vt id quod ſcimus aliter ſe habere non poſ- 13
ſit.quæ autẽ aliter habere ſe poſſunt,quãdo extra conſideratione̅ ſunt,latet vtrum ſint
vel non ſint.ex neceſſitate ergo ſcibile eſt,ſempiternum ergo. nam quæ ex neceſſitate
ſunt:ea plane omnia ſempiterna ſunt.¶Sempiterna autem ſine generatione & corru- 14
ptione.¶Inſuper omnis ſcientia videtur eſſe docibilis.& quod ſciri poteſt idem poteſt 15
diſci.Doctrina veto omnis ex antè cognitis fit:vt in reſolutiuis diximus. nam aut per
inductionem,aut per ſyllogiſmum.At inductio principij eſt & vniuerſalis:ſyllogiſmus
autẽ ab vniuerſali.Sunt ergo principia ex quibus ſyllogiſmus.quorũ autẽ non eſt ſyllo-
giſmus:eorũ inductio eſt.Eſt igitur ſciẽtia habitus demõſtratiuus & cætera, vt in reſo-
lutiuis diffiniuimus. Cum enim fidem quodã modo adhibet quis & principia ſibi nota
ſunt, ſcit. nam ſi non magis diſcurſu concluſionis: per accidens habebit ſcientiam.De
ſcientia ergo in hunc modum determinatum ſit.

Cap.IIII.

EIus vero quod recipit aliter ſe habere:quoddam eſt quod fieri, quoddam quod
agi poteſt.Eſt autem aliud facere,aliud agere. Credimus autem de his externis 16
quoq; ſermonibus.itaque habitus cum ratione actiuus:aliud eſt , quàm habitus
cum ratione factiuus,nec alter in altero cõtinetur.Nam neq; actio,eſt factio:neque fa
ctio,eſt actio.¶Cum autem ædificatiua ſit ars quædam & ꝙ habitus quidã cum ratione
factiuus,nec vlla neq; ars ſit quæ nõ cũ ratione factiuus habitus ſit, neq; talis habitus 17
qui nõ ſit ars:idem vtiq; eſſet ars & habitus cum ratione vera factiuus.¶Omnis autẽ
ars in faciẽdo verſatur & artificio vti & mente proſpicere:vt aliquid fiat eorũ quæ poſ- 18
ſunt & eſſe & non eſſe,& quorum principium in faciente eſt,non autem in eo quod fit.
¶Non enim eorũ quæ neceſſario ſunt aut fiunt,ars eſt: neq; eorum quæ ſunt ſecũdum
naturam.nam hæc in ſeipſis habẽt principia.¶Cum ergo facere & agere diuerſa ſint: 19
neceſſariũ eſt vt ars in faciẽdo,at nõ in agẽdo cõſiſtat.¶Et circa eadem quodam modo 20
verſantur ars & fortuna,vt Agathon inquit, Ars fortunã adamauit:fortuna artẽ. Ars 21
igitur (vt diximus) habitus quidam cũ ratione vera factiuus eſt . inertia vero cõtrà cũ
ratione falſa habitus factiuus circa id quod aliter ſe habere poteſt.

Cap. V.

DE prudẽtia vero ſic vtiq; accipiemus cõſideratione habita qui ſunt ij quos pru-
dẽtes vocamus.¶Videtur prudẽtis eſſe viri,bene cõſulere poſſe circa illa quæ 22
23

ſibi bona & vtilia ſunt.non particulariter,puta qualia ad ſanitatē vel robur:ſed vniuer
ſaliter ad totius vitæ ſtatum bene dirigendum.Signum vero huius eſt:ꝙ circa quid pru
dentes dicimus eos qui ad finem aliquē ſtudioſum acute excogitant illa in quibus nō
24 eſt ars.Quamobrem & vniuerſaliter prudens eſſet cōſultatiuus. ¶Conſultat autē ne-
mo de ijs quæ impoſſibilia ſunt aliter ſe habere:neq; de ijs quæ ipſe agere non poteſt.
25 ¶Quare ſi ſciētia eſt cum demonſtratione:quorum autē principia aliter ſe habere poſ
ſunt,horum non eſt demonſtratio.nam omnia poſſunt mutari. neq; locum habet conſi
lium in ijs quæ ex neceſſitate ſunt.prudētia non vtiq; ſciētia erit,neq; ars ſcientia, quia
26 id quod agitur:poteſt aliter ſe habere.ars,quia alius eſt finis agēdi q̃ faciendi.¶Reſtat
ergo vt prudentia ſit habitus verus cum ratione qui in ijs agendis verſatur,quæ ſunt
27 homini bona & mala.¶Nam faciendi quidem alius finis,agendi vero non alius eſt: eſt
28 enim idipſum finis bene agere.¶Ob hoc Periclem,& alios huiuſmodi prudentes dici
mus:ꝙ illa quæ ſibi & alijs vtilia ſunt proſpicere valent. Eſſe autem huiuſmodi puta-
29 mus illos:qui publicis priuatiſq; rebus adminiſtrandis ſunt apti.¶Vnde temperantia
dicitur prudentiæ conſeruatrix.conſeruat enim huiuſmodi iudicium. Non enim totū
iudicium corrumpit ac peruertit voluptas & dolor:veluti ꝙ triangulus duobus rectis
æquales habet vel nō habet,ſed illud quod in agendo verſatur: principia enim rerum
agendarum ſunt quorum gratia illa aguntur. Ei autem qui corruptus eſt ob volupta-
tem vel dolorem repente non apparet principium. neq; oportere gratia huius neque
propter hoc ſuſcepiſſe omnia & egiſſe.nam vitium corruptiuum principij.itaq; neceſſe
eſt prudentiā eſſe habitum cum ratione vera,qui in ijs agendis verſatur quæ ſunt ho-
30 minibus bona.¶Atqui artis eſt quidem virtus:prudentiæ vero nō eſt. & in arte quidē
is qui ſponte delinquit potior eſt:in prudentia vero contrá. quemadmodum & in vir-
31 tutibus.Patet igitur quòd virtus quædam eſt & non ars. ¶Cum vero animi duæ ſint
particulæ rationem habentes:alia vtiq; erit virtus opinatiui.Nam opinio & prudentia
circa id eſt quod recipit aliter ſe habere.atqui nec habitus cum ratione ſolum. ſignum
erit quòd obliuio eiuſmodi habitus eſt:ſed prudentiæ non eſt. Cap. VI.

32 QVia vero ſcientia de vniuerſalibus exiſtimatio eſt & de ijs quæ ſunt ex neceſſi-
tate:ſunt autē principia demonſtrabilium & totius ſcientiæ (nam cum ratione
eſt ſcientia) principij eius quod ſciri poteſt,neq; ſcientia vtiq; erit,neq; ars, neq;
prudētia.nā quod ſcibile, idem demōſtrabile.illæ vero ſunt circa ea quæ
aliter ſe habere poſſunt.Sed nec ſapientia horum eſt.nā ſapiētis eſt de quibuſdam de-
33 mōſtrationem habere.¶Si ergo in quibus veri ſumus nec vnq̃ fallimur,circa illa quæ
non recipiunt aut recipiunt aliter ſe habere:ſcientia & prudentia eſt,& ſapientia, & in-
tellectus.nullum vero horum trium recipit eſſe.dico autem tria prudentiam,ſapientiā,
ſcientiam.reſtat vt intellectus ſit principiorum. Cap. VII.

34 SApientiam vero in artibus,tribuimus illis qui excellentiſſimi ſunt.veluti Phidiā
lapidarium ſapientem,& Polycletum ſtatuarium:nihil aliud in hoc pro ſapientia
intelligentes q̃ virtutem artis.Sed eſſe quoſdam ſapiētes putamus in totum, nō
ſecundum partem nec aliud quid ſapientes. vt Homerus de Margite dixit, Hunc neq;
foſſorem dij fecerant neq; aratorem nec aliud quicq̃ ſapientē.Itaq; manifeſtum quòd
35 exactiſſima ſcientiarū vtiq; erit ſapiētia. ¶Oportet ergo ſapientē non ſolum ea quæ á
principijs manāt,ſcire:verumetiam circa principia veritatē tenere.Itaq; ſapientia vtiq;
36 erit intellectus & ſciētia,ac veluti caput habēs ſcientia pretioſiſſimorū.¶Etenim foret
abſurdum ſi quis putet ſcientiā ciuilem aut prudentiā ſtudioſiſſimā eſſe: niſi optimum
eorū quæ in mundo ſunt homo exiſtat. Quippe ſi ſanum & bonū,aliud eſt hominibus
aliud piſcibus,album vero & rectū idem eſt ſemper:& ſapiens idē omnes vtiq; dicerēt,
prudens vero aliud.Prouidere enim circa ſe recte ſingula dicerēt eſſe prudētis,& huic
iſta tribuerēt.Quamobrem & beſtiarū quaſdam prudentes eſſe aiunt: quotcunq; circa
vitam ſuā prouidentiam habere videntur. Manifeſtū autem ꝙ nō eſt ciuilis & ſapiētia
idem.nā ſi dicant circa cōmoditates proprias verſari ſapiētiam:plures erunt ſapientiæ.
non enim circa omnium cōmodum animaliū vna eſt:ſed alia circa ſingula ipſorū,niſi &

medicina eſt vna de omnibus. Quod ſi quia optimum eſt homo omnium animalium:
nihil refert.nã alia ſunt multo diuiniora ꝙ̃ homo ſecundum naturã: veluti iſta præcla-
riſſima ex quibus mundus cõſiſtit.Ex dictis ergo patet ꝙ ſapiẽtia eſt ſcientia & intelle-
ctus pretioſiſſimorum natura.¶Quapropter Anaxagoram & Thalem & huiuſmodi 37
homines:ſapiẽtes eſſe dicũt,ſed nõ prudẽtes.quia vident illos propria cõmoda ignorã
tes: & illa quæ ſunt eximia quidem & admirãda & difficilia ac diuina ſcire ipſos aiunt:
inutilia tamen, quoniam non humana quærũt bona. at prudentia circa humana verſa-
tur & circa illa in quibus cõſilium habet locũ.nam prudẽtis hoc maxime opus eſſe di-
ximus bene cõſulere.nemo autẽ cõſultat de impoſſibilibus aliter ſe habere, neq; de ijs
omnibus quorũ nõ eſt finis aliquis,& hoc agibile bonũ.Simpliciter autẽ bene cõſulere
dicẽdus eſt ille qui quod optimũ homini eſt in rebus agendis:id ratiocinando coniectu
ra aſſequitur.neq; prudẽtia eſt vniuerſaliũ ſolum,verũetiã ſingularia oportet cognoſce
re.nam actiua quidem eſt.actio autẽ in ſingulis verſatur. ¶Ex quo fit vt quidam ne- 38
ſciẽtes quibuſdam ſciẽtibus efficaciores ſint in agendo:& inter cæteros qui experimen
tũ habẽt.nã ſi quis ſciat ꝙ leues carnes facile digerũtur & ſalubres ſunt,ſed quæ ſint le
ues carnes ignoret:nõ faciet ſanitatẽ.Sed qui ſcit ꝙ auiũ carnes leues ſunt,& ſalubres:
faciet magis.prudẽtia vero actiua eſt.itaq; oportet vtrãq; habere,aut hãc magis.& erit
vtique veluti quædam cæteris præſidens atque dominans. Cap. VIII.

EſT autem & prudẽtia idem habitus & ciuilis,eſſentia tamen nequaquã eadem 39
eſt ipſis.eius autẽ quæ circa rẽ publicã verſatur: alia eſt veluti præſidẽs quædã
ac magiſtra prudentia in legibus ferẽdis. alia in ſingulis agendis cõſultandiſq;
verſatur: quæ cõmuni nomine ciuilis dicitur. decretũ enim agibile eſt vt poſtremum.
Quapropter hos ſolos aiunt rẽpublicã gerere.Soli enim hi agunt quẽadmodũ manua
les artifices.¶Videtur autem & prudentia maxime eſſe quæ circa ipſum & vnũ ver- 40
ſatur,& habet hæc nomẽ prudẽtia.Illarum autem alia diſciplina rei familiaris,alia poſi
tio legum,alia ciuilis dicitur.¶Species igitur quædam erit cognitionis ſibi commoda 41
ſcire,ſed habet magnã varietatem. Et videtur qui illa quæ ad ſe pertinẽt ſcit:& in illis
Euripides. verſatur,prudẽs eſſe:ciuiles autẽ negotioſi. Quapropter & Euripides inquit,Quonam
modo prudens eſſet cui otioſo aderat in multitudine annumerato exercitus:æquũ per
cipere?nam ſolertes,& agentes aliquid plus.quærunt enim quod ſibi ſit bonum,& hoc
agendum eſſe exiſtimãt.ex hac igitur opinione natum eſt hos eſſe prudẽtes:quãquam
forte nõ eſt eius ſine diſciplina rei familiaris & ſine ciuili.Inſuper res ſua cuiuſq; quem-
admodum adminiſtranda ſit:obſcurũ eſt ac difficile cognitu. huius vero ſignum eſt ꝙ
iuuenes quidem & geometræ,& mathematici fiunt,& ſapiẽtes in huiuſmodi:at prudẽ
tes fieri non videntur.cauſa huius eſt:ꝙ in ſingularibus eſt prudentia quæ per experi-
mentum nobis innoteſcunt.iuuenis autẽ non eſt expertus.Longitudo enim temporis
experientiã facit.nam & de illo quis dubitabit quare ſit ꝙ puer mathematicus quidem
fieri poteſt,ſapiẽs autẽ vel phyſicus nõ poteſt?an quia per exhauritionẽ eſt?horũ autẽ
experimento principia.& hæc quidẽ nõ credunt pueri:ſed dicũt.hæc autẽ quid ſint nõ
eſt obſcurum.¶Inſuper error aut circa totã rem in conſulendo exiſtit,aut circa parti- 42
cularia.Aut enim quòd omnes ponderoſæ aquæ prauæ ſunt,aut quòd hæ ponderoſæ.
¶Quòd autẽ prudentia nõ eſt ſciẽtia manifeſtum eſt.nã extremi eſt,vt diximus.tale 43
enim agibile.oppoſita eſt ergo intellectui.Nam intellectus eſt terminorum quorũ non
eſt ratio:hæc vero extremi cuius nõ eſt ſciẽtia,ſed ſẽſus,nõ propriorũ,ſed quẽadmodũ
ſentimus quòd in mathematicis extremũ eſt triangulus.Conſiſtet enim & ibi,ſed hic
magis ſenſus quàm prudentia:illius vero alia ſpecies eſt. Cap. I X.

QVærere autem & cõſultare differũt.conſultare enim quærere quiddã eſt. Vi- 44
dendum eſt & quid ſit bene conſulere. Vtrum ſciẽtia aliqua,vel opinio,vel bo
na coniectatio vel aliud quippiam genus.¶Scientia quidem nõ eſt.Nõ enim 45
quærũt homines de quibus ſciunt.Bene conſulere autẽ conſulere eſt.qui
vero cõſulit:quærit & ratione diſcurrit.¶Atqui nec bona coniectatio eſt.Sine diſcurſu 46
enim & ſubito coniectatio eſt:conſultatio vero in longo tempore. Vnde dicunt exequi

velociter conſulta oportere,conſiliari vero tarde.itē ſolertia alterũ & bene conſulere,
47 eſt enim coniectatio ſolertia quædam. ❡Nec rurſus opinio aliqua eſt bene conſulere.
48 ❡Sed quoniam qui male cõſulit,aberrat:qui vero cõſulit bene,recte conſulit. patet ꝙ
directio quædam eſt bene cõſulere,non ſciētiæ neq; opinionis.Nam ſciētiæ nõ eſt dire
ctio,cum non ſit error.Opinionis vero directio veritas eſt. & ſimul iam determinatũ
eſt omne id cuius eſt opinio.atqui nec ſine ratione eſt bene conſulere.Reſtat igitur vt
ſit cogitationis.hæc enim nõdum aſſenſio eſt.eſt enim opinio,nõ quæſtio ſed iam aſſen
49 ſio quædam eſt.❡Qui autem cõſulit,ſiue bene,ſiue male cõſulat:quærit aliquid & co-
gitat.ſed bene cõſulere: directio cõſilij eſt quædam. itaq; primo quærēdum eſt quid ſit
50 conſiliũ,& circa quid.❡Cum vero directio multipliciter dicatur: patet ꝙ nõ omnis.in-
continēs enim ac flagitioſus quod ſibi propoſitum eſt:ratiocinādo aſſequetur. itaq; re-
cte cõſulit licet magnum amplectatur malum.at bene cõſulere: bonum quiddam vide-
51 tur.nam ea directio cõſilij quæ bonum aſſequitur:bene conſulere eſt. ❡Enimuero hæc
etiam falſa ratione quis aſſequi poteſt,& quod fieri oportet obtinere:per quod autem
nõ,ſed falſum eſſe medium terminum.itaque nec id etiam bene cõſulere erit per quod
52 aſſequetur quod oportet,ſed nõ per quod oportebat.❡Præterea fieri poteſt vt aliquis
multum temporis conſultando potiatur,aliquis vero cito.Non igitur illud adhuc bene
conſulere eſt.ſed directio ſecundum vtilitatem: & ſecundum id cuius opus eſt & vt, &
53 quando.❡Præterea eſt ſimpliciter bene cõſulere & ad finem aliquem ſimpliciter:cum
ad extremum ſimpliciter dirigitur.ad finem aliquem: cum ad finem hunc. ❡Si igitur
prudentum eſt bene conſulere:erit vtique bene conſulere directio ſecundum vtilitatē
ad finem,cuius prudentia vera exiſtimatio eſt. Cap. X.

54 SAgacitas quoq; & hebetudo ſecundum quas ſagaces & hebetes dicũtur,non om
nino idem eſt quod ſcientia vel opinio.nam omnes ſagaces eſſe poſſent.neq; vna
aliqua particularium ſciētiarũ:veluti medicinalis.nã de ſanis vtiq; eſſet aut geo-
55 metria circa magnitudines.❡Neq; enim de ijs quæ ſemper ſunt, & nunq̃ mouētur,ſa-
gacitas eſt,neque de quibuſlibet factis : ſed de ijs circa quæ dubitaret vtique aliquis &
56 cõſuleret.Quapropter circa illa eadem in quibus prudētia,verſatur. ❡Non eſt autem
idem ſagacitas & prudētia.nam prudētia præceptiua eſt.quid enim agēdum ſit vel nõ:
eius eſt finis.At ſagacitas diiudicatiua eſt ſolum.Idem enim ſagacitas & bona intelligē
57 tia.etenim bene ſagaces & bene intelligētes.❡Eſt autem ſagacitas nõ habere pruden
tiam,aut accipere.ſed veluti addiſcere dicitur ſapere quãdo vtitur ſciētia:ſic & in vtēda
opinione & in iudicãdo ea de quibus eſt prudētia alio dicēte bene iudicare.Etenim be-
ne idem eſt quod probe. hinc venit nomen ſagacitas ſecundum quam bene ſagi ex ea
quæ in diſcendo eſt.Dicimus enim frequenter in addiſcendo ſapere. Cap. XI.

58 EA vero quæ appellatur ſentētia ſecũdum quam bene ſentire dicimur & ſenten
tiam habere:boni & æqui rectũ iudiciũ eſt.cuius rei illud erit ſignũ, ꝙ bonum
& æquum virũ dicimus eſſe maxime in miti ſententia:& æquũ eſſe circa quædã
ignoſcere.At ignoſcere ſentire eſt recte iudicando circa æquitatem. recte autem veri.
59 ❡Sunt autem hi omnes habitus rationabiliter in idem tēdentes.Dicimus enim ſagaci-
tatem,prudentiam,& mētem ad eoſdem referētes:ſentētiam habere & mētem cum &
prudētes & ſagaces.Omnes vero huiuſmodi potentiæ, extremorũ ſunt & ſingulariũ.in
iudicãdo quidem de quibus prudēs,ſagax,& bene ſentiēs ſiue mitis. nã æquitas cõmu-
ne quiddam eſt bonorum omnium in eo quod ad alium. ſunt autē agibilia,ſingulariũ
& extremorũ omniũ:& prudentē oportet ipſa cognoſcere,& ſagacitas ac ſentētia circa
60 agibilia.hæc autē extrema.❡Et intellectus extremorũ vtrinq;. nam & primorũ termi
norum & vltimorũ intellectus eſt & nõ ratio.alter ſecũdum demõſtrationē terminorũ
immobilium & primorum,alter in rebus agendis extremi,& mobilis & alterius diſpo-
ſitionis.hæc enim principia ſunt cuius gratia.Ex ſingularibus enim vniuerſale . horum
61 igitur oportet ſenſum habere.hic eſt autē intellectus. ❡Ex quo naturalia videtur iſta
eſſe.natura vero nemo ſapiens eſt.At ſentētiam habere, & ſagacitatem, & intellectum:
ſignum eſt quòd ſecũdum ætatem putamus illa ſequi cõuenire. & hæc ætas habet in-

tellectum atque ſententiam quaſi natura exiſtat cauſa. ¶ Quapropter principium & 62
finis eſt intellectus. Ex his enim demonſtrationes fiunt & de his. ¶ Itaq; nõ minus in- 63
hærendum eſt expertis & ſenioribus vel prudentium opinionibus atque ſententijs ſi-
ne demonſtratione, quàm demonſtrationibus ipſis. veluti enim oculum per experien-
tiam habentes: principia diſcernunt. quid igitur ſit prudentia, & ſapientia, & circa quid
verſetur ipſarum vtraque: dictum eſt. Cap. X I I.

Sed ambiget quiſpiam in quibus rebus vtiles ſint. Nam ſapientia quidẽ nihil eo- 64
rũ proſpicit ex quibus homo beatus efficitur: nullius enim eſt generationis. pru-
dentia vero hoc habet quidem: ſed quemadmodum vtilis erit? ſiquidem pruden-
tia verſatur circa illa quæ ſunt iuſta & honeſta & bona hominibus. hæc ſunt autem quæ
agere boni viri eſt. ſed per eorum ſcientiam nihilomagis ad agendum illa erimus apti.
Siquidem habitus virtutes ſunt, veluti neq; ſana neq; valetudinaria quodcunq; non ab
agẽdo, ſed ab habitu eſſe dicimus. Etenim nihilomagis agere apti ſumus: quia medici-
nalem aut gymnaſticã habeamus. Quòd ſi non eorũ gratia prudentẽ ponere debemus,
ſed eius quod eſt fieri ſtudioſos: nihil vtiq; erit ſtudioſis vtilis. Præterea neq; ijs qui nõ
habẽt. nihil enim refert vtrum ipſi habeãt vel habẽtium conſilijs acquieſcãt: abundẽq;
nobis erit veluti in ſanitate. Quanuis enim ſani eſſe velimus: medicinã tamen non ad-
diſcimus. Et præterea abſurdum videbitur ſi deterior q̃ ſapiẽtia exiſtens: potior erit q̃
illa. quæ enim facit, dominatur & iubet in ſingulis. De ijs igitur dicendum eſt. nunc ta-
men dubitãdum eſt ſolum de ipſis. ¶ Dicimus igitur primo ꝙ per ſeipſas neceſſarium 65
eſt virtutes eas exiſtere. Virtutes autẽ eſſe vtriuſq; particulæ: etſi nihil faciat alterutra
ipſarum. ¶ Deinde faciunt quidem nõ vt medicina ſanitatẽ: ſed vt ſanitas, ſic ſapientia 66
felicitatẽ. Cum enim pars ſit totius virtutis: habẽdo & operando facit beatos. Inſuper
opus perficitur ſecundum prudentiam & moralem virtutẽ: quia virtus intentionẽ facit
rectã, prudentia vero illa dirigit quæ ad hanc tendũt. Quare vero animi particulæ non
eſt virtus talis vegetatiuæ. Nihil enim in illa eſt vtrum agat vel nõ agat. ¶ De eo autẽ 67
quòd nihil magis apti ſunt propter prudentiã ad honeſta & iuſta agẽda: paulo ſuperius
incipiendum eſt, hinc ſumpto initio. quemadmodum dicimus quoſdam iuſta agere nec
tamẽ eſſe iuſtos: veluti eos qui faciunt illa quæ leges præcipiũt aut inuiti, aut per igno-
rantiam, aut per aliud quippiam, nõ autẽ propter ipſa. At qui agũt illa quæ oportet &
quod oportet ſtudioſum virũ: ſic eſt (vt videtur) aliqualiter ſe habẽtem ſingula agere,
vt bonũ ſit. Dico ceu per electionẽ, & ipſorũ quæ aguntur gratia. Electionẽ igitur rectã
facit virtus. quotquot autem illius gratia fieri nata ſunt: ea nõ ſunt virtutis ſed alterius
potẽtiæ. de quibus ſciẽtibus dicẽdum eſt clarius. eſt igitur quædam potẽtia quã aſtuti-
am vocãt. hæc huiuſmodi eſt vt ad ſubiectã intẽtionem agere iſta poſſit, & ad effectum
perducere. Si itaq; id ad qđ intẽdimus rectũ ſit: laudabilis eſt. ſin aurẽ improbũ: tunc eſt
dolus. quapropter prudẽtes aſtutos necnõ doloſos eſſe dicimus. Eſt autem prudentia
nõ hæc potẽtia, ſed nõ abſque iſta potẽtia. habitus vero huic intuitui efficitur animi nõ
ſine virtute, vt dictũ ac manifeſtum eſt. Nam cogitationes & diſcurſus rationis, rerum
agendarum principium habent: quòd tale, quid ſit extremum & optimum qualecunq;
tãdem id ſit. Etenim ſit verbi gratia quiduis: hoc niſi bono videtur viro. nam prauitas
obliquat: & falſo errore labefacit circa principia rerum agendarum. quare patet quòd
impoſſibile eſt prudentem eſſe quempiam niſi ſit bonus. Cap. X I I I.

Sed cõſiderãdum eſt rurſus circa virtutem. nam virtus ferè ſimiliter ſe habet vt 68
prudentia ad aſtutiam. nõ eadem quidem, ſed certe ſimilis. ſic & naturalis virtus
ad eam quæ eſt proprie virtus. Omnibus enim videtur natura quodam modo
mores in ſingulis ſubſiſtere. Nam vt iuſti ſimus, & tẽperati, & fortes, & alia huiuſmodi:
ſtatim à natiuitate habemus. ¶ Sed tamẽ quærimus aliud quiddam proprie bonũ eſſe: 69
ac talia aliter adeſſe. nã pueris quidem & beſtijs naturales ſunt habitus: verũ abſq; mẽte
videtur eſſe nociui. Illud dũtaxat apparet ꝙ quemadmodum in robuſto corpore ſine
intuitu ſe mouẽte cõtingit fortiter offendere: quia viſum nõ habet. ita & hic. ꝙ ſi acci-
piat mentem, in agendo differt. habitus vero ſimilis exiſtens: tunc erit proprie virtus.

70 ¶Itaq; vt in opinabili duæ ſunt ſpecies,aſtutia & prudentia:ſic in morali duæ ſunt,na
71 turalis virtus & propria.¶Verum harũ quæ propria eſt:nõ fit abſq; prudentia.& pro-
pterea aiunt virtutes omnes eſſe prudẽtias.& Socrates partim recte quæſiuit, partim
errauit.Quòd enim omnes virtutes putabat eſſe prudentias,errabat.ꝙ vero non abſq;
prudẽtia:recte dicebat. Signum huius eſt ꝙ nunc omnes qui virtutẽ diffiniunt adiun-
gunt habitũ,dicẽtes,& ad quid eſt:ſecũdum rectã rationẽ.Recta autẽ ratio:eſt ſecundũ
prudentiam.Videntur augurari quodam modo omnes huiuſmodi habitũ virtutẽ eſſe,
qui habitus ſit ſecundum prudentiam.Sed oportet parumper tranſgredi.non enim ſo
lum habitus .qui eſt ſecundum rectam rationem:ſed ille qui eſt cum recta ratione vir
tus eſt.Recta autem ratio in talibus prudẽtia eſt.Socrates igitur putabat virtutes eſſe
rationes.nam illas omnes dicebat eſſe ſcientias.nos autem cum ratione eſſe putamus.
Patet igitur ex iam dictis non poſſe quenquam eſſe bonum virum ſine prudentia:neq;
72 prudentẽ ſine morali virtute.¶Sed ſermo hic ſolueretur quo diſputare quis poſſit vir
tutes abinuicem ſeparari.nõ enim eundem naſci ad omnes aptũ.Itaq; aliam iam quidẽ
habere,aliam non habere.ſed hoc recipiendum eſt in naturalibus virtutibus . At in ijs
virtutibus per quas ſimpliciter dicitur vir bonus,non recipitur. ſimul enim cum pru-
dentia quæ vna eſt,omnes ſimul exiſtunt. patet autem quòd & ſi nõ actiua eſſet:tamẽ
opus erat eius,quia particulæ virtus eſt . & quia non erit electio recta ſine prudentia:
neque ſine virtute.hæc enim finis: hæc vero ad finem agere facit . Attamen nec præ-
ſtat ſapientiæ,nec meliori particulæ:vt nec ſanitati medicina . non enim vtitur illa,ſed
prouidet vt ſit. Illius ergo gratia iubet : ſed non illi. præterea ſimile,vt ſi quis ciuilem
dicat principem eſſe deorum:quia diſponit de omnibus quæ fiunt in ciuitate.

¶Sexti Ethicorum Ariſtotelis finis:interprete Leonardo Aretino.

¶Septimus liber,eodem interprete.

1 POſt hæc dicẽdum eſt alio ſumpto principio,ꝙ circa mores fugien
dorum,tres ſunt ſpecies: vitiũ,incontinẽtia,immanitas.horũ vero
duobus cõtraria manifeſta ſunt.nã aliud virtutẽ , aliud cõtinentiã
vocamus.Aduerſus autẽ immanitatẽ maxime quis cõgrue oppo-
nat,eam virtutẽ quæ ſupra nos eſt:heroicã quandam & diuinã. vt
Homerus de Hectore facit Priamum dicentem,eximia illum bo-
nitate præſtare,neque videri mortalis hominis filium eſſe,ſed dei.
Itaq; ſi ex hominibus fiunt dij per excellentiã virtutis,vt aiunt: talis quidem vtiq; erit
is habitus,qui immanitati opponitur.nã vt beſtiarum nõ eſt, neq; vitium, neq; virtus:
ſic etiã nec dei.ſed hæc quidẽ pretioſior eſt quàm virtus: illa vero aliud quoddam ge-
nus improbitatis.cum autẽ raro cõtingat virũ quempiã eſſe diuinum,vt Lacones dice Lacones.
re conſueuerunt cũ valde aliquẽ admirantur: diuinus eſt (inquiunt) vir.ſic immanem
quempiam inter homines raro aiunt exiſtere:ac maxime inter barbaros.Fit autẽ quã-
doq; propter morbos & orbitates.Et qui alios homines malignitate excedunt:eos hac
infami appellatione notamus.ſed de huiuſmodi diſpoſitione poſtea mẽtio erit facien
2 da.¶De vitio autem dictum eſt prius. De incontinentia vero & mollicie atq; luxuria
dicendũ eſt,ac ſimul de continentia & conſtantia. non enim ſic accipiendum eſt quaſi
vtraq; ipſarum ſit idem habitus qui virtus & vitium:nec etiam quaſi ſint aliud genus.
3 ¶Oportet vero vt in alijs:ita & hic poſitis ijs quæ apparent,ac dubitationibus primo
factis oſtẽdere, maxime quidem omnia quæ probabilia ſunt circa huiuſmodi affectus,
aut certe plurima ipſorũ atq; præcipua.ſi enim ſoluãtur difficilia & relinquãtur ea quæ
4 probabilia videntur:ſufficiẽter erit oſtẽſum. ¶Videbitur ergo continentia & cõſtãtia
proborum & laudabilium eſſe,incõtinẽtia vero & mollicies improborum & vitupera-
bilium.idémque eſt continens & conſtans in ratione: & incontinens & is qui rationem
omittit. & incontinens quidem ſciens quia praua ſunt : facit propter cupiditatem.con-

tinẽs vero ſciens ꝙ cupiditates prauæ ſunt:eas non ſequitur propter rationem.Et tem
peratum quidem cõtinẽtem & cõſtantẽ:ac talem omnino alij tẽperatũ,alij non. & in-
temperatum incõtinentẽ:& incõtinentẽ intẽperatũ promiſcue vocamus.interdum ve-
ro alios eſſe dicimus,& interdum aiunt fieri nõ poſſe vt prudẽs ſit incõtinẽs.interdum
vero quoſdam prudẽtes & ſolertes:incõtinẽtes eſſe. inſuper incontinentes dicuntur &
iræ & honoris & lucri.Ea igitur quæ dicuntur:iſta ſunt. Cap. II.

QVæret autẽ aliquis,quomodo fieri poſſit,vt quiſquã ſanæ mentis incõtinens 5
Socrates. ſit.dicunt quidã fieri nõ poſſe in ſciente. nã difficile eſt (vt Socrates putabat)
ſi ſciẽtia aſſit:aliud quicq̃ præualere,ac veluti mancipiũ in ſeruitutẽ trahere.
Socrates enim cõtra incõtinentiã omnino pugnabat quaſi illa non eſſet.
Neminem enim intelligentẽ facere cõtra id quod optimum ſit:ſed eos qui faciunt,per
ignorãtiã facere.At hæc ratio manifeſte diſſentit ab ijs quæ apparẽt. & opportunũ eſt
de affectu inquirere,ſi per ignorantiã:quis modus ignorãtiæ fiat.Quòd enim non pu-
tat qui incontinentia vtitur prius q̃ in perturbatione conſtitutus ſit: manifeſtũ eſt.ſed
ſunt quidam qui partim aſſentiunt Socrati,& partim nõ aſſentiunt.nã nihil eſſe poten
tius q̃ ſciẽtia confitentur. & propterea dicunt incontinentẽ non ſcientiã habentem, ſed
opinionẽ:ſuperari à voluptatibus.ꝙ ſi opinio eſt,ac nõ ſciẽtia, neq; firma exiſtimatio,
quæ repugnat,ſed remiſſa,vt in ambigentibus:venia danda eſt,ſi nõ perſiſtit in illis cõ
tra vehementes cupiditates.at prauitati non eſt venia,neque alij cuiq̃ vituperabilium.
¶ Prudentia igitur reſiſtente?hæc enim quiddam validiſſimum eſt. cæterũ abſurdum: 6
quia vnus & idem erit ſimul prudens & incõtinẽs.ſed diceretur nõ eſſe prudẽtis ſpõte
agere illa quæ ſunt praua.& inſuper oſtenſum eſt prius,prudẽtem in agẽdo verſari.nã
extremorũ eſt,& alias habens virtutes.¶ Præterea ſi in habẽdo cupiditates vehemen 7
tes & improbas,continẽs eſt:nõ erit tẽperatus continens, neq; cõtinẽs temperatus.nõ
enim eſt tẽperati vehemẽtes habere,neq; improbas.at id quidem oportet. nam ſi ſunt
bonæ cupiditates:prauus eſt is habitus qui nos ab earũ proſecutione repellit.itaq; con
tinẽtia nõ omnis,ſtudioſa.ꝙ ſi imbecilles & nõ prauæ:nihil egregium.ſin prauæ & im-
becilles:nihil magnum.¶ Præterea ſi in omni opinione perſiſtere facit:cõtinentia pra 8
ua eſt,vtputa ſi eſſet in falſa. & ſi ab omni opinione dimouere facit incontinentia : erit
Neoptolem⁹ quædam incontinentia laudabilis . vt Neoptolemus ille apud Sophoclem laudatur:ꝙ
Sophocles. non permaneat in ijs quæ ſuaſerat Vlyſſes propter moleſtiã mentiendi. idem & eſt in
Vlyſſes. captionibus ſophiſtarum. illi enim cum videri velint ſupra modum acuti ac mirabilia
quædam improbare:eorũ ſyllogiſmus inſolubilis fit.ligatur enim mens cũ acquieſcere
nolit concluſioni non placenti:nec procedere vltra valeat,quoniã quẽadmodum ſoluat
non habet.contingit vero aliqua ratione imprudentiã cum incontinentia eſſe virtutẽ.
propter incõtinẽtiã enim cõtraria faciet eorũ quæ cẽſebat.cẽſebat autẽ bona eſſe ma-
la,nec agere illa oportere: itaq; bona & nõ mala aget. ¶ Inſuper qui voluptates ex eo 9
ſequitur & eligit ꝙ perſuaſus eſt:potior videbitur eſſe q̃ is qui nulla ductus ratione,ſed
per incontinentiam facit.eſt enim ille ſanabilior,quoniam diſſuaderi poteſt. at inconti
nens prouerbio ſubiacet quo dicitur, Si aqua fauces exiccat,quidnam potare oportet?
nam ſi ſuaſus ageret:diſſuaſus vtique ceſſaret. nunc vero ſuaſus: alia nihilominus agit.
¶ Præterea ſi circa omnia continentia & incontinentia:quis eſt ſimpliciter incontinẽs? 10
nullus enim habet incontinentias omnes,ſed dicimus eſſe quoſdam ſimpliciter Dubi-
tationes igitur tales quædam contingunt . harum aliquæ ſoluendæ ſunt , aliquæ relin-
quendæ.nam ſolutio dubitationis:inuentio eſt. Cap. III.

P Rimum igitur conſiderandum eſt vtrum ſcientes vel non,& quomodo ſciẽtes. 11
deinde circa qualia cõtinentẽ & incontinẽtem ponere debemus.dico vtrũ circa
omnes voluptates & dolores,an circa aliquas determinatas. & vtrũ idem ſit cõ
tinens & conſtans:an alius?eodẽmq; modo de cæteris quæ pertinent ad hãc quæſtionẽ.
Principium cõſiderationis eſt:vtrũ continens & incõtinens ſint in eo quod circa quæ,
vel in eo quod qualiter habẽtes differẽtiã. dico autẽ vtrũ circa hoc ſit incõtinẽs ſolum
vel nõ,ſed ex ambobus.deinde ſi circa omnia eſt incontinentia,& continentia,vel non.

non enim circa omnia eſt ſimpliciter incõtinens:ſed circa quæ intemperans.Neque ex
eo quia ſimpliciter ad hoc ſe habet.nam idem eſſet quod intemperantia.ſed quia certo
modo ſe habet:ille quidẽ ducitur electione,putãs ſemper oportere ſequi præſentẽ vo-
12 luptatem:hic autem non putat quidem oportere,at tamen ſequitur.❡ Vtrum vero illa
(qua tranſgredientes incõtinẽter agunt) opinio vera ſit an ſciẽtia:nihil refert ad præ-
ſens.quidam enim ex ijs qui opinãtur:non dubitãt ſed putant ſe pro certo ſcire. in eo
igitur quod remiſſe credunt qui opinantur,& ob hoc magis agunt contra id quod cen
ſebant agẽdum: nihil differt ſciẽtia ab opinione.nam quidam (vt Heraclitus oſtendit) Heraclitus.
non minus opinioni credunt q̃ alij ſcientiæ.Sed cũ dupliciter dicatur ſcire,nã & qui ha
bet ſcientiam & non vtitur:habens & non conſiderans agat quæ non oportet.vel ſi ha
bens & conſiderans & qui vtitur.differentia erit ſi habeat quidem non autem ſpecule
tur,qui ſpeculatur quæ nõ oportet agere ab eo qui habet, ſed nõ ſpeculatur. hoc enim
pergraue erit ſed nõ niſi cõſideret.Præterea cũ duo ſint propoſitionũ modi quibus vti
oportet:nihil prohibet eũ qui ambas habeat, agere præter ſcientiã vtendo vniuerſali,
ſed non particulari.nam agibilia ſingularia ſunt.differt etiam vniuerſale, nam aliud in
ſe eſt,aliud in re.ceu cunctis hominibus ſicca prodeſſe, & hunc hominem vel hoc tale
eſſe ſiccum.ſed ſi hoc tale,aut non habet aut non operatur:per hos modos tantum dif-
fert quantum vix dici poteſt.vt videatur nihil abſurdum quod iſto modo ſciat,alio au-
tem modo abſurdum.contingit etiam alio modo quàm ſupradictum eſt habere ſcien-
tiam.nam in habendo,ſed non vtendo variũ cernimus habitum, & vt habeat ceu dor-
mientem & ebrium.Atqui ita diſponuntur:qui in perturbationibus ſunt. Iræ nanque
& cupidines venereorum ac huiuſmodi quædam: corpus quoque diſtrahunt manife-
ſte. nonnullos etiam in furorem adigunt. patet igitur quod dicendum eſt incontinen-
tes,illis ſimiliter ſe habere.dicere autem verba:ſcientiæ nullum eſt ſignum. nam & in
huiuſmodi perturbationibus conſtituti:demonſtrationes & verſus Empedoclis profe- Empedocles.
runt.& qui primo addiſcunt:verbum complectuntur quidem, ſed nondum intelligũt.
opus eſt enim vt cognata natura fiat.ad hoc autem:temporis ſpatium exigitur. quam-
obrem exiſtimandum eſt dicere incontinentes quemadmodũ eos qui in ſcena recitãt.
inſuper & iſto modo quis naturaliter inſpiciat cauſam. alia enim eſt vniuerſalis ſciẽtia:
alia ſingularium rerum quibus ſenſus iam dominatur.cum autẽ ex illis fit vna: neceſſe
eſt vt cõcluſioni hic quidem aſſentiatur animus,& in his quæ factum requirũt ſtatim,
agat.ceu ſi omne dulce guſtare oportet. hoc autem dulce tãquam vnum aliquid de ſin
gularibus.neceſſarium eſt eum qui poteſt nec prohibetur ſimul & hoc agere. Quando
igitur vniuerſalis adeſt guſtare prohibens:ſed hoc omne dulce:operatur. Si vero con-
cupiſcentia: alia quidem dictat fugiendum eſſe, ſed concupiſcentia ducit. poteſt enim
quodlibet membrum mouere.Itaque cõtingit ratione quodammodo & opinione incõ-
tinentem eſſe:non contrarie per ſe ipſam,ſed per accidens. concupiſcentia enim cõtra-
13 ria eſt rationi:ſed non opinatio. ❡ Ac propterea beſtiæ nõ ſunt incontinẽtes,quoniam
vniuerſalis apprehenſionem non habent, ſed ſingularium phantaſiam ac memoriam.
14 ❡ Quomodo autem ſoluatur ignorantia ac rurſus incontinẽs fiat ſciens :eadem ratio
eſt vt in ebrio & dormiente.nec propria eſt huius perturbationis: quæ quidem ratio à
15 naturalibus diſcenda eſt.❡ Cum vero vltima propoſitio iudicium ſit ſenſitiui, & domi
na rerum agendarum exiſtat:hanc vel non habet in perturbatione conſtitutus, vel ita
habet vt ſe habere neſciat.ſed ita dicit vt vinolẽti dicũt Empedoclis carmina.& ob hoc
etiam quia nec vniuerſale extremus terminus nec ita ſciẽtificum videtur vt vniuerſa-
le & apparet id quod tractauit Socrates euenire. Nõ enim præſente illa quæ proprie Socrates.
videtur ſcientia,fit perturbatio:nec illa trahitur ſuperatúrq; à perturbatione,ſed ſenſi-
tiua. De ſciente igitur & non ſciente,& quemadmodum contingat ſcientem incontinen
ter agere:hæc dicta ſufficiant.

Cap. IIII.

16 VTrum vero quis ſimpliciter ſit incontinens vel omnes in aliquo. & ſi ita:circa
qualia,deinceps erit dicendum.circa voluptates igitur & dolores verſari cõti-
nentes & conſtantes ac incontinentes ac molles manifeſtum eſt.ſed eorũ quæ

voluptatē efficiūt:quædam ſunt neceſſaria,quædā per ſe expetēda: verūtamē exceſſum
habētia.neceſſaria dico,quæ ad corpus pertinēt:qualia circa alimēta, & venereorū indi-
gētiam & alia huiuſmodi ad corpus ſpectātia circa quæ tēperantiā poſuimus & intēpe
rantiā.nō neceſſaria vero:ſed expetēda dico.ceu victoriā,honores,diuitias,& huiuſmo-
di talia bonorū & delectabiliū.qui igitur in ijs vltra rectā rationē quæ in ipſis eſt exce-
dūt:eos nō dicimus incōtinētes ſimpliciter,ſed adiūgimus pecuniarū incōtinētes,& lu-
cri,& honoris,& iræ.ſimpliciter autē non quaſi alios quoſdā & per ſimilitudinē dictos:
quēadmodū homo qui Olympia vicerit.nā illi cōmunis ratio parum differebat à pro-
pria:ſed tamē alia erat.ſignū huius eſt:ꝙ incōtinētia vituperatur nō vt delictū ſolū,ſed
vt vitiū quoddā vel ſimpliciter vel ſecūdū aliquā partē.Horū autē nullus,ſed qui circa
corporis voluptates in quibus poſuimus tēperantē & intēperantē excedit, voluptates
amplectēdo & dolores fugiendo famis,& ſitis,caloris,& frigoris,& omniū quæ ſunt in
guſtu aut tactu,nō per electionē ſed præter electionē,& intellectū:incōtinēs dicitur.nō
ſecūdū aliquā additionē vt de ira diximus:ſed ſimpliciter.Signū vero.etenim intēperā
tes dicūtur circa iſtas:ſed nō circa aliquā illarū.& propterea in eodē collocamus incōti
nentē ac intēperātē:& cōtinētē & tēperantē.❡Sed nō illorū quēquam: ꝙ circa eaſdem 17
quodāmodo voluptates doloréſq; eſſent.at hi ſunt circa eadē: ſed nō eodem modo.ſed
hi quidem eligunt:hi vero non eligunt.Quocirca magis vtique diceremus intemperā-
tem quicunque vel non concupiſcens,vel parum excedendo perſequitur voluptates &
fugit mediocres dolores:quàm hunc qui propter vehementes cupiditates id agit.nam
quid ille faceret ſi adeſſet cupiditas iuuenilis:& circa neceſſariorum indigentiam,vehe
mens dolor? ❡Cum vero cupiditatum ac voluptatum aliæ ſint genere honeſtorum & 18
ſtudioſorum . nam efficientium voluptatem quædam natura ſunt expetenda,alia con
traria horum,alia media vt primo diſtinximus:ceu pecunia,lucrum,victoria,honor. &
in cunctis talibus atque medijs non vituperantur homines quòd afficiantur ad illa : ꝙ
cupiant,quòd ament:ſed quòd ita vt modum excedant.quapropter quicunque præter
rationem incontinenter agunt vel proſequuntur quæcunque eorum quæ natura hone
ſta ſunt & bona:non laudantur. veluti ſi circa honores magis quàm oporteat ſtudent,
aut circa filios & parentes.nam hæc ſunt in bonis & laudantur qui illis ſtudent : ſed ta-
men eſt in illis exceſſus quidam, vt Niobe certet cum dijs vel vt Satyrus qui philopa-
ter dicitur.circa patrem enim nimis inſanire videbatur . prauitas quidem igitur nulla
eſt circa iſta.propterea quia vt diximus vnumquodque eorum per ſe expetendum eſt.
ſed exceſſus ipſorum improbi ſunt atque vitandi.ſimiliter nec incontinentia.nam incō-
tinentia non ſolum fugiendorum eſt,verumetiam vituperabilium . ❡Sed per ſimilitu- 19
dinem perturbationis addentes:incontinentiam de vnoquoque dicimus.veluti malum
medicum,malum hiſtrionem:quem ſimpliciter non vocaremus malū.vt igitur nec hic
ex eo quia vitium nō eſt aliquod eorum,ſed propter proportionem ſimilem:ſic videli-
cet & ibi accipiēdum eſt ſolum incōtinētiam & cōtinētiam eſſe illam, quæ eſt circa ea-
dem circa quæ temperātia & intēperātia.de ira vero per ſimilitudinem dicimus. Itaq;
cum dicimus incōtinētem:adiungimus iræ,ac etiam lucri & honoris. Cap. V.

QVoniam vero aliqua ſunt natura efficiētia voluptatem,& horum alia ſimpli- 20
citer,alia ſecundum genera & animalium & hominum, alia vero nō ſunt, ſed
partim propter morbos,partim propter mores fiūt,partim propter flagitio-
ſas naturas.Circa iſtorum ſingula ſimiles cernuntur habitus.loquor autē
de immanibus:ceu de muliere quam ferunt prægnantium viſcera reſcindere,pueróſq;
comedere.vel quod dicitur de quibuſdam efferatis gētibus circa Pontum : alios crudis
delectari,alios humanis carnibus,alios tradere natos adinuicem, vt in conuiuijs come-
dantur,vel quod de Phalari dicitur.hi nanq; ſunt immanes,alij propter morbos & inſa
niam,vt ille qui matrē immolauit,comeditq;,& qui cōſerui hepar.hi ex morbo vel cō
ſuetudine:veluti pilorum euulſiones,& vnguium eſus. ac præterea carbonum & terræ
& inſuper coitus maſculorum.nam alijs natura,alijs vero ex conſuetudine accidunt,vt
à pueritia conſuetis.quibus igitur natura cauſa eſt:eos nemo diceret incontinentes,vt

etiam nec mulieres,quòd nó venerem agãt:ſed patiãtut.eodem modo, & qui inſanè ſe
habẽt propter cóſuetudinem.habere igitut quodlibet horum:extra terminos eſt vitij,
quẽadmodum & immanitas.habentẽ vero continere ſe,vel incótinere nõ eſt ſimplicis
incótinẽtiæ:ſed eius quæ eſt per ſimilitudinem.vt & is qui circa iram,eodẽ modo ſe ha
21 bet:incontinens nó eſt dicendus.❡Omnis enim ſuperexceſſiua prauitas,& amentia,&
timiditas,& intẽperantia,& crudelitas:aut immanitas eſt, aut morbi.nam qui talis na-
turæ exiſtit,vt cũcta pertimeſcat etiam ſi ſorex perſtrepuerit: timidus eſt timore quo-
dam immani.quidam vero muſcipulam timebat propter morbum. & dementium qui
natura ſine ratione ſunt,& ſolum ſenſu viuentes:immanes ſunt.vt quædam longæ bar-
baræ nationes.alij propter morbos:veluti mente capti & inſani ex morbo.ſed fieri po-
teſt,vt quis interdum aliqua iſtorum habeat ſolum, at nõ ſuperetur. veluti ſi Phalaris
concupiſcat puerum comedere,ac ſe abſtineat, vel aduerſus irrationalem coitus libidi-
nem.fieri & poteſt,vt non habeat ſolum:verumetiam ſuperetur.vt igitur prauitas alia
ſimpliciter dicitur,alia ſecundum additionem,veluti immanis,aut inſana:ſic & inconti-
nentia eſt alia immanis,alia inſana.ſimpliciter autem illa ſolum,quæ eſt ſecundum hu-
manam incontinentiam.Eſſe igitur incontinẽtiam & continentiam circa illa ſolum cir-
ca quæ eſt temperantia,& intemperantia,& quòd circa alia eſt alia ſpecies incontinen-
tiæ,dicta per ſimilitudinem,& non ſimpliciter:manifeſtum eſt. Cap. VI.

22 QVòd autem ſit minus turpis intemperãtia iræ , quàm intemperantia libidinis:
oſtendemus.videtur ira quidem aliquid rationis audire,obaudire tamen.quem
admodum miniſtri qui veloces ſunt,prius quàm totum id quod eis dicitur au-
diant, excurrunt, ac poſtea in agendo errant. Et quemadmodum canes
antequam conſiderent an amicus ſit ſi modo ſtrepuerit,latrãt.ſic ira propter calorem
& velocitatem naturæ audiẽs quidem:ſed non præceptum exaudiens, properat ad vl-
tionem.ratio enim ſeu phantaſia iniuriam ſeu contumeliam oſtẽdit.ira vero tanquam
ratione cócludẽs quòd huic tali repugnãdum ſit:ſtatim inſurgit.At libido (ſi ſolum di-
xerit cogitatio vel ſenſus, voluptatem effici) properat ad fruitionem. quamobrem ira
quidem ſequitur rationem quodammodo:libido vero non. turpior igitur. nam iræ in-
continens à ratione quodam modo vincitur,ille à concupiſcentia & nó à ratione.Præ-
terea naturalibus deſiderijs magis eſt venia ſi ſequatur.Nam & talibus concupiſcẽtijs
quòd omnibus cómunes ſunt, & inquãtum communes.at ira & indignatio naturalius
quiddam eſt quàm libidines,quæ exceſſiuæ ſunt,& non neceſſariæ.veluti qui ſe excuſa-
bat ꝙ patrẽ verberaſſet.nam & ipſe (inquit) patrem verberauit ſuũ,& ille rurſus ſuũ,
& qui puerum oſtendens inquit:& hic cum vir erit,me.nam id nobis gentile eſt.& qui
trahebatur à filio: ſiſtere præcepit ante ianuam. nam & patrem ſuũ eò vſq; à ſe tractũ
fuiſſe.Præterea magis iniuſti ſunt qui occulte inſidiãtur. Iracundus vero nó inſidiatur
neq; ira:ſed palàm eſt.Libido vero cótrà,vt de Venere aiunt doloſam Cyprigenam &
balteum lori.Et Homerus,Fraus quæ abſtulit mentẽ quãuis multum ſapienti.ꝙ ſi in-
iuſtior & turpior incótinẽtia hæc,q̃ illa quæ eſt circa iram.& ſimpliciter incontinentia
& vitium quodam modo.Adhuc nemo luxuriat dolẽs,ſed qui per iram facit:dolens fa
cit.qui vero luxuriat,cum voluptate. Si igitur illa quibus magis iraſci iuſtũ eſt. magis
iniuſta ſunt:& incontinẽtia quæ propter libidinem fit.non enim eſt in ira iniuria.quòd
igitur turpior eſt incontinentia circa libidinem quàm circa iram,& quòd eſt incótinẽ-
23 tia & cótinentia circa cócupiſcẽtias & voluptates corporis,patet.❡Earum vero ipſarũ
differentiæ ſunt omittendæ. nam (vt ab initio diximus) aliæ humanæ ſunt,ac natura-
les,& genere,& magnitudine:aliæ immanes inſtar beſtiarum,aliæ ex morbo & orbita-
tibus.Earum circa primas ſolum intemperantia eſt ac tẽperãtia:atq; ideo beſtias neq;
temperatas,neq; intemperatas dicimus,niſi per ſimilitudinem, & ſi quo omnino aliud
ab alio differt genus animalium,& ſynomoria, & in comedendo omnia. non enim ha-
bent electionem,neque rationis diſcurſum.ſed diſceſſerunt à natura , ceu inſani homi-
24 nes.❡Eſt enim immanitas minus malum quàm vitium, ſed terribilius. non enim cor-
ruptum eſt id quod optimum , vt in homine , ſed prætermiſſum,& non habet. Quare

petinde eſt acſi quis inanimatum cōparet cum animato vtrum peius.minus imptoba
enim ſemper prauitas eſt nō habentis principium,mens vero principium eſt.perinde
eſt igitur vt comparare iniuſtitiam ad hominem iniuſtum. eſt enim vt vtrūque peius,
millies enim plura mala faceret malus homo quàm beſtia mala. Cap. V I I.

CIrca voluptates autem & dolores qui ex tactu guſtúque proueniunt cupidita 25
téſque & fugas, in quibus temperātiam & intemperātiam verſari determina-
uimus:eſt ita ſeſe habere,vt ſuperetur ab ijs quæ pleriq; ſuperant,eſt etiā ſupe
raţe illa à quibus pleriq; ſuperātur. Et horum circa voluptates quidē, alter incōtinēs,
alter cōtinens dicitur:circa dolores vero hic mollis,hic cōſtans.Inter hos autem:pluri-
morum ſunt habitus,etſi declināt ad deteriores. ¶Sed cum voluptatum aliæ ſint ne- 26
ceſſariæ,aliæ non neceſſariæ,& vſq; ad aliquid:exceſſus vero nō,neq; defectus.ſimiliter
ſe habet circa voluptates & dolores.qui enim exceſſus voluptatū perſequitur, aut per
exceſſum,aut per electionem,& propter ipſas, & non propter aliud exinde proueniēs:
intemperans eſt.neceſſe eſt enim hunc:nō eſſe talem,vt pœniteat.Itaq; inſanabilis eſt.
alius in defectu,huic opponitur.medius vero,eſt temperans.¶Similiter qui fugit do- 27
lores corporis non quia ſuperetur,ſed per electionem.ſed eorum qui non eligunt:qui-
dam ducuntur propter voluptatem,quidam propter doloris fugam qui ex cupiditate
prouenit.quamobrem differunt inter ſe.omnes enim dicerent eſſe deteriorē,ſi non cō
cupiſcens,aut per iram facit aliquid turpe,quàm ſi concupiſcens vehementer:& ſi non
per iram percuſſerit,q̄ ſi iratus.Nam quid hic ageret,ſi etiā eſſet in perturbatione con-
ſtitutus?quocirca intēperans peior eſt q̄ incontinens. Supradictorū ergo: altera molli-
ciei ſpecies eſt,alter intēperans.¶Opponitur autē incōtinēti quidem continens,molli 28
vero cōſtans.nam cōſtantia in reſiſtēdo eſt:continētia vero in ſuperādo. Eſt autē aliud
reſiſtere q̄ ſuperare,quēadmodum nō vinci q̄ vincere. ¶Quocirca potior continentia 29
eſt q̄ conſtantia.¶Qui autem deficit in ijs aduerſus quæ pleriq; reſiſtunt & valent:hic 30
mollis & delicatus eſt.nam delitiæ,mollicies quædam ſunt. qui enim trahit togam ne
laborem ſubeat tollendi,& imitans ægrotantem:nō putat ſe miſerum eſſe, cum ſit mi-
ſero ſimilis.¶Eodem modo ſe habet circa continentiam & incontinentiam.Non enim 31
ſi quis vehementibus exceſſiuiſq; voluptatibus,aut doloribus ſuperatur,mirādum eſt.
Theodectus. ſed venia danda eſt,ſi contranitēs ceu Theodecti Philotectes à ſerpente percuſſus,vel
Philotectes. Carcini in Alope Cercyon:& ceu ij qui riſum tenere conati,accumulatum emittunt,vt
Carcinus. accidit Xenophāto.Sed ſi quis ijs quibus pleriq; reſiſtere valent ſuccumbit,nō propter
Alope. naturam generis,vel propter morbum:ceu Scytharum regibus mollicies ineſt propter
Cercyon. Xenophātus. genus,quod tanquam effœminatum à virilitate ſeceſſit.¶Iocoſus quoq; intemperatus 32
Scythæ. eſſe videtur.eſt enim mollis.nam iocus relaxatio eſt:ſiquidem ceſſatio.excedentiū autē
in ea,iocus eſt.¶Incontinentiæ hoc quidem temeritas:hoc autē infirmitas eſt. nā alij 33
quidē conſultantes,non perſiſtunt in ijs quæ ſtatuerant propter animi perturbationē.
Alij ob idipſum quia non conſultant,trahūtur à perturbatione.Quidā vero ceu præti-
tillati nō titillātur,ſic præſentiētes,& præuidētes,ac ſeipſos,rationēq; excitātes,nō vin
cūtur ab effectu:neq; ſi voluptuariū ſit,neq; ſi moleſtū.¶Maxime vero acuti,& melan- 34
cholici ob temeritatē incōtinēter agūt.Illi quidē propter velocitatē,hi vero propter ve
hementiā nō expectāt rationē:ex eo quia phantaſiæ ſequaces ſunt. Cap. V I I I.

Numero 26. EST autē intēperans (vt dictū eſt) qualem poſtea non pœniteat. nā in electione 35
Numero 9. perſiſtit.incontinentē vero omnē pœnitet. quapropter non (vt dubitauimus)
ita ſe habet:ſed hic quidem ſanabilis eſt,ille autē inſanabilis. Aſſimilatur autē
vitiū hydropiſi & phthiſi,incōtinētia vero epilepticis.illa enim continua,hæc non con-
tinua improbitas eſt.& omnino aliud genus eſt incontinentiæ q̄ vitij.nam vitium qui-
dem latet:incōtinentia vero non latet. ¶Sed horū ipſorū meliores ſunt qui à ratione 36
abſunt:quàm qui rationem habent quidem,ſed in illa non permanent. à minore enim
perturbatione ſuperantur,& non inconſulte,vt alij. Similis eſt enim incōtinens ijs qui
facile inebriantur,& à modico vino ac pauciore q̄ pleriq;. ¶Quòd igitur incōtinentia 37
non eſt vitium, patet:ſed aliquatenus fortaſſe. nā hæc quidem abſq; electione eſt,illud

vero cum electione.In rebus tamen ſimilia ſunt ceu Demodoci illud in Mileſios dictũ,
Mileſij quidẽ inſipiẽtes nó ſunt,faciũt tamen qualia inſipiẽtes. & incontinentes iniuſti
38 nó ſunt:iniuriantur tamen.❨Cum vero hic quidem talis ſit vt non perſuaſus ſequatur
corporis voluptates excedẽtes præter rationẽ rectã,hic autẽ perſuaſus quoniã talis vt
ipſas perſequatur:ille quidem facile remouebitur,hic autẽ nó.nã virtus principium có
ſeruat,vitiũ corrũpit.In rebus autẽ agẽdis principiũ eſt cuius gratia: vt in mathemati-
cis ſuppoſitiones.neq; illic igitur ratio edoctiua eſt principiorum,neque hic,ſed virtus:
aut ex conſuetudine,aut ex natura recte ſentire faciens circa principium.Temperans
igitur quidem talis eſt,intẽperans vero huic contrarius.eſt vero quiſpiam qui propter
animi perturbationẽ diſcedit à recta ratione: quẽ vt nó faciat ſecũdũ rectã rationẽ per-
turbatio vincit. ſed eſſe talẽ vt ei perſuadeatur perſequi impudenter oportere huiuſ-
modi voluptates:non peruincit.hic eſt enim incontinẽs, melior quidem q̃ intẽperans,
nec penitus malus.ſeruatur enim principium quod optimum eſt. alius vero huic con-
trarius conſtans,nec diſcedens propter perturbationem.patet igitur ex hoc: quòd hic
ſtudioſus habitus eſt,ille autem prauus.

Cap. IX.

39 VTrum ergo cótinens eſt qui in qualicunq; ratione & qualicũq; electione per-
ſiſtit,vel qui in recta? & incontinẽs qui in qualicunq; electione,& in qualicũq;
ratione non permanet,vel in falſa ratione,& electione nó recta:vt prius quæſi
uimus.vel per accidens in qualicunq;:ſecundum ſe autẽ ipſum vera in ratione,& recta
electione hic perſiſtit,ille non perſiſtit? ſi enim quis hoc propter hoc expetit, & ſequi-
tur:per ſeipſum hoc ſequitur,& expetit.per accidens vero prius. ſimpliciter autem di-
cimus quod per ſeipſum.itaq; eſt in qualicunq; ſentẽtia,hic quidẽ permanet,ille dimo-
40 uetur,ſed ſimpliciter in vera.❨Sunt autem quidam qui perſtãt in ſententia,ſunt vero
quos vocãt duræ ceruicis homines,vt quibus difficulter ſuaderi aut diſſuaderi quicquã
poteſt.hi aliquid ſimile habẽt continẽti: ceu prodigus liberali, & temerarius forti.ſunt
& alia multa huiuſmodi.cótinens enim propter libidinem & cupiditatẽ nó mutat ſen-
tentiam:cũ in alijs quidem ſi accidant facilis ſit,ac perſuaderi ſibi patiatur.hi autẽ non
à ratione:cũ cupiditatẽ aſſumant,& ducãtur cóplures à voluptatibus.Sunt autẽ ij duræ
ceruicis,qui ſui capitis ſunt:& qui indocti & agreſtes. illi etiam qui ſunt ſui capitis pro-
pter voluptatem & dolorem.nam gaudent cum peruincunt, nec è ſententia dimouen-
tur,& dolent ſi eorũ ſententia irritetur inſtar publicorum decretorum.quare magis hi
41 quidem incótinenti ſimiles ſunt q̃ continenti. ❨Sed ſunt quidem qui in ſententia non
perſiſtunt,nó tamẽ propter incontinentiam. vt Neoptolomæus ille apud Sophoclem Neoptolomæus.
quãquam propter voluptatem nó perſiſtebat: at honeſtum.nã vera loqui pulchrũ illi
videbatur:ab Vlyſſe vero perſuaſus fuerat mentiri.non enim omnis qui propter volu
ptatem aliquid facit:intemperans eſt,aut prauus,aut incótinens,ſed qui propter turpẽ
42 voluptatem.❨Cúmq; ſit aliquis huiuſmodi,vt minus q̃ oportet voluptatibus corporis
gaudeat,nec in ratione perſiſtat : huius & incontinentis medius eſt continens. nam in-
continens non perſiſtit in ratione propter aliquid plus,hic autem propter aliquid mi-
43 nus:continens vero perſiſtit,nec ob alterutrum diſcedit. ❨Neceſſe eſt autem ſiquidem
continẽtia eſt ſtudioſa:vtroſq; contrarios habitus eſſe prauos, quẽadmodum apparet.
verum quia alter in paucis & raro conſpicitur: videtur incontinentiæ ſolum continẽtia
44 eſſe contraria quẽadmodum intẽperantiæ tẽperantia. ❨Cum vero multa dicãtur per
ſimilitudinem,& continentia temperati per ſimilitudinem conſecuta eſt.nã continens
eſt talis,vt nihil præter rationem agat ob corporeas voluptates,& temperatus.ſed hic
quidem habens,hic autem non habens prauas voluptates.Et hic quidem talis, vt non
delectetur propter rationem,hic autẽ talis,vt delectetur quidem,ſed non ducatur.ſimi
les etiam ſunt incontinens,& intẽperans: vtriq; enim corporis voluptates ſequuntur.
ſed alter putans oportere,alter vero non putans.

Cap. X.

45 NEc fieri poteſt vt vnus & idem ſimul ſit prudens & incótinens.nam ſimul pru
dentem & ſtudioſum eſſe oſtenſum eſt.Præterea non quia ſciat ſolũ,ſed quia
actiuus ſit:prudentem eſſe.ſed incontinens non eſt actiuus. enimuero aſtutum

nihil vetat incontinentem eſſe.¶Ex quo fit vt nónunquam prudentes quidam incon- 46
tinentes eſſe videantur,quoniam aſtutia (vt ſuperioribus libris diximus) ratione qui-
dem propinqua eſt prudentiæ:ſed differt ab ea ſecũdum electionẽ. neq; porrò vt ſciẽs
ac proſpiciẽs:ſed vt dormiens,ac vinolentus,& volens quidem.nam quodã modo ſciẽs
& quod facit,& cuius gratia.¶Malus autẽ non.nam electio quidẽ bona eſt. itaq; ſemi- 47
malus & nõ iniuſtus.non enim inſidiator.nam ipſorũ hic quidẽ non perſiſtit in ijs quæ
conſultãdo ſtatuerat,hic autẽ melancholicus omnino nõ cõſultat. Videtũrq; incõtinẽs
ſimilis ciuitati quæ omnia opportune decernat ac leges habeat bonas,ſed illis nõ vta-
Anaxandrides. tur.vt Anaxandrides obiecit inquiens,Ciuitas volebat cui nulla legum. cura eſt. malus
autem:ciuitati quæ legibus vtitur,ſed malis.¶Eſt autem incontinentia & continentia 48
circa id quod excedit multitudinis habitum. hic enim magis perſiſtit, ille autẽ minus
q̃ pleriq; valeant.¶Sanabilior eſt incontinentia illa qua melãcholici incõtinenter agũt, 49
q̃ illorum qui conſultant quidem,ſed non permanent. & qui conſuetudine incontinen
tes ſunt quàm qui natura.facilius enim eſt conſuetudinem q̃ naturam mutare.nam ob
Euenus. idipſum cõſuetudinem mutare difficile eſt:quòd naturæ aſſimilatur. vt Euenus inquit,
Aio inueteratum vſum permanere amice,atq; eum tandem hominibus naturam eſſe.
Quid igitur continentia ſit,& quid incontinentia & conſtantia & mollicies,& quemad
modum hi habitus adinuicem ſe habent:dictum eſt. Cap. XI.

DE voluptate autem & dolore eius eſt videre, qui circa ciuilem philoſophatur. 50
hic enim faber atq; magiſter eſt,eius finis ad quem perſpiciẽtes:vnumquodq;
vel bonum,vel malum ſimpliciter dicimus.inſuper neceſſarium eſt de illis vi-
dere.nam virtutem moralem & vitium circa dolores & voluptates poſuimus.& felici-
tatem omnes fere aiunt cum voluptate eſſe.itaq; beatum nominauerunt à gaudendo.
¶Quibuſdam ergo videtur nulla quidem voluptas eſſe bonũ nec per ſeipſam,nec per 51
accidens. non enim idem eſſe bonum quod voluptas . alijs quædam videntur quidem:
ſed plurimæ eſſe prauæ.eſt & horum tertium.etſi omnes ſint bonum: tamen nõ recipi
vt voluptas ſit ſummum bonum.¶Quòd omnino quidem nõ ſit bonum: quia omnis 52
voluptas effectio eſt in naturã ſenſibilis.nulla vero effectio cognata eſt finibus,ceu nul-
la ædificatio ædibus.Præterea temperans fugit voluptates:& prudens vacuitatem do
loris ſequitur,non autem voluptates. Præterea voluptates impediunt prudentiam:&
quãto maiores ſunt,tanto magis, quod in venereis patet. nemo enim dum in illis eſt:
mente proſpicere quicquam poteſt. Inſuper voluptatis nulla eſt ars. omne autẽ bonũ:
artis eſt opus.Præterea pueri & beſtiæ ſequuntur voluptates . ꝙ vero non omnes ſint
ſtudioſæ:quia ſunt turpes quædam & infames,& quia detrimẽta afferũt. morbos enim
nonnullæ ipſarum,gignunt.ꝙ autem non ſit ſummum bonum voluptas:quia non finis
eſt,ſed effectio:hæc ſunt fere quæ dicuntur. Cap. XII.

QVod autẽ non cõtingit propter hoc non eſſe bonũ,neq; optimũ:ex his patet. 53
Optimũ igitur cum bonũ dupliciter dicatur aliud ſimpliciter,aliud alicui:& na-
turæ & habitus conſequũtur.quare & motus & effectiones ſequũtur.Et quæ
prauæ vidẽtur:quædam ſimpliciter prauæ,alicui autẽ nõ,ſed expetendæ
ſunt huic.quædam vero nec huic quidem,ſed quandoq; & ad paruum tempus, ſed non
expetendæ.aliquæ autẽ voluptates nõ ſunt quidẽ ſed videntur:quæcũq; cum dolore,&
medicinæ gratia,ceu ægrotantiũ voluptates.Præterea cum boni hoc quidem ſit actus,
hoc autẽ habitus:ſecundum accidens quæ cõſtituunt in naturalem habitũ voluptuaria
ſunt.eſt autẽ actus in cõcupiſcẽtijs naturæ & habitus ſubdolentis.q̃q̃ etiam ſine dolore
& concupiſcẽtia ſint voluptates:veluti quæ in contẽplando fiũt nullo defectu naturam
vrgente.ſignũ huius eſt ꝙ nõ eiſdem rebus delectatur natura dum repletur,& dum in
ſtatu eſt.Sed dum in ſtatu eſt ſimpliciter iucũdis,at dum repletur etiã aduerſis.nam &
acribus & amaris gaudent:quorũ nihil neq; natura neq; ſimpliciter iucundum eſt.itaq;
neq; voluptates.vt enim iucũda adinuicẽ cõſtituta ſunt:ſic etiã voluptates quæ ab illis
proueniunt.¶Præterea nõ eſt neceſſe aliud quiddam melius eſſe q̃ voluptas,vt quidã 54
aiunt finem q̃ effectionem . non enim effectiones ſunt neq; cum effectione omnes,ſed

operationes & finis nec illis quæ fiunt côueniunt.ſed illis quæ vtũtur.neq; finis omniũ
aliud quiddam:ſed eorũ quæ dicũt imperfectionẽ naturæ.quapropter nó recte dicitur
ſenſibilem effectionẽ eſſe voluptatẽ : ſed magis dicẽdum eſt operationẽ habitus ſecun-
dum naturam,& pro ſenſibili ſine impedimento. videtur autẽ effectio quædam eſſe,ꝙ
55 principaliter bonũ:quia operationẽ effectionẽ eſſe exiſtimãt.eſt autẽ aliud. ¶ Eſſe autẽ
prauas voluptates ex eo quia morbos gignũt voluptuaria quædam: idem & quia ſalu-
bria quædam praua ad lucrũ.hæc igitur vtraq; praua:ſed nó praua ſecũdum hoc.nã &
56 contẽplatio interdũ obeſt ad ſanitatem. ¶ Impedit vero neq; prudentiã neq; habitum
vllum voluptas ab vtraq; proueniẽs ſed alienæ.nã voluptates quæ in contẽplatione &
diſciplina:magis faciũt contemplari atq; addiſcere.Quòd autem nó ſit opus voluptas
alicuius artis,rationabiliter cótingit:neq; enim alterius operationis cuiuſquam eſt ars,
ſed potẽtiæ.licet vnguẽtaria ars & coquinaria:voluptatis eſſe videatur. fugere autẽ tẽ-
peratum voluptates, & ſequi prudẽtem vacuitatem doloris ac pueros & beſtias ſequi:
eodem modo omnia ſoluuntur. cũ enim dictũ ſit quomodo bonæ ſimpliciter , & quo-
modo non bonæ,omnes voluptates tales & pueri & beſtiæ ſequũtur.& harũ vacuitatẽ
doloris prudens:quæ cum cócupiſcẽtia ſunt & dolore,& quæ ſunt corporis.tales enim
ſunt hæ.Etenim harũ exceſſus: ſecũdum quas intẽperans intẽperatus. itaq; temperans
fugit has.nam ſunt & temperantis aliquæ voluptates. Cap. XIII.

57 ATqui malum eſſe dolorẽ ac fugiendum cófeſſum eſt. hunc quidem enim ſim-
pliciter malum,hunc vero qua impedimentũ affert. fugiendo autẽ contrá.qua
enim fugiẽdum eſt quid & malum: eſt bonum.nam ſolutio illa Speuſippi non
conuenit,vt maius minori,& æquali conrrarium. non enim diceret idem quod malum
58 quiddam:eſſe voluptatem. ¶ Nihil vero prohibet voluptatem quandam eſſe optimã,
59 quanuis ſint aliquæ prauæ: vt eſt ſciẽtia aliqua quibuſdam prauis exiſtẽtibus. ¶ Forſan
vero & neceſſarium eſt:ſiquidem cuiuſlibet habitus operationes ſunt nó impeditæ ſiue
omniũ operatio eſt felicitas,ſiue alicuius eorũ,ſi ſit nó impedita:eſſe ſumme eligendã.
id eſt autẽ voluptas.itaq; eſſet vtiq; voluptas omniũ optimum. licet prauæ ſint multæ
voluptates,ſi cótingat ſimpliciter, ac propterea omnes beatã vitã putãt eſſe iucundã,
& implicant voluptarẽ felicitati rationabiliter.nulla enim operatio ſi impediatur: per-
fecta eſt.felicitas autẽ eſt perfectorũ.quapropter indiget felix bonis corporis & exter
nis atq; fortunæ,vt nó impediatur. qui autẽ in rota & calamitatibus magnis cóſtitutũ
dicunt eſſe beatũ ſi bonus ſit: vt volentes vel inuiti nihil dicunt. quia vero fortuna in-
diget:videtur quibuſdam idem eſſe proſperitas & felicitas,quod nó eſt.nam & hæc ex-
cedẽs impedimentũ affert.& forſan nó amplius proſperitas nominãda eſt.nã eius ter-
minus eſt ad felicitatẽ.Quòd autem & homines & beſtiæ voluptarẽ ſequũtur:id ſignũ
eſt voluptatẽ eſſe optimũ.fama vero nó omnino vana eſt quam populi multi decantãt.
ſed cum nó idem neq; natura neq; habitus optimus neq; ſit neq; appareat:neq; etiam
voluptatẽ eandẽ omnes ſequũtur.tamen ſequũtur omnes voluptatem : forte autem &
perſequũtur,nó quam putãt,nec quam dicerẽt,ſed eandẽ.cuncta enim habẽt aliquid di
uinum natura.ſed acceperũt nominis hæreditatẽ corporeæ voluptares:propter frequẽ
tiam vſus,& quia omnibus cómunes ſunt.cum igitur ſolæ cognoſcũtur iſtæ:& ſolas eſſe
60 putant. ¶ Patet autem ꝙ niſi voluptas bonũ ſit & operatio:beata vita iucunda nó erit.
nã cuius gratia opus eſſet illius?ſiquidem non bonum.ſed & cum moleſtia agi vita po-
teſt.neq; malum enim neque bonum dolor,ſi quidẽ nec voluptas.Itaque cur fugeret?
neque ſane dulcior vita ſtudioſi:niſi eius operationes. Cap. XIIII.

61 DE voluptatibus autem corporis conſiderandum eſt dicentibus: ꝙ quædam vo-
luptates vehemẽter amplectendæ ſunt.vtputa illæ quæ ſunt honeſtæ:ſed non
corporeæ,& circa quas intẽperãs.cur igitur dolores his contrarij,ſunt mali?nã
62 malo bonum contrarium eſt. ¶ Vel ita bonæ quæ ſunt neceſſariæ:quia & nó malum eſt
bonũ vel vſque ad aliquid: bonæ. habituũ enim & motuum quorũcunq; non eſt melio-
ris exceſſus,neq; voluptatis.quorumq; autẽ eſt:& voluptatis eſt.ſed corporaliũ bonorũ
eſt exceſſus.& malus eſt qui ſequitur exceſſum, ſed non voluptates neceſſarias . cuncti

enim quodam modo gaudent epulis,& vino,& veneteis:ſed nó vt debent. ¶Contrà in 63
dolore.nó enim exceſſum fugit,ſed omnino.nó enim eſt exceſſui contratius dolor:ſed
perſequenti exceſſum.¶Quoniá vero nó ſolum verum dicete oportet:ſed etiá cauſam 64
falſi.ná id ad fidem faciendá pertinet.ná quando ratio conſpicitur propter quá videba
tur verũ quod non eſt verum:facit vt vero magis credatur . itaq; dicendũ eſt quare vi-
dentur corporis voluptates magis expetere.¶Primum ergo quia dolorem pellunt:& 65
pet exceſſum doloris quaſi medicinã quãdam,voluptatem exceſſiuá ſequũtur,ac peni-
tus corporalem.vehemẽtes autẽ fiunt medelæ.quapropter eas ſequũtur,quia aduerſa-
ri videntur.nec ſtudioſum videtur quid voluptas propter hæc duo,vt dictũ eſt:quoniá
quidem aliæ prauæ naturæ ſunt actus,aut ex genitura, quẽadmodum beſtiarũ,aut ex
conſuetudine,vt prauorũ hominũ.aliæ medelæ,quia indigentis: & habere melius q̃ ſit.
¶Aliæ accidunt eis quæ perficiuntur:per accidens igitur ſtudioſæ.ſequuntur etiá illas: 66
quia magná vim habent quãdo propter alias lætari nõ poſſunt.itaq; ſibijpſis fames ali
quas machinãtur.quãdo igitur ſine nocumento: irreprehenſibiliter. quando autẽ cum
nocumẽto:prauẽ.nõ enim habẽt alias quibus gaudeãt. neutrũ vero multis dolotoſum
eſt propter naturã.ſemper enim laborat animal,vt naturales teſtãtur ſermones: & vi-
dere & audire doloroſum eſſe dictitãtes.ſed cõſueti ſumus,vt aiunt.ſimiliter autẽ in iu
uenta quidem propter incrementũ ceu vinolenti diſponũtur,& iucũda res eſt iuuenta.
melãcholici vero natura ſemper egẽt medicina.ná corpus quidem abroditur,& in hoc
eſt cõtinue propter cõplexionẽ:ac ſemper in vehemẽti appetitu cõſtituunt.pellit autẽ
voluptas dolorem,& quæ cõtraria eſt,& quæ contingens,modo ſit vehemẽs. & ob hoc
intemperati,& mali fiunt.¶Quæ vero ſine dolore ſunt:nõ habẽt exceſſum.ſunt autem 67
hæ ex ijs quæ natura iucunda ſunt:& nõ per accidens.dico autem per accidens illa quæ
medentur.quia enim cõtingit mederi patientẽ, ſano agente aliquid: ob hoc iucundum
eſſe videtur.natura autẽ iucunda,quæ faciunt operationẽ talis naturæ. ¶Nullum autẽ 68
iucundum ſemper idem eſt:quia non ſimplex eſt natura noſtra,ſed ineſt quid aliud ſe-
cundum quod corruptiua.itaq; ſi quid aliud agat,hoc alteri naturæ aduerſatur.cum ve
ro æquat,neque moleſtũ videtur eſſe id quod ſit,neque iucundũ.nam ſi alicuius natu-
ra ſimplex ſit:ſemper idẽ actus iucundiſſimus erit. quãobrem deus ſemper vna atque
ſimplici gaudet voluptate.non enim motus duntaxat eſt operatio : ſed & immobilita-
tis,& voluptas magis in quiete eſt q̃ in motu. Variatio autẽ res omnium dulciſſima ſe-
cundum poetã propter nequitiam quandam.vt enim nequã homo facile variat : ſic &
natura varietatis indigens:non enim ſimplex,neq; æquabilis. De continentia igitur &
incontinẽtia,ac de voluptate,& dolore,dictũ eſt:& quid ſit vnũquodque ipſorũ,& quo-
modo alia ipſorum bona ſunt,alia mala.reliquum eſt,vt de amicitia dicamus.

¶Septimi Ethicorum Ariſtotelis finis:interprete Leonatdo Aretino.

¶Octauus liber,eodem interprete.

POſt hæc conſequẽs erit de amicitia tractare . Eſt enim virtus quæ- 1
dam,vel cum virtute. Res inſuper ſumme neceſſaria in vita . ſine
amicis enim nullus eligeret viuere:licet cũcta poſſideret alia bona.
nam & locupletes,& in dignitate,ac ſumma potẽtia cõſtituti:pluri
mum amicis indigere videntur.Quid enim prodeſſet talis proſpe
ritas:ſi beneficij conferendi auferatur facultas ? quod maxime fit
cõmendatúrq; in amicos.vel quomodo cuſtodirentur bona,ſerua-
rentúrq; ſine amicis?cum quanto plura illi ſint:tanto magis periculo ſubiacẽt. In pau-
pertate quoq; ac cæteris calamitatibus vnicum putant in amicos eſſe refugiũ, & iuue-
nibus ad cõpeſcẽdos errores, & ſenibus ad cutam & obſeruationẽ, auxiliúmq; illarum
rerũ quæ illis deſunt propter imbecillitatẽ:florẽtibus autẽ ad res præclaras:duo ſimul
euntes.nam & cognoſcẽdo & in agendo potẽtiotes erunt.natutáq; ineſſe videtur ad id

quod genitũ eſt ei quod genuit:& ad id quod genuit ei quod genitum eſt. nec id in ho-
minibus ſolum, verumetiam in auibus ac pleriſque animantibus & eiuſdem generis
inter ſe, at maxime hominibus. ex quo fit vt eos homines qui erga cæteros beuiuoli
ſunt: laudibus efferamus. intueri etiam licet in erroribus omnem hominem amicum
& familiarem homini eſſe. videtur ciuitates quoque amicitia cõtinere:& legumlatores
magis circa illam ſtudent, quàm circa iuſtitiam. concordia enim ſimile quiddam ami-
citiæ videtur eſſe. huic autem maxime legũlatores, intendunt: diſcordiam vero vt rem
inimicam expellunt. & amici ſi ſint: nihil opus eſt iuſtitia. at ſi ſint iuſti: nihilominus
eis opus eſt amicitia. & iuſtorũ maxime amicabilitas eſſe videtur. nec ſolum res neceſſa-
ria eſt amicitia: verumetiam honeſta. nam eos qui afficiuntur ergo amicos laudamus:
& copiam amicorum vnam aliquam honeſtarum rerum dicimus. ſunt etiã qui putent
2 eoſdem eſſe viros bonos & amicos. ¶ Sed accidunt circa illam dubitationes nõ paucæ.
nam alij poſuerunt eam ſimilitudinem quandam, & amicos ſimiles. itaque aiunt ſimi-
lem ad ſimilem, & cornicem ad cornicem, & talia quædam. alij cõtrà omnes huiuſmodi
inter ſe connexos eſſe aiunt. atque de his altius, maturiúſque perquirunt. Euripides Euripides.
quidem inquiens imbre terram arefactum, amare formoſum cælum: imbre graueſcẽs
pluere in terram. & Heraclitus viciſſitudinariam commoditatẽ, & ex diuerſis pulcher- Heraclitus.
rimam conueniẽtiam, & omnia per litem fieri. Aduerſus hos & alij multi, & Empedo- Empedocles.
cles. nam ſimile: ſimile appetere. Hæc igitur naturalia omittamus: non enim ſunt pro-
pria præſentis conſiderationis. quæ vero ad homines & mores pertinent: ea diſcutia-
mus. ceu vtrũ in omnibus ſit amicitia, vel in malis hominibus locum nõ habet. & vtrũ
amicitiæ ſit ſpecies vna vel plures. qui enim vnam ſpeciem eſſe putant ex eo quia reci-
pit magis & minus: non ſufficienti argumento ducuntur. nam & illa quæ alia ſunt ſpe-
cie: magis & minus recipiunt. de quibus ſuperius dictum. Cap. II.

3 PAtebit id autem ſi amabile reſpiciatur. non omne enim videbitur amari, ſed
quod amabile eſt. hoc autem eſſe bonum aut iucundum, aut vtile. videtur vtiq;
eſſe vtile id: per quod efficitur bonũ aliquod voluptas. quare amabile vtiq; erit
4 bonum & iucundum vt finis. ¶ Vtrum igitur bonum amant: an id quod ipſis ſit bonũ?
diſcordant enim quandoque iſta. eodem modo circa iucundum. Videtur autem quiſq;
ſibi bonum amare, & eſſe ſimpliciter quidem amabile bonũ. cuique autem: quod cuiq;
eſt. amat vero quiſque non quod bonũ eſt ſibi: ſed quod videtur bonum, neq; quicquam
5 id refert. Erit enim amabile apparens. ¶ Cúmq; tria ſint illa per quæ amant, in natura
quidem inanimatorum non dicitur amicitia. non enim hæc in illis reciprocus amo-
ri, neque voluntas illorum boni. nam ridiculum fortaſſis eſt vino bonum velle, ſed ſal-
6 uum eſſe cupit: vt habeat ipſe. ac oportere aiunt amico bona velle illius gratia. ¶ Et
qui ita volunt bona, eos beniuolos appellant: etſi non idem ab illo rependatur. beniuo-
lentiam enim in rependentibus amicitiam eſſe. vel adiungendũ eſt non latentem: mul-
ti enim beniuoli ſunt erga illos quos nunquam viderũt, quòd eos bonos viros putant eſſe
& vtiles. atq; hoc idem fortaſſe aliquis illorũ vice verſa facit. amicos vero quomodo
quis vocet latentes: quẽadmodum ſe inuicẽ habeant? opus eſt igitur vt intelligant, vtq;
beniuolentia ſit mutua, nec latens ipſos propter vnũ aliquod prædictorum. Cap. III.

7 DIfferunt autem hæc ſpecie inter ſe: & amores ergo, & amicitiæ. ſunt autem illa-
rum ſpecies tres: cũ totidem ſint amabilia. in ſingulis enim mutua eſt dilectio
non latens. qui vero mutuo ſe amãt, bona ſibijnuicem cupiunt hac qua amant.
8 ¶ Qui igitur propter vtilitatẽ ſe diligunt: non ſeipſos diligũt, ſed qua ex ipſis aliquod
prouenit bonum: eodem modo qui propter voluptatem. non enim quia tales quidem
ſunt, facetos amant: ſed quia ſibi iucunditatem afferunt. & qui ergo propter vtilitatem
amant: bonum quærunt ſui. & qui propter voluptatem: iucunditate ſui mouentur. non
qua is eſt qui amatur ſed qua vtilis aut iucũdus. ſunt itaque huiuſmodi amicitiæ ſecũ-
dum accidens. non enim qua talis eſt amatus, hac amatur: ſed qua afferunt hi quidem
9 bonum aliquod, hi autem voluptatem. ¶ Itaque tales amicitiæ facile diſſoluuntur, non
in eodem permanentibus. nam ſi non amplius iucundi aut vtiles ſint: amare deſiſtunt.

vtilitas vero nó permanet,ſed alia aliàs eſt.ceſſante igitur eo propter quod amici erāt:
ceſſat & amicitia,vtpote illis innixa.❡Videtur autem huiuſmodi amicitia maxime fieri 10
in ſenibus.nó enim voluptatem hi ſequuntur,ſed commoditatem.iuuenes quoq; & vi-
gentes quicunq;,vtilitati ſuæ ſtudent.nec ſanè hi multum inuicē verſantur,& interdum
iucundi nó ſunt.itaq; nec eorū conuerſatione indigēt, ex quibus non prouenit vtilitas.
Eatenus enim iucūdi ſunt:quatenus ſpem aliquā habeant boni.in his & hoſpitalitiam
collocarunt.❡Adoleſcentiū vero amicitiæ voluntatis cauſa inſtitutæ eſſe vidētur.nam 11
amant ſecundū affectus,& maxime id ſequuntur quod voluptatē in præſentia afferat.
verū id ſimul cū ætate mutatur.ex quo fit vt cito fiant amici, citóq; deſiſtāt. nam ſimul
cum voluptate amicitia mutatur.at voluptatis celeris eſt mutatio, & ad amores proni
ſunt iuuenes.nam amatoria per affectum & voluptatē plurimū fit . itaq; amant & cito
deſiſtunt,ſæpe eadem die propoſitū mutātes.Delectantur autē hi cōuerſatione & vſu.
nam per hunc modum amicitia fruuntur.❡Perfecta vero eſt amicitia bonorū virorū 12
& inter ſe virtute ſimilium. hi nanq; ſibi bona ſimiliter mutuo volunt, qua ſunt boni.
ſunt autē boni per ſeipſos.qui vero amāt amicos,illorū cauſa: hi ſunt maxime amici.
per ſeipſos enim ſic ſe habent,& nó per accidens.❡Permanet igitur talis amicitia quā- 13
d u ſunt boni.virtus autem res permanens eſt.& eſt vterq; ſimpliciter bonus & amico.
nā boni ſimpliciter boni ſunt,& inuicē vtiles, eodē modo & iucūdi . boni enim iucundi
ſimpliciter & inuicē.vnicuiq; enim voluptati ſunt propriæ res & tales. bonorū autē ta-
les vel ſimiles.talis vero amicitia merito durabilis eſt,nam cōplectitur omnia quæ in
amico eſſe oportet.omnis enim amicitia propter bonū eſt aut ſimpliciter aut amāti, &
ſecundū ſimilitudinē quādam.huic autē omnia ſupradicta inſunt per ſeipſos : nā huic
ſimilia & reliqua.❡Quódq; ſimpliciter bonū:id iucūdum ſimpliciter eſt.maxime vero 14
hæc ſunt amabilia.& amare & amicitia in his maxime eſt atq; optima.❡Sūt autem hæ 15
amicitiæ merito raræ.nam & qui tales ſint,pauci admodum reperiūtur : præterea con-
ſuetudine indiget & tēpore.nam iuxta prouerbium, Prius ſal illud de quo dicitur:com-
edendum eſt q̄ ſe cognoſcere poſſint.nec ante recipiendum eſt eos eſſe amicos:q̄ alter
alteri dignus amicitia,fidúſque appareat qui enim propere amicitias inſtituunt:amici
quidem eſſe volunt,ſed non ſunt,niſi digni ſint amari, & id cognoſcant. voluntas enim
amicitiæ celeriter fit:ſed non amicitia.hæc igitur & tempore & reliquis perfecta eſt:&
fit per hæc omnia & ſimilia vtriq; ab vtroque quod oportet amicis exiſtere.Cap.IIII.

QVæ vero gratia voluptatis eſt amicitia:ſimilitudinē huius habet.nam boni inui- 16
cem iucūdi ſunt,eodem modo & quæ propter vtilitatē : nam tales mutuo boni
ſunt.maxime autē in his amicitia permanet,cū æqualitas ſeruatur:quemadmo-
dū voluptas,& non ſolum ſic,ſed ab eodem ceu facetis,& non vt amatori
amato.non enim hi eiſdem rebus delectātur:ſed ille quidem aſpectu gaudet amati,hic
autē obſequio amatoris.deſinēte vero ætatis flore,& amicitia frequēter deſinit.nā huic
aſpectus nó amplius iucūdus eſt,illi autē nó præſtatur obſequiū.ſunt autē qui perma-
nent ſi ex cōſuetudine mores cōprobarunt,& ſimiles ſunt.qui vero nó voluptatē, ſed
vtilitatē in amoribus cómutāt:hi & minus ſunt amici,& permanēt.qui autem propter
vtilitatē ſunt amici:ſimul cū vtilitate mutātur.nó enim amicos, ſed vtilitatē amabant.
❡Propter voluptatem igitur & vtilitatē malos cōtingit eſſe amicos inter ſe, & bonos 17
malis:& neutrū cuicunq;.propter ſeipſos autē conſtat ſolos bonos.nā mali quidem nó
gaudent ſeipſis:niſi aliquod exinde proueniat cómodū . ❡Soláq; bonorū amicitia ſine 18
querela eſt.nó enim facile eſt quicquam credere aduerſus eum quem multo tempore
comprobauit,perſuaſitq; animo nunq̄ iniuriatum iri , & quæcūq; alia in vera amicitia
requiruntur.at in alijs nihil vetat talia fieri.nam cum homines etiā illos vocēt amicos,
qui propter vtilitatem quemadmodum ciuitates(videntur enim ciuitates, ſocietates
inſtituere vtilitatis gratia)& qui propter voluptatē ſe mutuo diligunt, quemadmodū
pueri:oportet fortaſſe & nos huiuſmodi homines vocare amicos.❡Species igitur ami 19
citiæ plures ſunt.ſed prima atque præcipua eſt bonorū virorū, qua ſunt boni:reliquæ
vero per ſimilitudinem.qua enim bonum aliquod,aut ſimile: ea amici. nam quod vo-

luptatem efficit:id eſt bonum quoddam ijs qui voluptatem amant. nõ autem multum
coniunguntur hæ:nec fiunt ijdem amici propter vtilitatem ac voluptatem. non enim
multum combinantur ea quæ ſunt ſecundum accidens.in has ſpecies amicitia diuiſa:in-
ter malos erit,propter voluptatem vel propter commoditatem in hoc ſimiles exiſtẽ-
tes,inter bonos autem propter ſeipſos.nam qua ſunt boni.& boni quidem amici ſim-
pliciter:mali vero ſecundum accidens & per ſimilitudinem.

Cap. V.

20 VT autem in virtutibus alij ſecũdum habitum,alij ſecũdum actum boni dicun-
tur,ſic&in amicitia,alij in vſu cõmuni delectantur, &beneficia conferunt:alij
dormiẽtes & locis diſiuncti non agunt quidẽ:ſed ſeſe habent vt amice agere.
Loca enim nõ diſſoluũt amicitiam ſimpliciter:ſed actionem. quòd ſi diuturnior ſit ab-
ſentia:obliuionẽ amicitiæ inducere videtur.vnde id natum eſt dictum:multas amicitias
21 ſilentium dirimit.¶Nõ videntur autẽ neq; ſenes,neq; difficiles, & queruli ad amicitiã
apti:quoniã parum in illis eſt voluptatis.nemo autẽ poteſt illius familiaritate vti: qui
moleſtiã afferat,neq; illius qui non ſit iucundus.maxime autẽ videtur natura moleſtiã
22 fugere,& id aſciſcere quod efficiat voluptatẽ. ¶Qui autem ſeſe mutuo recipiunt,nec
tamen ſimul viuunt:ij beniuolis magis ſimiles ſunt q̃ amicis.nihil enim tam eſt amico-
rum:q̃ ſimul viuere.nã vtilitatem quidem egeni expetunt.at ſimul viuere etiã beati.his
enim minime cõuenit ſolis viuere.cõuerſari autẽ ſimul non eſt:niſi ſint iucũdi, & tales
23 qui eiſdem rebus delectentur,quod ſodalitia habere videtur.¶Maxime quidẽ eſt ami
citia bonorũ virorũ,vt iam ſæpius dictũ eſt.videtur autẽ amabile & expetibile:ſimpli-
citer bonum & iucũdum.cuiq; autem:quod ſibi eſt tale.bonus autẽ bono propter hæc
24 vtraque ſimilis eſt.¶Amatio quidem affectui:amicitia vero habitui.nã amatio nõ mi-
nus ad res inanimatas eſt,in amore vero reſpõdetur cũ electione.electio autẽ ab habi-
tu eſt.& bona volunt ijs quos amant illorũ gratia,non ſecundũ affectum:ſed ſecundum
habitũ.& amãtes amicũ:id amãt quod ſibi eſt bonũ.nam ſi bonus eſt amicus: bonũ eſt
qua eſt amicus.vterque igitur amat ſibi bonũ:& par reddit voluptati,& iucunditati.di
citur enim æqualitas amicitia.maxime vero illi quæ eſt,bonorũ hæc exiſtũt.

Cap. VI.

25 IN difficilibus autem & ſenibus tanto minus fit amicitia,quanto difficiliores ſunt
& minus vſu cæterorũ gaudent.hæc enim maxime videtur amicitiã cõtinere &
facere.quapropter iuuenes quidem cito amicitias cõtrahũt,at nõ ſenes.nõ enim
fiunt amici ijs quibus non delectãt. ſimiliter nec ij qui ſunt difficiles,ſed tales beneuoli
quidem ſunt inter ſe.nã appetunt cõmoditates:& prõpti ſunt ad vtilitatem,amici vero
nõ multũ ſunt,quia nõ familiaritate, neq; mutua cõuerſatione gaudent: quod maxime
26 videtur amicitiã facere.¶Pluribus vero eſſe amicũ ſecundũ perfectam amicitiam non
datur,quemadmodum nec amare plures.& ſimul exceſſus quidem videtur,hoc autem
ad vnũ fit.multos vero vni vehementer placere nõ facile eſt,forte etiã nec bonũ eſſe.vi
27 detur & experimẽto accipere & cõſuetudine fieri,quod ſumme difficile eſt.¶Propter
vtilitatẽ vero & voluptatẽ multis placere quis poteſt.multi enim tales,& breuis obſe-
28 quium temporis. ¶Horum vero magis videtur amicitia quæ prouenit ex voluptate:
quãdo eadem ambobus fiũt ꝗ ſcilicet mutuo delectẽtur atq; eiſdem rebus.quales ſunt
iuuenũ amicitiæ.magis enim his ingenuitas eſt . Quæ vero propter vtilitatẽ: negotia-
torum.Beati vero non indigent vtilitate,ſed iucunditate. Volunt enim habere aliquos
quorũ vſu delectentur,moleſtiam vero paruo ſuſtinent tẽpore.continuo autẽ nemo ne
bonum quidem toleraret,ſi ſibi moleſtum eſſet.itaq; amicos quærunt iucundos.Opor-
tet autem & bonos huiuſmodi eſſe etiã ipſis.nã ſic illis aſſunt cũcta quæ adeſſe debent
29 amicis . ¶Sed in dignitate cõſtituti homines:bifariam videntur amicitijs vti.quidam
enim illis vtiles ſunt:quidam vero iucundi.vtrũq; vero vt idem ſint perraro contingit.
nam neq; iucundos per virtutẽ quærunt,nec vtiles ad honeſtatẽ:ſed iucundos quidem
ad voluptatẽ expetũt,aſtutos vero ad negotia explicãda.hæc autẽ raro fiunt in eodem.
nam ſimul iucundum & vtilem diximus eſſe ſtudioſum.ſed ſuperexcellenti nõ fit talis
amicus:niſi virtute ſuperemineat,aliter vero nõ adæquat proportionẽ is qui inferior
30 eſt,nec frequẽter conſueuerũt tales exiſtere.¶Sunt igitur hæ amicitiæ(de quibus di-

cimus)in paritate.Eadem enim fiunt ambobus,& inuicem volunt,vel alterũ pro altero
commutanr,ceu voluptatem pro vtilitare.quòd vero minus hæ ſunt amicitiæ, & per-
manent:dictum eſt prius. Videtur autẽ propter ſimilitudinem & diſſimilitudinem eiuſ-
dem,eſſe ac non eſſe amicitiæ.nam per ſimilitudinem eius videntur amicitiæ, quæ eſt
ſecundum virtutem.nam ea quidem voluptatem continet,iſta vero vtilitatem.hæc au
tem exiſtunt & illi.verum ſtabilitate & ſecuritate quòd hæ cito intereant,aliíſque per-
multis differunt:non videntur amicitiæ propter illius diſſimilitudinem. Cap. VII.

EST & alia ſpecies amicitiæ ſecundum maioritarẽ,velut patri ad filium,& ſeniori 31
ad iuniorẽ,viróq; ad vxorem,& gubernatori omni ad eũ qui gubernatur. ſed
differunt hæ inter ſe.nam neq; eadem eſt patri ad filium & filio ad patrẽ , neq;
viro ad vxorem,& vxori ad virum.Alia enim cuique iſtorum virtus & opus,alia etiam
propter quæ amant,aliæ ergo dilectiones & amicitiæ.Eadem igitur non fiunt vtriq; ab
altero,nec certe quæritur.¶ Sed quotiẽs filij parentibus illa tribuũt quæ oportet & pa- 32
rentes filijs,firma & æquabilis eſt amicitia.¶ Correſpondentem vero in omnibus quæ 33
ſecundum maioritatẽ ſunt amicitiæ dilectionẽ eſſe oportet.veluti meliorẽ magis diligi
quàm diligere,& vtiliorẽ,& aliorũ quenq; ſimiliter.Quãdo enim ſecundũ dignitatem
diligitur:tũc fit quodam modo æqualitas. quod porrò amicitiæ videtur eſſe. ¶ Non ſi- 34
militer æquale in amicitia & in iuſtitia ſe habere videtur.nã in iuſtis quidem primum
eſt illud æquale quod eſt dignitate,ſecundũ vero illud quod eſt quanritate. in amicitia
vero id quod eſt quantitate,primo eſt loco:quod vero dignitate, ſecundo.patet autem:
ſi plurima diſtantia fiat virtutis,aut vitij,aut diuitiarum, aut alterius rei. nõ enim am-
plius ſunt amici,nec dignum id putant.manifeſtiſſimũ eſt in dijs id:quoniam hi pluri-
mum omnibus bonis excellũt.patet etiã in regibus.non enim illos,dignantur amicitia
qui valde ſunt humiliores.neq; optimus & ſapientiſſimus , eos qui nullius ſunt pretij.
¶ In his ergo nullus præfixus eſt terminus quouſq; amici . Multi enim ablatis adhuc 35
manet amicitia.quòd ſi magnus ſit exceſſus ceu deorũ ad homines:non amplius per-
manet.¶ Vnde dubitatur an interdum non optanda ſint amicis maxima bona : puta 36
vt dij fiant,quoniam non amplius eſſent amici.neque ſimpliciter bona:nam amici qui-
dem bona.quòd ſi recte dictum eſt amicum amico bona cupere illius gratia : manere
oportet qualiſcunque is eſt.vt homini ergo maxima bona optabit : ſed forte non om-
nia.nam ſibijpſi quiſque maxima bona cupit. Cap. VIII.

VIdentur pleriq; per ambitionem amari magis velle quàm amare.ex quo fit vt 37
multi adulatores ament.inferior enim amicus eſt adulator,vel fingit quidem
tale quiddam,& magis amare q̃ amari. Amari vero proxime videtur accedere
ad honorationem:quod ſane pleriq; appetũt.¶ Nec honorẽ per ſe expetere videntur, 38
ſed per accidens.gaudent enim multi cũ ab ijs qui in poteſtatibus conſtituti ſunt,ho-
norantur:ſpe ducti ꝙ putant ſi quid opus ſit ab illis impetraturos.vt igitur ſigno bonæ
affectionis:gaudẽt honore.Qui vero à bonis viris & ſciẽtibus appetunt honorari: opi-
nionem ſui confirmare deſiderant.gaudent igitur ꝙ boni ſint credentes loquẽtium iu-
dicio,amari autẽ per ſeipſos gaudent. quare propter videretur vtiq; potius eſſe q̃ hono-
rari:& amicitia per ſeipſam eſſe expetẽda.¶ Videtur autẽ magis in exhibẽdo amorẽ 39
quàm in recipiẽdo conſiſtere.ſignũ huius eſt ꝙ matres amare gaudent.quædam enim
filios dederunt tollendos,& amãt ſciẽtes:amari vero nõ quærũt ſi vtraq; fieri nequeãt.
ſed ſatis illis videtur ſi videant in proſperitate conſtitutos,& amant ipſæ: licet illi non
valeant matri quæ oportet tribuere propter ignorantiam.cum vero amicitia magis in
amando conſiſtat,& amantes amicos laudemus:amicorum virtus videtur eſſe amare.
¶ Itaq; in quibus hoc ita fit vt debet,hi firmi ſunt amici,& horũ amicitia eſt. per hunc 40
modum inæquales quoq; maxime erunt amici:nam æquari poſſunt. & æqualitas ac ſi-
militudo amicitia.¶ Et maxime quidem bonorum eſt ſimilitudo.ſtabiles enim per ſe- 41
ipſos exiſtentes inuicẽ manent: & neq; indigent improborũ, neq; talia miniſtrant:ſed
(vt ita loquar)etiam prohibent.nam bonorum eſt neq; ipſos delinquere:neq; amicos
permittere ſibi miniſtros eſſe.¶ Mali vero firmitatẽ nõ habent.neque enim ſibijpſis ſi- 42

43 miles perſeuerant,& paruo tempore ſunt amici,gaudentes mutua prauitate.❡Sed qui
ſunt vtiles,& iucundi,magis durant.Quoad enim afferant inuicē voluptates,aut vtilita
44 tes.❡Ex cōtrarijs vero maxime videtur fieri ea amicitia,quæ eſt propter vtilitatem.vt
pauper diuiti,& indoctus ſapienti.cuius enim quiſq; indiget,id exoptat, aliud pro alio
affert.ad hāc quis trahat amatorem,& amatū,turpémq;,& pulchrū.quapropter amato-
res interdum ridiculi videntur,dignū putantes ſe amari,quēadmodum ipſi alios amāt.
nam ſimiliter dignos fortaſſe exigendum eſt ita amari.quòd ſi non ſint tales: ridiculū.
forte vero neq; appetunt contrarium contrarij per ſe:ſed per accidens.deſiderium au-
tem medij eſt.Hoc enim bonum:puta ſicco non fieri molle,ſed ad medium deuenire.
ſimiliter & calido & alijs.Hæc igitur relinquantur,quoniam alieniora ſunt. Cap. IX.

45 VIdetur enim(vt ab initio diximus)circa eadem,& in eiſdem eſſe amicitia & iu-
ſtum.in omni enim ſocietate videtur aliquid eſſe iuſtum & amicitia. Itaque &
eos qui ſimul nauigant,& eos qui vnà militant,amicos vocant.Eodémq; modo
in alijs ſocietatibus quatenus cōmunicant:eatenus eſt amicitia, nam & iuſtum. & pro-
46 uerbium,Amicorum cōmunia,rectè.in cōmunione enim amicitia eſt. ❡Sūt enim fra-
tribus & ſodalibꝰ cōmunia omnia,cæteris vero diuiſa:& alijs plura,alijs pauciora.nam
& amicitiarum aliæ plus,aliæ minus.Differunt etiā iuſta . non enim eadem parentibus
ad filios,& fratribus ad fratres, neq; ſodalibus & ciuibus. eodémq; modo in alijs amici-
47 tijs.Alia igitur ſunt & iuſta ad ſingulos iſtorum. ❡Et augmentum ſuſcipit,vt magis ad
amicos ſunt.puta grauius eſt ſodali pecuniam auferre q̄ ciui, & non ferre opem fratri
q̄ extraneo,& pulſare patrem q̄ quenuis aliū. incrementū ſimul capere videntur ami-
48 citiáq; & iuſtum:vt puta in eiſdem exiſtentia,& æqualiter procedentia. ❡Omnes autē
ciuitates,partibus ciuilis ſocietatis ſimiles eſſe videntur.cōgrediuntur enim in aliqua
cōmoditate:parantes aliquid eorum quæ ad vitam pertinent.ciuiliſq; ſocietas cōmodi
gratia iniri,duraréq; videtur.Hoc enim & legumlatores coniectura ſequuntur,& iuſtū
eſſe aiunt,quod cōmuniter proſit.Aliæ igitur ſocietates particulare commodum appe-
tūt: vt nautæ quidem nauiganti ad parandas diuitias,aut aliquid tale.Milites vero bel-
landi:aut pecuniæ,aut victoriæ,aut capiendæ vrbis cupidi.eodem modo contribules &
populares.ſunt & ſocietates quædam quæ voluptatis gratia inſtitutæ videntur : vt in
49 ijs qui Thyaſontes & Eraniſtæ vocantur.eæ nanq; ſacrificij & cœtus cauſa fiunt.❡Om- Thyaſonte
nes autem huiuſmodi ciuili videntur ſubeſſe.non enim præſentem vtilitatem ciuilis Eraniſtæ.
quærit:ſed ad totam vitam.& qui ſacra faciunt,& illorum cauſa cœtus inſtituunt: dijs
honorem tribuunt,& ſibijpſis requiem cum voluptate parāt.vetuſta enim ſacra & cœ-
tus poſt fructuum perceptionē ordinata videntur,quaſi primitiæ quædam.plurimum
enim per id tempus otio indulgebant.omnes igitur ſocietates:partes ciuilis eſſe viden
tur.ſequentur vero tales amicitiæ:ſocietates huiuſmodi. Cap. X.

50 ADminiſtrandarum vero ciuitatum,tres ſunt ſpecies,totidem etiam exceſſus,&
quaſi labes ipſarum.Sunt autem hæ regnum,& optimorum ciuium poteſtas:
tertiam à cenſu cenſuram appellari cōuenit,quā pleriq; popularē vocant.harū
omnium optima eſt regni,deterrima vero popularis.trāſgreſſio antē regni,tyrānis eſt.
51 ❡In vtraq; enim vnus gubernat:ſed plurimū inter ſe differūt.Tyrānus enim propriū
quærit cōmodum:rex vero eorum qui ab eo reguntur.nō enim eſt rex, niſi per ſe ſuf-
ficiat,& cunctis bonis excellat.at qui talis eſt:nullius indiget: nō ergo hic quæret vtili-
tates proprias:ſed eorū qui ab eo reguntur.qui vero nō eſt talis: potitus rerum vtique
52 potius eſſet q̄ rex.❡Tyrānis vero huic cōtraria eſt.propriū enim ſequitur cōmodum:
& in hoc ꝙ deterrima ſit patet.nam peſſimum optimo contrarium eſt. Fit autē tranſ-
greſſio ex regno in tyrannidem.eſt enim tyrannis prauitas regni , prauus autē rex:ty-
53 rannus efficitur. ❡Ex optimatibus autē ad paucorum potentiā fit tranſgreſſio guber-
natorum prauitate:qui rempublicam præter dignitatem gubernant.& cuncta aut plu-
rima bona ad ſe trahūt,& magiſtratus ſemper eiſdem ad diuitias cōparandas plurimū
54 intēdentes.ex quo fit vt pauci dominētur,& mali pro bonis.❡Ex his vero qui in cenſu
habētur,ad multitudinē fit tranſgreſſio.ſunt enim hæ finitimæ. nam & cenſi multitu-

dinis eſſe volunt:& omnes in honore æquales. ¶ Minime autem praua eſt multitudinis 55
gubernatio:quia parum admodum tranſgreditur gubernandæ ciuitatis ſpeciem.mutã-
tur igitur maximæ per hunc modum reſpublicæ.nã ſic paulatim ac facillime labuntur.
¶ Earum ſimilitudines & quaſi exempla in domibus quoq; licet intueri. nam patri ad 56
Homerus. filium ſocietas,regni inſtar habet.patri enim cura eſt filiorum.hinc & Homerus Iouem
Perſæ. patrem appellat.paternum enim imperium regnum eſſe vult:quanquam apud Perſas
tyrannicũ eſt,quoniã filijs perinde vtũtur,vt ſeruis.tyrãnica vero eſt domini ad ſeruos.
agitur enim in illa domini vtilitas. Hæc ergo recta videtur : Perſica vero erronea. nam
ſunt diuerſorum diuerſa imperia. Viri autẽ & vxoris ſocietas ei ſpeciei ſimilis eſt,qua
optimates gubernãt.pro dignitate enim vir præſidet, & in ijs quæ virum decent. quæ
vero vxori congruunt:hæc illi tribuit.quòd ſi in omnibus rebus dominari velit vir:ad
eam ſpeciem tranſgreditur,quæ eſt paucorum potentia.præter dignitatem enim ſibi
arrogat,& non quia melius eſt. interdum quoque vxores ipſæ præſident: quaſi rerum
potitæ.non igitur per virtutem præſtant,ſed per diuitias & potentiam. quemadmodũ
cum pauci rempublicam obtinent.Fratrum vero ſocietas ei ſimilis videtur, quæ eſt in
cenſu poſitorum: pares enim ſunt,niſi quantum ætatibus differunt. Itaque ſi plurimũ
ætatibus diſtent,non amplius fraterna videtur amicitia.multitudinis vero gubernatio
maxime in ijs domibus conſpicitur:quæ ſunt ſine domino.ibi nanque omnes ex æquo,
& in quibus imbecillis eſt princeps,& vnicuique licentia. Cap.XI.

IN vnaquaque ſpecie rerum publicarum amicitia videtur:inquantum & iuſtum. 57
regis ad eos qui ab eo reguntur in maioritate beneficij.prodeſt enim illis.ſi qui-
dem bonus exiſtens eam habet curã:vt qui ab eo reguntur quãoptime habeãt,
Homerus. Agamẽnon. vt paſtor ouium.vt Homerus paſtorẽ populorum vocat Agamemnonem. ¶ Talis eſt 58
paterna.differt autẽ magnitudine beneficiorum,cum eſſendi cauſa permaxima videa-
tur,nutriendiq; & erudiendi.& progenitoribus hæc tribuuntur. natura enim imperiũ
obtinent pater filiorum & progenitores deſcendentium,& rex eorũ qui in regno ſunt.
ſunt autem in maioritate amicitiæ iſtæ:itaq; honorantur genitores. ¶ Et iuſtum igitur 59
in ijs non illud idem:ſed ſecundum dignitatem.nam ſic & amicitia. ¶ Et viri ad vxo- 60
rem eadem amicitia:& in ea ſpecie, quæ eſt optimatum . nam ſecundum virturem &
meliori,plus boni,& congruens ſingulis.ſic autem & iuſtum. ¶ Fratrum vero amicitia 61
ſodalitiæ ſimilis videtur,pares enim & coætanei.tales vero affectibus & motibus ſimi-
les ſunt,vt plurimum.ſimilis eſt huic & illa quæ eſt ſecundum cenſum. pares enim ci-
ues eſſe volunt.& inter ſe mites.in parte vero dominari,& ex æquo.ſic igitur & amici-
tia. ¶ In tranſgreſſionibus autem quemadmodum & iuſtum: ſic & amicitia exigua eſt, 62
ac minime in ea quæ eſt deterrima.in tyrannide enim nihil eſt amicitiæ,aut parum.in
quibus enim nulla eſt ſocietas imperanti & parẽti:nec amicitia eſt.neque enim iuſtum,
ſed quale artifici ad organum,& animæ ad corpus,& domino ad ſeruum.iuuãtur enim
hæc ab ijs qui vtuntur. Amicitia vero non eſt ad inanimata:neque iuſtum. ſed neq; ad
equum vel bouem,neque ad ſeruum:qua ſeruus eſt.nihil enim cómune eſt.nam ſeruus
animatum eſt organum.Organum vero inanimatus eſt ſeruus. qua igitur ſeruus: non
eſt ad illum amicitia,ſed qua homo.videtur enim eſſe quiddam iuſtum cuiq; homini ad
omnem,cum quo ſocietas eſſe poteſt legis, & pactionis: & amicitia igitur inquantum
homo. Perparum vero in tyrannide amicitiæ:& iuſtum. ¶ In optimatibus plurimum. 63
multarum enim rerum ſocietas eſt in ijs qui pares ſunt. Cap.XII.

IN ſocietate igitur omnis amicitia eſt,vt diximus. diſtinguet vtiq; aliquis conſan- 64
guineam & ſodolitiam.ciuiles vero,& contribules,& connauticæ,& huiuſmodi ſo-
ciabiles videntur magis.veluti enim per conuentionem quandam eſſe videntur.
inter has quis collocet & hoſpitalitiam. ¶ Conſanguinea autem videtur varia, totáque 65
à paterna pendere.parentes enim amant natos,quaſi ſuũ quiddam exiſtentes: nati ve-
ro parentes,vt ab illis quiddam exiſtentes.magis autẽ ſciunt genitores quæ ex ipſis: q̃
genita,quia ab his.& magis coniungitur id à quo illi quod genitum eſt, quàm id quod
gignitur ei qui fecit. id enim quod ex ipſo : proximum eſt ei à quo.vt dens & crines, &

quoduis ei quod continet. illorum vero nulli à quo vel minus. Magnitudine quoque
temporis.nam hi ſtatim genitos amant: illi vero poſt tempus cum genitorum ſcientiá
vel ſenſum perceperint. Ex his etiam patet cur matres amant magis. parentes enim
natos amant vt ſeipſos. qui enim ex his ſunt, veluti alteri ipſi ſunt ſeparati.nati vero
66 parentes:vt ab illis orti.¶ Fratres vero ſe mutuo amant:quoniam ab eiſdem nati ſunt.
identitas enim ad illos:idē inuicem facit.itaq; aiunt eundē ſanguinem,eandem ſtirpem
& talia quædam.ſunt igitur quodam modo idem,licet diuiſi.Magnum præterea eſt ad
amicitiam,educatio & ætas.æquales enim æqualē,& familiares & ſodales. quapropter
fraterna amicitia ſodalitiæ ſimilis eſt,nepotes vero & alij cognati ex iſtis coniungun-
tur, quoniam ab eiſdem ſunt. ſunt alij autem magis coniuncti, alij minus:vt proximi
67 vel remoti ſunt à ſtirpe.¶ Eſt autem ad parentes amicitia natis,& hominibus ad deos
vt ad optimos & maioritate præſtantes.maxime enim hi beneficia contulerunt:cum
68 eſſendi, educandíque cauſa fuerint, natóſque erudiendi. ¶ Talis autem amicitia volu-
ptatem & vtilitatem magis continet quàm extraneorum:quanto in ipſis vita ſociabili-
or.eſt autem in fraterna quemadmodum in ſodalitia, & magis in humanis ac penitus
ſimilibus,quanto coniunctiores genere exiſtentes ſe mutuo diligunt,& quanto magis
ſimiles moribus ſunt,qui ex eiſdem orti,ac eadem educatione, diſciplináque inſtituti.
& temporis probatio,plurima atque firmiſſima.eodem modo in cæteris cognatis,ſunt
69 ea quæ amicitiam faciunt.¶ Viro autem & vxori amicitia videtur ſecundum naturam
exiſtere.homo enim natura eſt coniugale magis quàm ciuile: quanto prius ac magis
neceſſarium eſt domus quàm ciuitas,& procreatio filiorum communis animalib⁹.alijs
igitur intantum ſocietas eſt.homines autem non ſolum procreationis cauſa coeũt:ſed
eorum quoque gratia quæ pertinent ad vitam.confeſtim enim diſtinguentur opera, &
alia ſunt viri,alia mulieris. ſufficiunt igitur inuicem, proprias res in communi ponen-
tes.quare & vtilitas & voluptas in hac amicitia verſari videtur.erit etiam per virtutem
70 ſi boni ſint.eſt enim vtriuſque virtus.& gaudebũt vtique ſimili.¶ Filij vero nexus qui-
dem eſſe videntur.itaque ij qui ſine liberis ſunt:facilius diſſoluuntur. filij vero ambob⁹
idem ſunt bonum:continent autem ſocietatem. quemadmodum vero ſe habere debet
vir erga vxorem & omnino amicus erga amicum:nihil aliud videtur quærendum niſi
quomodo iuſtum.non enim videtur idem iuſtum amico ad amicum, neque ad extra-
neum & familiarem & condiſcipulum.

Cap. XIII.

71 CVm ergo triplex ſit amicitia vt ab initio dictum eſt,& in alia ſint amici pares
& in alia ſecundum excellentiá.nam & ſimiliter boni fiunt amici,& melior pe-
iori.eodémq; modo & iucundi & propter vtilitatem,adæquantes commodita-
tibus & differentes.pares quidem ſecundum paritatem oportet & in amore & in cæte-
ris adæquare:impares vero ſecundum rationē excellentijs concedere.Fiunt igitur incu-
ſationes & querelæ in ea amicitia quæ eſt vtilitatis gratia cótracta,vel ſola vel maxime
& merito quidem.nam & qui per virtutē amici ſunt:benefacere mutuo properant.hoc
enim virtutis eſt & amicitiæ.ad hæc autem certatim tēdentibus:nullæ exiſtunt quere-
læ neq; rixæ.nam aduerſus amantem,& beneficia conferentem,nemo cóqueritur.ſed ſi
ſit gratus:beneficijs reſpondet.qui vero in dando & beneficia conferendo exuperat:cũ
72 id aſſequatur quod cupit nó ſuccenſebit amico.nam vterq; bonũ appetit.¶ Nec etiam
nimium in ijs quæ propter voluptatem:cum ſimul ambobus id proueniat quod opta-
bant.ſiquidem mutua cóuerſatione gaudent.etenim ridiculum eſſet ſi quis quenq̄ in-
73 cuſaret,quòd ſibi iucundus non ſit cum liceat illo nó vti. ¶ At illa quæ propter vtili-
tatem eſt:querelis ſubiacet.cum enim ſe mutuo propter vtilitatē vtantur:ſemper plus
quærũt,& minus q̄ decet ſe habere exiſtimãt,& querũtur ꝙ non tãta reportant quãta
deberēt pro ſua dignitate.amici vero non ſufficiunt ad tam multa cóferenda. Videtur
autem vt duplex eſt iuſtum aliud ſine ſcripto aliud legib⁹:ſic & ea amicitia quæ eſt pro
pter vtilitatem,partim moralis eſſe,partim legitima.fiunt autē incuſationes tunc ma-
xime,cum non per eandem cómutant & diſſoluuntur.eſt autem legitima in dictis par-
tim omnino forenſis de manu in manum,partim liberalior ad tempus,ſed per pactio-

nem quid pro quo.eſt autem in hac manifeſtum quid debeatur,nec ambiguum.ſed amicabilem habet dilationem.quapropter quibuſdam horum non ſunt indicia:ſed putant oportere contentos eſſe qui ſecundũ fidem cõtraxerunt.moralis vero non eſt in dictis: ſed vt amico donat vel quid aliud facit, dignum putat, vt ipſe tantum aut plus ab illo conſequatur quaſi non donauerit ſed cõmodauerit. nec ſimiliter cõmutans & diſſoluens incuſat. id'q; ex eo accidit quòd vel omnis vel magna pars volũt quidem honeſta: ſed anteponũt vtilia.& honeſtum eſt benefacere nulla ſpe recipiẽdi:vtile vero bene accipere. ❡Ei qui poteſt, reddenda ſunt quæ accipit ſecundum dignitatem:id'que ſponte 74
agendum.inuitum autem amicum non faciendum : quaſi errauerit in principio & beneficiũ acceperit à quo nõ oportebat.non enim ab amico neq; ob hoc ipſum,id agente. Vt igitur in dictis beneficio accepto diſſoluendum eſt, & quaſi conuenerit reddere ſi poterit:ſi non poterit non eſſe cogendũ.itaq; reddendum eſt ſi habeat facultatem.Conſiderandum eſt ab initio à quo quis accipit & cuius gratia:vt ſic vel ſuſcipiat vel non.
❡Habet autem dubitationem vtrum accipientis vtilitate metiri debeat beneficium & 75
iuxta illam rependi,an iuxta illius qui contulit. Qui enim capiunt attenuantes quidem illa,talia ſe accipere dicunt quæ parua erant ijs qui contulerant, & licebat ab alijs accipere.illi vero vice verſa maxima eorum quæ penes ſe erant,& quæ ab alijs cõſequi non poterant & in periculis atq; huiuſmodi neceſſitatibus. ❡An igitur cum vtilitatis 76
cauſa ſit amicitia:eius qui accepit vtilitas menſura eſt? hic eſt enim qui indiget & ſatis eſt vt tantũdem ferat. tantum igitur beneficium fuit,quantum iſte accepit vtilitatis,& reddendum eſt igitur tantũ quantũ ipſe accepit:aut etiam plus.id enim honeſtius eſt.
❡In ea vero quæ eſt per virtutem incuſationes non ſunt.menſura autem videtur con- 77
ferentis electio.virtutis enim & moris in electionevis eſt. Cap. XIIII.

Differunt autem in ijs amicitijs quæ ſunt ſecundum excellentiam.vterque enim 78
dignum putat vt ipſe plus habeat. quando autem id fit: diſſoluitur amicitia. nam qui melior eſt,putat oportere vt plus habeat. bono enim plus eſſe tribuendum.eodem modo & vtilior.eum enim qui inutilis ſit:æquum habere nõ cenſet. famulatum quidem eſſe non amicitiam : ſi non pro dignitate operum erunt illa quæ ſunt in amicitia.putant enim quemadmodum in pecuniarum ſocietate plus capiunt ij qui plura contulerunt : ſic oportere in amicitia. Inops vero & imbecillis contrá.amici enim eſſe boni,ſubuenire egentibus. nam quid prodeſt(inquiunt)ſtudioſo vel potenti eſſe amicum:ſi nihil ſim cõſecuturus? ❡Videtur autem recte vterq; putare, & opor- 79
tere vtriq; plus tribuere ex amicitia:ſed non ex eadem re,ſed excellenti plus honoris, inopi vero plus cõmodi. Virtutis enim & beneficij præmium eſt honor:indigentiæ vero auxilium,eſt lucrum.Sic autem ſe id habere & in rebus publicis patet. non enim honoratur qui nihil boni ciuitati facit.publica enim tribuuntur ei qui publice benefecit. Honor autem publicum quid eſt.non enim eſt ex republica ſimul lucrum & honorem ſuſcipere.nam in omnibus minus habere nemo ſuſtinet. Qui ergo in pecunijs minus reportat:ei honorem tribuunt.& qui munera non capit:ei pecunias.quod enim fit ſecundum dignitatem:æquat & ſeruat amicitiam vt dictum eſt.Sic igitur & illis qui impares ſunt conſiderandum eſt.& ei qui pecunias ad vtilitatem facit,aut ad virtutem:honor eſt tribuendus reddendo id quod poteſt.nam amicitia poſſibilitatem requirit non ſecundum æſtimationem. neque eſt in omnibus vt in honoribus deorum & parentum. Nullus enim pro dignitate vnquam retribuere poteſt.ſed qui pro facultate id agit:bonus eſſe videtur. ❡Quapropter videretur vtique non licere filio patrem abdicare, ſed 80
patri filium. debitum enim reddendum eſt.ſed qui fecit,nihil dignum rebus fecit: itaq; ſemper eſt debitor.quibus autem debetur,poteſtas eſt dimittendi & patri igitur. ſimul autem fortaſſe nullus videbitur deſtitiſſe:niſi excellenti prauitate.nam & ſine naturali amicitia:humanum eſt,auxilium non negare.hinc autem fugiendum eſt aut non ſtudendum prauo auxilium ferre.nam bene accipere multi volunt,facere autem fugiunt vt inutile.de his igitur eatenus dictum ſit.

❡Octaui Ethicorum Ariſtotelis finis:interprete Leonardo Aretino.

¶Nonus liber,eodem interprete.

1 IN cunctis autẽ diſſimiliũ ſpecierum amicitijs:proportio adæquat,
ſeruatq; amicitiã vt dictũ eſt. queãdmodum & in ciuili:ſutori pro
calceamẽtis,textoríq; & reliquis repenſio fit ſecũdum æſtimatio-
nem.ad hoc igitur repertus eſt numus cõmunis mẽſura, ad quem
omnia referuntur & quo omnia æſtimãtur.in amatoria vero inter-
dum amator queritur quòd ipſe ſupra modũ amans non amatur:
nihil habẽs fortaſſe quod amore ſit dignũ.Sæpe etiã is qui amatur:
ꝗ ille ab initio multa pollicitus nihil perficiat.Eueniant autẽ hæc
cũ alter propter voluptatẽ amat amatũ,alter propter vtilitatẽ diligit amatorẽ,atq; ea
non exiſtunt ambobus.nam cũ propter hæc ſit inter eos amicitia:quãdo illa nõ aſſunt
quorũ gratia ſe amabãt diſſoluitur.non enim ſeipſos amabãt : ſed illa quæ aderant.ea
vero ſtabilia nõ erant.itaq; & huiuſmodi amicitiæ ſtabilitatẽ non habent: ſed quæ mo-
ralium eſt per ſe exiſtens,durat vt diximus.oritur etiã inter eos indignatio:quãdo alia
fiunt ac non illa quæ ipſi optabant.perinde eſt enim ac ſi nihil fiat,quando non potiun-
tur optatis.vt is qui conducto citharœdo pollicitus eſt,& quanto melius caneret tanto
maiora.poſtridie promiſſa poſcẽti:pro voluptate voluptatẽ reddidiſſe inquit.Si igitur
vterq; hoc voluiſſet ſatis id eſſet.ſin vero hic demulceri voluit,ille pecuniam capere,&
alter habet quod voluit,& alter nõ habet:nõ bene ſe habet quantũ attinet ad ſocieta-
2 tem.quorũ enim indigens eſt,illis intendit & huius gratia hæc dabit. ¶Sed vtrũ dan-
tis eſt an accipientis æſtimationem ponere?nam qui primo dat videtur illi permittere.
quod aiunt & Protagoram ſeruaſſe.cum enim docuerat: æſtimare diſcipulos iubebat, Protagoras.
quãti ſibi viderentur illa quæ ab eo didiciſſent,tantúmq; accipiebat.in talibus vero qui-
buſdam ſatis eſt illud:merces autẽ viro.ſed qui pecunias acceperũt prius,ac deinde ni-
hil eorum quæ promiſerãt efficiunt propter magnitudinẽ promiſſorũ : merito aduer-
ſus eos querelæ ſunt.nõ enim adimplẽt promiſſa.hoc fortaſſe facere cõpellũtur ſophi-
ſtæ:quoniam nemo dat pecunias pro ijs quæ ſciunt.hi ergo pro quibus rebus pecunias
3 acceperunt,eas res non adimplẽtes merito culpãtur. ¶Sed in quibus nõ fit conuẽtio
operis,qui propter ſeipſos exhibent:ſine querela ſunt.talis enim eſt illa quæ per virtu
tem fit,amicitia.remuneratióq; faciẽda eſt ſecundũ electionẽ . hæc enim amici atq; vir-
tutis.eodem modo videtur faciendum philoſophiæ præceptoribus.nõ enim numis ea
res æſtimatur, nec pretium æquiualens reperitur. ſed forte ſatis eſt quemadmodum
erga deos & erga parentes:quantum quis poteſt exhibere.non tali autem exiſtente da-
tione ſed in aliquo maxime forte oportet redditionẽ fieri,quæ videatur vtriq; eſſe ſe-
cundum dignitatem.Quòd ſi id conuenire non poteſt:non ſolum neceſſariũ ſed etiam
iuſtum videbitur eum qui perceperit ſtatuere.quantũ enim hic vtilitatis ſuſcepit, vel
pro quanto voluptatem ſuſcepiſſet:tantum is qui contulit,ab eo conſequetur æſtima-
tionem.nam & in rebus vænalibus ſic fieri conſtat,& quibuſdam in locis ſunt leges: vo-
luntariorum contractuum iudicia non eſſe.quaſi conuenit cuius fidem ſecutus quis ſit
cum eo ita agere vt ab initio contraxit . cui enim permiſſum eſt:hunc videtur iuſtius
pretium ſtatuere quàm eum qui permiſit.pleraq; enim non æque æſtimant qui habẽt
& qui volũt accipere.ſua enim quiſq; & quæ dat:pluris æſtimant . ſed tamen repenſio
fit in his quantum ſtatuunt ij qui acceperunt.Oportet forſan non tanti facere quanti
videtur poſſidenti:ſed quanti faciebat prius quàm poſſideret. Cap. II.

4 SEd habent iſtam dubitationem veluti vtrum oporteat omnia tribuere patri & in
omnibus parere illi,an in morbis quidem medico credẽdum eſt,& ducem eligẽ-
dum rei militaris peritiſſimum . ſimiliter amico magis , an ſtudioſo inſeruien-
dum.& benefactori magis tribuendum,an amico dandum ſi vtrique nõ poſſit. An ve-
ro talia omnia determinare nõ facile.multas enim ac varias habent differentias & ma-
5 gnitudine & paruitate, & honeſto,& neceſſario. ¶Sed quòd non omnia eidem tribuẽ-
da ſunt,non eſt obſcurum.& reddendum beneficium vt plurimum magis quàm ami-

co cōferendum eſt.Ceu mutuum magis cui debeas reddendum eſt quàm amico dan-
dum.ſed id fortaſſe non ſemper.Vt ecce redemptus à prædonibus:vtrum eum qui re-
demit vice verſa redimere ipſe debet quicunq; is ſit vel etiam non capto repetenti red-
dere,vel patrem redimere?Vt igitur dictum eſt:vniuerſaliter debitum eſt reddendum.
quòd ſi datio ſuperexcedat honeſtate vel neceſſitate,ad illa declinandum eſt.¶Inter- 6
dum enim nó eſt æquum,beneficium retribuere.vt ſi quis ſtudioſo ſciens benefecerit,
ipſe autē cui remuneratio ſit facienda:malus exiſtimatur ab eo qui accepit.Neq; enim
mutuanti interdum verſa vice mutuandū eſt.Nam ille quidē certa ſpe ductus ſe ſuum
cum velit conſecuturū,mutuauit bono viro.Hic autē non ſperat à malo conſequi poſ-
ſe.ſiue igitur re vera ſic eſt,non par eſt æſtimatio:ſiue non eſt ita ſed putat,indigne fa-
cere non videbitur.¶Vt igitur ſæpius iā diximus,ſermones qui circa affectus & actus 7
verſantur:determinationē habēt ſimilē ijs rebus de quibus ſunt. Quòd igitur non ea-
dem omnibus ſint retribuenda,neq; patri omnia,quemadmodum nec Ioui omnia dan-
tur ſacra:manifeſtum eſt.Cum vero alia parentibus,& fratribus,& amicis,& ijs qui be
nefici in nos fuere,ſingulis videlicet propria & cōuenientia tribuenda ſint:ſic & facere
vidētur.Nam ad nuptias quidē vocant cognatos.his enim commune eſt genus.itaq; &
actus qui circa genus verſantur.In funeribus quoq; maxime omniū putant cognatos
adeſſe oportere:propter hoc idem.¶Videri quoq; poteſt parētibus maxime alimēta 8
eſſe miniſtranda:quaſi id debeatur & cum cauſa eſſendi ſint:honeſtius eſſe illis circa ali
menta ſubuenire quàm nobiſipſis,& honorē illis quemadmodum dijs impendere. Nō
tamen omnibus parētibus.non enim idem honor patri & matri,neq; idem ſapientis
& imperatoris ſed paternus & maternus.& ſeniori omni ſecundum ætatem tribuēdus
aſſurgendo & inclinando & huiuſmodi.Ad ſodales autem & fratres , fiduciam, & om-
nium rerum ſocietatem . Cognatis vero & gentilibus & ciuibus ac reliquis omnibus:
ſemper conandum eſt debitum tribuere , ac diſcernere quid cuique conueniat ſecun-
dum dignitatem & vſum,ſed de cognatis facile eſt iudicium,de extraneis vero diffici-
lius.non tamen ob id deſiſtendum eſt,ſed vt fieri poteſt ita determinandum. Cap. III.

E St etiam ambiguitas circa diſſoluendas amicitias vel nó:cum ijs qui nó perma- 9
nent.vtrum cum ijs qui vtilitatis aut voluptatis cauſa,erant amici,quando hæc
amplius nó offerunt:nihil diſſoluatur.Illorum enim erant amici , quibus defi-
cientibus merito amare deſiſtunt.Incuſandus eſt autem is qui cum ob vtilitatē aut vo-
luptatem amicus ſit:ob mores ſe amare ſimulat.quod autem ab initio diximus,multæ
cōtentiones exiſtūt in amicis:cum nó quēadmodū putant ita ſunt amici.cū igitur quis
ſeipſum decipit credēs propter mores amari:nihil tale ipſo agēte ſeipſum accuſare de-
bet.Si vero alterius ſimulatione decipitur:iuſtū eſt eū accuſare qui ſimulabat.& magis
quàm eos qui numos falſificant: quāto circa nobiliorē rem adhibita eſt fraus.¶Quod 10
ſi amicū quis ſuſceperit vt bonū,fuit autē malus & id appareat:vtrū amplius ſit aman-
dus,vel id quidē non eſt poſſibile?Siquidē nó omne,amabile eſt,ſed bonum.nec aman-
dus eſt malus amicus.nam malos amare non conuenit:neq; ſimilē eſſe malis.dictum eſt
autem ſimile ſimili amicum eſſe.¶An ergo ſtatim diſſoluenda eſt amicitia vel nó cum 11
omnibus:ſed cū illis qui ſunt incurabiles propter prauitatē? Nam qui corrigi poſſunt:
eis magis ferendū eſt auxiliū in moribus quam in diuitijs,quanto id honeſtius & ami-
citiæ magis propriū.videretur autē is qui diſſolueret nihil abſurdū facere.nó enim ta-
li amicus erit.alienatū igitur cum ſeruare nó poſſit:dimittit.¶Sin vero is quidem per- 12
manet,hic autē melior fiat ac multū virtute tranſcendat:an vt amico vti debet vel non
conuenit?In magna ſanè diſtantia,maxime fit manifeſtum ceu in amicitijs puerorum.
nam ſi alter permaneat mente puer,alter in virum euadat optimum: quomodo eſſent
amici cum neq; delectantur eiſdem rebus,nec eiſdem gaudeāt & doleant? nó enim cir-
ca ſeipſos hæc exiſtent eis.ſine iſtis vero non erat eſſe amicos. viuere enim ſimul non
eſt poſſibile. diximus vero de his. ¶An igitur non alienius ſe habendum eſt circa il- 13
lum quàm ſi nunquam fuiſſet amicus?vel oportet præteritæ familiaritatis memoriam
ſeruare?& quēadmodum amicis potius quàm extraneis putamus gratificādum : ſic ijs

qui fuerunt amici, aliquid tribuendum eſt propter præcedentem amicitiam, quando
non propter exceſſum prauitatis fit diſſolutio. Cap.IIII.

14 AMabilia quidem ad amicos, & quibus amicitia diffinitur: ex ijs quæ circa ſeipſos
quis facit proceſſiſſe videntur. poſuerant enim amicum eſſe illum qui vult bo-
na & facit, vel ea quæ videntur bona illius cauſa: vel eum qui vult eſſe & viuere
amicum illius gratia. vt accidit matribus erga filios, vt ij amici qui non ſunt infenſi. hi
vero eum: qui familiari vſu verſatur & eadem optet, & qui vnà gaudeat atq; doleat. ma
xime autem hoc & in matribus contingit: horum vero aliquo & amicitiam diffiniunt.
ſed erga ſeipſum vnumquodq; horum bono viro exiſtit. reliquis vero ſecũdum quod
15 tales exiſtimant eſſe. ¶ Videtur autem (vt dictnm eſt) menſura vnicuiq;: virtus & ſtu-
dioſus eſſe. hic enim ſibijpſi conſentaneus eſt, & eadem cupit ſecundum totum animũ.
vt vult ergo ſibi bona & apparẽtia & agit. Boni enim eſt bono ſtudere ipſius cauſa. in-
tellectiui enim gratia, quod vnuſquiſque eſſe videtur. viuere vult & ſeipſum ſeruare, ac
maxime illud per quod ſapit. bonum eſt enim ſtudioſo eſſe. Vnuſquiſq; autem vult bo-
na ſibi eſſe. factus autem alius nemo expetit cuncta habere id quod fit. Habet enim &
nunc deus bonum aliud quicquam: tamen id eſt. videtur autem quiſq; eſſe id quod in-
telligit, vel maxime. talis vero ſecum eſſe vult, libenter enim id agit. nam & præterito-
rum recordatio iucunda eſt, & futurorum ſpes optima. hæc vero pariunt voluptatem,
& contẽplationibus mẽte abũdat, & vnà ſecum maxime dolet & lætatur. ſemper enim
eſt idem iucũdum & moleſtum nec aliàs aliud, ſine pœnitudine enim eſt vt ita dicam.
16 ¶ Ad ſeipſum igitur ſingula horum exiſtere bonum & humanum, ad amicũ ita ſe ha-
bere vt ad ſeipſum. eſt enim amicus alter ipſe. & amicitia horum quiddam eſſe videtur,
& amici quibus hæc exiſtunt. Vtrum autem ad ſeipſum ſit amicitia vel non, relinqua-
tur ad præſens. Videbitur vtique ita eſſe amicitia vt eſt duo vel plura ex prædictis, &
17 quia excellẽtia amoris illi ſimilis eſt quæ eſt erga ſeipſum. ¶ Sed vidẽtur prædicta: mul
tis exiſtere q̃uis ſint praui. An ergo qua placẽt ſibijpſis, & exiſtimãt ſe bonos viros: ea
participes ſunt horum? Nam eorum qui nimis ſunt praui atq; ſceleſti hæc exiſtunt ne-
mini: quinetiam nec videntur. Fere autem nec prauis. nam diſſident ſecum ipſi, & alia
cupiunt, alia volunt. Ceu incontinentes qui ijs quæ ſibi bona videntur: voluptuaria an-
teponunt cum ſint damnoſa. Alij rurſus propter ſocordiam & pigritiam, illa quæ opti
ma ſibi putant agere omittunt. Qui vero multa & grauia commiſerunt & propter im-
probitatem odio habentur: vitam fugiunt & ſeipſos interimunt. Quærúntq; improbi
alios cum quibus verſentur, ſeipſos vero fugiunt. Nam in mentem venit multorum &
nefariorum. & alia huiuſmodi ſi ſecum ipſi ſint: facere cupiunt. ſed ſi cũ alijs ſint: obli-
uiſcũtur. Cúmq; nihil habeant quod amari mereatur, nullo amore erga ſeipſos afficiũ-
tur: neq; igitur ſecum ipſi congaudent, neq; condolent. Eſt enim in ſeditione eorum ani
mus, cum interdum propter improbitatem doleat ſi quibuſdam ſe abſtineat: interdum
vero lætetur. & modo huc modo illuc rapiatur. quòd ſi non poteſt vnà dolere & læta-
ri: ac certe paulopoſt dolet quòd lætatus fuerit, nec eas voluptates vellet accepiſſe. nam
pœnitudine improbi abundãt. Non videtur improbus ne erga ſe quidem ipſum amã-
ter habere, propterea quia nihil eſt in illis quod amabile ſit. quòd ſi ita ſe habere val-
de eſt miſerum: fugienda eſt improbitas. & adnitendum ad probitatem. Si enim & er-
ga ſeipſum amanter habebit: & alijs amicus eſſe poterit. Cap.V.

18 BEniuolentia vero amicitiæ ſimilis eſt, non tamen eſt amicitia. nam beniuolen-
19 tia eſt etiam erga ignotos & latens. amicitia vero non: vt prius diximus. ¶ Sed
neq; amor eſt. non enim habet intentionem neq; deſiderium. at amorem iſta ſe-
quuntur. & amor ex conſuetudine fit, beniuolentia vero repente: quod euenit circa pu-
giles. nam beniuoli fiunt illis & cum illis vnà volunt, tamẽ nihil pro illis facerent. vt
20 enim diximus, repente fiunt beniuoli & leuiter curant. ¶ Videtur igitur principium
eſſe amicitiæ quemadmodum & amoris, ea voluptas quæ fit per aſpectum. aſpectui
enim nó indulgens nemo amat, ſed qui aſpectu gaudet nihiló magis amat: ſed quan-
do abſentes deſiderat & prudentiam affectat. Sic igitur & amicos eſſe non datur, niſi

beniuoli fuerint:ſed beniuoli quidem nihilo magis amant. Verum bona volunt illis ſo-
lum quibus beniuoli ſunt:ſed pro illis nullum ſuſciperent negotium. ¶Itaq; per tranſ- 21
lationem diceret quis illam eſſe initium amicitiæ:inueteratam vero & in conſuetudinē
procedentem fieri amicitiam.non illam quæ propter vtilitatē neq; illam quæ propter
voluptatem.non enim in his fit beniuolentia.nam qui beneficium acceperit:pro hoc be-
niuolentiam retribuit iuſte faciens. qui vero vult aliquem proſperitatem habere ſpe
alicuius commodi ab illo conſequendi:non videtur erga illum eſſe beniuolus, ſed ma-
gis erga ſeipſum.vt etiam nec amicus ſi illum obſeruet propter quandam vtilitatem.
omnino autem beniuolentia fit ex virtute ac probitate:quando quis honeſtus aut for-
tis,aut quid tale appareat,vt de pugilibus diximus. Cap.VI.

Concordia quoq; amabile videtur,quapropter non eſt coopinatio. hæc enim & 22
ignorantibus exiſtere poteſt. ¶Nec qui eiuſdem ſententiæ ſunt, cōcordes di- 23
cimus.ceu eos qui de cæleſtibus idem ſentiūt Non enim pertinet ad amicitiã
talis conſenſio. ¶Verum ciuitates concordes dicimus:quando circa publicas vtilitates 24
idem volunt,& eligunt atque agunt ea quæ publice decreta ſunt.In rebus igitur agen-
dis concordant, & earum in ijs quæ ſunt in magnitudine, & quæ poſſunt vtriq; exiſte-
re aut omnibus veluti ciuitatibus , quando omnibus videtur magiſtratus eſſe eligen-
Lacedæmonij. dos,aut ſocietatem iucundam eſſe cum Lacedæmonijs:aut magiſtratum gerere Pitta-
Pittacus. cum quando & ipſe volebat . ¶Cum vero vterq; idem vult(vt qui in Phœniſſis) ſedi- 25
tionem habent.non eſt enim concordes eſſe,idem ſentire vtrũque quicquid tandem id
ſit:ſed id quod eſt in ipſo. ceu cum populus & boni viri:optimates gerere rempublicã
volunt.Sic enim omnibus fit id quod optabant. ¶Videtur autē concordia ciuilis ami- 26
citia vt dicitur.nam circa commoda verſatur,& circa illa quæ pertinent ad vitam. ¶Eſt 27
vero talis concordia in bonis viris. Hi enim & ſecum ipſi concordant: & inter ſe & in
eiſdem(vt ita dicam)exiſtentes.Talium enim ſtabiles ſunt voluntates,nec in alterutrũ
Euripus. fluunt quemadmodum Euripus,voluntque illa quæ iuſta ſunt & vtilia, hæc illi publice
expetunt. ¶Improbi vero concordes eſſe non poſſunt niſi perparum, quemadmodũ 28
nec amici:plus habere cupientes in ijs quæ ſunt vtilia,minus autem in laboribꝰ & one-
ribus. cūmque ſibi quiſque velit iſta habere:proximos perſcrutatur,& prohibet.quibꝰ
neglectis,reſpublica euertitur.cōtingit ergo illis diſcordibus eſſe,mutuo ſeſe vrgenti-
bus & iuſta facere recuſantibus. Cap.VII.

Qui beneficia contulere:videntur magis diligere eos quibus collata ſunt,quàm 29
illi qui acceperūt eos qui fecere.& quaſi abſurdum ſit:eius ratio quæritur. Ple-
riſq; illa videtur cauſa ꝙ hi quidem debent,illis vero debetur. Vt igitur in mu-
tuo qui pecuniam debent cupiunt non extare illos quibus debent, qui-
bus vero debetur hi ſoliciti de ſalute debitorũ ſunt: ſic qui beneficia cōtulerũt volunt
extare illos in quos benefici fuere vt ſic grates cōſequãtur,illis vero nulla eſt cura red-
Epicharmus. dendi.Epicharmus igitur forte inquiet hoc ipſos dicere ex malo contemplatos.ſed vi-
detur id humanum.ingrati enim q̃plurimi ſunt, & magis bene ſuſcipere quàm benefa-
cere appetunt.ſed naturalior illa cauſa eſt nec ſimilis illi quæ de mutuantibus dicitur.
non enim eſt dilectio circa illos,ſed voluntas ſalutis gratia conſequendæ.ſed qui bene-
ficia contulerunt amant & diligũt eos qui acceperunt, etſi in nulla re vtiles ſint neque
in poſterum futuri:quod & in artificibus euenit.omnes enim magis amant proprium
opus quàm ab opere(ſi animatum eſſet)ipſi amarētur:ac maxime id fortaſſe in poetis
cōtingit.hi enim plus quàm diligunt poemata ſua & quaſi filios amore cōplectuntur.
tale quiddã videtur eorũ qui beneficia cōtulere:quod enim bene accipit opus eſt ipſo-
rum,id igitur amãt magis quàm opus authorē.Huius autē cauſa eſt quod eſſe cunctis
expetibile eſt atq; amabile.Sumus autem actu:viuendo enim & operando . actu igitur
author operis eſt quodã modo,opus itaq; amat quoniam & eſſe. Id autem eſt natura-
le.quod enim eſt potentia:id actu opus oſtendit. Præterea contuliſſe beneficium pul-
chrum eſt,itaq; in eo gaudet is qui cōtulit:ſuſcepiſſe vero non eſt pulchrum in agendo
ſed vtile.hoc autem minus iucundum eſt minúſq; amabile.Iucunda vero eſt præſentis

quidem operatio:futuri autẽ ſpes, facti vero memoria. Iucundiſſimum autem ſimul &
amabile quod eſt in actu. illi igitur qui fecit, permanet opus. nam honeſtas diuturna eſt.
at illi qui accepit: vtilitas tranſit. & memoria honeſtorum iucũda, vtiliũ vero nõ nimis
vel minus. expectatio autẽ contra videtur habere. & amare quidem actioni ſimilis eſt,
amari vero paſſioni. qui igitur ſuperãtur in re agẽda: eos ſequitur & amare & amabilia.
Præterea quæ cũ labore fiunt: ea magis diligũt omnes. ceu diuitias hi qui lucrati ſunt:
magis ꝙ hi qui acceperũt. At videtur bene ſuſcipere quidẽ: eſſe abſq; labore, benefacere
autẽ laborioſum. ob hoc & matres filios magis amant. nã laborioſior eſt partus & ma-
gis ſciunt eſſe ſuos: hoc & ijs qui beneficiũ contulerũt euenire videtur. Cap. VIII.

30 EST autem quæſtio vtrum quis ſeipſum amare debet maxime, an alium quendã.
increpant enim qui ſeipſos maxime amant, & quaſi turpe ſit: amatores ſui ap-
pellãt. Videturq; improbus, ſui cauſa facere omnia: & quãto improbior ſit, tan-
to magis incuſant. ergo ipſum quòd nihil ab ſe agat. Bonus autem vir propter honeſta
tem: & quanto melior tanto magis propter honeſtatem & amici gratia, ſua vero negli-
git. Ab huiuſmodi verbis opera diſcordant nõ immerito. aiunt maxime amare opor-
tere eum qui maxime ſit amicus. ille vero maxime eſt amicus qui maxime vult bona
alicui illius gratia: etſi nullus ſciat. ad hæc ſunt maxime ſibi ad ſeipſum: & reliqua igi-
tur omnia quibus diffinitur amicus. dictum eſt autem ꝙ ab ipſo cuncta amabilia & ad
alios extendit. his quoq; prouerbia omnia conſentiunt: veluti vna anima, & amicorum
omnia eſſe communia, & æqualitas amicitia, & genu cruri proximũ. hæc autem omnia
ad ſeipſum maxime exiſtunt. maxime enim ſibijpſi quiſq; amicus eſt. & ſeipſum igitur
amare maxime oportet. dubitatur autẽ merito quibus oportet credere cum vtriq; ha-
31 beant ſuaſionem. ¶ Forte igitur huiuſmodi ſermones diſtinguendi ſunt ac determinã-
di quatenus continent veritatem. ſi ergo diſtinguemus quemadmodum amatorem ſui
32 vtrique accipiunt: forte id erit manifeſtum. ¶ Alij igitur in reprehenſionem ducentes:
ſui amatores illos vocãt, qui ſibijpſis plus tribuunt in pecunijs, & honoribus, & volu-
ptatibus. hæc enim complures affectant, atq; illis vt optimis omni ſtudio incumbunt.
quapropter in certamen illa veniunt. qui igitur in illis plus habere pergunt: cupidita-
tibus & affectibus & ei parti animæ quæ ratione caret, omnino inſeruiunt. tales autem
ſunt ꝙ plurimi. itaq; appellatio orta eſt ab eo quod frequẽter fit & eſt malum. iuſte igi-
tur tales culpantur. quòd vero ſibijpſis talia tribuentes amatores ſui cõſueuerunt vul-
go appellari: manifeſtum eſt. nam ſi quis ſtudeat ſemper recta facere ipſe maxime
omnia aut modeſta, aut alia quæcunque à virtute proficiſcentia, & ſemper honeſtum
33 pro ſe magis vſurpet: nemo hunc culpabit neque vituperabit. ¶ At videbitur is magis
ſui amator: qui pulcherrima & maxima bona ſibijpſi tribuit, & inſeruit principaliſſi-
mo ſui, & in omnibus illi acquieſcit. vt autem ciuitas principaliſſimũ maxime videtur
eſſe, & cæteri omnes conuentus: ſic & homo. & amator ſui maxime profecto eſt, qui il-
lud amat, illiq; inſeruit. & continens porro & incontinens dicitur in continendo men-
tem vel non continẽdo: quaſi hoc ſit vnuſquiſq;. ac egiſſe videntur ipſi & volũtarie quæ
cum ratione maxime. quòd igitur hoc maxime eſt vnuſquiſq;, & quòd bonus vir ma-
34 xime hoc amat: nõ eſt obſcurum. ¶ Quapropter amator ſui maxime in alia ſpecie eſ-
ſet, quàm in illa quæ reprehenditur. tantũmq; differret quãtum differt viuere ſecundũ
rationem vel ſecũdum perturbationẽ, & cupere quod honeſtum eſt vel quod videatur
prodeſſe. eos igitur qui circa præclaras res egregie ſtudent: omnes recipiunt & laudãt.
35 ¶ Omnibus vero ad honeſtatem & ad res præclaras tendentibus: cõmuniter quidem
omnibus vtique aderunt ea quæ opportuna ſunt. ſingulariter autem vnicuiq; maxi
me bona. ſiquidem talis virtus eſt. quare bonum quidem oportet ſui eſſe amatorem:
nam & ſibi proderit agendo honeſta & alijs vtilitates afferet. at malum non oportet.
nam nocebit & ſibi & proximis: prauas ſequendo cupiditates. improbi igitur diſſident
illa quæ agere oportet, & quæ agit. At bonus quæ oportet hæc agit. Omnis enim mens
eligit optimum ſibi, bonus autem menti paret. Verum eſt autem id de ſtudioſo & ami-
corum gratia ipſum multa facere: etſi opus ſit pro patria mortem ſubire. Abijciet enim

& pecunias & honores & omnino omnia quibus homines inter ſe concertant, vt ho-
neſtatem aſſequatur. magíſque volet breui tempore lætari vehementer quàm longo
leuiter,& honeſte vitam agere per vnum annum quàm multis annis vtcũque contin-
gat:ac rem vnam honeſtam & magnã quàm multas & paruas. obeuntibus autẽ mortẽ
id forte euenit.eligunt profecto rem magnã & præclarã ſibi & pecunias abijciẽt in quo
plura capiant amici.aderunt enim amico quidẽ pecuniæ,ſibi autẽ honeſtas.maius vero
bonum ſibijpſi attribuit. & circa honores & magiſtratus eodẽ modo.hæc enim omnia
amico concedet.nam id ipſi honeſtum & laudabile.merito itaq; videtur ſtudioſus eſſe
omnibus præferens honeſtatẽ,quinetiã in rebus agendis quandoq; amicũ præferet ſi-
bi.Erítq; pulchrius quàm ſi ipſemet agat, amico cauſam agendi fuiſſe. in cunctis igitur
laudabilibus ſtudioſus videtur ſibijpſi plus honeſti tribuerę.ſic ịgitur cọ̃uenit ipſum
amatorem eſſe ſui vt dictum eſt.ſed vt vulgo dicitur:non licet. Cap.IX.

DVbitatur etiam vtrum beatus indigeat amicis vel non. Nihil amicis opus eſſe 36
aiunt beatis & ſufficientibus ſibijpſis. adeſſe enim ſibi bona quæcunq; ſibi ſuffi-
ciant.nullo præterea indigere.amicum vero quaſi alterũ ſe ea afferre quæ per
ſeipſum nõ poteſt.itaq; cum deus abunde ſibi dederit:quid opus eſt amicis? ſed videtur
abſurdum cum omnia beato tribuantur,amicos non tribuere:quod maximum videtur
externorum bonorũ.ſiue amici eſt bene potius facere q̃ ſuſcipere,& eſt boni viri ac vir-
tutis alios iuuare,& honeſtius eſt benefacere amicis quàm alienis:indigebit ſtudioſus
quibus benefacere poſſit. Vnde illa oritur quæſtio vtrum in rebus proſperis vel aduer-
ſis magis opus ſit amicis:vtpote indigẽtibus auxilio qui aduerſis premũtur,& in pro-
ſperitate conſtitutis quibus conferre beneficia poſſint. ſed eſt fortaſſe abſurdum eum
qui ſolus ſit,beatũ dicere.Nemo enim eligeret cuncta bona poſſidere,ſecundũ ſeipſum.
nam ciuile animal eſt homo,cũ alijs viuere natum.beato certe hoc exiſtit. nam habet
bona naturæ.patet autẽ quòd cum amicis & bonis viris potius viuere volet, quàm cũ
extraneis & quibuſcũque.beato igitur opus eſt amicis.quid ergo dicunt primi:vel qua-
tenus veritatem loquũtur? ¶ An quòd multitudo eos putat amicos qui vtiles ſint? his 37
autem beatus nequaq̃ indiget cum ſibi aſſint bona.nec certe ijs qui propter iucundita-
tem ſunt amici vel admodũ parum. cum enim eis vita iucunda ſit:nihil indiget exter-
na voluptate.non indigens autẽ talibus amicis:non videtur amicis indigere, at id non
eſt verum. ¶ Nam dictum eſt ab initio ꝙ felicitas eſt operatio quædam.operatio vero 38
fit vt patet,ac non exiſtit quaſi quædam poſſeſſio. quòd ſi felicem eſſe eſt in viuendo
& operando:boni autem operatio per ſeipſam ſtudioſa eſt & iucunda vt ab initio dixi-
mus,eſt autẽ & propriũ delectabiliũ. contẽplari autẽ proximos valemus, magis q̃ nos
ipſos & illorũ actus quàm noſtros.actus vero ſtudioſorũ qui amici ſunt:iucũdi ſunt bo-
nis.vtriq; enim habẽt ea quæ ſunt iucũda natura.Beatus profecto talibus amicis indi-
gebit,ſiquidẽ contẽplari eliget actus iucũdos & proprios.tales ſunt autẽ actus boni vi
ri amici.cenſent vero oportere iucunde viuere beatũ. at in ſolitudine moleſta eſt vita.
nõ enim facile ſecundũ ſeipſum cõtinuo operari:cũ alijs vero & ad alios facile. erit igi-
tur operatio magis continua,iucunda exiſtens per ſeipſam,quod oportet beato adeſſe.
ſtudioſus enim qua ſtudioſus eſt:actibus gaudet qui à virtute proficiſcuntur. qui vero
à vitio:eos grauiter fert.quemadmodũ muſicus eleganti cantu lætatur,abſurdo autem
Theognis. offenditur.& eſt ſane virtutis exercitatio quædã:conuerſari cũ bonis vt Theognis in-
quit.Naturalius autẽ conſiderantibus apparet ſtudioſum amicum:ei qui ſtudioſus ſit
natura eſſe expetendũ.nam dictum eſt quòd natura bonum ſtudioſo: per ſeipſum bo-
num eſt ac iucũdum. Viuere autem diffiniunt animalibus quidem potentia ſenſus,ho-
minibus vero ſenſus vel intellectus.potentia vero ad operationẽ refertur. ſed princi-
pale in operatione eſt.videtur autẽ viuere principaliter eſſe ſentire vel intelligere.Vi
uere autem per ſeipſum bonum eſt ac iucũdum. determinatũ enim.determinatũ vero
boni naturæ.quod autẽ natura bonum eſt: id & bono viro. quapropter videtur omni-
bus eſſe iucũdum.nec vero accipere oportet prauam vitam,nec corruptam, neq; in do-
loribus poſitam.nam ea indeterminata eſt vt & illa quæ ſibi inſunt:ſed in ſequentibus

circa dolores erit manifeſtius.quòd ſi idem viuere & bonum & iucundum:conſtat & ex
eo quia omnes illud appetũt & maxime boni viri atq; beati.his enim vita maxime ap-
petenda eſt,& horum beatiſſima vita.videns autem quòd videt:ſentit. & audiẽs: quòd
audit.& ambulans quòd ambulat.& in alijs ſimiliter eſt aliquid quod ſentit quia opera-
mur.Sentimus vero quia ſentimus, & intelligimus quia intelligimus.hoc autem quod
ſentimus aut intelligimus:quia ſumus.nam tale erat ſentire & intelligere.ſentire autẽ
ſe viuere: per ſeipſum iucũdum eſt. nam natura bonũ eſt vita.ſentire vero ꝙ ſibi bonũ
aſſit:iucundum eſt.expetendum eſt autẽ viuere & maxime bonis.quia eſſe illis bonum
eſt & iucundum.ſentientes enim bonũ per ſeipſum lætantur.Vt autem ſtudioſus ergà
ſeipſum habet:ita & erga amicũ.nam amicus eſt alter ipſe.vt igitur eſſe ſe,iucũdum eſt
cuiq;: ſic & amicũ aut prope. eſſe autẽ erat expetendũ propter ſenſum ſui boni exiſtẽ-
tis.talis vero ſenſus per ſeipſum iucundus eſt. conſentire igitur oportet & amicũ: quia
ſit.hoc autem in vſu ac ſocietate verborum & voluntatis. nam ſic dicuntur homines ſi-
mul viuere:nõ queãdmodum in pecudibus ſi ſimul paſcantur.ergo ſi beato expetendũ
eſt viuere per ſeipſum:bonum natura exiſtens & iucundũ.amici autem proximũ eſt,&
amicus certe expetendorũ eſſet.quod autẽ eſt ſibi expetendum,id oportet illi exiſtere,
vel hac deficiens erit.indigebit ergo qui felix futurus ſit,ſtudioſis amicis. Cap. X.

39 AN igitur q̃plurimi nobis parandi ſunt amici:vel queãdmodum in hoſpitalitate
eleganter dicitur neq; multos habẽdos eſſe hoſpites:neq; ſine hoſpitibus eſſe.
ſic & in amicitia nec ſine amico eſſe oportet,neq; rurſus multitudinẽ amicorũ
40 exceſſiuam habere.¶His porro qui vtilitati ſtudent nimis,videretur id dictum cõue-
nire.nam multis vice verſa inſeruire laborioſum eſt,neq; illis ad hoc agendũ vita ſuffi-
ceret.multi itaq; illa quæ ad vitam pertinent:valde moleſtant,atq; impedimento ſunt
ad bene viuendum.non ergo opus eſt illis.ad voluptatẽ quoq; ſufficiunt pauci queãd-
41 modum in epulis id quod gratiam habet. ¶Studioſos vero vtrum complures habere
oportet?an eſt aliquis terminus multitudinis amicorũ queãdmodum ciuitatis? neque
enim decem hominibus ciuitas conſtitui poteſt, neq; ex decies centenis millibus am-
plius ciuitas foret.quantum vero nõ eſt forte vnum aliquid,ſed totum id quod eſt me-
dium quorũdam terminatorum: & amicorũ igitur eſt terminata multitudo.& fortaſſe
42 cum cõpluribus quis viuere poteſt.hoc enim præcipuũ amicorũ videtur eſſe. ¶Quòd
autem non poteſt quis ſe impartiri multis & vnà cum illis viuere:non eſt obſcurũ.præ-
terea illos oportet eſſe amicos qui debeãt omnes ſimul quotidiano vſu verſari.hoc au-
tem difficile eſt in multitudine,difficile etiam vt multi vnà lætentur & doleant.accidat
enim oportet vt ſimul alter doleat, alter lætetur. forſan igitur bene eſt non quærere
amicos q̃plurimos:ſed quot ad vitam ſufficiunt. Videtur enim fieri nõ poſſe vt multis
vehementer quis ſit amicus:itaq; nec plures amare.exceſſus enim quidã vult eſſe ami-
citiæ.hic autem ad vnum eſt, & vehementer. igitur ad paucos. ſic autem videtur & in
rebus ſe habere.Non fiunt enim amici plures ſecundum ſodalitiam amicitiã.& quæ fa-
43 moſæ ſunt in duobus dicuntur.¶Qui vero multos parant amicos,& omnibus familia-
riter ſe præbent:nullius videntur amici niſi ciuiliter ijs,quos vocant placentes. ciuili-
ter igitur eſt multis eſſe amicum etiam ſi non ſit placens, ſed vere bonus & humanus
vir.per virtutem autem & propter ſeipſos non eſt ad plures.bene igitur agi putãdum
eſt,ſi vel pauci tales reperiantur. Cap. XI.

45 44 SEd vtrum in rebus aduerſis magis opus eſt amicis an in proſperis?¶In vtriſque
enim quærũtur.nam & qui in aduerſis ſunt indigent auxilio, & qui in proſperis
indigent ijs qui ſimul viuant & quibus benefici eſſe poſſunt, volunt enim bene-
46 facere.¶At enim magis neceſſarium eſt in aduerſis:quapropter vtilibus indigent. ho-
neſtius vero in proſperis:quapropter bonos & humanos quærunt.nam his benefacere
47 & cum his viuere magis expetendum.¶Etenim aſſiſtentia amicorum iucunda in pro-
ſperis & aduerſis eſt.nam & releuantur afflicti,amicis condolentibus.itaque dubitaret
fortaſſe aliquis vtrum tanquam onus ſimul ſuſcipiant,vel id quidem non :ſed quia eo-
rum præſentia iucunda eſt . & quia ſimul dolere intelliguntur:amici dolor minuatur.

ſed vtrum propter hoc vel propter aliud quiddam releuantur,dimittamus. cõſtat cer-
te euenire id quod dictum eſt.videtur autẽ eorum præſentia mixta quædam eſſe. nam
& aſpectus ipſe amicorum eſt dulcis præſertim in rebus aduerſis, & plurimũ valet ad-
uerſus dolorem.afferunt enim ſolatium & aſpectu & ſermone ſi modo ſit aptus. nouit
enim amici naturam,& quibus gaudeat,quibuſq; angatur.ſentire autem condolentem
in ſuis aduerſitatibus doloroſum eſt.omnes enim fugiunt ne cauſa doloris ſint amicis.
quapropter qui natura viriles ſunt,cauent ne amicos ſimul dolore conficiant. & ſi non
excedit indolentia:illorum dolorem non tolerat,nec conquerentiũ voces ſuſtinet,quia
nec ipſe querulus eſt.mulieres vero ac huiuſmodi homines condolentibus gaudent:&
qui hæc agunt amant vt amicos. imitari autem oportet in omnibus meliorem . In re-
bus proſperis amicorum præſentia eſt iucunda , & mentem delectat, quoniam illius
bonis lætatur.¶ Quapropter videtur oportere in proſperitatibus quidẽ prompte cõ- 48
uocare amicos:cum honeſtum ſit benefacere. in aduerſitatibus autem tarde. nam ma-
lorum decet quamminime eos participes facere. Vnde illud dictũ extat,Satis eſt quòd
ipſe calamitatibus premor.potiſſime tamen vocandi ſunt amici: quoties magna nobis
commoda cum parua ipſorum moleſtia poſſunt afferre.ſed ire contra fortaſſe decet ad
eos qui in calamitatibus ſunt:inuocatũ,& prompte.nam amici eſt benefacere & maxi-
me indigentibus & non requirentibus, ambobus enim id honeſtius & iucundius. In
proſperitatibus autem cooperari prompte,nam in his opus eſt amicis.ad beneficia ve-
ro conſequenda tarde,cum honeſtum non ſit properare cauſa ſuæ vtilitatis : & cauen-
dum ſit ne in properando moleſtus eſſe pergat, quod nonnunquam accidit. præſentia
igitur amicorum in cunctis videtur optanda. Cap. XII.

AN ergo vt amatoribus aſpectus ipſe dulciſſimus eſt & magis expetũt hũc ſen- 49
ſum quàm alios,vtpote amore in hoc potiſſimum exiſtẽte & genito:ſic & ami-
cis maxime expetendũ eſt & magis ſimul viuere.nam & amicitia ſocietas eſt,
& vt ad ſeipſum habet:ſic etiã ad amicũ.circa ipſum vero quia ſenſus eſt expetẽdus: &
circa amicũ igitur.operatio autem fit illis ſimul viuendo.itaq; merito illud affectant.Et
quod tandẽ eſt ſingulis eſſe,vel cuius gratia viuere expetũt:in eo cũ amicis volunt mo
ram trahere.itaq; alij cõpotant,alij colludũt,alij ſimul exercentur,alij ſimul venantur,
vel ſimul philoſophantur. Singuli in his quotidiano vſu verſati quod maxime vtique
amant in vita.viuere enim volentes cũ amicis:illa faciũt,& cõmunicant in quibꝰ putãt
ſimul viuendum.¶ Eſt igitur amicitia improborum flagitioſa.cõmunicant enim praua 50
inſtabiles exiſtentes,& flagitioſi fiunt inuicẽ ſe aſſimilãtes.proborũ autẽ proba,& quo-
tidiano vſu ſuſcipiens incrementũ. Vidẽtur autẽ meliores fieri agẽdo,& ſe mutuo cor-
rigẽdo. Recipiunt enim mutuo illa ex quibus placere poſſunt, vnde à bonis bona. De
amicitia igitur hactenus dicta ſufficiant:nunc de voluptate erit dicendum.

¶ Noni Ethicorum Ariſtotelis finis,interprete Leonardo Aretino.

¶ Decimus liber,eodem interprete.

SEquitur fortaſſe nũc vt de voluptate tranſigamus.ea nãq; generi 1
noſtro familiariſſima videtur eſſe.quapropter erudiũt pueros vo
luptati & dolori inſtituẽtes.videtur autem ad moris virtutẽ ma-
ximũ eſſe vt gaudeat quis quibus gaudere oportet,& oderit quæ
odiſſe oportet.tendunt enim hæc per totam vitam : inclinationẽ
habentia & poteſtatẽ ad virtutẽ ac beate viuendũ.nam voluptua-
ria quidẽ eligunt,doloroſa vero effugiunt.talia vero nequaq̃ præ-
termittenda videntur: præſertim cum in ipſis magna ſit ambiguitas. nam alij ſummũ
bonum eſſe dicunt voluptatẽ,alij contra nimiũ prauum. illi fortaſſe credentes reuera
ſic eſſe,hi vero putantes vtilius ad vitam oſtendere voluptatẽ eſſe prauum,licet nõ ſit.
inclinari enim pleroſq; ad illam inſeruireq; voluptatibus:quãobrem oportere in con-

2 ttatium dncere.nam ſic ad medium vtiq; deueniri. ¶Sed videndum eſt ne id bene di-
catur.nam qui de affectibus & actibus habentur ſermones:minorē habēt fidem quàm
opera. quando igitur diſcordant ab his quæ ſunt ſecundum ſenſum ſpreti atq; reiecti:
etiam verum inſuper interimunt.qui enim voluptatem vituperat,ſi quando illius ap-
petens deprehendatur:ad illam inclinari videtur quaſi talem exiſtentem omnem.nam
diffinire non eſt multorum.videntur ergo ſermones qui veri ſunt non ſolum ad ſcien-
dum vtiliſſimi:ſed ad viuendum.conſentanei enim operibus fidem habent.quapropter
prouocant intelligentes viuere ſecundum ipſos. ſed ſatis de his: nunc ea quæ dicuntur
de voluptate referamus.

Cap. II.

3 EVdoxus igitur voluptatem ſummum bonū eſſe cenſebat propterea quòd cun- Eudoxus
cta rationalia & irrationalia illam appetere cernebat. In cunctis vero eſſe id
quod expetitur,probum ac maxime optimum. cuncta vero in idem ferri:om-
nibus optimum eſſe ſignificare.ſingula enim quod bonum ſit ſibi recipere:quemadmo
dum eſcam.Quod autem omnibus bonū ſit,& quod omnia appetunt: id eſſe ſummum
bonum.fidem habuere eius ſermones propter morum probitatem, magis quàm pro-
pter ſeipſos.egtegie enim modeſtus eſſe videbatur.quare nō vt amicus voluptatis hæc
dicere creditus eſt:ſed ꝙ reuera ſic eſſet.Nec minus putabat id ex cōtrario patere.Do-
lorem enim per ſeipſum eſſe fugiendum, ſimiliter igitur & contrarium expetendum.
maxime vero expetendum eſſe quod nullius gratia expetimus.tale autem ſine cōtro-
uerſia eſſe voluptatē. neminem autem vltra perquirere cuius gratia voluptatē capiat:
vtpote per ſeipſam voluptate expetenda. additámq; cuicunq; ex ijs quæ bona ſunt:ex-
petibilius illud facere. veluti iuſtis & tēperatis actionibus. & augeri profecto bonū ſe-
ipſo.videtur itaque hæc ratio bonorum illam oſtendere, & nihil magis q̄ aliud. omne
enim bonum cum alio bono expetibilius eſt q̄ ſolum.hac ergo ratione & Plato impro Plato
bat voluptatē quaſi nō ſit ſummum bonum. nullo enim ſibi addito ſummum bonum
4 expetibilius fieri. ¶Manifeſtum eſt autem quòd nec aliud quicquam ſummum bonū
eſſet:quod cum alio quæ per ſe ſunt bona, expetibilius fiat.quid igitur eſt tale cuius &
5 nos participes ſumus?nam tale aliquid quærimus.¶Qui autem inſtant nō eſſe id ſum-
mum bonum quod omnia appetunt:nihil dicunt. nam quod omnibus videtur: id eſſe
dicimus.& qui hanc opinionem tollit:nō multo probabiliora dicit.ſi enim quæ abſque
intellectu ſunt illam affectant,eſſet aliquid quod dicitur. ſin vero & quæ ſapiunt, quo-
modo dicerent aliquid?fortaſſe etiam in prauis eſt aliquod naturale bonum valentius
6 quàm ſecundum ſeipſa:quod appetit appropriatum ſibi bonum.¶Non videtur quoq;
nec de contrario recte dictum.nō enim (aiunt) ſi dolor eſt malum,voluptas eſt bonū.
opponi enim & malum malo,& ambobus neutra:hæc dicunt nō male. nō tamen vere
in his quæ dicebantur. ſi enim ambo ſunt mala: & fugienda opottebat eſſe ambo.neu-
trorum vero aut alterum aut ſimiliter.nunc autem conſtat hanc eos fugere vt malum,
illam expetere vt bonum.ſic ergo & opponuntur.

Cap. III.

7 NEc tamen ſi nō qualitatum eſt voluptas:propterea nec bonorum. neque enim
8 virtutis operationes qualitates ſunt,nec felicitas.¶Dicunt autē bonum deter
minatū eſſe:voluptatem autem indeterminatam,quia recipit magis & minus.
ſi ergo perceptione voluptatis hoc iudicant, & circa iuſtitiam aliáſq; virtutes ſecundū
quas manifeſte aiunt,magis & minus tales exiſtere:certe & ſecūdum virtutes erit hoc
idem.nā iuſti magis ſunt & fortes.eſt igitur iuſte & temperate agere magis & minus.ſi
autē in voluptatibus: nequādo nō dicant cauſam quòd ſint aliæ ſimplices,aliæ mixtæ.
quid prohibet vero quēadmodum ſanitas determinata exiſtēs recipit magis & minus,
ſic & voluptatem recipere?non enim eadem menſura in omnibus eſt,nec in eodē ſem-
9 per vna,ſed remiſſa permanet vſq; ad aliquid,& differt ſecundū magis & minus.¶Ta-
le vtiq; aliquid erit circa voluptatē perfectúmq; bonū ponētes.motus vero & effectio-
nes imperfectas,voluptatem,motum,effectionémq; oſtendere conantur. nec recte di-
cere vidētur,nec eſſe illam motū.omni nanq; motui proprium videtur eſſe velocitas &
tarditas,licet non per ſe, ceu mundi ad aliud: voluptati autem horum neutrum exiſtit.

nam poteſt quis cito lætari quemadmodum & iraſci.Sed in voluptate cóſtitutum eſſe
non:neq; ad aliud.incedere autem & augeri & cuncta huiuſmodi. Traduci ergo ad vo-
luptatem velociter & tarde quis poteſt.operari vero ſecundum illam velociter nó po-
teſt,dico autem in voluptate conſtitutum eſſe.effectio autem quemadmodum eſſet?vi-
detur enim nó ex quocunq; fieri quodcunq;:ſed ex quo fit in hoc diſſolui.& cuius effe-
ctio voluptas:eius dolor corruptio eſt.¶Aiunt etiam doloré eſſe indigentiá eius quod 10
eſt ſecundum naturam,voluptatem autem repletionem.At hæ corporales ſunt paſſio-
nes.ſi ergo voluptas repletio eſt eius quod eſt ſecundum naturam:in quo eſt repletio,
id vtiq; voluptaté percipiet.corpus igitur.ſed nó videtur.nó eſt ergo repletio voluptas,
ſed dum fit repletio quis voluptaté capit,& dum exhauritur dolet. hæc autem opinio
orta videtur ex doloribus ac voluptatibus quæ ſunt circa alimentum.indigentes enim
& antea dolentes:repletione delectantur.verum id non cótingit circa omnes volupta-
tes.nam ſine dolore ſunt quæ ex diſciplina proueniunt: & quædam earũ quæ per ſen-
ſus & per olfactum,ex auditu quoq; & viſu,pleræq; etiã recordationes & ſpes. cuius er
go iſtæ effectiones erunt?Nullius enim rei indigentia anteceſſit,cuius vtiq; forẽt reple
tiones.¶Aduerſus illos autem qui proferunt obſcœnas voluptates:reſponderi poteſt 11
non eſſe illa voluptaria.non enim ſi peruerſe diſpoſitis iſta ſunt iucunda: putãdum eſt
ea ſimpliciter iucunda,ſed ipſis.quemadmodum nec ægrotantibus ſalubria,aut dulcia,
aut amara,nec etiam àlba quæ apparent lippis.vel ſic vtiq; diceretur ꝙ voluptates qui
dem expetibiles ſunt non tamen iſtis:quemadmodum & ditari ſed non prodenti,& ſa
num eſſe non tamen quodcunq; edenti.vel ſpecie differunt voluptates.aliæ enim ex re-
bus honeſtis,aliæ ex turpibus.nec fieri poteſt vt quis iuſti voluptatem accipiat niſi ſit
iuſtus,neq; muſici niſi ſit muſicus.eodem modo in alijs.¶Oſtẽdere videtur amicus cũ 12
alius ſit q̃ adulator,non eſſe voluptaté bonũ:vel ſpecie differre eas.alter enim ad bonũ
cóuerſari videtur,alter ad voluptaté.& id vituperatur:hoc laudatur quaſi ad alia ſit cõ
uerſatio.nullus autem optatet viuere ſi ita puerili mẽte futurus ſit in vita,vt ijs ex re-
bus voluptatem capiat quibus pueri maxime capere videntur,nec ſic vt gaudeat cum
facit aliquid turpe nec vnquam doleat . & circa multa ſolicitudinem vtiq; poneremus
etiamſi nulla inde ſit prouentura voluptas:veluti videre, meminiſſe,ſcire, virtutes ha-
bere.quòd ſi ex neceſſitate hæc ſequatur voluptas,nihil refert.nam illa certe expetere-
mus etiam ſi nulla ab illis voluptas eſſet prouentura.quòd igitur voluptas nó ſit ſum-
mum bonum,nec ſit omnis expetibilis: manifeſtum videtur. & quòd aliquæ volupta-
tes per ſe expetibiles ſunt,differentes ſpecie, vel à quibus . quæ igitur de voluptate ac
dolore dicuntur,iſta ſufficiant.

Cap.IIII.

QVid autem ſit aut quale: magis patebit ſi ab initio repetamus. videtur igitur 13
viſio omni tẽpore eſſe perfecta.nó enim quicquam illi deeſt: quod poſtea fa-
ctum,illius ſpeciem perficiat.huic ſimilis apparet voluptas. totũ enim quid-
dam eſt.nec vllo tempore voluptatem capere quis poteſt,quæ ſi maiori
tempore fiat:illius ſpecies perficiatur.quapropter nec motus eſt.nam omnis motus in
tempore eſt: & finis alicuius.ceu ædificatio perfecta eſt quádo perficit id quod affecta-
bat:aut in omni quidem tempore,aut in hoc. in partibus vero tẽporis omnes ſunt im-
perfectæ:& aliæ ſpecie quàm tota & in ſimul.lapidũ enim cópoſitio:alia eſt quàm colũ
næ baiulatio, & hæ aliæ ſunt quàm templi factio. & templi quidem perfecta. nil enim
deeſt illi ad propoſitum.fundamẽti vero & operis columnarum imperfecta.pars enim
vtraque .ſpecie ergo differunt, nec eſt aliquo tempore motum accipere ſpeciei perfe-
ctum:ſed in toto. eodem modo in ambulando & reliquis.ſi enim eſt latio motus: vnde
quo,& huius differentiæ ſecundum ſpeciem, volatio,ambulatio,ſaltatio,& huiuſmodi.
nec ſolum ita:ſed & in ipſa ambulatione.nam id quod eſt vnde quo:non idem eſt in ſta
dio & in parte,& in alia atque alia parte.nec tranſire lineam iſtam & illam . non ſolum
enim lineam peruadit:ſed & in loco exiſtentem.in alio autem iſta quàm illa.verum de
motu in alijs diligentius eſt dictum . videtur ne in omni quidem tempore eſſe perfe-
ctus: ſed plurimi imperfecti & differentes ſpecie. ſiquidem vnde quo ſpeciem facit. at

voluptatis quocunq; tēpore perfecta eſt ſpecies.patet igitur ꝙ diuerſa ſunt:& quòd to
tum quiddam ac perfectum voluptas.id quoq; apparet ex eo ꝙ nihil moueri poteſt ni
ſi in tempore:diuerſum vero in voluptate.nam id quod eſt nūc:totum quiddam eſt.ex
his patet ꝙ non recte dicunt motum aut effectionem:eſſe voluptatem. non enim om-
nium iſta dicuntur:ſed particularium,& non totorum.neque enim viſionis eſt effectio
neque puncti neque vnitatis:nec quicquam horum motus neque effectio,igitur neque
14 voluptatis.nam totum quiddā eſt.❡Cúmq; omnis ſenſus erga ſenſibile operetur:per-
fecte vero bene diſpoſiti ad optimum eorum quæ ſenſui ſubiacent.nam tale quiddam
eſſe videtur perfecta operatio optime diſpoſiti erga potiſſimum eorum quæ ſibi ſub-
ſunt.hæc vtiq; erit & iucundiſſima.per omnem enim ſenſum fit voluptas:ſimiliter autē
per intellectum & cōtemplationem. iucundiſſima vero illa quæ perfectiſſima eſt.per-
15 fectiſſima vero bene ſe habentis erga ſtudioſiſſimū eorū quæ ſibi ſubſunt.❡Perficit au-
tem operationem voluptas:nec eodem modo voluptas perficit ſenſibile, & ſenſus ſtu-
dioſa exiſtentia.quemadmodum & ſanitas & medicus ſimiliter cauſa eſt vt ſanus quis
ſit.ꝙ autem per ſingulos ſenſus fiat voluptas manifeſtum eſt.dicimus enim viſiones &
auditiones voluptatem afferre.patet igitur ꝙ maxime cum & ſenſus eſt optimus & er
ga tale operatur.cūq; talia ſint ſenſibileq;,& id quod ſentit: ſemper erit voluptas extā-
tibus acturo & paſſuro.perficit autem operationem voluptas non vt habitus qui ineſt,
16 ſed vt reſultans quidam finis:veluti in ætatis flore pulchritudo.❡Quouſq; vero ſenſi-
bile aut intelligibile ſit quale oportet,& diſcernēs aut contemplans:erit in operatione
voluptas.cum enim ſint ſimilia & eodem modo ſe habeant actiuum & paſſiuum: idem
17 fieri naturaliter aptum eſt.❡Quare ergo nullus continuo in voluptate eſt aut dolore.
cuncta nanq; humana impoſſibilia ſunt cōtinuo operari.nec igitur voluptas fit. nam ea
ſequitur operationem.quædam etiam delectant cum primo fiunt,ſed poſt ea nō ſimi
liter.nam primo quidē prouocata eſt mens, effuſéq; agit circa illa: quemadmodum hi
qui aduerſum intuentur.poſtmodum non fit eadem operatio ſed neglectior.quare vo
18 luptas quoq; refrigeſcit.❡Omnes vero expetere voluptatē, ex eo putari vtiq; poteſt:.
quia omnes viuere expetunt,vita autem operatio quædam eſt. & quilibet circa illa &
illis operatur quæ maxime amat.ceu muſicus auditu circa dulcem ſonum.diſciplinarū
ſtudio dediti:intellectu circa proſpicientiam rerum,eodem modo & reliquorum ſingu
li.voluptas autem perficit operationes:& viuere igitur quod appetunt. merito ergo &
voluptatem expetunt.perficit enim ſingulis viuere,expetibile exiſtens.ſed vtrum pro
pter voluptatem viuere expetimus vel propter vitam voluptatē: relinquatur ad præ-
ſens.coniugata enim iſta videntur eſſe,nec ſeparationem recipere.nam ſine operatione
non fit voluptas,& omnem operationem voluptas perficit. Cap.V.

19 VNde videntur ſpecie quoq; differre.nam illa quæ ſunt alia ſpecie ab alijs perfi-
ci putamus.ſic enim cernūtur & quæ à natura ſunt & quæ ab arte.ceu animalia
& arbores,picturæq; & ſtatuæ,domúſq; & vas.eodem itaq; modo & operatio-
nes differētes ſpecie:differētibus perfici.differūt vero illæ quæ ſunt mētis ab ijs quæ ſūt
per ſenſum,& hæ rurſus inter ſe ſpecie differūt.igitur & voluptates quæ illas perficiūt.
hoc autem ex eo quoq; patebit:quòd vnaquæq; voluptas operationi illi quam perficit
propria eſt.coauget enim operationē propria voluptas.magis enim ſingula diſcernūt,
exactiúſq; comprehendunt qui cum voluptate operantur. vtputa geometræ fiunt qui
geometria delectātur:& intelligūt ſingula magis. eodem modo qui erga muſicam vel
erga architecturā afficiuntur.& alij omnes proficiunt in proprio opere,ſi illo delectan-
tur.coaugēt autem voluptates.quæ vero coaugēt propria ſunt.alijs vero ſpecie & alia
ſpecie ſunt propria.præterea id ex eo magis patebit quòd ab alijs prouenientes volu-
ptates impedimēto ſunt operationibus.qui enim fiſtulis delectantur nō poſſunt men
tem adhibere ſermonibus:ſi fiſtularū ſonum exaudiant magis gaudentes ſono quàm
præſenti operatione.voluptas ergo ſoni operationēcirca ſermones corrūpit.eodémq;
modo in alijs ita euenit quando ſimul circa duo operantur. iucundioris enim alteram
excludit:& ſi multo voluptate præcellat magis:ita vt per alterā nihil operetur.ex quo

fit vt quotiẽs vehemẽter aliqua re gaudemus:nó fere aliud agimus.& alia faciamus:cũ
alijs leuiter delectemur.velut illi qui in theatro comedunt:tũc maxime hoc faciũt cum
inepti ſunt pugiles.cũ vero propria voluptas diligẽtius operari faciat ac diuturniores,
melioréſq; operationes efficiat,aliena vero corrũpat:manifeſtũ eſt multum eas inter ſe
differre.fere enim alienæ voluptates faciũt perinde ac propriæ moleſtiæ.nam cotrum
punt operationes,propriæ moleſtiæ.veluti ſi cui ſcribere aut computare graue eſt atq;
moleſtum:hic non ſcribit, ille non computat, quia id agere moleſtum eſt.euenit igitur
circa operationes cõtrarium à proprijs voluptatibus atq; moleſtijs. ſunt enim propriæ
quæ in operatione per ſe fiunt.alienas autem voluptates diximus quòd perinde agũt
atq; propriæ moleſtiæ.corrumpunt ènim licet non ſimiliter. ❡Cúmq; differant opera- 20
tiones probitate & improbitate & aliæ expetẽdæ ſint,aliæ fugiendæ,aliæ neutræ: eodẽ
modo ſe quoq; voluptates habent.in vnaquaq; enim operatione propria eſt voluptas.
quæ igitur ſtudioſe propria eſt:ea proba eſt quæ vero praue:ea improba. nam & cupi-
ditates honeſtarum rerum laudabiles ſunt.turpium autem vituperabiles. Magis autẽ
ſunt propriæ operationibus voluptates quæ illis inſunt quàm cupiditates. hæ nanque
diſtinctæ ſunt tẽporibus & natura , illæ vero propinquæ operationibus & indiſtinctæ:
ita vt ambiguum ſit vtrum idem ſit operatio & voluptas.non tamen videtur voluptas
mens eſſe neque ſenſus . abſurdum enim . ſed quia non ſeparatur : videtur quibuſdam
idem.vt igitur operationes ſunt aliæ,ſic & voluptates.differt autem viſus à tactu puri
tate,& auditus & odoratus à guſtu.eodem modo differũt & voluptates ab ijs quæ ſunt
circa intellectum,& vtræq; ab inuicem. ❡Videtur autem eſſe cuiq; animali propria vo- 21
luptas,quemadmodum & opus,& in vnoquoque intuenti id apparet.alia eſt enim vo-
Heraclitus. luptas equi,alia canis,alia hominis.vt inquit Heraclitus,Aſinos magis delectãt ſtrami-
na quàm aurum . nam pabulum illis eſt dulcius auro. quæ igitur aliorum ſunt ſpecie,
differunt ſpecie.quæ vero ſunt eorundem: indifferentes eſſe rationabile eſt. ❡Variant 22
autem non parũ in hominibus.eadem enim alios offendunt,alios delectant,alijs mole-
ſta & odibilia ſunt, alijs iucunda & amabilia ſunt.id quoque in dulcibus contingit. non
enim eadem febricitanti vidẽtur & ſano.neq; calidum eſſe imbecilli & valẽti,ſimiliter
in alijs id contingit . ❡Videtur autem in cunctis talibus id eſſe quod videtur ſtudioſo. 23
Quòd ſi hoc recte dicitur,quemadmodum apparet & eſt : & ſingulorum menſura vir-
tus eſt,& bonus vir,ſecundum quod talis eſt.Et voluptates vtique erunt quæ huic vidẽ
tur,& iucunda illa quibus iſte gaudet.Quæ vero huic moleſta ſunt,ſi cui iucunda vidẽ
tur non eſt mirandum . multæ enim corruptelæ & deprauationes in hominibus fiunt.
iucunda vero non ſunt:niſi in his & illis qui ſic diſpoſiti ſunt. ❡Igitur quas omnes fa- 24
tentur eſſe turpes:manifeſtum eſt non eſſe dicendum eas eſſe voluptates , niſi illis qui
corrupti ſunt.earum vero quæ videntur eſſe probæ qualem vel quam dicẽdum eſt eſſe
hominis:vel ex operationibus manifeſtum eſt.nam illas ſequuntur voluptates.ſiue igi
tur vna eſt ſiue plures perfecti & beati viri quæ has perficiunt voluptates , hæ princi-
paliter dicendæ ſunt hominis eſſe voluptates.reliquæ vero ſecundariæ & multifariam
quemadmodum operationes.

Cap. VI.

CVm autem de virtutibus & amicitijs ac voluptate dictũ ſit: reſtat vt de felici- 25
tate ſummatim dicamus.nam illam poſuimus finẽ rerum humanarum.his igi
tur quæ ſupra diximus repetitis:breuior nobis fiet oratio. ❡Diximus nó eſſe 26
illam habitum . etenim dormienti exiſtere poſſet , & inſtar plantæ vitam degenti , &
in calamitatibus maximis conſtituto . quòd ſi iſta non placent: ſed magis in operatio-
nem quandam ponẽda eſt (vt ſupra diximus) operationum vero aliæ ſunt neceſſariæ
& propter aliud expetendæ,aliæ propter ſeipſas:manifeſtum eſt quòd felicitas ponen-
da eſt aliqua illarum quæ propter ſe expetuntur,& non earum quæ propter aliud.nul-
lius enim indiget felicitas:ſed ipſa per ſe ſufficiens eſt. ❡Sunt autem propter ſe expe- 27
tẽdæ illæ:in quibus nihil vlterius quæritur quàm operatio.tales autẽ vidẽtur eſſe acti-
ones ſecũdum virtutem.agere enim honeſta & laudabilia ex ijs eſt quæ propter ſeipſa
expetuntut. & ijs etiam ſunt ludi quidã iucundi.non enim aliorũ gratia illos ſequuntur

hominesːcum damna potius quàm commoda ex illis ſuſcipiát & corpus & patrimoni
um negligẽtes.confugiunt autẽ ad huiuſmodi delectationes plerique eorum qui beati
creduntur.quapropter apud tyrãnos in pretio habẽtur:quæ huiuſmodi oblectamenta
18 poſſunt afferre.quæ enim cupiũt:ad ea ſe læto animo præbent.indigent vero his.¶Vi-
dentur ergo ad felicitatem iſta pertinere:quoniam ij qui in magna potentia conſtituti
ſunt,illis intendunt.At id fortaſſe nullum eſt ſignum.non enim in potẽtatu eſt virtus,
neq; mens à quibus laudabiles ſunt operationes.nec ſi iſti qui nunquam voluptatẽ pu-
ram,liberalémq; guſtarunt ad corporales confugiũt: propterea putandum eſt eas eſſe
magis expetendas.nam & pueri quæ apud eos in pretio ſunt:ea putãt eſſe optima.cõ-
ſonũ igitur vt quẽadmodum apud pueros atq; viros diuerſa in pretio habentur:ſic eti-
am apud malos & bonos.vt ergo ſæpe dictum eſt:pretioſa & iucunda ſunt illa quæ ſtu-
dioſo talia ſunt.cuiq; autẽ ſecundum propriũ habitũ expetẽdiſſima operatio:& ſtudio-
ſo igitur ſecundum virtutem.non eſt igitur felicitas in ioco.nam abſurdũ foret iocum
eſſe eum quem quærimus finem,& negotia multa moleſtiáſq; per totam vitam ſuſcipe
re iucundi cauſa.cuncta enim (vt ita dixerim) alterius gratia expetimus præter felici-
tatem.nam illa finis eſt.ſtudere vero & laborare ioci cauſa: ſtultum nimis pueriléq; vi-
detur.iocari vero vt ſtudeas ſecundum Anacharſis ſentẽtiam recte ſe habet.nam ceſſa- Anacharſis
tio quædam iocus videtur.cúmq; fieri nequeat vt quis cõtinuo laboret:ceſſatione indi-
get.non ergo finis ceſſatio:cum fiat gratia operationis.Videtur autem beata vita ſecũ-
dum virtutem eſſe.hæc autem ſtudioſa eſt:at non in ioco.& meliora dicimus ſeria q̃ ri-
dicula & iocoſa.& melioris ſemper & partis,& hominis ſtudioſam magis operationem.
melioris vero melior & beatior.Iam poteſt autem quis frui corporis voluptatibus eti
am abiectus quiſq;,non minus quàm optimus. At felicitatẽ nullus dicet abiecto com-
petere:ſed vitam ſolum.non enim in huiuſmodi oblectamentis felicitas conſiſtit:ſed in
operationibus ſecundum virtutem vt dictum eſt prius. Cap. VII.

29 QVòd ſi eſt felicitas ſecundum virtutem operatio:rationabile eſt vt ſit ſecũdũ
optimam.ea vero eſſet vtiq; optimi.ſiue ergo mens id ſit ſiue aliud quiddam
quod natura videatur imperare & ducere,& curã cogitationémq; habere ho
neſtarum & diuinarum rerum , ſeu diuinum & ipſum exiſtẽs,ſeu eorum
quæ in nobis ſunt diuiniſſimum:huius operatio ſecundum propriam virtutem erit vti
que perfecta felicitas.Quòd autem ſit contemplatiua dictum eſt. & conſentaneum vi-
detur id,primo dictis & veritati.nam & optima hæc eſt operatio. eſt enim mens eorũ
quæ in nobis,& cogitabiliũ circa quæ mens. Inſuper continuatiſſima hæc eſt. contem-
plari enim poſſumus cõtinue magis:quàm quiduis magis agere. Putamúſq; oportere
voluptatem eſſe admixtam felicitati. maximam vero omnium operationum volupta-
tem afferre illam quæ eſt per ſapientiã:omnes conſentiunt. videtur nempe ſapientia,
mirabiles quaſdam habere voluptates & certitudine,& puritate.at rationabile eſt ſciẽ-
tibus maiorẽ delectationem adeſſe quàm quærẽtibus.Præterea ſufficientia illa de qua
diximus:in contemplatione maxima eſt.nam neceſſariorum quidem ad vitam & ſapi-
ens & iuſtus & cæteri indigent.talibus vero ſufficienter affluentibus.iuſtus quidem in-
diget ad quod & cum quibus iuſtitia vtatur.eodem modo tẽperatus,& fortis & aliorũ
quiſq;.At ſapiens per ſeipſum contemplari poteſt.& quanto ſapientior ſit:magis.meli-
us fortaſſe ſi adiutores habet:ſed tamen ipſe per ſe ſufficientiſſimus eſt. Videturque ſo-
la propter ſeipſam amari. nihil enim ab illa prouenit præter contemplationem. at in
rebus agẽdis:vel plus vel minus acquirimus præter actionẽ.Videturq; felicitas in otio
eſſe.negotiamur enim vt otiemur,& bellum gerimus vt in pace degamus. agibiliũ er-
go virtutũ in ciuilibus aut bellicis rebus ſunt operationes.actiones vero quæ circa iſta
verſantur:negotioſe videtur,bellicæ quidem omnino.nullus enim bellum expetit bel-
landi gratia,neque parandi illa quæ ad bellũ pertinent.nam videretur peritus ſangui-
nolentus quidã eſſe: ſi amicos faciat hoſtes, vt pugnæ cædéſque ſequantur. eius etiam
quæ in republica verſatur,negotioſa eſt vita:præter adminiſtrandi laborem,opes & ho
nores ſibi inſuper & cõparantes,vel certe felicitatem ſibi & ciuibus aliã quàm ciuilem

exiſtentem,quã & quærimus certe vtpote aliam.Si ergo rerum quæ ſunt ſecũdum vir-
tutẽ:& magnitudine & pulchritudine ciuiles,bellicæq; præcellũt,& hæ negotioſæ ſunt,
& quẽdam finẽ appetũt,& non propter ſe ipſas ſunt expetendæ:mentis vero operatio
ſtudióq; præcellere videtur contemplatiua exiſtens,& præter ipſam nullum finem ap-
petere,haberéq; voluptatẽ, propriámq; operationem exauget & ſufficiẽtiam porro, &
otium,& tranquillitatem vt humanam,& quæcunq; alia beato tribuuntur viro: ſecun-
dũ hanc operationẽ eſſe videntur. perfecta vtiq; felicitas hæc erit,aſſumẽs longitudinẽ
vitæ perfectã.nihil enim eorũ quæ felicitatis ſunt:imperfectũ eſt. Talis autem potior
eſſet vita q̃ ſecundũ hominẽ.non enim qua homo eſt,ita viuet : ſed qua diuinũ quoddã
in ipſo exiſtit.quantũ autẽ differt hoc à compoſito:tantum & hæc operatio ab illa quæ
eſt ſecundum aliam virtutem.Si itaque diuinum eſt mens ad hominem:& vita quæ eſt
ſecundum illam diuina eſt ad humanam vitam.oportet autem non quemadmodũ mo
nent quidam,nos humana curare cum ſimus homines, & mortalia cum ſimus morta-
les:ſed quantum fieri poteſt ad immortalitatem anniti,& omnia facere vt viuamus ſe-
cundum optimum eorum quæ in nobis ſunt.licet enim mole paruum id ſit:at potẽtia
& pretio multo maius exiſtit:& videtur porro quiſque eſſe hoc.ſiquidem principale &
melius.abſurdum igitur foret ſi nõ illius vitam,ſed alterius cuiuſdã eligamus. & quod
prius diximus nunc quoque congruet.proprium enim cuique natura : optimum & iu-
cundiſſimum eſt.& homini igitur ea vita quæ eſt ſecundum mentem . ſiquidem maxi-
me hæc eſt homo.hæc vita ergo beatiſſima eſt. Cap. VIII.

SEcundaria vero:illa quæ eſt per aliam virtutem.nam operationes ſecundum il- 30
lam humanæ ſunt.iuſta igitur & fortia & alia quæ ſunt ſecundũ virtutes:inuicẽ
agimus in cõmercijs & expeditionibus & varijs rebus.in affectibus quoque de-
corum vnicuiq; ſeruamus.hæc autem omnia videntur humana.quædam etiam à cor-
pore prouenire,& in multis appropriari affectibus moris virtus. coniugata eſt autem
prudentia moris virtuti,& illa prudentiæ.ſiquidem principia prudẽtiæ ſunt ſecundum
virtutes morales:rectum autem in moralibus ſecundum prudentiam.coniunctæ vero
hæ affectibus,& circa cõpoſitum eſſent. compoſiti autem virtutes humanæ ſunt:& vi-
ta igitur ſecũdum illas & felicitas.illa vero quæ mẽtis: ſeparata. hactenus enim de illa
dictum ſit.nam diligentius diſcutere ſupra propoſitum foret. Videtur etiam externa
affluentia parum vel minus indigere quàm moralis . ſit enim vtriſque neceſſariorũ in-
digentia par:quanquàm magis laborat circa corpus,qui in republica verſatur,& quæ-
cunq; talia,tamen parum refert, ſed in operationibus multum differunt . nam liberali
quidẽ,pecunia opus eſt ad liberalitatem exercendam,& iuſto ad remunerationes, quia
voluntates hominum obſcuræ ſunt,& ſimulant multi ſe iuſta velle cum non ſint iuſti.
forti quoque opus erit potentia ſi perfecturus ſit aliquid ſecũdũ virtutẽ,& modeſto li-
centia.nam quomodo diſcerni poteſt vel hic vel aliorum quiſpiam? Eſt autem quæſtio
quid tandem principalius in virtute ſit:factúmne an electio,vtpote in vtriſq; exiſtente
virtute?perfectũ ergo in vtriſq; conſtat eſſe.ſed ad res agendas multis eſt opus,& quan
to maiores & præclariores ſunt:tanto magis . At contẽplanti nihil talium opus eſt ad
operationem,ſed (vt ita dixerim) contemplationem impediunt. verum qua homo eſt
& cũ pluribus viuit,eligítque virtuoſa facere: indigebit profecto his ad hominis vſum.
eſſe vero perfectam felicitatem contemplatiuam quandam operationem:vel ex eo pa
tebit,quòd deos maxime exiſtimamus felices ac beatos eſſe.at quas res illis tribuimus
agendas ? vtrum iuſtas? At erit ridiculum ſi in contractibus ac reddendis depoſitis &
huiuſmodi rebus,occupati dicantur. Sed an fortes, in ſuſtinendis terroribus & pericu-
lis ſubeundis honeſti cauſa?an liberales?at cui datum?& ſimul abſurdum eſt dicere illis
eſſe numos vel tale aliquid.an modeſtas?at quid tandem iſta laus non habentibus pra-
uas cupiditates?Ita per omnia diſcurrenti apparebit in rebus agendis paruum quiddã
eſſe & indignum numine deorum . Atqui viuere illos cuncti exiſtimant : & operari er-
go.nam dormire eos dicendum non eſt,quemadmodum Endymionem.viuenti autem
ſi nec agere quicquam tribuatur,& multo magis nec facere:quid reſtat tandem præter-

contemplationem?quare operatio dei beatitudine præcellens:contemplatiua quædam eſſet.& in hominibus ergo illa quæ huic cognatiſſima eſt: erit vtique feliciſſima. huius ſignum fuerit,quòd cætera quædam animalia felicitatis capacia nō ſunt:cum tali operatione penitus careant.nam dijs quidē omnis vita beata eſt: hominibus vero inquantum ſimilitudo quædam illis exiſtit talis operationis.aliorum vero animalium nulli felicitas competit.quoniam nullatenus participia ſunt contemplationis.Quouſque ergo contemplatio ſe extendit:eouſque felicitas.& quibus magis eſt contemplari:eiſdem & felices eſſe,non ſecundum accidens ſed ſecundum contēplationē. nam ipſa per ſe pre-
31 tioſa eſt.itaq; felicitas vtiq; erit cōtemplatio quædam.¶Indigebit quoq; externa proſperitate cum homo ſit.non enim natura ipſa per ſe ſufficiens eſt ad contemplandum:
32 ſed & oportet ſanum eſſe corpus,& alimēta cæterúmq; famulatū adeſſe. ¶Nec tamen ſi abſq; externis bonis beatum eſſe non datur:ideo putandum eſt multis ac magnis illum indigere.non enim in exceſſu ſufficientia eſt,neq; iudicium,neq; actio:ſed poſſunt etiam qui nō terræ,maríſq; dominentur honeſta agere. Nam à medioceribus etiam facultatibus:poteſt quis illa agere quæ ſunt ſecundū virtutē. hoc aperte licet intueri. nā priuati homines nō minus vidētur recta facere:quàm illi qui ſūt in dignitatibus ac potētia cōſtituti,imò etiā magis.ſatis vero tot adeſſe.erit enim beata eius vita qui ſecūdū virtutē operabitur.Et Solon fortaſſe recte felices oſtendit dicens mediocritet abūdantes externis bonis,agētes res præclaras,& viuētes modeſte.poteſt enim & qui mediocria poſſidet:agere quæ oportet. Anaxagoras quoq; videtur nō locupletē neq; potētē exiſtimare felicem:dicens ſe nequaquam mirari ſi ille multitudini abſurdus quidē videtur:nam multitudo ſolum iudicat à rebus externis.Cōcordare his videntur & ſapiē- Solon. Anaxagoras.
33 tum opiniones.fidem igitur quandam hæc habēt.¶Cæterum veritas in rebus:ex operibus & vita diſcernitur.nam in his eſt principale:conſideranda enim ſūt iſta, ad vitam,factáq; referendo.& ſi cōcordant operibus:recipere illa oportet.ſi vero diſcordāt:
34 rationem perquirere.¶Qui ſecundū mentē operatur & eam colit, & optime diſpoſitus eſt:amantiſſimus dijs videtur eſſe.Nam ſi dij curam aliquā habent humanarū rerū vt exiſtimatur & creditur:rationabile eſt eos gaudere optimo & cognatiſſimo (huiuſmodi vero eſt mens) & amantibus illam maxime, honorantibúſq; fauere tanq̃ rerum ſibi chariſſimarum curatoribus,& recte & bene agētibus. Quòd autem hæc omnia ſapienti maxime competant:non eſt obſcurum.amiciſſimus ergo deorum. eundémq; feliciſſimum eſſe:decens eſt.itaque & hoc modo ſapiens eſt vtique maxime felix.

¶Peroratio operis. Cap. IX.

35 AN igitur & ſi de his,& de virtutibus, & de amicitia, ac voluptate ſatis dictum eſt:finem iam habere putādum eſt intentionem noſtram? vel quemadmodum dicitur nō eſt in rebus agendis finis,cōſiderare ſingula atq; cognoſcere,ſed magis illa agere,nec ſane virtutem ſufficit ſcire:ſed conādum eſt illam habere & vti, vel ſi quo aliter boni efficiamur.Si ergo verba ſatis eſſent ad faciendum nos bonos: multam ac magnam mercedem ſecundū Theognidem merito reportarēt,& oporteret illa parare. nūc autem cōſtat illam vim habere vt prouocare & propellere iuuenes eos (qui ingenui ſunt) poſſint:generoſúmq; morem,& veræ honeſtatis amantē,virtuti obnoxium facere,ſed vulgus non poſſe ad probitatem inducere.non enim tales ſunt vt verecundia obtemperent ſed metu.neque vt abſtineant à prauis propter turpitudinem,ſed propter pœnā.affectu enim viuentes: proprias voluptates ac ea quæ illas efficiant perſequuntur.fugiunt vero his oppoſitas moleſtias. honeſtatis autem ac veræ voluptatis quā nunquam guſtarunt:ſine cura ſunt. Tales igitur quæ verba traducerent? non enim poſſibile eſt, neq; facile quæ ab antiquo moribus occupata ſunt:ea verbis mutare. Sed bene agi putandum eſt ſi omnibus exiſtentibus per quæ boni fieri videmur:virtutem ſuſcipiamus. fieri enim bonos exiſtimant: alij natura, alij conſuetudine, alij doctrina. Natura quidem nō eſt in noſtra poteſtate:ſed per quandam diuinam cauſam vere fortunatis exiſtit.ſermo autem & doctrina nunquam in omnibus habent vires:ſed oportet vt ante cultus ſit moribus auditoris animus ad recte gaudendum, audiendúq;,tan- Theognis.

quam ager qui ſemina ſit nutriturus. Nam qui ſecũdum perturbationem animi viuit: nec audiret monentis ſuaſiones,nec intelligeret.ei vero qui ita diſpoſitus eſt: quomodo contrarium ſuaderi poteſt?perturbationes enim animi non videntur penitus cedere verbis,ſed violentiæ.opus eſt igitur vt mos præexiſtat ad virtutem quodam modo aptus,amans honeſta,& turpia indignans.Sed ex pueritia difficile recta inductione ad virtutem potiri:niſi ſub talibus educatus ſit legibus.nam viuere modeſte & temperate plurimis,at præſertim iuuenibus:non eſt iucundum. Quamobrem legibus cõſtitutam oportet eſſe educationem & exercitia. non enim moleſtiam afferent ſi fuerint conſueta. Nec fortaſſe ſatis eſt vt iuuenes recta educatione & cura potiantur: ſed quoniam etiam viros factos oportet eadem exercere ac moribus tenere.ad hæc quoque legibus indigebimus omnino certe per totam vitam.nam plerique neceſſitati magis quàm rationi parent:& pœnis quàm honeſtati.quapropter æſtimant quidam oportere legum poſitores prouocare & exhortari debere homines ad virtutem honeſti gratia: vtpote illis qui boni ſunt ea ſecuturis.aduerſus autem inobedientes & tardiores: pœnas ſuppliciáque imponere.qui vero tales ſunt vt emendari non poſſint:eos penitus exterminare debere.Nam probum virum & honeſte viuentem,rationi pariturum eſſe:improbum vero libidinibus obnoxium quaſi beluam quandam ſub iugo poſitam per dolorẽ eſſe coercẽdum. itaq; putãt pœnas tales eſſe debere: vt concupitis voluptatibus maxime aduerſentur.Si ergo (vt dictum eſt) eum qui bonus futurus ſit recte educatum ac inſtitutum moribus eſſe oportet,ac ſubinde & in exercitijs laudabilibus viuere, & nec ſponte neq; inuitum praua facere:hæc vtiq; erunt viuentibus ſecundum quandam mentem & ordinationem rectam præcepti vim habentem. Patris igitur ordinatio vim & neceſſitatem nõ habet,nec alterius cuiuſquam ſolius viri niſi ſit rex aut huiuſmodi.at lex vim habet neceſſitantem:ratio exiſtens à prudentia quadam & mente.& homines, eos qui cupiditatibus ſuis aduerſantur:& ſi recte faciant tamen indigne ferunt.lex autem nõ eſt moleſta iubens probitatem.In Lacedæmoniorum ciuitate vel ſola, vel cum paucis:cura publice videtur adhibita à legumlatoribus circa educationem & exercitia. In alijs autem ciuitatibus iſta neglecta ſunt,& viuit quiſque vt vult: Cyclopum inſtar regẽs filios & vxores.ſed optimũ foret vt publice, rectéq; cura adhiberetur: idq; poſſe facere.Quòd ſi publice negligitur:vnicuiq; cura eſſe debet filios & amicos ad virtutem dirigere,vel ſaltem id conari.poterit autem maxime ſecundum prædicta ſi legiſlator fiat.Nam publicas quidem curas conſtat per leges fieri, laudabiles autem per ſtudioſas leges.nec referre videtur vtrũ per ſcriptas vel ſine ſcripto,nec per quas vnus, vel plures inſtituantur.ceu nec in muſica,nec in gymnaſtica & alijs diſciplinis.vt enim in ciuitatibus vim habent leges & mores,ſic in domibus paterni ſermones & mores:ac plus etiã propter cognationẽ & beneficia collata.ſunt enim iampridem affectione deuincti: & facile illis ſuadetur natura. Differunt etiã priuata inſtituta à publicis veluti in medicina.vniuerſaliter enim febricitanti confert abſtinentia & quies.eſt tamen fortaſſe aliquis cui non confert.magiſter etiam ludi non eandẽ cunctis pugnam imponit.Certius autem ſingula magis declarari videtur adhibita priuatim cura: magis enim eo quo debet potitur quiſque.ſed & medicus & ludi magiſter & alius quilibet qui vniuerſalia ſciat:de omnibus & talibus optime curaret. nam vniuerſalis quidem ſcientiæ dicuntur & ſunt,at vnum aliquem nihil forte vetat recte curari etiam ab eo qui ſine ſcientia ſit:ſi conſpexerit diligenter contingentia in vnoquoq; per experientiam. quemadmodum & medici quidam ſibi optimi videntur,ſed alijs non ſufficere. Nihilominus illi qui velit eſſe artifex & contemplatiuus : ad vniuerſale videndum eſt, & illud internoſcendum quoad poteſt, nam ſcientiæ circa hoc ſunt : vt diximus. Forte etiam illi qui meliores facere velit,vel multos vel paucos:conandum eſt vt legiſlator fiat.ſiquidem per leges boni fieri poſſumus.quemuis enim etiam qui datus ſit: diſponere recte non eſt cuiuſq;:ſed ſi alicuius eſt, id eſt ſcientis. vt in medicina & in alijs in quibus eſt cura aliqua & intelligentia.An igitur poſt hæc conſiderandum fuerit vnde & quomodo legũlator quis fiet, vel quemadmodum in alijs ab ijs qui in republica verſantur. nam pars

Lacedæmonij.

Cyclopes.

reipublicæ hæc eſſe videtur:vel non ſimile eſt in republica ac cæteris ſcientijs & facultatibus.nam in alijs quidem ijdem videntur eſſe doctores & operatores ceu medici & pictores.Ac ſcientiam gubernandarum rerum publicarum ſophiſtæ profitentur: quorum nullus rempublicam gerit, ſed illi qui in illa verſantur. Et ij facultate quadam id agere videntur, & experientia magis quàm intelligentia. Conſtat enim eos de his rebus nec ſcribere nec loqui:atqui preclarius id foret quàm orationes in iudicio vel concionibus habitas.nec rurſus filios ſuos aptos ad rempublicam efficiunt, nec amicorum aliquos.quod facerent certe ſi valerent. neque enim melius quicquam ciuitati ſuæ relinquere poſſent,neque ſibijpſis,aut ij quos chariſſimos habent magis quicquam optarent:quàm huiuſmodi potentiam.Non tamen paruin videtur experientia conferre.nō enim fieri poſſent per conſuetudinem ad rempublicam aptiores.itaque & ijs qui cupiunt de republica habere ſcientiam, opus eſt inſuper experimento. & ſophiſtæ qui id profitentur:longe abeſſe videntur à docendo.quale enim id ſit aut circa qualia:penitus ignorant. non enim idem eſſe quod rhetoricam nec abiectiorem poſuiſſent, nec putarent eſſe facile leges ferre colligenti præclaras leges.nam eligi poſſe optimas:quaſi vero electio non ſit intelligētiæ,ac maximum iudicare recte.vt in muſicis. experti enim in ſingulis recte iudicant opera.& per quæ & quomodo perficiantur intelligunt.inexpertis vero ſatis eſſe putandum eſt ſi non lateat ipſos vtrum bene vel male factum ſit: quemadmodum in pictura.leges aut publica opera videntur. quomodo igitur ex his lator legum fieri quis poteſt,aut eas quæ optimæ ſunt intelligere?non enim videntur neque medici quidem ex libris fieri. quanquam conantur illi non ſolum curas dicere: ſed etiam modum per quem medela ſit tradenda.& vt conuenit curare,cuiuſque diſtinguentes habitudines.at hæc expertis quidem videntur vtilia: ijs vero qui ſine ſcientia ſunt,inutilia.Forte etiam & legum & rerum publicarum collationes: ijs qui proſpicere & iudicare valent quid recte vel contrà,vel qualia qualibus congruant, vtilia eſſe poſſunt.ſed illi qui ſine habitu iſta perſuadent:recte iudicare non eſſet niſi fortuito.intelligentiores vero in ijs fortaſſe fient. Cum igitur antiqui illa quæ ad poſitiones legum pertinent intacta reliquerint, nos conſiderare melius erit & omnino de republica: vt quantum fieri poteſt de rebus humanis philoſophia perficiatur. Primū igitur ſi quid in parte dictum ſit à maioribus recte id conemur referre.deinde ex collatione rerum publicarum conſiderandum eſt:qualia illa ſint quæ ciuitates euertunt, & qualia vnamquamq; rempublicam,& propter quas cauſas aliæ recte, aliæ contrà gubernentur.His enim viſis forte magis intelligemus quis reipublicæ ſtatus ſit optimus, & quo modo vnaquæq; reſpublica conſtituta,& quibus legibus & moribus.

¶Decimi Ethicorum Ariſtotelis ad
Nicomachum,interprete
Leonardo Aretino,
Finis.

❡Ariſtotelis Stagyritæ operis Ethicorum ad Nicomachum antiqua
traductio. Cap. I.

OMnis ars,& omnis doctrina,ſimiliter autem & actus,& electio:bo 1
num quoddam appetere videntur. Ideóque bene enunciauerunt:
bonum,quod omnia appetunt. ❡Differentia vero quædam vide- 2
tur eſſe finium. Hi quidem enim ſunt operationes:hi vero præter
has,opera quædam. ❡Quorum autem ſunt fines quidam præter 3
operationes:in his meliora exiſtunt operationibus opera. ❡Mul- 4
tis autem operationibus entibus,& artibus,& doctrinis:multi ſunt
& fines. Medicinalis quidem enim ſanitas,nauifactiuæ vero nauigatio,militaris autem
victoria,œconomicæ vero diuitiæ. ❡Quæcunq; autem ſunt talium: ſub vna quadam 5
virtute,quemadmodum ſub equeſtri frenefactiua & quæcunq; aliæ equeſtrium inſtru-
mentorum ſunt.hæc autem,& omnis bellica operatio ſub militari. ſecundum eundem
modum:aliæ ſub alteris. In omnibus itaq; architectonicarum fines,omnibus ſunt deſi-
derabiliores ijs quæ ſunt ſub ipſis. Horum enim gratia & illa proſequimur. Differt au-
tem nihil operationes ipſas eſſe fines actuum,aut præter has aliud quiddam:quemad-
modum in dictis doctrinis. Cap. II.

SI itaq; eſt aliquis finis operabilium quē propter ipſum volumus, alia vero pro- 6
pter illum:& non omnia propter alterũ deſideramus (procedit enim ita in infi
nitum, ſic'q; eſſet vacuum & inane deſiderium) manifeſtum vtiq; quoniam hic
erit bonus,& optimus. ❡Igitur & ad vitam cognitio eius magnum habet incrementũ. 7
Et quemadmodum ſagittatores ſignum habentes:magis vtiq; adipiſcemur quod opor
tet. ❡Si autem ſic:tentandum eſt figuraliter accipere illud quid quidem eſt,& cuius di 8
ſciplinarum,aut virtutum. ❡Videbitur autem vtiq; principaliſſime,& maxime archite 9
ctonice eſſe. Talis vtiq; & ciuilis apparet. Quas enim eſſe debitum eſt diſciplinarum
in ciuitatibus,& quales vnũquenq; addiſcere, & vſquequo: hæc præordinat. Videmus
autem & pretioſiſſimas virtutum ſub hac exiſtentes. vtputa militarem,œconomicam,
rhetoricam. Vtēte vero hac reliquis practicis diſciplinarum,amplius autem legem po-
nente quid oporteat operari & à quibus abſtinere. huius finis complectitur vtiq; eos
qui ſunt aliarum. Quapropter hic vtiq; erit bonum humanum. Si enim & idem eſt vni
& ciuitati:maiúſq; & perfectius videtur quod ciuitatis, & ſuſcipere & ſaluare. amabile
quidem & vni ſoli:melius vero,& diuinius genti & ciuitatibus. methodus quidem igi-
tur hoc appetit:ciuilis quædam exiſtens. Cap. III.

DIcetur autem vtiq; ſufficiēter, ſi ſecundum ſubiectam materiam manifeſtetur. 10
Certum enim non ſimiliter in omnibus ſermonibus quærendum eſt:quemad-
modum neque in conditis. Bona autem & iuſta de quibus ciuilis intendit:tan-
tam habent differentiam,& errorem,vt videantur lege ſola eſſe,natura vero non. Talē
autem quēdam errorem habent & bona: quia multis contingunt detrimenta ex ipſis.
Iam enim quidam perierunt propter diuitias:alij vero propter fortitudinem. Amabi-
le igitur de talibus, & ex talibus dicentes: groſſe & figuraliter veritatem oſtendere.&
de ijs quæ vt frequentius:& ex talibus dicentes,talia & cócludere. Eodem itaq; modo,
& recipere debitum eſt:vnumquodq; dictorum. Diſciplinati enim eſt intátum certitu-
dinem inquirere ſecundũ vnumquodq; genus:inquantũ rei natura recipit. Proximum
enim videtur:& mathematicũ perſuadēre macceptare,& rhetoricum demonſtrationes
expetere. ❡Vnuſquiſq; autem iudicat bene quæ cognoſcit:& horum eſt bonus iudex. 11
ſecundum ergo vnũquodq; bene iudicat:in vnoquoq; eruditus. ſimpliciter autem,qui
circa omnia eruditus eſt. Idcirco politicæ non eſt proprius auditor iuuenis. inexpertus
enim eſt eorũ:qui ſecundũ vitā ſunt actuũ. rationes autē de his,& ex his ſunt. Amplius
autē paſſionũ ſecutor exiſtens,inaniter audiet,& inutiliter: quia finis eſt non cognitio,
ſed actus. Differt autē nihil iuuenis ſecũdũ ætatē,aut ſecundũ morē iuuenilis. nó enim
à tēpore defectio:ſed propter ſecũdũ paſſiones viuere,& perſequi ſingula. talibus enim
cognitio inutilis fit:quēadmodum incótinētibus. ❡Secundũ rationē autē deſideria fa- 12

cientibus,& operãtibus:multũ vtiq; vtile erit de his ſcire.Et quidẽ de auditore,& qua-
liter demonſtrandũ,& quid proponimus:prooemialiter dicta ſint tanta. Cap. IIII.
13 DIcamus autẽ reſumentes,quoniã omnis cognitio,& electio bonũ aliquod deſi-
derat:quid eſt hoc quod dicimus ciuilem deſiderare,& quid eſt omnium ope-
14 ratorũ ſummũ bonum.¶Nomine quidẽ igitur fere à plurimis confeſſum eſt.
felicitatem enim multi,& excellentes dicunt. bene viuere autẽ,& bene operari:idẽ exi
ſtimant ei quod eſt felicem eſſe.De felicitate autem quid eſt,altercantur:& non ſimili-
ter multi ſapientibus tradiderunt. hi quidem enim apertorum quid & manifeſtorum:
vtputa voluptatẽ, diuitias, aut bonorem. Alij autem multotiens quidem & idem ipſe
alterum. ægrotans enim ſanitatem, mendicans autem diuitias. conſcij autem ſibijpſis
ignorantiæ:eos qui magnũ aliquid,& ſuper ipſos dicunt,ammitantur. Quidam autem
exiſtimauerunt præter hæc multa bona,aliud eſſe ſecundum ſeipſum:quod & omnibus
eſt cauſa eſſendi bonũ.Omnes quidẽ igitur perſcrutari opiniones:fortaſſis inanius eſt.
ſufficiens autem eas maxime quæ ſuperficie tenus apparent, vel exiſtimantur habere
15 aliquã rationem.¶Non lateat nos:quoniã differũt quæ à principijs rationes,& quæ ad
principia.bene enim & Plato dubitauit hoc:& quæſiuit,vtrum à principijs vel ad prin- Plato.
cipia ſit via.quemadmodum in ſtadijs ab athlothetis ad terminum:vel ecõuerſo.Inci-pi [illegible]
endum quidẽ igitur à cognitis.hæc autem dupliciter.hæc quidem enim nobis:hæc au- Præmiorum poſitores.
16 tem ſimpliciter. forte igitur nobis incipiendum eſt à nobis cognitis. ¶Propter quod
conſuetudinibus duci bene:de bonis,& iuſtis,& totaliter ciuilibus auditurum ſufficien-
ter.principium enim in hoc quia.etſi hoc appareat ſufficienter:nihil opus erit, eo quod
propter quid.talis autẽ habet, vel ſuſcipit vtiq; principia faciliter.cui autẽ exiſtit neu-
trum horũ:audiátq; Heſiodi, Iſte quidẽ optimus qui ipſe omnia intellexerit ex ſe. bo- Heſiodus.
nus autem rurſus & ille qui bene dicẽti obedit.qui autem neq; ipſemet intelligit,neq;
alium audiens,in animo ponet:hic rurſus inutilis. Cap. V.
17 NOs autem dicamus vnde diſceſſimus.bonum enim,& felicitatẽ non irrationa
biliter videtur ex ijs (quæ huius vitæ ſunt) exiſtimare.Multi quidẽ & grauiſ-
ſimi,voluptatem.ideo & vitam diligũt voluptuoſam.Tres enim ſunt maxime
18 excellentes:& quæ nũc dicta eſt,& quæ ciuilis eſt,& tertia quæ contẽplatiua eſt.¶Mul
ti quidẽ igitur omnino beſtiales videntur eſſe,vitam pecudũ eligẽtes. Adipiſcũtur au-
tem rationem:quia multi eorum qui in poteſtate ſunt ſimilia patiuntur Sardanapalo. Sardanapalus
19 ¶Qui autẽ excellentes,& operatiui:honorem.ciuilis enim vitæ, fere hic finis. videtur
autẽ magis ſuperficie tenus eſſe eo quod quæritur. Videtur enim in honorãtibus ma-
gis eſſe quàm in honorato.bonum autẽ,proprium quidẽ, & quod difficile aufertur di-
uinamus. Amplius autẽ videntur honorẽ quærere vt credant ſeipſos bonos eſſe. quæ-
runt igitur à prudentibus honorari,& apud eos à quibus cognoſcuntur, & in virtute.
20 manifeſtum eſt igitur quoniam ſecũdum hos:virtus eſt melior.¶Forſitan autẽ & ma-
gis vtiq; finem ciuilis vitæ hanc exiſtimet.videtur autem impetfectior & hæc. videtur
enim contingere,& dormire habentem virtutem,& non operari per vitam, & cum his
mala pati,& infortunatum eſſe plurimũ. Ita autẽ viuentem nullus vtiq; felicitabit:niſi
poſitionem cuſtodiat.Et de his quidem igitur ſatis. ſufficienter enim in Encyclijs dictũ [illegible]
eſt de ipſis. Tertia autem eſt contẽplatiua,de qua perſcrutationẽ in ſequentibus facie- Quod fit in orbem. Corona.
21 mus.¶Pecunioſus autem violentus quis eſt. Et diuitiæ nõ ſunt quod quæritur bonũ.
vtiles enim ſunt,& alterius gratia.Ideóque magis quæ priora dicta ſunt: fines aliquis
vtiq; exiſtimabit.propter ſe enim diliguntur.videntur autẽ neq; illa:quãuis multi ſer-
mones ad hoc compoſiti ſint.hæc autem relinquantur. Cap. VI.
22 QVod autẽ vniuerſale:melius eſt forte perſcrutati,& quærere qualiter dicitur.
& ſi obuia tali quæſtione facta:propter amicos viros introducere ideas. Vide
bitur autẽ vtiq; melius eſſe,forſitã & oportere:& pro ſalute veritatis & fami
liaria deſtruere ſpecialitérq; philoſophos exiſtẽtes. Ambobus enim exi-
23 ſtentibus amicis: ſanctum eſt præhonorare veritatem.¶Ferentes autem opinionem
hanc:non faciebant ideas,in quibus prius & poſterius dicebant:propter quod neq; nu-

merorum ideam conſtituebant. Bonũ autẽ dicitur & in eo quod quid eſt, & in quali,&
in ad aliquid.quod autẽ eſt ſecundũ ſeipſum & ſubſtantia:prius natura eo eſt, quod ad
aliquid.propagini enim hæc aſſimilantur,& accidenti entis. quare neq; vtiq; erit com-
munis quædam in his idea. Amplius autẽ quia bonum æqualiter dicitur enti. etenim
in eo quod quid eſt dicitur:vtputa deus,& intellectus.& in quali,virtutes.& in quanto,
menſuratum.& in ad aliquid,vtile.& in tempore,tempus. & in loco, diæta,& altera ta-
lia:manifeſtum vtique quòd non erit cõmune bonum quid vniuerſaliter & vnum.non
enim vtiq; diceretur in omnibus prædicamẽtis:ſed in vno ſolo. Amplius autẽ quia eo-
rum quæ ſecundum vnam ideam,vna eſt & ſcientia:& bonorum omnium eſſet vtique
vna quædã ſcientia.nunc autẽ ſunt multæ, & eorũ quæ ſub vno ſunt prædicamẽto. vt-
puta tẽporis.in bello quidẽ enim militaris.in ægritudine autẽ medicinalis.in laboribus
vero exercitatiua. Quæret autem & vtique aliquis quid & volunt dicere per ſe vnum-
quodq;:ſi & in per ſe homine & in homine vna & eadem eſt ratio quæ hominis. ſecun-
dum enim quod homo nihil differẽt.ſi autẽ ſic:neq; ſecundũ quod bonum. Sed neque
quidẽ perpetuum eſſe: magis erit bonũ. ſicut neq; album magis, quod diuturnius eſt:
Pythagorici. eo quod vnius diei. Probabilius autẽ videntur Pythagorici dicere de ipſo: ponentes in
Pſeuſippus. bonorum coordinatione vnum.quos vtiq;,& Pſeuſippus ſequi videtur. ſed de his qui-
dem alius ſit ſermo. His autẽ quæ dicta ſunt,dubitatio quædã ſubapparet: propter nõ
de omni bono ſermones dici,& fieri.dici autem ſecundũ vnam ſpeciem:quæ ſecundum
ſeipſa proſecuta ſunt,& dilecta. Factiua autẽ horum vel cõſeruatiua aliqualiter,vel cõ-
trariorum prohibitiua,propter hæc dici,& ſecundũ modum alium. Manifeſtum igitur
quoniam dupliciter dicetur vtiq; bonum.& hæc quidem ſecundum ſeipſa: vtraq; autẽ
propter hæc. Diuidentes igitur ab vtilibus quæ ſecundũ ſeipſa: intueamur ſi dicuntur
ſecundũ vnam ideam. Secundum ſeipſa autem qualia ponet quis vtiq;:vel quæcunq; &
ſolitaria proſequũtur.vtputa ſcire,& videre,& voluptates quædã & honores.hæc enim
etſi propter aliud quidem proſequimur:tamen ſecundum ſe bonorum ponet vtiq; ali-
quis.vel neq; aliquid aliud præter ideam. Quare inanis erit idea. Si autem & hæc ſunt
eorum quæ ſecũdum ſeipſa bona:boni ipſius rationem in omnibus ipſis eandem appa-
rere oportebit.quẽadmodum in niue,& ceruſa:eã quæ albedinis. Honoris autẽ,& pru-
dentiæ,& voluptatis:aliæ,& differentes ſunt rationes ſecundum quod bona.non igitur
eſt bonũ cõmune quid ſecundũ vnam ideam. Sed qualiter vtiq; dicũtur? nõ enim aſſi-
milantur à caſu æquiuocis:ſed certe ei quod eſt ab vno eſſe,vel ad vnum omnia contẽ-
dere,vel magis ſecundũ analogiam. ſicut enim in corpore viſus: in anima intellectus,
& aliud vtiq; in alio. Sed forte hoc quidem relinquendum eſt nunc.certificare enim de
ipſis: alterius vtiq; philoſophiæ erit magis proprium. ſimiliter autẽ & de idea. ſi enim
& eſt vnum quiddã cõmuniter prædicatũ bonum, vel ſeparabile quid ſecũdũ ſeipſum:
manifeſtum ꝙ non vtiq; erit operatum, neque poſſeſſum homini. Nunc autem tale ali-
quid quæritur. Forte autem alicui videbitur vtiq; melius eſſe cognoſcere ipſum ad poſ
ſeſſa,& operata bonorum:velut enim exemplum hoc habentes,magis ſciemus & quæ
nobis ſunt bona:& ſi ſciamus,adipiſcemur ipſa. ❡ Probabilitatem quidem igitur quan- 24
dam habet ſermo:videtur autem ſcientijs diſſonare. Omnes enim bonum quoddam ap-
petentes,& quo indigent inquirentes:derelinquunt cognitionem ipſius.quamuis auxi-
lium tale omnes artifices ignorare,& neq; inquirere:non eſt bene rationabile. inutile
autem.& quid iuuabitur textor,vel faber ad ſuam artem:ſciens ipſum bonum? vel qua-
liter magis medicus vel magis miles erit:qui ideam ipſam contemplatus eſt? Videtur
quidem enim neq; ſanitatem ita intendere medicus:ſed eam quæ hominis.magis autẽ
forte eam quæ huius hominis. ſecundum vnumquenq; enim medicatur. Et de his qui-
dem igitur intantum dictum ſit.

Cap. VII.

RVrſum autem redeamus ad quæſitum bonum:quid vtiq; ſit. videtur quidem 25
aliud in alia operatione & arte.aliud enim in medicinali,& militari,& reliquis
ſimiliter. Quid igitur vnicuiq; bonũ? an gratia cuius reliqua operata ſũt? hoc
autem in medicinali quidem ſanitas, in militari vero victoria, in ædificatiua autem

domus,in alio vero aliud.in omni autē operatione, & electione finis. huius enim gra-
26 tia:reliqua operantur omnes.¶Quare ſi quis operatorū omniū eſt finis: hic vtiq; erit
operatū bonū.ſi vero plura:hæc.tranſcēdens vtiq; ſermo ad hoc ipſum peruenit. Hoc
27 autē adhuc magis explanare tentandum.¶Quoniam autem plures videntur fines:ho
rum autem eligimus quoſdam propter alterum.vtputa diuitias,fiſtulas,& omnino or-
28 gana.manifeſtum igitur quoniam non ſunt omnes perfecti.¶Optimus autem perfe-
ctus quis videtur. Quapropter ſi quidem eſt vnum aliquod ſolum perfectū: hoc vtiq;
29 erit quod quæritur. ſi vero plura: perfectiſſimū horū. ¶Perfectius autē dicimus quod
ſecundum ſeipſum eſt perſequibile:eo quod propter alterum. & quod nunquam pro-
pter aliud eligibile:ijs (quæ propter ſeipſa,& propter aliud) eligibilibus.& ſimpliciter
vtiq; perfectum quod ſecundum ſeipſum eligibile ſemper, & nunquam propter aliud.
Tale itaq; felicitas maxime eſſe videtur.hāc enim eligimus ſemper propter ſeipſam,
& nunquā propter aliud.Honorem vero & voluptatem,& intellectum,& omnē virtu-
tem eligimus quidem,& propter ſeipſa. nullo enim adueniēte eligeremus vnūquodq;
ipſorum.eligimus autem,& felicitatis gratia:per hæc ſuſpicantes felices fore. felicitatē
autem nullus eligit horum gratia:nec omnino propter aliud. Videtur autem & ex per
ſe ſufficientia idem accidere.perfectum enim bonū per ſe ſufficiens eſſe videtur. per ſe
ſufficiens autem dicimus non ipſi ſibi viuenti vitam ſolitariam:ſed & parentibus, & fi-
lijs,& vxori,& vniuerſaliter amicis,& ciuibus:quia natura ciuile, homo. Horum autem
aſſumēdus terminus quis.extendenti enim ad parentes,& propinquos, & amicos ami-
corum:in infinitum procedit. ſed de hoc quidem rurſus perſcrutandum. Per ſe ſuffici-
ens autem ponimus,quod ſolitariam: ſufficientem, & eligibilem facit vitam, & nullo
30 indigentem.tale autem exiſtimamus felicitatem eſſe. ¶Amplius autem omnium ma-
xime eligibilem non connumeratam,cōnumerata autem manifeſtum,quoniam eligibi
lior cum minimo bonorum.ſuperabundantia enim bonorum fit, quod appoſitum eſt.
bonorum autem maius:eligibilius eſt ſemper. Perfectum vtiq; quid, videtur & per ſe
31 ſufficiens felicitas: operatorum exiſtens finis. ¶Sed forte felicitatem quidem & opti-
mum dicere confeſſum quid videtur. Deſideratur autem manifeſtius quid eſt adhuc
dici. forte vtique fiet hoc,ſi ſumatur opus hominis. Quemadmodum enim tibicini,&
ſtatuifici,& omni artifici,& omnino quorum eſt opus aliquod, & actus, in opere vide-
tur bonum eſſe, & bene:ita videtur vtique & homini. ſiquidem eſt opus aliquod ipſi.
Vtrum igitur textoris quidem & coriarij ſunt opera quædam & actus: hominis vero
nullum eſt,ſed otioſum naturaliter eſt? Vel quemadmodum oculi,& manus,& pedis,&
omnino vniuſcuiuſque particularum videtur aliquod opus:ita & hominis præter hæc
32 omnia,ponet vtique aliquis opus aliquod. ¶Quid igitur hoc vtique ſit inquam? Vi-
uere enim commune videtur & plantis:quæritur autem proprium.ſeparandū ergo nu
33 tritiuam & augmentatiuam vitam.¶Sequens autem ſenſitiua quædam vtique erit. Vi
34 detur autem & hæc communis:& equo,& boui,& omni animali. ¶Relinquitur vtique
operatiua quædam rationem habentis. huius autem, hoc quidem vt bene perſuaſibile
ratione:hoc vero vt habēs:& intelligens. Dupliciter autem & hāc dicta:eam quæ ſecū-
dum rationem ponendum. in principalius enim videtur hæc dici. ſi autem eſt: opus
35 hominis animæ operatio ſecundum rationem,vel non ſine ratione.¶Idem autem dici
mus opus eſſe genere,huius & huius ſtudioſi.quemadmodum citharistæ: & ſtudioſi ci-
thariſtæ,& ſimpliciter vtique hoc in omnibus, appoſita ſecundum virtutem abundan-
tia ad opus.citharizare enim,cithariſtæ:ſtudioſi autem, bene.ſi autem ſic, hominis au-
tem ponimus vitam quandam: hanc autem animæ operationem,& actum cum ratio-
ne.ſtudioſi autem viri, bene huius & optime. Vnumquodque autem: bene ſecundum
36 propriam virtutem perficitur.¶Si autem hoc: humanum bonum animæ operatio ſit
ſecundum virtutem. ſi autem plures virtutes: ſecundum perfectiſſimam & optimam.
Amplius autem in vita perfecta. Vna enim hirundo ver non facit, nec vna dies. Ita
vtique neque beatum, & felicem: vna dies, neque paucum tempus. circunſcribatur
37 quidē igitur bonum ita.¶Oportet enim forte figuraliter dicere primū:deinde poſteri-

us reſcribere. Videbitur autem vtique hominis eſſe perducere,& particulatim diſpone
re:quæ bene habentia in circunſcriptione. Et tẽpus talium inuentor & cooperator bo-
nus eſſe. Vnde & artiũ facta ſunt additamenta. Omnis enim eſt apponere quod defi-
cit. Meminiſſe autẽ & prædictorũ oportet, & certitudinẽ non in omnibus ſimiliter ex-
quirere. ſed in ſingulis ſecundum ſubiectam materiam , & intantũ inquantum propriũ
eſt doctrinæ. Etenim tector,& geometra differenter quidẽ inquirunt tectã:hic quidem
enim inquãtum vtilis eſt ad opus,hic autẽ quid eſt:vel quale quid eſt. ſpeculator enim
eſt veri. Secundũ eundẽ itaq; modũ & in alijs eſt faciendũ:vt non quæ extra opera:ope
ribus plura fiant. Non expetendũ autẽ neq; cauſam in omnibus ſimiliter:ſed (ſufficiẽs
in quibuſdã hoc) quia demõſtrari bene. vtputa circa principia. hoc autẽ: quia primũ &
principiũ. Principiorũ autem:hæc quidem inductione contẽplata ſunt,hæc vero ſenſu,
hæc autẽ conſuetudine quadam,& alia autem & aliter . Pertranſire autẽ tentandũ ſin-
gula ſecundũ quod innata ſunt:& ſtudendũ qualiter terminentur bene. magnũ enim ha
bent auxiliũ ad ſequentia. Videtur enim plus q̃ dimidium totius eſſe principiũ: & mul-
ta manifeſta fieri per ipſum,eorum quæ quæruntur. Cap. VIII.

SCrutandũ ergo de ipſo non ſolum ex concluſione & ex quibus ſermo:ſed & ex 38
dictis de ipſo. Vero quidem enim omnia conſonant exiſtentia. falſo autem cito
diſſonat verũ. ❡ Diuiſis itaq; bonis tripliciter,& his quidẽ exterius dictis,his au 39
tẽ circa animã & corpus: circa animã principaliſſime dicimus, & maxime bona. Actus
autẽ & operationes animales:circa animã ponimus. Quare bene vtiq; dicetur ſecundũ
hanc opinionẽ antiquã exiſtentẽ:& confeſſam à philoſophis. Recte autem: & quoniam
actus quidẽ dicuntur & operationes finis. ita enim & eorũ quæ circa animã ſunt bono-
rum fit:& non eorum quæ ſunt exterius. Conſonat autem rationi:& bene viuere,& be-
ne operari felicem. fere enim bona vita, quædã dicta eſt & bona operatio. videtur autẽ
& quæſita circa felicitatem omnia,exiſtere dicto. his quidem virtus: his vero prudẽtia,
alijs autem ſapientia quædam eſſe videtur. his autẽ hæc:vel horum aliquid cũ volupta-
te,vel non ſine voluptate . alij autem & eam quæ exterius eſt abundantiã comprehen-
dunt. Horum autẽ hæc quidem multi,& veteres dicunt:hæc autẽ pauci, & glorioſi viri.
neutros autẽ horum rationabile peccare in vniuerſis:ſed vnum aliquid vel plura diri-
gere. Dicentibus quidẽ igitur omnẽ virtutẽ vel virtutẽ quandam:concors eſt ratio. hu-
ius enim eſt & ſecundũ ipſam operatio. Differt autem forte non parum in poſſeſſione,
vel vſu optimũ exiſtere:& in habitu,vel operatione. habitum enim contingit nullũ bo-
num perficere exiſtentem:vtputa dormiẽti aut & aliter qualiter otioſo. operationẽ au-
tẽ non poſſibile eſt. operabitur enim ex neceſſitate,& bene operabitur. Quẽadmodum
autem in olympiadibus non optimi,& fortiſſimi coronantur:ſed agonizantes . horum
enim quidam vincunt. ita & eorum qui in vita bonorum, & optimorũ ſunt operantes:
recte illuſtres fiunt. ❡ Eſt autem & vita ipſorũ ſecundũ ſeipſam delectabilis . delectari 40
quidẽ animaliũ eſt. vnicuiq; autẽ eſt delectabile, ad quod dicitur amicus talium. vtputa
equus quidem amanti equum:ſpectaculum autẽ amanti ſpectaculum. eodẽ autem mo-
do & iuſta amanti iuſtum. & omnino quæ ſecundum virtutẽ: amantibus autẽ bonum:
ſunt delectabilia,quæ natura delectabilia. tales autẽ ſunt ſecundum virtutẽ operatio-
nes. quare & his ſunt delectabiles, & ſecundũ ſeipſas. Nihil autẽ indiget voluptate vi-
ta. eorum quaſi adiuncto aliquo:ſed habet voluptatẽ in ſeipſa. Cum dictis enim:nullus
eſt bonus qui non gaudet bonis operationibus. neque enim iuſtum vtique aliquis dice
ret,non gaudentẽ iuſta operatione:neque liberalẽ non gaudentẽ liberalibus operatio-
nibus. ſimiliter autem & in alijs. ſi autem ſic:ſecundum ſeipſas vtique erunt ſecundum
virtutem operationes delectabiles. quinimò & pulchræ & bonæ. & maxime vnũquod-
que horum:ſi bene iudicat de his ſtudioſus. iudicat autem vt diximus. Optimum ergo
& pulcherrimum, & delectabiliſſimum: felicitas. & non diuiſa ſunt hæc ſecundum De-
liacam ſuperſcriptionem, Optimũ, iuſtiſſimũ. deſiderabiliſſimum autem, ſanum eſſe: de-
lectabiliſſimum vero, quo quis optat, frui. omnia enim hæc exiſtunt optimis operatio-
nibus. has autem vel vnam harum optimã, dicimus eſſe felicitatem. ❡ Videtur tamen 41

Felicitatem in habitu nõ eſſe.

&eorum quæ exterius ſunt bonorum indigens:quemadmodum diximus. impoſſibile
enim vel non facile bona operari:impotentem tribuere exiſtentem.multa quidẽ enim
operata ſunt(quẽadmodum diximus)per organa,per amicos,per diuitias,per ciuilem
potentiá.Quibuſdam autem denudati:coinquinant beatitudinem.vtputa nobilitate,bo
na prole,pulchritudine. non omnino enim felix ; qui ſpecie turpiſſimus , vel ignobilis,
vel ſolitarius & ſine prole . Amplius autem forte felix minus: ſi cui peſſimi filij ſunt,
vel amici,vel boni exiſtentes mortui ſunt.Quemadmodum igitur diximus:videtur in-
digere & tali proſperitate.vnde in idem ordinant quidam bonam fortunam felicitati:
quidam vero virtutem.

Bona externa ad felicitatem nonnihil conferre.

Cap.IX.

42 VNde & quæritur,vtrum eſt diſcibile,vel aſſueſcibile,vel aliter qualitér exerci-
tabile,vel ſecundum quandam diuinam particulam , vel etiam propter fortu-
nam aduenit . Siquidem igitur & aliud aliquod deorum eſt donum homini-
bus:rationabile & felicitatem dei datum eſſe. & maxime humanorum quanto optimũ.
43 ſed quidem forte alterius erit vtiq; perſcrutationis magis proprium.❡Videtur autem
etſi non à deo miſſum eſt,ſed per virtutem & quandam diſciplinam,vel exercitationẽ
aduenit:diuiniſſimorum eſſe.virtutis enim præmium, & finis: optimũ videtur, & quid
diuinum,& beatum.Erit autem vtiq; & multum cõmune.poſſibile enim exiſtere omni
bus non orbatis ad virtutem per quandam diſciplinam & ſtudiũ.Si autem eſt ita meli-
us,quàm propter fortuná beari:rationabile habere ſic. ſiquidem quæ ſecundum natu-
ram:vt poſſibile optime habere,ſic nata ſunt. ſimiliter autem & quæ ſecundum artem:
& omnem cauſam,& maxime ſecundum optimam.Maximum autem, & optimũ con-
cedere fortunæ:valde pernicioſum vtique erit.Manifeſtum eſt autẽ & quod quæritur,
44 ex ratione.dictum eſt enim animæ operatio ſecundum virtutẽ qualis quædam.❡Re-
liquorum autem bonorum:hæc quidem exiſtere neceſſarium,hæc autem cooperatiua:
& vtilia nata ſunt organice.Confeſſa autẽ hæc vtique erunt & his quæ à principio.poli
ticæ autem finẽ optimum poſuimus.hæc autẽ plurimũ ſtudium facit:quales quoſdã,&
45 bonos ciues facere,& operatores bonorũ.❡Decenter igitur neque bouẽ neque equũ,
neque aliud animaliũ aliquod:felix eſſe dicimus.Nullum enim ipſorum poſſibile eſt cõ
municare tali operatione. Propter hanc autem cauſam neque puer felix eſt. nondum
enim operator talium,propter ætatem.dicti autem: propter ſpem beatificantur . indi-
46 gent enim (quemadmodum diximus)& virtute perfecta,& vita perfecta.❡Multæ au-
tem tranſmutationes fiunt,& omnimodæ fortunæ ſecundum vitam.& contingit maxi
me abundantem magnis calamitatibus incidere in ſenectute : quẽadmodum in heroi-
cis de Priamo narratur.talibus autem vſum fortunis,& finientem miſerabiliter,nullus Priamus.
vtique felicitabit.

Cap.X.

47 VTrum igitur nullum alium hominum beatificandum vſquequo vtique viuit:
48 ſed ſecundum Solonem autem debitum eſt finem reſpicere ? ❡Si autẽ vtique Solon.
& ponendum ita,ergo & eſt felix tunc cum vtique morietur . vel hoc omnino
inconueniens:alitérque & dicentibus nobis operationem quandam felicitatem. Si au-
tẽ non dicimus mortuum felicem , neque Solon hoc vult:ſed quoniam tunc vtiq; quis
firmiter beatificabit hominẽ,vt iam extra mala exiſtentẽ,& infortunia.habet quidẽ &
hoc quæſtionem quandam.videtur enim mortuo eſſe:& malum aliquod,& bonũ.ſiqui-
dẽ viuenti,& non ſentienti autẽ.puta honores, & inhonorationes, & filiorũ,& omnino
pronepotũ proſperitates,& infortunia.Quæſtionem autẽ & hæc tribuunt. etenim qui
beate vixerit vſque ad ſenectutem,& mortuus eſt ſecundum rationem:contingit mul-
tas tranſmutationes fieri circa filios.& hos quidẽ ipſorũ bonos eſſe:& potiri vita quæ
eſt ſecundũ dignitatem, hos autem econuerſo . manifeſtum autem eſt quoniam diſceſ-
ſionibus ad patres,omnifariá habere ipſos contingit. inconueniens autem fiet vtique:
ſi ſimul tranſmutatur & mortuus & fiet aliquando quidem felix, rurſus autem miſer:
inconueniens autẽ & nihil (neque in quodam tempore) ſuperuenire : quæ ſunt filio-
rum patribus. Sed reuertendũ ad prius quæſitum. forſitan enim vtique inſpicietur &
quod nunc quæſitũ eſt,ex illo.ſi enim finem vtique videre oportet, & tunc beatificaré

vnumquêque,non vt exiſtentem beatum,ſed quoniá prius erat:qualiter non inconue-
niens,ſi quando felix eſt,non vere dicetur de eo exiſtere?propter non velle viuentes fe-
licitare,propter tranſmutationes , & propter permanens quid felicitatem exiſtimare,
& nequaquam facile tranſmutabile.fortunas autē multotiens recirculari circa eoſdem.
Manifeſtū enim quòd ſi ſequamur fortunas,eundē felicem, & rurſus miſerū dicemus
Chamæleon. multotiens:Chamæleonta quendā felicem enūtiantes, & debiliter firmatū.❡Vel for- 49
tunas quidē ſequi nequaquam rectū.non enim in his bene vel male:ſed indiget his hu-
mana vita,quēadmodum diximus.Dominæ autē ſunt quæ ſecundum virtutem opera
tiones,felicitatis.contrariæ vero:contrarij.Teſtatur autem ſermoni & quod nunc quæ-
ſitum eſt. circa nihil enim ſic exiſtit humanorū operū conſtantia : vt circa operationes
quæ ſunt ſecundū virtutem.permanentiores enim & diſciplinis hæ videntur eſſe.earū-
dem autem honorabiliſſimæ permanentiores:propter maxime intendere, & maxime
cōtinue viuere in ipſis beatos.hæc enim videtur cauſa,vt nō fiat circa eas obliuio. Exi-
ſtet autem vtiq; quod quæſitū eſt felici:& erit per vitam talis, ſemper enim vel maxi-
me omniū operabitur,& ſpeculabitur:quæ ſecundū virtutem,& fortunas fere optime,
& vbiq; omnino prudenter quidē.vt vere bonus & tetragonus ſine vituperio. ❡Mul- 50
tis autem factis ſecundum fortunam,& differentibus magnitudine & paruitate: parua
quidem proſperitatū,ſimiliter autem & oppoſitorū, manifeſtum quòd non faciunt in-
clinationem vitæ . Magna autē & multa facta quidem bene, beatiorem vitam faciunt.
etenim hæc condecorare nata ſunt.& vſus eorum bonus,& ſtudioſus fit.Econuerſo au-
tem accidentia tribulant,& conturbant beatum. triſtitias enim inferunt, & impediunt
multis operationibus.Verūtamen & in his refulget bonū. cum vtiq; fert quis faciliter
multa,& magna infortunia nō propter doloris inſenſibilitatem : ſed virilis exiſtens , &
magnanimus.Si autem ſunt operationes dominæ vitæ,quēadmodum diximus: nullus
vtiq; beatorū fiet miſer.neq; enim aliquando operabitur odibilia,& mala. Vt enim ve-
re bonum & ſapientē omnes exiſtimamus fortunas decenter ferre,& exiſtētibus ſem-
per optima operari: quēadmodum ex datis & ducem bonū præſente exercitu vti ma-
xime bellicoſe,& coriorum inciſorem ex datis corijs optimū calceamentū facere.eodē
autem modo & alios artifices omnes.Si autem ita:miſer quidem nequaquam fiet vtiq;
felix.neq; vtiq; beatus ſi Priamicis infortunijs incidet, neq; vtiq; & facile tranſmutabi-
lis.neq; enim ex felicitate mouebitur facile,neq; à contingētibus infortunijs:ſed à ma-
gnis,& multis.Ex talibus non vtiq; fiet rurſus felix in paruo tempore:ſed ſiquidem in
multo quodam & perfecto:magnorum & bonorum in ipſo factus abundans. ❡Quid 51
igitur prohibet dicere felicem ſecundum virtutem perfectam operantem:& exteriori-
bus bonis ſufficienter ditatum, non contingenti tempore, ſed perfecta vita.vel appo-
nendum:& victurum ſic,& finiturum ſecundum rationem.quia futurum immanifeſtū
nobis.felicitatem autem finem,& perfectum ponimus omnino. ſi autem ita:beatos di-
cemus viuentium quibus exiſtunt,& exiſtēt quæ dicta ſunt:beatos autem vt homines.
Et quidem igitur de his intantum dictum ſit.

Cap.XI.

PRonepotum autem fortunas,& amicorum omnium nequaquā quidem confer- 52
re:valde inamicabile videtur,& opinionibus cōtrariū. Multis autē & omnimo-
das habentibus differentias accidentibus,& his quidē magis redundātibus,his
autem minus:ſecūdum vnūquodq; quidem diuidere longum,& infinitum videtur. Vni-
uerſaliter autem dictum,& typo.forſitan vtiq; ſufficienter habebit , ſi vtiq; & quemad-
modum circa ipſum,fortunarum hæ quidem habent aliquod pondus & auxiliū ad vi-
tam,hæ autem leuiores videntur:ita & quæ circa amicos ſimiliter omnes . Differt autē
& paſſionum vnáquáq; circa viuentes,vel mortuos contingere:multo magis quàm in-
iuſta,& mala præexiſtere in tragœdijs,vel fieri.ſyllogizádū vtiq; & ita differentiá.Ma-
gis autem fortaſſis inquirendū circa eos qui defecerunt:ſi aliquo bono cómunicant vel
oppoſitis.Videtur enim ex his & ſi redundat ad ipſos quodcunq; ſiue bonum ſiue con-
trarium:fragile quiddam & paruum,vel ſimpliciter vel illis eſſe.ſic autem non tantū,&
tale:vt faciat felices eos qui non ſunt,neq; ijs qui ſunt auferat beatitudinem.Conferre

quidem igitur aliquid videntur ijs qui defecerunt:bonæ operationes amicorum, ſimi-
liter autem & infortunia.talia autem & tam magna vt neque felices non felices,neque
non felices felices faciant,neq; aliud talium aliquod. Cap. XII.

53 DEterminatis autem his:ſcruremur de felicitate vtrum laudabilium eſt,vel ma-
54 gis honorabilium.¶ Manifeſtum enim quoniam potentiarum non eſt. Vide-
tur autem omne laudabile in quale quid eſſe,& ad aliquid qualiter habere lau-
dari.iuſtum enim & virilem,& vniuerſaliter bonum,& virtutē laudamus propter ope-
ra,& actus:& fortem, & curſorē, & aliorum vnumquenq; in quale quid natū eſſe & ha-
bere aliqualiter ad bonum aliquod,& ſtudioſum. Manifeſtum autem eſt hoc & ex his
quæ circa deos ſunt laudibus.deriſibiles enim vidētur ad nos relatæ.hoc autem contin-
git:quia ſunt laudes per relationem,vt diximus.Si autem eſt laus talium: manifeſtum
quoniam optimorum non eſt laus ſed maius aliquid & melius quemadmodum vide-
tur.deos enim beatificamus,& felicitamus,& virorum diuiniſſimos beatificamus:ſimi-
liter autem & bonorum.nullus enim felicitatem laudat quemadmodum iuſtum:ſed vt
diuinius aliquid & melius beatificat.Videtur autem & Eudoxus benè attribuiſſe de pri- Eudoxus.
mitijs voluptati.in non laudari enim bonorum exiſtentem nūtiare exiſtimat;quoniā
melius eſt laudabilius.talem autem eſſe deum,& per ſe bonum.ad hæc enim & alia re-
ferri.Laus quidem enim virtutis.operatores enim bonorum ab hac laudantur.laudes
autē,operum ſimiliter & corporalium & animalium.Sed hoc quidem forte magis pro-
prium certificare ijs qui circa laudes inſudauerunt.nobis autē manifeſtum ex ijs quæ
dicta ſunt quoniam eſt felicitas honorabilium,& perfectorum. Videtur autem ita ha-
bere & propter eſſe principiū.huius enim gratia reliqua omnia,omnes operātur. prin-
cipium autem & cauſam bonorum honorabile quid,& diuinum ponimus. Cap. XIII.

55 SI autem felicitas eſt operatio quædam animæ ſecūdum virtutem perfectam:de
virtute ſerutandum eſt.forte enim vtiq; ita melius & de felicitate cōtemplabi-
mur.videtur autem & ſecūdum veritatem, ciuilis circa hanc maxime inſudare.
vult enim ciues bonos facere, & legum obauditores. Exemplum autem habemus ho-
rum:Cretenſium,& Lacedæmoniorum legiſlatores & ſi qui alij tales facti ſunt.ſi vero Cretenſes
politicæ eſt perſcrutatio hæc:manifeſtum quoniam fiet vtique quæſtio ſecundum eam Lacedęmonij
56 quæ à principio eſt electionem.¶ De virtute autem perſcrutandum humana videlicet.
& enim bonum humanum quærebamus,& felicitatem humanam. Virtutē autem hu-
manā dicimus nō eam quæ corporis:ſed eam quæ animæ.ſed & felicitatē, animæ ope-
57 rationem dicimus.¶ Si autem hæc ita habent: manifeſtum quoniam politicum opor-
tet ſcire aliqualiter quæ circa animam. quemadmodū & eum qui oculos curat: & omne
corpus,& magis quanto honorabilior & melior politica,medicinali.ſed & medicorum
excellentes multa negotiantur circa corporis cognitionem.Contemplandum itaque &
ciuili,de anima.Contemplandum autem horum gratia, & in quantum ſufficienter ha-
bet ad quæſita.in plus enim certificare operoſius forte eſt propoſitis. Dicūtur autē de
58 hac & in exterioribus ſermonibus quædā ſufficiēter,& vtendū ipſis. ¶ Puta hoc quidē
irrationale ipſius eſſe:hoc vero rationem habens.Hæc autem vtrum determinata ſint
quemadmodum corporis particulæ,& omne diuiſibile:vel ratione duo ſint indiuiſibi-
lia apta nata quemadmodum in peripheria curuum & concauum,nihil differt ad præ- περιφέρεια
59 ſens ¶ Irrationalis autem hæc quidem aſſimilatur communi,& plantatiuo:dico autem Circūferētia.
cauſam eius quod eſt nutriri & augeri.talem enim virtutē animæ in omnibus quæ nu-
triūtur ponet aliquis vtiq;, & in embryonibus eandem vtiq; hanc,& in imperfectis.ra- ἔμβρυον
60 tionabilius enim quàm aliquam aliam.¶ Hæc quiddem igitur cōmunis quædam vir- Fœtus.
tus & non humana apparet.videtur enim in ſomnis operari maxime particula hæc,&
virtus:bonus autem & malus,nequaquam manifeſti ſunt ſecundum ſomnum.vnde di-
cunt nihil differre ſecundum dimidium vitæ felices à miſeris.contingit autem hoc de-
center.quies enim eſt ſomnus animæ ſecundū quod dicitur ſtudioſa,& praua.verunta-
men ſi quo paulatim pertranſeunt quidam motuū: & ita meliora fiunt phantaſmata
ſtudioſorum quàm quorumlibet.Sed de his quidem igitur ſufficienter,& nutritiuum

igitur relinquendum:quoniam humanæ virtutis expers innatum eſt. ❡Videtur vtiq; 61
& alia quædam natura animæ irrationalis eſſe:participans quidem aliqualiter ratione.
Incontinentis enim & continentis rationem habens laudamus:recte enim & ad opti-
ma deprecatur ratio.videtur autem in ipſis aliud quid præter rationem innatum:quod
aduerſatur,& obuiat rationi.firmiter enim quẽadmodum diſſolutæ corporis particulæ
in dexteram præeligentium mouere:econtrario in ſiniſtram praue feruntur. & in ani-
ma ſic.ad contraria enim motus incontinentium. ſed in corporibus quidem videmus
quod peruerſe motum eſt:in anima vero non videmus. fortaſſis autem nihil minus &
in anima exiſtimandũ eſſe aliquid præter rationem contrarians huic, & obuians. qua-
liter autem alterum:nihil differt.Ratione autem & hoc videtur participare: quẽadmo-
dum diximus . obedit igitur rationi quod continentis. amplius autem forſitan ſubie-
ctius eſt quod ſobrij & fortis.omnia enim cõſonant rationi. Videtur vtiq; & irrationa-
bile duplex.plantatiuum quidem enim nequaquam cõmunicat ratione. concupiſcibile
vero & vniuerſaliter appetibile participat aliqualiter:ſecundum quod exaudibile eſt
ei,& obaudibile eſt rationi. ita vtiq; & patris & amicorum dicimus habere rationem:
& non quemadmodum mathematicorum.Quoniam autem ſuadetur aliqualiter à ra-
tione irrationabile:nũtiat & ſuaſio & omnis increpatio,& deprecatio.❡Si autem opor 62
tet & hoc dicere rationem habere:duplex erit & rationem habens.hoc quidem princi-
paliter & in ſeipſo:hoc autem quemadmodum à patre audibile aliquid.❡Determina- 63
tur autem virtus ſecundum differentiam hanc.dicimus enim harum has quidem intel-
lectuales:has autem morales.ſapientiam quidem & intellectum,& prudentiam intelle-
ctuales:liberalitatem autem,& ſobrietatem morales. Dicentes enim de moribus non
dicimus quoniam ſapiens & intelligens:ſed quoniam mitis & ſobrius.laudamus autem
& ſapientem ſecundum habitum:habituum autem laudabiles,virtutes dicimus.

❡Secundus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

DVplici autem virtute exiſtente:hac quidem intellectuali,hac autem 1
morali:ea quidẽ quæ intellectualis,plurimũ ex doctrina habet & ge
nerationem & augmentum.ideo experimento indiget & tempore.
❡Moralis vero ex more fit:vnde & nomen habuit parum declinãs 2
à more.Ex quo & manifeſtum:quoniam neq; vna moralium virtu-
tum natura nobis inſit.nullum enim natura exiſtẽtium aliter aſſue-
ſcit . puta lapis natura deorſum latus,nõ vtiq; aſſueſcet ſurſum fer-
ri:neq; ſi decies millies aſſueſcat quis eum ſurſum iaciẽs.neq; ignis deorſum,neq; aliud
aliquid eorũ quæ aliter innata ſunt:aliter vtiq; aſſueſcet.Neq; igitur natura neq; præter
naturã inſunt virtutes,ſed innatis nobis quidem ſuſcipere eas:perfectis autẽ per aſſue
tudinem . Adhuc quæcunq; quidem natura nobis adueniunt : potentias horum prius
ferimus,poſterius autem operationes eorũ reddimus.quod in ſenſibus eſt manifeſtũ.
non enim ex multotiens videre,aut ex multotiens audire,ſenſus accepimus: ſed econ-
uerſo habentes vſi ſumus,non vtentes habuimus.virtutes autem accepimus, operãtes
prius:quemadmodum & in alijs artibus.quæ enim oportet diſcentes facere: hæc faciẽ-
tes diſcimus.puta ædificantes ædificatores fiunt,& citharizãtes cithariſtæ, ſic autem &
iuſta operantes & iuſti quidem efficimur,temperata autem temperati,fortia vero for-
tes. Teſtatur autem & hoc quod fit in ciuitatibus.legiſlatores enim ciues aſſuefaciẽtes
faciunt bonos:& voluntas quidem cuiuſlibet legiſlatoris hæc eſt.quicunq; vero non be-
ne hæc faciunt,peccant.& differt horum ciuilitas à ciuilitate: vt bona à mala. ❡Adhuc 3
autem ex eiſdem & per eadem & fit omnis virtus , & corrumpitur . ſimiliter autem &
ars.ex citharizare enim & boni & mali fiũt cithariſtæ:proportionaliter autem & ædifi-
catores,& reliqui omnes.ex bene quidem ædificare,boni erũt ædificatores:ex male au
tem mali.ſi enim non ſic haberet,nihil vtiq; opus eſſet docẽte: ſed omnes vtique vel fi-
erent boni vel mali.ſic vtiq; & in virtutibus habet. operantes enim quæ in communi-
cationibus ſunt ad homines:efficiuntur hi quidem iuſti,hi autem iniuſti. operantes au-
tem quæ in periculis,& aſſueti timere vel confidere:hi quidem fortes,hi autem timidi.

ſimiliter autem & quæ circa concupiſcentias habent & iras hi quidem temperati & mites fiunt:hi autem intemperati & iracundi.hi quidem ex ſic in eis conuerſari,hi autem ex ſic,& omnino(& vno vtique ſermone)ex ſimilibus operationibus habitus fiũt.Propter quod oportet operationes quales reddere.ſecundum enim harum differentias ſequuntur habitus.non parum igitur differt ſic vel ſic ex iuuene confeſtim aſſuefieri:ſed multum magis,aut omne.

Cap. II.

4 QVoniã igitur præſens negotium nõ cõtemplationis gratia eſt quẽadmodũ alia.non enim vt ſciamus, quid eſt virtus ſcrutamur, ſed vt boni efficiamur, quia nullum vtiq; eſſet proficuũ eius,neceſſariũ eſt ſcrutari ea quæ circa operationes, qualiter operãdum eſt eas.hæ enim ſunt dominæ & huiuſmo-
5 di quales fieri habitus: quemadmodum diximus. ¶Secundum rectam quidem igitur rationem operari cõmune, & ſupponatur. dicetur autem poſterius de hoc: & quid eſt ratio recta,& qualiter ſe habet ad alias virtutes. Illud autem præcõfeſſum ſit,quoniam omnis qui de operabilibus eſt ſermo,typo & non ſecundum certitudinem debet dici, quẽadmodũ & in principio diximus:quoniam ſermones ſecundum materiam ſunt expetendi.quæ autem in operationibus,& quæ cõferentia:nihil ſtans habent,quemadmodum neque ſana. Tali autẽ exiſtente vniuerſali ſermone: adhuc magis qui de ſingulis eſt ſermo,non habet certitudinem.neque enim ſub arte,neq; ſub enarratione aliqua cadunt.Oportet autem ipſos operantes ſemper ea quæ ad tempus intendere: quẽadmo-
6 dum & in medicinali ſe habet,& in gubernatiua. ¶Sed quãuis exiſtẽte tali præſente ſermone:tentandum auxiliari. Primum igitur hoc ſpeculandũ quoniam talia innata ſunt ab indigentia,& ſuperabundantia corrumpi.oportet enim de immanifeſtis: manifeſtis ſignis & teſtimonijs vti.quemadmodum in fortitudine,& ſanitate videmus.ſuperabundantia enim gymnaſia,& deficientia corrumpunt fortitudinem.ſimiliter autem & potus & cibi amplius & minus effecti:corrumpunt ſanitatem.quæ autem commenſurata ſunt:& faciunt,& augent & ſaluant.ita igitur in fortitudine & temperantia ſe habet, & alijs virtutibus. qui enim omnia fugit, & timet, & nihil ſuſtinet: timidus efficitur. & qui nihil omnino timet ſed ad omnia vadit:audax.ſimiliter autem & qui quidem omni voluptate potitur,& neq; ab vna recedit: intẽperatus eſt. qui autem omnes fugit quẽadmodum agreſtes:inſenſibilis.corrũpitur enim temperantia & fortitudo à ſuperabũ-
7 dantia & defectu: à medietate autẽ ſaluatur. ¶Sed non ſolum generationes & augmẽtationes & corruptiones ex eiſdem & ab eiſdem fiũt:ſed etiã operationes in eiſdẽ erũt. etenim in alijs manifeſtioribus ita habet:puta in fortitudine,fit enim ex multũ cibum ſumere,& multos labores ſuſtinere:& maxime poteſt hoc facere fortis. ita autem & in virtutibꝰ.ex recedere enim à voluptatibꝰ,efficimur tẽperati:& effecti,poſſumus maxime recedere ab ipſis.ſimiliter autẽ & in fortitudine.aſſueti enim cõtẽnere terribilia, & ſuſtinere ipſa:efficimur fortes.& effecti maxime poterimꝰ ſuſtinere terribilia.

Cap. III.

8 SIgnum autem oportet facere habituum ſuperuenientem voluptatem vel triſtitiam operibus.qui quidẽ enim recedit à voluptatibus corporalibus, & hoc ipſo gaudet:temperatus.qui autem triſtatur, intemperatus. & qui quidem ſuſtinet particula,& gaudet vel nõ triſtatur,fortis. qui autem triſtatur timidus. circa voluptates enim & triſtitias:eſt moralis virtus. Propter voluptatem quidem enim mala ope-
9 ramur,propter triſtitiã autem à bonis recedimus. ¶Propter quod oportet duci qualiter confeſtim ex iuuenibus vt Plato ait:quare & gaudere & triſtari in quibus oportet. Plato.
recta enim diſciplina hæc eſt. Adhuc autẽ ſi virtutes circa actus ſint, & paſſiones, omni autẽ paſſioni & omni actui ſequitur delectatio & triſtitia:& propter hoc vtique erit virtus circa delectationes & triſtitias.Demonſtrant autem & pœnæ factæ per hoc medicinæ enim quædã ſunt,medicinæ autẽ per contraria innatæ ſunt fieri. Adhuc autem
10 ſicut prius diximus,omnis animæ habitus à quibus innatus eſt fieri deterior & melior: ad hæc & circa hæc naturam habet.propter voluptates enim & triſtitias praui fiunt in proſequendo & fugiẽdo has:vel quas non oportet,vel quando non oportet, vel vt nõ oportet,vel qualitercunq; aliter à ratione determinatur.Ideóq; determinant virtutes

impaſſibilitates, quaſdam & quietes. non bene autem. quoniam ſimpliciter dicunt: ſed
non vt oportet, & quando oportet, & quæcunque alia opponũtur. Supponitur ergo vir-
tus eſſe talis circa voluptates & triſtitias optimorum operatiua: malitia autem contra-
riorum. Fiet autem vtique nobis ex his manifeſtum adhuc de eiſdem. Trib⁹ enim exi-
ſtentibus quæ circa electiones, & tribus quæ in fugis, bono conferente, delectabili, &
tribus contrarijs, malo, nociuo, triſti: circa hæc quidem omnia bonus, directiuus eſt: ma-
lus autem, peccans. Maxime autem circa delectationem. cómunis etenim hæc anima-
libus & omnibus quæ ſub electione aſſequuntur. etenim bonum & conferens: delecta-
bile eſſe videtur. Adhuc autem ex puero omnibus nobis cónutritur: propter quod dif-
ficile conterere hanc paſſionem contemporaneam vitæ. Regulamus autem & operatio-
nes, hi quidem magis, hi quidem minus: delectatione & triſtitia. propter hoc igitur ne-
ceſſarium eſt circa hæc eſſe omne negotium. non enim parum in operationes bene vel
male gaudere, & triſtari. Adhuc autem difficilius voluptati repugnare quàm iræ, quē-
Heraclitus. admodum ait Heraclitus. circa difficilius autem ſemper & ars fit & virtus. etenim be-
ne, melius in hoc. quare & propter hoc circa delectationes, & triſtitias omne negotium
& virtutis, & politicæ. qui quidem igitur bene vtitur his, bonus erit: qui autem male,
malus. Quoniá quidem igitur eſt virtus circa delectationes & triſtitias, & quoniam ex
quibus fit, ab his & augetur & corrumpitur non ſimiliter factis, & quoniam ex quibus
fit, circa hæc & operatur: dictum ſit. Cap. IIII.

QVæret autem vtiq; aliquis qualiter dicimus quoniam oportet quidē iuſta ope- 10
rantes iuſtos fieri, temperata autem temperatos? ſi enim operátur iuſta & tem
perata, iam ſunt iuſti & temperati. quemadmodũ ſi grammatica & muſica: gram
matici & muſici. Vel neq; in artibus ita ſe habet. cótingit enim gramma-
ticum quid facere, & à caſu, & alio ſuppoſito. tunc igitur grámaticus: ſi grammaticum
quid faciat, & grammatice. hoc autem eſt ſecundum eam quæ in ipſo eſt grammaticam.
Adhuc autem neque eſt ſimile in artibus & virtutibus. quæ enim ab artibus fiũt bene
habent in eis. ſufficit igitur hæc qualiter habentia fieri. quæ autem ſecundum virtutem
fiunt neque ſi hæc qualiter habeant, iuſte vel temperate operata ſunt: ſed & ſi operans
qualiter habens, operetur. primum quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens, & eligēs propter
hoc. tertium autē & ſi firme, & immobiliter habeat ſe, & operetur. hæc autem ad alias
quidem artes habere nó cónumerátur, præter ipſum ſcire. ad virtutes autem ſcire qui-
dem parum, aut nihil poteſt. alia vero non parum, ſed omnia poſſunt: quæ ex multo-
tiens operari iuſta, & temperata adueniunt. Res quidem igitur iuſtæ & temperatæ di-
cuntur: quando ſunt tales quales vtique iuſtus & temperatus operabitur. iuſtus autem
& temperatus eſt non qui hæc operatur: ſed & qui ſic operatur, vt iuſti & temperati
operátur. Bene igitur dicitur quoniam ex iuſta operari iuſtus fit: & ex temperata, tem-
peratus. ex non operari autem hæc: nullus curabit vtique fieri bonus. Sed multi hæc
quidem non operantur. ad rationem autem confugientes exiſtimant philoſophari, &
ſic fore ſtudioſi, ſimile aliquid facientes laborantibus qui medicos quidem audiunt ſtu-
dioſe, faciunt autem nihil eorum quæ præcepta ſunt. quemadmodum igitur illi neque
bene habebunt corpus ita curari: neque iſti animam ita philoſophantes. Cap. V.

POſt hæc autem quid eſt virtus, ſcrutandum. quia igitur quæ in anima fiunt tria 11
ſunt paſſiones, potentiæ, & habitus: horum vtiq; aliquod erit virtus. Dico autē
paſſiones quidem: concupiſcentiam, iram, timorem, audaciam, inuidiam, gau-
dium, amicitiam, odium, deſiderium, zelum, miſericordiam: & vniuerſaliter quibus ſe-
quitur delectatio vel triſtitia. Potentias autem ſecundum quas paſſibiles horum dici-
mur: puta ſecundum quas potentes iraſci vel triſtari, vel miſereri. Habitus autem ſecũ-
dum quos ad paſſiones habemus bene vel male: puta iraſci. ſiquidem vehementer vel
remiſſe, male habemus: ſi autem medie, bene. ſimiliter autē & ad alia. ¶ Paſſiones qui- 12
dem igitur non ſunt neq; virtutes, neq; malitiæ: quoniam nó dicimur ſecundũ paſſiones
ſtudioſi vel praui, ſecũdum virtutes autem vel malitias dicimur. Et quoniam ſecundum
paſſiones quidem, neq; laudamur neq; vituperamur. nó enim laudatur qui timet, neque

qui iraſcitur,neq; vituperatur qui ſimpliciter iraſcitur:ſed qui qualiter. ſecundũ virtu-
tes autem vel malitias laudamur vel vituperamur.Adhuc autem iraſcimur & timemus
quidem non ſpõte:virtutes autem electiones quædam, vel non ſine electione. Adhuc
autem ſecundum paſſiones quidem moueri dicimur:ſecundum virtutes autem,vel ma
13 litias non moueri,ſed diſponi qualiter.¶Propter hæc autem neq; potentiæ ſunt. neq;
enim boni dicimur propter poſſe pati ſimpliciter,neq; mali, neq; laudamur, neq; vitu-
peramur.Et adhuc potentes ſumus natura: boni autem vel mali non efficimur natura.
14 diximus autẽ de hoc prius.¶Si igitur neq; paſſiones ſunt virtutes,neq; potẽtiæ: relin-
quitur habitus eas eſſe.Quid quidẽ igitur genere eſt virtus:dictum eſt. Cap. VI.
15 OPortet autem non ſolũ ſic dicere quoniam habitus: ſed & qualis quidem. Di-
cẽdum igitur quoniam virtus omnis:cuius vtiq; fuerit virtus,& id bene habẽs
perficit,& opus eius bonũ reddit.puta oculi virtus,& oculum facit ſtudioſum:
& opus eius bonum. oculi enim virtute bene videmus.ſimiliter autem & equi virtus
equum ſtudioſum facit:& bonum ad currendum & ferendũ aſcenſorem, & expectandũ
bellatores.ſi ita hoc in omnibus ita ſe habet: & omnis virtus, erit vtiq; habitus ex quo
bonus homo fit,& à quo bene opus ſuum reddit.qualiter autem hoc erit:iam quidem
diximus.Adhuc autem hoc erit manifeſtum ſi ſpeculati fuerimus qualis quidẽ eſt na-
16 tura ipſius.¶In omni itaq; continuo & diuiſibili eſt accipere hoc quidẽ plus, hoc autẽ
17 minus,hoc vero æquale.¶Et hoc vel ſecundũ ipſam rem,vel quo ad nos.æquale autẽ
medium quiddam eſt ſuperabundantiæ & defectus.Dico vtiq; rei quidem mediũ quod
æqualiter diſtat ab vtroq; extremorum:quod eſt vnum & idem omnibus.ad nos autẽ
quod neq; abũdat,neq; deficit.hoc autẽ eſt neq; vnũ: neq; idem omnibus. puta ſi decẽ
multa,duo autem pauca:ſex accipiuntur media ſecundũ rem(æqualiter enim excedũt
& exceduntur) hoc autem medium eſt ſecũdum arithmeticam proportionem. Quod
autem ad nos:non ita ſumendum.non enim ſi alicui decem minas comedere multum,
duas autem paucum: magiſter ſex minas præcipiet. eſt enim hoc forſitan & multum
ſumenti vel paucum. Miloni quidem paucum:dominatori autem gymnaſiorum mul- Milo.
tum.ſimiliter autem & in curſu,& in palæſtra.Ita vtiq; omnis ſciens,ſuperabundãtiam
& defectum fugit:medium autem quærit,& hoc deſiderat.medium autem non rei:ſed
18 quo ad nos.¶Si vtique omnis ſcientia ſic opus bene perficit ad medium reſpiciens:&
in hoc ducens opera vnde conſueuerunt dicere bene habẽtibus operibus, quoniã neq;
auferre eſt,neq; apponere. vt ſuperabundantia quidem & defectu corrumpẽte: bene
medietate autem ſaluante.Boni autem artifices(vt diximus) ad hoc reſpicientes ope-
rantur.virtus autem omni arte certior,& melior eſt:quemadmodum & natura. medij
vtique erit coniectatrix.Dico autem moralem.hæc enim eſt circa paſſiones & operatio
nes:in his autẽ eſt ſuperabundantia,& defectus,& medium:puta & timere,& audere,&
cõcupiſcere,& auerti,& iraſci,& miſereri.& vniuerſaliter delectari,& triſtari,eſt & ma-
gis & minus,& vtraque non bene.quando autẽ oportet & in quibus, & ad quos, & cu-
ius gratia,& vt oportet.& medium,& optimum, quod eſt in virtute. ſimiliter autem &
circa operationes eſt ſuperabundantia,& defectus,& mediũ. Virtus autem circa paſſio
nes & operationes eſt.in quibus autem ſuperabundantia vitioſa eſt: & defectus vitu-
peratur,medium autem laudatur,& dirigitur.hæc autem ambo,virtutis.Medietas igi-
19 tur quædam eſt virtus, coniectatrix exiſtens medij. ¶Adhuc peccare quidem multis
modis dicitur. malum enim infiniti (vt Pythagorici exiſtimauerunt) bonum autem Pythagorici.
finiti.dirigere autem vno modo.ideo hoc quidem facile:hoc autem difficile.facile qui-
dem non contingere ſignum: difficile autem contingere. & propter hoc malitiæ qui-
dem ſuperabũdantia,& defectus:virtutis autẽ medietas.boni quidem ſimpliciter:mul-
20 tifarie autem mali.¶Eſt ergo virtus,habitus electiuus in medietate conſiſtens: quoad
determinata ratione,& vt vtiq; ſapiẽs determinabit. medietas autem duarum malitia-
rum:huius quidem ſecundum ſuperabundantiam, huius autem ſecundum defectum.
Et adhuc hinc has quidem deficere:has autem ſuperabundare ab eo quod oportet, &
in paſſionibus & in operationibus,virtutẽ autem medium & inuenire & eligere. Pro-

pter quod ſecundum ſubſtantiam quidem & rationem quid eſt eſſe dicētem:medietas
eſt virtus.ſecundum optimum autem & bene : extremitas. ❡ Non autem ſuſcipit om- 21
nis operatio,neq; omnis animæ paſſio medietatem.quædam enim cōfeſtim nominata:
conuoluta ſunt cum malitia. puta gaudium de malo , inuerecundia, inuidia: & in ope-
rationibus quidem,adulterium,furtum,homicidium.hæc enim omnia & quæ talia ſunt
dicuntur ſecundū ſeipſa mala eſſe,ſed non ſuperabundantiæ ipſorum,neq; defectus.
non eſt igitur vnquam circa hæc dirigere:ſed ſemper peccare.neq; eſt bene vel nō bene
circa talia in eo quod vt oportet,& quando,& quomodo,puta adulterari:ſed ſimplici-
ter facere quodcūq; horum,peccare eſt.Simile igitur attribuenti & circa iniuſta facere
& timere,& incontinentem eſſe: eſſe & medietatem & ſuperabundantiā & defectum.
erit enim ſic ſuperabundātiæ,& defectus medietas , & ſuperabūdantiæ ſuperabūdan-
tia,& defectus defectionis.Quemadmodum igitur temperantiæ & fortitudinis nō eſt
ſuperabundantia,& defectus,ꝓpter medium eſſe aliqualiter extremum:ita neq; illo-
rum medietas,neque ſuperabundantia,& defectus.ſed vt vtiq; operatum eſt: vitioſum
eſt.vniuerſaliter ergo:neque ſuperabundantiæ,neque defectus medietas eſt: neq; me-
dietatis ſuperabundantia,& defectus.

Cap. VII.

OPortet autē non ſolum vniuerſaliter dici:ſed in ijs quæ ſunt ſecundum ſingula 22
aptare.in ijs enim qui circa operationes ſunt ſermonibus:vniuerſales quidem
inaniores ſunt:particulares autē veriores. circa ſingularia enim operationes.
opportunum autem in his cōcordare.❡Sumendum igitur hoc ex deſcriptione. Circa 23
timores ergo & audacias fortitudo medietas.ſuperabundantium autem qui quidem in
timiditate:innominatus eſt. multa autē ſunt innominata. qui autem in audere ſuper-
abundat audax.qui vero in timere quidem ſuperabundat, in audere autem deficit : ti-
midus.Circa delectationes autem, & triſtitias non omnes:minus autem & circa triſti-
tias , medietas quidem temperantia , ſuperabundantia vero intemperantia. deficien-
tes autem circa delectationes non multum fiunt.propter quod nomen & iſti non ſunt
ſortiti: ſint autem inſenſibiles.Circa dationem autem pecuniarum,& acceptionem me-
dietas quidem liberalitas:ſuperabundantia autem & defectus prodigalitas,& illiberali
tas.cōtrariæ autem & hæ ſuperabundant, & deficiunt. prodigus quidem in tributione
ſuperabundat:in acceptione autem deficit. illiberalis autem in acceptione quidem ſu-
perabundat,in tributione vero deficit.nunc quidem igitur typo & in capitulo dicimus:
contenti hoc ipſo.poſterius autem:certius de his determinabitur.Circa pecunias autē,
& aliæ diſpoſitiones ſunt.medietas quidem magnificentia. magnificus enim differt à
liberali:hi quidem circa magna,hic autem circa parua.ſuperabūdantia autem apiroca-
lia & banauſia,defectus vero paruificentia.differunt autem hæ ab his quæ circa libera-
litatem.quomodo autem differūt, poſterius dicetur. Circa honorem quidem & inho-
norationem medietas quidem magnanimitas:ſuperabūdantia autem chaunotes quæ-
dam dicta,defectio autem puſillanimitas. Sicut autem diximus habere ad magnificē-
tiam liberalitatem circa parua differentem:ita ſe habet quædā & ad magnanimitatem
circa honorem exiſtentem magnum:hæc autem circa paruum exiſtentem . eſt enim vt
oportet appetere honorem & magis quàm oportet & minus.Dicitur autē qui ſuper-
abundat quidem deſiderijs philotimus:qui autem deficit aphilotimus, medius autem
innominatus eſt,innominatæ autem & diſpoſitionis.verūtamen philotimi philotimia.
vnde contendūt extremi de media regione. nos autem & quandoq; mediū philotimū
vocamus:eſt autem quando aphilotimū.& eſt quando laudamus philotimū : eſt autem
quādo aphilotimū.propter quam autem cauſam hoc facimus: in his quæ deinceps,di-
cetur.nunc autem de reliquis dicamus ſecūdum enarratum modum.Eſt autem & cir-
ca iram ſuperabundantia,defectus,& medietas.fere autē innominatis exiſtētibus ipſis
medium,manſuetum dicentes,medietatem manſuetudinem vocamus.extremorū au-
tem qui quidem ſuperabundat iracundus ſit,malitia autem iracundia. qui autē deficit,
inraſcibilis quidē:defectio autem inraſcibilitas.Sunt autē & aliæ tres medietates: ha-
bentes quidem quādam ſimilitudinem ad inuicem,differentes vero ab inuicem. omnes

Circa delectationes autē & triſtitias non omnes:inſuper text⁹ græcus habet parentheſim inſertā, nā circa corporeas & eas maxime quæ circa tactū, min⁹ autē circa triſtitias.

ἀπειροκαλία
Circa decorū ruditas. honeſti inexperiētia. Inſolētia. Inexpetibilitas.

βαναυσία
Sordiditas. Ventoſitas.

χαυνότης
Lentitudo. Laxitas.

φιλότιμος
Ambitioſus.

ἀφιλότιμος
Remiſſus. Appetitione honoris vacuus.

φιλοτιμία
Ambitio.

quidem enim ſunt circa verborum, & operationum communionem. differunt autem
quoniam hæc quidem eſt circa verum quod eſt in ipſis,hæc autem circa delectabile.hu-
ius autem hæc quidem in luſu,hæc autẽ in omnibus quæ ſecundũ vitam.Dicendũ igitur
de his:vt magis cognoſcamus quoniam in omnibus medietas eſt laudanda. extrema
autem neque recta neque laudabilia, ſed vituperabilia ſunt.ſunt quidem igitur & ho-
rum plura innominata.tentandum autem quod in alijs , ipſis nomina fingere manife-
ſtationis gratia,& boni quod conſequitur . Circa verum quidem igitur,medius quidem
verus quis,& medietas veritas dicatur.fictio autem,quæ quidem ad maius iactantia,&
qui habet eam iactator:quæ autem ad minus, ironia & iron . Circa delectabile autem:
quod quidem in ludo medius quidem eutrapelos,& diſpoſitio eutrapelia.ſuperabũdan
tia autem bomolochia:qui autem habet eam bomolochus.qui autẽ deficit agricos quiſi
& habitus agricia.Circa reliquũ autem delectabile quod in vita,qui quidem delectabi-
lis eſt vt oportet amicus & medietas quidem amicitia.qui autem ſuperabundat:ſi qui-
dem nullius gratia,placidus.ſi autem vtilitatis alicuius ſui, blanditor . qui autem defi-
24 cit & in omnibus indelectabilis , litigioſus quis & dyſcolus. ❡Sunt autem in paſſioni-
bus,& in his quæ ſunt circa paſſiones:medietates.verecundia quidem enim virtus non
eſt:laudatur autem & verecundus.& in his enim hic quidem dicitur medius,qui autem
ſuperabundat vt cataplex:qui omnes verecundatur.qui autem deficit, vel nequaquam
verecundatur inuerecundus.medius autem verecundus.Nemeſis autem medietas in-
uidiæ & epichæræ.ſunt autem circa triſtitias & delectationes: in ijs quæ accidũt proxi-
mis factas.nemeſiticus enim quidem triſtatur de indigne bene operãtibus.inuidus au-
tem ſuperexcedens hunc:in omnibus triſtatur . epichartocacus autem tantum deficit
à triſtando,vt & gaudeat.ſed de his quidem igitur aliàs tempus erit. De iuſtitia autem
quia non ſimpliciter dicitur poſt hæc diuidentes,de vtraq; dicemus qualiter medieta-
tes ſunt.ſimiliter autem & de rationalibus virtutibus.

Cap.VIII.

25 TRibus autem diſpoſitionibus exiſtentibus:duabus quidem malitijs hac qui-
dem ſecundum ſuperabundantiam,hac autem ſecundum defectum,vna autem
virtute medietate omnis omnibus opponitur aliqualiter.extremæ quidẽ enim
& mediæ,adinuicẽ contrariæ ſunt:media autem extremis.Quemadmodũ enim æqua-
le ad minus quidem maius:ad maius autem minus:ita medij habitus ad defectus qui-
dem ſuperabundant,ad ſuperabundantiã autem deficiunt & in paſſionibus, & in ope-
rationibus.fortis enim ad timidum quidem audax videtur : ad audacem autem timi-
dus.ſimiliter autem & temperatus ad inſenſibilem quidẽ intemperatus :ad intempe-
ratum autem inſenſibilis.liberalis autem ad illiberalem quidem prodigus:ad prodigũ
autem illiberalis.Propter quod proijciunt medium extremi alter ad alterum.& vocãt
fortẽ:timidus quidem audacem,audax autem timidum.& in alijs proportionabiliter.
26 ❡Si autem oppoſitis adinuicem his maior cõtrarietas eſt extremis adinuicem, quàm
ad medium.longius enim hæc diſtant abinuicem quàm à medio.quemadmodum ma-
gnum à paruo,& paruum à magno : quàm ambo ab æquali.Adhuc ad mediũ quidem
quibuſdam extremis ſimilitudo quædam videtur. vt audaciæ ad fortitudiuẽ, & pro-
digalitati ad liberalitatem.extremis autem adinuicem plurima diſſimilitudo. quæ au-
tem plurimum diſtant abinuicem : contraria determinantur . quare magis contraria,
27 quæ plurimũ diſtant.❡Ad medium autem opponitur : in his quidem magis defectio,
in his autem ſuperabundantia.puta fortitudini quidem non audacia, ſuperabundantia
exiſtens:ſed timiditas,defectus exiſtens.temperantiæ autẽ non inſenſibilitas defectus
exiſtens:ſed intemperantia ſuperabundantia exiſtens.Propter duas autem cauſas hoc
contingit.vnam quidem quæ eſt ex ipſa re:in eſſendo enim ſimilius,& proximius alte-
rum extremorum medio.non hoc quidem,ſed contrarium,opponimus medio magis.
puta quia ſimilius eſſe videtur fortitudini audacia, & proximius, & diſſimilius timidi-
tas:hanc magis opponimus.diſtantia enim plus à medio,contraria magis eſſe vidẽtur.
vna quidem igitur cauſa hæc ex ipſa re.Alia autem ex nobiſipſis.ad quæ enim ipſi ma-
gis nati ſumus aliqualiter:hæc magis contraria medio vidẽtur.puta ipſi magis nati ſu-

Diſſimulatio.
Diſſimulator.
Comis. Dexter. Vrbanus. Feſtiuus.
Comitas. Dexteritas. Vrbanitas.
Scurrilitas.
Scurra.
Ruſticus. Agreſtis.
Ruſticitas.
Stupidus.
Indignatio.
Maliuolẽtia.
Indignans.
Maliuolus.

mus ad delectationes:ideo facilius mobiles ſumus ad intemperãtiam,q̃ ad temperantiam.hæc igitur magis contraria dicimus:ad quæ augmentum magis fit.& propter hoc intemperantia ſuperabundantia exiſtens,magis contraria eſt temperantiæ. Cap. IX.

Quoniam quidem igitur eſt virtus moralis medietas, & qualiter,& quoniam eſt medietas malitiarum duarum,huius quidem ſecundũ ſuperabundantiam,huius autem ſecundum defectum,& quoniã talis eſt quia cóiectatrix medij eſt:quod eſt & in paſſionibus,& operationib⁹:ſufficienter dictum eſt.Ideo & difficile eſt ſtudioſum eſſe.in vnoquoq; enim mediũ accipere difficile. puta circuli medium non cuiuſlibet: ſed ſcientis.ſic autem & iraſci quidem cuiuſlibet & facile & dare argentum,& conſumere.cui autem,& quantũ,& quando,& cuius gratia,qualiter:non adhuc cuiuſlibet,nec facile:quod bene eſt,& rarũ,& laudabile,& bonũ. ❡Propter quod oportet coniectantem medium:primum quidem recedere à magis contrario. quemadmodum & Calypſo monebat hoc:extra fumum quidem & vndam cuſtodi nauem. extremorum enim hoc quidem eſt peccatum maius,hoc autem minus.quia igitur medium attingere ſumme difficile:ſecundum ſecundam autem nauigationem aiunt minima ſumenda malorum:hoc autem erit maxime hoc modo quo diximus. Intendere autem oportet & ad quæ ipſi facile ſumus mobiles.alij enim ad alia apti nati ſumus.hoc autẽ erit notum ex delectatione,& triſtitia facta circa nos.in contrarium autem noſipſos attrahere oportet . multum enim abducentes à peccando in medium veniemus.quod tortuoſa lignorum dirigentes faciunt . In omni autem maxime obſeruandum delectabile, & delectationem. non enim non accipientes iudicamus eam . quod igitur plebis ſenes patiebantur ad Helenam: hoc oportet pati & nos ad delectationem, & in omnibus illorum dicere vocem . ſic igitur abijcientes ipſam minus peccabimus. hoc igitur facientes vt in capitulo dicamus : maxime poterimus medium adipiſci. Difficile autem forſitan hoc & maxime in ſingularibus.non enim facile determinare qualiter,& quibus,& in quibus & quantum tempus determinandum. etenim nos quandoque quidem deficientes laudamus,& manſuetos dicimus. quandoque autem grauantes,viriles vocamus.Sed qui quidem parum à bene tranſgreditur:non vituperatur neque ad maius,neque ad minus,ſed qui plus. iſte enim non latet. Hic autẽ vſquequo, & inquantum vituperabilis : non facile ſermone determinare.neque enim aliud aliquid ſenſibilium.talia autem in ſingularibus,& in ſenſu iudicium.hoc quidem igitur tãtum oſtendit quoniam medius habitus in omnibus laudabilis . Declinare autem oportet quandoque quidem ad ſuperabundantiam , quandoque autem ad defectum. ſic enim facile medium,& quod bene:adipiſcemur.

Calypſo.

Senes Græcorum.
Helena.

28 (beside "Quoniam quidem igitur…"); 29 (beside "❡Propter quod oportet")

❡Tertius Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

1 Virtute itaq; & circa paſſiones & operationes exiſtente:& in volũtarijs quidem laudibus & vituperijs factis,in inuoluntarijs autẽ venia,quandoq; autem & miſericordia.voluntarium & inuoluntarium neceſſarium forſitan determinare:de virtute intendentibus. Vtile autẽ & legiſlatoribus ad honores,& pœnas. ❡Videntur autem inuoluntaria eſſe quæ violenta,vel propter ignorantiã facta. 2
Violẽtum autem:eſt cuius principium extra,tale exiſtens in quo nihil confert qui operatur,vel qui patitur.puta ſi ſpiritus tulerit alicubi : vel homines domini exiſtentes. ❡Quæcunq; autem propter timorem maiorum malorum operata ſunt,vel propter bonum aliquod,puta ſi tyrannus præcipiat turpe aliquid operari dominus exiſtens parentum,& natorum,& facientes quidem ſaluabuntur, non facientes autem morientur:dubitationem habet vtrum voluntaria ſint,aut inuolũtaria. ❡Tale autem aliquid accidit & circa eas quæ in tempeſtatibus quidem iactationes.ſimpliciter quidem enim nullus iactat voluntarius:in ſalutem autem ſuijpſius,& reliquorum,omnes intellectum habentes.Mixtæ quidem igitur ſunt tales operationes . aſſimilantur autem magis voluntarijs.voluntariæ enim fiunt tunc cum operantur.finis autem operationis ſecundum tempus eſt.& voluntarium itaq; & inuoluntariũ quando operatur: 3 4

dicendum.Operatur autem volens.etenim principiũ mouendi organicas partes in ta-
libus operationibus in ipſo eſt. quorũ autẽ in ipſo eſt principiũ : in ipſo eſt operari vel
non.voluntaria itaq; talia ſunt,ſimpliciter autẽ forſitan inuolũtaria : nullus enim vtiq;
5 eligeret ſecũdũ ſeipſum taliũ aliquid.¶In operationibus autẽ talibus quãdoq; & lau-
dãtur:quando turpe aliquid,vel triſte ſuſtinent pro magnis & bonis. cum autẽ ẽ con-
uerſo:vituperantur.turpiſſima enim ſufferre pro nullo bono aut modico:praui. In ali-
quibus autẽ laus quidẽ nõ fit,ſed venia:quãdo propter hæc talia operatur aliquis quæ
non oportet,quæ humanã naturam excedunt,& quæ nullus vtiq; ſuſtineret. Quædam
autẽ fortaſſis nõ eſt cogi:ſed magis moriendũ patientem duriſſima . etenim Euripidis Euripides.
Alcmæona deriſoria videtur cogentia matrẽ occidere.Eſt autẽ difficile quãdoque iudi- Alcmæon.
care quale pro quali eligẽdum,& quid pro quo ſuſtinendũ. Adhuc autẽ difficilius im-
morari cognitis.vt enim in multis eſt,quæ quidẽ expectantur,triſtia:quæ autẽ cogun-
tur,turpia.vnde laudes & vituperia fiunt circa coactos,vel non.Qualia quidẽ igitur di-
cendũ violẽta:vel ſimpliciter quidẽ quando cauſa in his quæ exterius eſt, & qui opera-
tur nihil cõfert.Quæ autẽ ſecundũ ſeipſa quidẽ inuolũtaria ſunt,nunc autẽ pro his vo-
luntaria:quorũ autẽ & principiũ in operante,ſecundũ ſeipſa quidem inuoluntaria ſunt,
nunc autẽ pro his voluntaria.Magis autẽ aſſimilãtur voluntarijs.operationes enim in
ſingularibus:hæc autẽ voluntaria.Qualia autẽ pro qualibus eligendũ,nõ facile eſt tra-
6 dere.multæ enim differẽtiæ ſunt in ſingularibus.¶Si quis autẽ dicat delectabilia, & bo-
na violẽta eſſe,cogũt enim exterius exiſtẽtia:omnia vtiq; ſic erũt violẽta,horum enim
gratia omnes omnia operãtur.Et qui quidẽ vi & nolẽtes cũ triſtitia.qui autem propter
bonũ,cum dilectione.Ridiculũ autẽ cauſari quæ exterius :ſed nõ ipſum bene venabilẽ
exiſtentẽ à talibus.Et bonorũ quidẽ ſeipſum,turpiũ autem delectabilia. Videtur vtiq;
7 violentũ eſſe cuius extrinſecus principiũ, nihil conferente vim paſſo.¶Quod autem
propter ignorantiã,non voluntarium quidẽ omne eſt:inuoluntariũ autẽ quod triſte, &
in pœnitudine.qui enim propter ignorãtiã operatur quodcunq;,nihil triſtatus in ope-
ratione:volẽs quidẽ nõ operatus eſt quod nõ ſciuit.neq; rurſum nolẽs:non triſtatus de
eo quod propter ignorantiã.qui quidẽ in pœnitudine,nolẽs videtur.qui autẽ non pœ-
8 nitet,quia alter ſit:nõ volẽs.quia enim differt:melius eſt habere nomẽ propriũ.¶Aliud
autẽ videtur & propter ignorãtiã operari:ab eo quod eſt ignorãtẽ facere.ebrius enim,
vel qui iraſcitur,nõ videtur propter ignorantiã operari:ſed propter aliquid eorũ quæ
dicta ſunt,nõ ſciẽs autẽ ſed ignorans.ignorat quidem igitur omnis malus:quæ oportet
operari,& à quibus fugiendũ.& propter tale peccatũ:iniuſti,& vniuerſaliter mali fiunt.
9 ¶Inuoluntariũ quidẽ vult dici nõ ſi quis ignorat quod cõfert.nõ enim quæ in electio-
ne ignorãtia:cauſa inuolũtarij ſed malitiæ.neq; quæ vniuerſalis.vituperatur enim pro-
pter hanc aliquis.ſed quæ in ſingularibus in quibus,& circa quæ operatio.in his enim
10 miſericordia,& venia.horũ enim aliquod ignorãs:inuolũtarie operatur.¶Forſitan igi-
tur non malũ determinare hæc:& quæ,& quot ſunt,& quis vtiq; & quid, & circa quid,
vel in quo operatur,quãdoq; autẽ & quo puta inſtrumẽto.& gratia cuius:puta ſalutis.
11 & qualiter,puta quiete uel vehementer.¶Omnia quidẽ igitur nullus vtique ignorabit
inſanus.manifeſtũ autẽ quod neq; operantẽ. qualiter enim ſeipſum?quid autem operatur
ignorabit vtiq; aliquis.puta dicẽtes aiunt excidere ipſos, vel nõ ſcire quoniã ineffabilia
erãt,quẽadmodũ myſtica Aeſchyli.vel mõſtrare volẽs dimittere,vt qui telũ.exiſtima-
bit vtiq; aliquis & filiũ oppugnatorẽ eſſe:quẽadmodũ Merope.& rotũdari lanceatã ha- Æſchylus poeta
ſtã,vel lapidẽ pumicem eſſe:& in ſalutẽ percutiẽs,occidit vtiq;.& oſtẽdere volens quẽ- Merope mulieris nomen.
admodũ pugiles:percutiũt vtiq;. Circa õnia vtiq; hæc ignorantia exiſtente: in quibus
operatio,qui horum aliquid ignorat:nolens videtur operari & maxime in principaliſ-
ſimis.principaliſſima autem videtur eſſe in quibus operatio,& cuius gratia.Secundum
talem vtiq; ignorantiam inuolũtario dicto:adhuc oportet operationẽ triſtem eſſe, & in
12 pœnitudine.¶Exiſtente autem inuoluntario quod vi, & propter ignorantiam:volũta-
rium videbitur vtiq; eſſe cuius principiũ in ipſo ſciente ſingularia,in quibus eſt opera-
13 tio.¶Forſitan enim nõ bene dicitur inuoluntaria eſſe quæ propter irã,vel propter cõ-

cupiſcētiam. Primum quidem enim nullum adhuc animalium aliorum voluntarie ope-
rabitur, neq; pueri. Deinde vtrum nihil voluntarie operamur eorum quæ propter cō-
cupiſcentiam, vel iram? vel bona quidem voluntarie, mala autem non voluntarie: ſed
ridiculum, vna cauſa exiſtente. Inconueniens autē forte inuolunraria dicere quæ opor-
tet appetere. oportet autem & iraſci in quibuſdam, & concupiſcere quædam. puta ſani-
tatem, vel diſciplinam. Videntur autē inuoluntaria quidem triſtia eſſe: quæ autem ſe-
cundum concupiſcentiam, delectabilia. Adhuc autem quid differunt in eſſendo inuolū-
taria, quæ ſecundum cogitationem, vel iram peccantur? fugienda enim ambo. Videntur
autem non minus humanæ eſſe irrationabiles paſſiones: quare & operationes hominis
ab ira, & concupiſcentia. inconueniens igitur ponere inuoluntaria hæc. Cap. II.

DEterminatis autē voluntario, & inuolūtario: de electione ſequitur pertranſire. 14
maxime enim propriū videtur virtuti eſſe: & magis mores iudicare electione
quàm operibus. Electio vtiq; voluntarium eſſe videtur. ¶ Nō idem autem ſed 15
in plus volūtarium electioni. voluntario enim, & pueri & alia animalia communicant:
electione autē nō. & repentina volūtaria quidem dicimus: ſecūdum electionē autē non.
¶ Dicentes autem ipſam cōcupiſcentiā, vel iram, vel voluntatem, vel quandā opinio- 16
nem: non videntur recte dicere. Nō enim cōmune electio & irrationabiliū, concupiſcē-
tia autem ira. Et incontinens, cōcupiſcens quidem operatur: eligens autem non. conti-
nens autē e diuerſo eligens quidē, cōcupiſcens autem nō. Et electione quidem concupi-
ſcentia contrariatur: cōcupiſcentia autē concupiſcentiæ non. Et cōcupiſcentia quidē de-
lectabilis, & triſtis: electio autem neq; triſtis neq; delectabilis. Ira autem adhuc minus.
nequaquā enim quæ propter iram ſecundum electionem eſſe videntur. Sed neq; volū-
tas: quāuis propinqua eſſe videatur. Electio enim non eſt impoſſibilium. & ſi quis dicat
eligi, videbitur vtiq; inſipiens eſſe. volūtas autē eſt impoſſibilium: puta immortalitatis.
Et voluntas quidē eſt, & circa ea quæ nequaquā per ipſum operata ſunt vtiq;. puta hy-
pocritam vincere aliquem, vel athletam. eligit autē talia nullus, ſed quæcūq; putat fieri
per ipſum. Adhuc autem voluntas quidem eſt magis finis, electio autem eorum quæ
ſunt ad finem: puta ſanitatem volumus, eligimus autem per quæ ſani erimus. & felices
eſſe volumus, eligimus autem dicere nō congruit. Vniuerſaliter autem videtur electio
circa ea quæ in nobis ſunt. Neq; opinio iam vtiq; erit. opinio quidem enim videtur cir-
ca omnia eſſe: & nihil minus circa æterna, & impoſſibilia, & ea quæ in nobis Et falſo, &
vero diuiditur: & non malo & bono. electio autem his magis. vniuerſaliter quidem igi-
tur opinioni non idem forſitan: neque dicit aliquis. Sed neq; cuidam. in eligendo enim
bona vel mala quales quidem ſumus: in opinando autem non. Et eligimus quidem acci-
pere, vel fugere, vel aliquid talium. opinamur autem quid eſt, vel cui confert, vel quali-
ter. accipere autē, vel fugere nō multū opinamur. Et electio quidē laudatur in eſſendo
cuius oportet magis vel recte: opinio autē in eſſendo & vere. Et eligimus quidem quæ
maxime ſcimus bona exiſtentia: opinamur autem quæ non multum ſcimus. Et videtur
non idem & eligere optima, & opinari. ſed quidā opinari quidem melius: propter mali-
tiam autem, eligere non quæ oportet. Si autē præſit opinio electi, vel ſubſequatur: nihil
differt. nō enim hoc intendamus, ſed ſi idem eſt opinioni cuidā. ¶ Quid igitur, vel qua- 17
le quid eſt, quoniā dictorum nihil: voluntariū quidem videtur. voluntarium autem non
omne, eligibile: ſed certe præconſiliatū. electio enim cū ratione & intellectu. ſubſignifi-
care autem videtur & nomen: vt ens præ alijs eligibile. Cap. III.

COnſiliantur autem, vtrum de omnibus, & omne conſiliabile eſt, aut de quibuſ- 18
dam non eſt conſilium. ¶ Dicendum autem forſitān conſiliabile, non pro quo 19
conſiliabitur vſq; aliquis inſipiens vel inſanus: ſed pro quibus intellectum ha-
bens. De æternis autem nullus cōſiliatur. puta de mundo, vel diametro, vel coſta, quo-
niam incōmenſurabiles. Sed neq; de ijs quæ in motu, ſemper autem ſecundum eadem
factis: ſiue ex neceſſitate, ſiue ex natura, vel propter aliquam aliam cauſam. puta ſolis
verſionibus, & ortibus. Neque de ijs quæ alias aliter: puta ſiccitatibus, & imbribus. Ne-
que de ijs quæ à fortuna: puta theſauri inuentione. Sed neq; de humanis omnibus. pu-

Hiſtrio.
Fictor.
Pugil.

ta qualiter Scythæ optime conuerſentur:nullus vtiq; Lacedæmoniorũ conſiliatur. nõ Scythæ.
20 enim fiet vtiq; eorum per nos aliquid. ¶ Cõſiliamur autẽ de ijs quæ in nobis & opera- Lacedęmonij
bilibus. hæc autem ſunt & reliqua. Cauſæ enim videntur eſſe natura, & neceſſitas, & for
tuna. adhuc autem & intellectus: & omne quod per hominem. hominũ autem ſinguli
21 cõſiliantur de ijs quæ per ipſos operabilibus. ¶ Et quidẽ circa certas & per ſe ſufficiẽtes
diſciplinarum non eſt conſiliũ: puta de literis. non enim dubitamus qualiter ſcribendũ:
ſed quæcunq; fiunt per nos. Non ſimiliter autem ſemper de ijs cõſiliamur: puta de ijs
quæ circa medicinalẽ & negotiatiuam, & circa gubernatiuã magis quàm circa gymna-
ſticam, quanto minus certificata eſt. & adhuc de reliquis ſimiliter. Magis autem & cir-
ca artes, quàm circa diſciplinas. magis enim circa ipſas dubitamus. Cõſiliari autẽ opor-
tet & de ijs quæ vt ſæpius, incertis autem qualiter euenient, & in quibus indetermina-
tum. Conſiliatores autẽ aſſumimus in magna diſcredẽtes nobiſipſis velut nõ ſufficien-
tibus dinoſcere. Conſiliamur autẽ non de finibus: ſed de ijs quæ ad fines. neq; enim me-
dicus conſiliatur ſi ſanabit, neq; rhetor ſi perſuadebit, neq; politicus ſi pacẽ faciet, neq;
reliquorum aliquis de fine. Sed ponentes finem aliquem: qualiter, & per quæ erit, intẽ-
dunt. & ſi per plura quidẽ videatur fieri: per quod facillime & optime, intendunt. ſi au-
tem per vnũ: procuratur qualiter per hoc erit, & illud per quid, quouſq; veniant ad pri
mam cauſam quæ inuẽtione vltima eſt. Qui enim cõſiliatur: videtur quærere, & reſol-
22 uere dicto modo quẽadmodũ diagrãma. ¶ Videtur autẽ quæſtio quidẽ nõ omnis, eſſe Διάγραμμα Deſignatio linearum.
conſiliũ: puta mathematicæ. conſilium autem omne, quæſtio. & quod vltimum eſt in re-
ſolutione: primũ eſſe in generatione. Et ſi quidem impoſſibile inueniant, diſcedũt. puta Menſula Pythagoræ.
ſi pecunijs indiget, has autem non poſſibile eſt tribui. ſi autẽ poſſibile videatur: incipiũt
operari. poſſibilia autẽ: quæ per nos fiunt vtiq;. quæ enim per amicos: per nos aliquali-
ter fiunt. principium enim in nobis. Quæruntur autem quandoque quidem inſtrumẽ-
ta: quandoq; autem neceſſitas horum, ſimiliter autem & in reliquis, quãdoq; quidẽ per
quod: quandoq; autem qualiter vel propter quid. Videtur autem (quemadmodum di-
ctum eſt) homo eſſe principium operationũ: conſilium autem de operabilibus ab ipſo.
Operationes autem aliorum gratia. non igitur vtiq; conſiliabilis finis. ſed quæ ad fines.
23 ¶ Neq; vtiq; ſingularia: puta ſi panis, hoc vel digeſtũ eſt vt oportet, vel factũ eſt vt opor
24 tet. ſenſus enim hoc certificat. ¶ Si autem ſemper cõſiliabitur: in infinitum veniet. Cõ-
ſiliabile autem, & eligibile idem. verũtamen determinatũ eſt iam eligibile. Quod enim
conſilio præiudicatũ eſt eligibile eſt. quieſcit enim vnuſquiſq; quærens, qualiter opera-
bitur: quãdo in ſeipſum reducet principium, & ipſum in antecedens. hoc enim eſt quod
eligitur. Manifeſtum autẽ hoc & ex antiquis vrbanitatibus quas Homerus eſt imitatus. Homerus.
reges enim quæ eligebant, annũtiabant plebi. Exiſtẽte autẽ eligibili, conſiliabili, deſide-
rabili eorum quæ in nobis: & electio vtiq; erit conſiliabile deſiderium eorum quæ in
nobis. ex conſiliari enim iudicantes: deſideramus ſecundum conſilium. Electio quidem
igitur typo nunc: non vt conſuetum eſt dicere ſecundum ſubſcriptionem, ſed vniuerſa-
liter dicta ſit, & circa qualia eſt, & quoniam eorum quæ ad fines. Cap. IIII.

25 VOluntas autem quoniã quidem finis eſt, dictũ eſt. videtur autem his quidem
per ſe boni eſſe: his autem apparentis boni. contingit autem voluntabile per
ſe bonum dicẽtibus: non eſſe voluntabile quod vult qui nõ recte vult. ſi enim
erit voluntabile, & bonum. erit autem ſi ſic contingit: quãdoq; malum. Rurſus autẽ vo-
luntabile apparens bonum dicentibus, non eſſe natura voluntabile: ſed vnicuiq; quod
videtur. alij autem aliud videtur. & ſi ſic, cõtingit contraria. Si autem vtiq; hæc non pla-
cent: ergo dicendũ ſimpliciter quidem & ſecundum veritatem: volũtabile eſſe per ſe bo
26 num, vnicuiq; autem quod videtur. ¶ Studioſo quidem igitur quod ſecundum verita-
tem eſt: prauo autem quod contingit. quemadmodũ & in corporibus bene diſpoſitis
quidem: ſana ſunt ſecundum veritatem talia exiſtentia, infirmis autem altera. ſimiliter
autem amara, & dulcia, & calida, & grauia: & aliorum ſingula. Studioſus enim ſingula
iudicat recte. & in ſingulis ei verum apparet. ſecundum enim vnumquenque habitum
propria ſunt & bona, & delectabilia. Et differt plurimum forſitan ſtudioſus ob verum

in ſingulis videre.quēadmodum regula & menſura eorum exiſtens. Multis autem de-
ceptio propter delectationem videtur fieri.nó enim exiſtens bonum videtur.& deſide-
rant igitur delectabile vt bonū:triſtitiam autem vt malum fugiunt. Cap.V.

EXiſtente igitur voluntabili quidē finis,cóſiliabilibus autē & eligibilibus eorum 27
quæ ad finē:quæ circa hæc operationes ſecūdum electionē,erūt vtiq; & volūta-
riæ.❡Virtutū autē operationes circa hæc,in nobis autē eſt virtus.Similiter & 28
malitia.in quibus enim in nobis operari & nó operari: & in quibus nó, & etiā. quare ſi
operari bonum exiſtens in nobis eſt: & operari in nobis erit malum exiſtens.& ſi non
operari bonum exiſtens in nobis,& operari malum.Si autem in nobis bona operari,&
mala:ſimiliter autē & nó operari.hoc autē erat & bonos & malos eſſe:in nobis erit de-
centes & prauos eſſe.❡Dicere autem quòd nullus volens malus,neq; nolēs beatus:aſſi- 29
milatur hoc quidē mendaci,hoc autem veraci.beatus enim nullus nolens,malitia autē
voluntariū.Vel in nūc dictis dubitandū.& hominē non dicendū eſſe principium neque
genitorem operationū,quemadmodū & natorum.Si autem hæc videntur,& non habe-
mus in alia principia reducere præter ea quæ in nobis,quorum & principia in nobis:&
hæc in nobis,& volūtaria.His autem videntur teſtificari & propria quæ à ſingulis,& ab
ipſis legiſlatoribus.puniunt enim & cruciant operātes mala,quotquot non vi, aut pro-
pter ignorantiā cuius non ipſi cauſa.bona autē operantes honorant. velut hos quidem
prouocantes,hos autē prohibētes.quāuis ad ea quæ neq; in nobis ſunt neq; voluntaria,
nullus prouocat operari.vt nihil ante opus exiſtēs ſuadere.puta non calefieri,vel dole-
re,vel eſurire:vel aliud quodcunq; talium.nihil enim minus patiemur hæc. Etenim in
ipſo ignorante puniunt ſi cauſa videatur eſſe ignorantiæ,puta ebrijs duplices increpa-
tiones.principiū enim in ipſo.dominus enim eſt eius quod eſt non inebriari, hoc autē
ignorantiæ cauſa.& ignorātes aliquid eorū quæ in legibus quæ oportet ſcire, & nó dif-
ficilia ſunt, ſimiliter autem & in alijs quæcunq; per negligentiā ignorare vidētur, vt in
ipſis exiſtente nó ignorare.eius enim quod eſt diligentes eſſe domini.ſed forſitan talis
aliquis eſt vt non diligens ſit:ſed eius quod eſt tales fieri ipſi cauſa viuentes remiſſe. &
eius quod eſt iniuſtos vel incóueniētes eſſe,hi quidē mala facientes, hi autem in pota-
tionibus & in talibus degentes.Quæ enim circa ſingula:tales operationes faciunt. hoc
autem manifeſtū eſt ex meditantibus ad quācunq; agoniam vel operationē. perficiunt
Exercitatio. Solicitudo.
enim operātes.ignorare quidē igitur quoniā ex operari circa ſingula habitus fiūt: pe-
nè eſt inſenſibilis. Adhuc autem irrationabile iniuſta facientē nó velle iniuſtū eſſe.aut
ſtuprantem incontinentē eſſe.ſi autem nó ignorans aliquis operatur ex quibus erit in-
iuſtus:volens iniuſtus vtiq; erit.❡Non tamen ſi velit iniuſtus exiſtēs:requieſcet,& erit 30
iuſtus.nó enim qui ægrotat,ſanus.& ſi ſic cótingit,volens ægrotat:incontinēter viuens
& inobediens medicis.tunc quidē igitur inerat ei nó ægrotare. emiſſo autē non adhuc.
quēadmodū neq; dimittēdi lapidem,adhuc ipſum poſſibile eſt reſumere:ſed tamen in
ipſo erat mittere & proijcere.principiū enim in ipſo.ſic autē & iniuſto,& incontinenti.
ex principio quidē inerat tales nó fieri:propter quod volentes ſunt.factis autem, non
adhuc ineſt nó eſſe.Nó ſolum autē animæ malitiæ volūtariæ ſunt, ſed quibuſdā & quæ
corporis,quos & increpamus.propter naturā quidem enim turpes nullus increpat:ſed
eos qui propter deſidiam & negligentiā.ſimiliter autē & circa imbecillitatē & turpitu
dinem & orbitatem.nullus enim vtiq; improperabit cæco natura:vel ex infirmitate,vel
ex plaga,ſed magis miſerebitur.eum autem qui ex vini potatione,vel alia incótinētia:
omnis vtiq; increpabit.earū autē quæ circa corpus malitiarū,quæ in nobis,increpātur:
quæ autē non in nobis,non ſi autē ſic,& in alijs quæ increpantur vtiq; malitiæ:in nobis
vtiq; erunt.❡Si autē quis dicat quoniā omnes deſiderant apparēs bonū:phantaſiæ au- 31
tem nó domini:ſed qualiſcūq; eſt vnuſquiſq;,talis finis videtur ei.Si quidē igitur vnuſ-
quiſq; eſt habitus ſibi qualiter cauſa:& phantaſiæ erit qualiter cauſa ipſe.Si autē nullus
ſibi cauſa eſt eius quod male facere,ſed propter ignorantiā finis hoc operatur, propter
hoc exiſtimans fore ſibi optimum: finis autem deſiderium nó ſpontaneum,ſed innaſci
oportet. quēadmodū viſum habentē quo iudicat bene,& quod ſecundū veritatē:bonum

deſiderabit.& eſt bene natus, cui hoc bene innatum eſt, quod enim maximum, & optimum.& quod ab alio non poſſibile accipere neq; diſcere ſed quale innatum eſt tale habebit.& quidem bene & optime hoc innatum eſſe perfecta & vera erit vtiq; bona nati-
32 uitas.¶ Si vtiq; hæc ſunt vera;quid magis virtus quàm malitia erit voluntariũ? ambobus enim ſimiliter & bono & malo finis natura:vel qualitercunq; videtur, & iacet. reliqua autem ad hæc referentes,operantur qualitercunq;.ſiue vtiq; finis non natura vnicuiq; videtur qualitercũq;,ſed qui & apud ipſum eſt:ſiue finis naturalis,in reliqua autẽ operando voluntarie ſtudioſum,virtus tamen volũtarium eſt, nihil minus & malitia voluntarium vtiq; erit.ſimiliter enim & malo exiſtit quod propter ipſum in operationibus,& in fine.ſi igitur & quemadmodum dicitur voluntariæ ſunt virtutes(etenim habituum concauſæ qualiter ipſi ſumus, & in quales quidem exiſtendo finem talem po-
33 nimus)voluntariæ & malitiæ vtique erunt. ſimiliter enim vtraq; ſunt. ¶ Communiter igitur de virtutibus dictum eſt nobis,& genus typo,quoniam medietates ſunt & quoniam habitus,& à quibus fiunt,quoniam harum operatiuæ & ſecundum ſeipſas:& quoniam in nobis & voluntarie fiunt,vt vtiq; recta ratio præcipiet.non ſimiliter autẽ operationes voluntariæ ſunt & habitus.operationum quidem enim à principio vſque ad finem domini ſumus,ſcientes quæ ſecundum ſingula.habituum autem à principio ſumus.eorum quæ ſecundum ſingula autem,adiectio nõ cognita:quẽadmodum in ægrotationibus.ſed quoniam in nobis erat ſic vti vel non ſic:vtiq; propter hoc voluntarij. Reſumentes autem de vnaquaq; dicemus quæ ſunt& circa qualia & qualiter.ſimul autem erit manifeſtum & quot ſunt,& primum de fortitudine. Cap. VI.

34 QVoniam igitur medietas eſt circa timores & audacias,iam & prius dictum eſt. timemus autem terribilia.hæc autẽ ſunt(vt ſimpliciter ſit dicere)mala.propter quod & timorẽ determinant expectationem mali.timemus igitur omnes, mala:puta malam opinionem,inopiam,ægritudinẽ,inimicitiam,& mortem. Sed nõ circa omnia videtur fortis eſſe.quædam enim & oportet timere,& bonũ. quod autẽ non,malũ.puta malam opinionẽ qui quidẽ enim timet, decens & verecũdus. qui autẽ nõ timet:inuerecundus.dicitur autem à quibuſdam fortis ſecundum metaphorã, habet enim aliquid ſimile forti.impauidus enim quis & fortis.inopiam autem forſitan nõ oportet timere,neq; ægritudinẽ,neq; vniuerſaliter quæcunq; non à malitia,neq; propter ſeipſum.ſed neq; is qui circa hæc impauidus,fortis.dicimus autẽ & hunc ſecundũ ſimilitudinẽ.quidã enim in bellicis periculis timidi exiſtentes liberales ſunt:& ad pecuniarum emiſſionẽ bene audenter habent.Neq; ſi quis iniuriam circa pueros vel vxorẽ timet,vel inuidiam,vel aliquid talium, timidus eſt. neque ſi audet flagellandus:fortis.

μεταφορὰ Tranſlatio.

35 ¶ Circa qualia igitur terribilium fortis,vel circa maxima? nullus enim magis ſuſtinet pericula quàm fortis.terribiliſſimũ autẽ mors.terminus enim.& nihil adhuc mortuis
36 videtur bonum vel malum eſſe.¶ Videbitur autẽ vtiq; neq; circa mortem quæ in omni,fortis eſſe.puta in mari,vel in ægritudinibus. in quibus igitur? vel in optimis? tales autem qui in bello.in maximo enim & optimo periculo. Concordes autem & his ſunt
37 honores in ciuitatibus & apud monarchas. ¶ Principaliter autẽ dicetur vtique fortis, qui circa bonam mortem impauidus, & quæcunque mortem inferunt repentina exiſtentia.talia autem maxime quæ circa bellum.Sec adhuc & in mari, & in ægritudinibꝰ intimidus,qui fortis.non ſic autem vt marinarij.hi quidem enim deſperant ſalutem,& mortem talem aſpernantur.hi autem bene ſperantes ſunt propter experientiam. Similiter autem & viriliter agunt:in quibus eſt fortitudo,aut bonum mori. in talibus autem corruptionibus neutrum exiſtit. Cap. VII.

μοναρχία Vnius principatus. Rex. Princeps.

38 TErribile autem nõ omnibus quidem idem.dicimus autem quid & ſuper hominem,hoc quidem igitur terribile omni intellectũ habenti. quod autem ſecundum hominem differt magnitudine,& in eo quod magis & minus.ſimiliter au-
39 tem & auſibilia.¶ Fortis autẽ iuſtupeſcibilis vt homo.timebit quidem igitur & talia: vt oportet autẽ,& vt ratio ſuſtinebit boni gratia.hic enim finis virtutis. Eſt autem magis & minus hæc timere.& adhuc non terribilia vt talia timere.fit autẽ peccatorũ hoc qui-

dem quoniam quod non oportet, hoc autem quoniam non vt oportet, hoc vero quo-
niam non quando,vel aliquid talium.ſimiliter autem &circa auſibilia.Qui quidem igi-
tur quæ oportet,& cuius gratia ſuſtinet:& timet,& vt oportet & quando,ſimiliter autē
&audet:fortis. ſecundum dignitatem enim, & vt vtiq; ratio:patitur & operatur fortis.
¶Finis autē omnis operationis eſt qui ſecundū habitum.& forti autem fortitudo bo- 40
num,talis autem finis.determinatur autem vnumquodq; fine. boni vtiq; gratia fortis
ſuſtinet:& operatur quæ ſecundum fortitudinem. ¶Superabundantiū autem qui qui- 41
dem in pauiditate:innominatus.dictum eſt autem à nobis in prioribus quoniā multa
ſunt innominata .erit autem vtiq; aliquis inſanus,vel ſine ſenſu doloris, ſi nihil timeat:
Celtæ. neq; terræmotum,neq; inundationes quemadmodum aiunt Celtas. Qui autem in au-
dendo ſuperabundat circa terribilia,audax.videtur autem &ſuperbus eſſe audax,& fi-
ctor fortitudinis.vt igitur circa terribilia ille ſe habet,ſic iſte vult videri.in quib⁹ igitur
poteſt,imitatur. propter quod & ſunt multi ipſorū audaces timidi.in his autē audien-
tes:terribilia non ſuſtinent.Qui autem in timendo ſuperabundat:timidus.etenim quæ
non oportet,& vt non oportet,& talia omnia ſequuntur ipſum.deficit autem audendo.
¶Sed in triſtitijs ſuperabundans magis manifeſtus eſt. Deſperans vtique quis timi- 42
dus.omnia enim timet.fortis autem contrarius.in audendo enim bonæ ſpei eſt.¶Cir- 43
ca hæc quidem igitur eſt timidus & audax,& fortis. differenter autem habent ad hæc.
hi quidem enim ſuperabundant, & deficiunt : hic autem medio modo ſe habet & vt
oportet.Audaces quidem præuolantes & valentes ante pericula : in ipſis autem diſce-
dunt.fortes autem in operationibus acuti,prius autem quieti.Quemadmodum autem
dictum eſt fortitudo medietas eſt circa auſibilia , & terribilia in quibus dictum eſt: &
quoniam bonum deſiderat & ſuſtinet,vel quoniam turpe, non. ¶Mori autem fugien- 44
tem inopiam , vel cupidinem , vel aliquid triſte:non fortis ſed magis timidi. mollities
enim fugere laborioſa.& non quoniam ſuſtinet bonum:ſed fugiens malum.eſt quidem
igitur fortitudo tale quid.

Cap. VIII.

Dicuntur autem & aliæ ſecundum quinq; modos.Primū quidem politica.maxi- 45
me autem aſſimilatur.vidētur enim ſuſtinere pericula ciues propter eas(quæ
legib⁹)increpationes & opprobria,& propter honores.& propter hoc fortiſſi-
Homerus. mi videntur eſſe apud quos timidi inhonorati:fortes vero honorati. Tales autē & Ho
Diomedes. merus facit,puta Diomedem & Hectora:Polydamas mihi primū redargutiones repo
Hector. Polydamas. net,& Diomedes.Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans, Tytides au-
Troiani. tem à me. Aſſimilatur autem hæc maxime ei quæ prius dicta eſt: quoniā propter vir-
tutem fit.propter verecundiam enim & boni deſiderium.honoris enim gratia, & fugæ
opprobrij turpis exiſtētis.Ponet autem vtiq; aliquis & à principibus coactos in idem.
deteriores autem:quādo non propter verecūdiam,ſed propter timorem id operantur
& fugientes non turpe,ſed triſte. cogunt enim domini quēadmodum Hector, Quē au
tem ego ſine bello timentem intelligam : non ſibi ſufficiens erit fugere canes . Et qui
præcipiunt & ſi recedant percutientes:idem operantur.& qui ante muros,foueas & ta
lia præordinant:omnes enim cogunt.oportet autem non propter neceſſitatē fortem
eſſe:ſed quoniam bonum.¶Videtur autem & experientia quæ circa ſingula: fortitudo 46
Socrates. eſſe.vnde Socrates exiſtimauit ſcientiam eſſe fortitudinem.tales autem alij quidem in
alijs:in bellicis autem milites.videntur autem multa inania eſſe belli:quæ maxime cō
ſpexerunt iſti. vidētur vtiq; fortes. quoniam non ſciunt alij, qualia ſunt.deinde facere
ſed non pati maxime poſſunt ex experientia:& cuſtodire,& percutere,potentes vti ar-
mis.& talia habentes qualia vtiq; erunt & ad facere,& ad pati fortiſſima : quemadmo
dum inermibus armati pugnant & athletæ idiotis.etenim in talibus agonibus non for-
Durus. tiſſimi,pugnaciſſimi ſunt : ſed maxime potentes & corpora optima habentes. Milites
Plebeius. Indoctus. autem timidi ſunt quando ſuperextenditur periculum. & deficiunt multitudinibus,&
præparationibus.primi enim fugiunt:ciuilia autem permanentia moriuntur . quod &
in Hermeon contigit . his quidem enim turpe fugere:& mors tali ſalute eligibilior. hi
autē & ex principio periclitabantur vt meliores exiſtētes:cognoſcentes autē fugiunt,

47 mortem magis turpi timẽtes. fortis autem non talis. ❡Et furorem autem ſuper forti-
tudinem inferunt fortes enim eſſe videntur, & qui propter furorem quẽadmodum fe-
ræ in vulnerantes ferũtur, quoniã & furoris ſpeciem habent. impetuoſiſſimis enim fu-
ror ad pericula. vnde & Homerus, Virtutẽ immitte furori, & virtutem per furorẽ eri- Homerus.
ge: & auſteram autem per ſingulas nares virtutem, & ebulliuit ſanguis. omnia enim ta-
lia videntur ſignificare furoris erectionẽ & impetum. Fortes quidẽ igitur propter bo-
num operantur: furor autem cooperatur eis. Feræ autẽ propter triſtitiam. propter vul-
nerari enim, vel propter timere: quia ſi in ſylua eſſent vel in palude non aduenirẽt. nõ
vtiq; ſunt fortes: à dolore & furore impulſæ ad periculum, nihil periculorum præuidẽ-
tes. quia ſic & aſini fortes eſſent eſurientes. percuſſi enim non deſiſtunt à paſcua. ſed &
adulteri propter concupiſcentiam, & audaciam multa operantur. non vtiq; ſunt fortia
per dolorem vel furorẽ, impulſa ad periculum. naturaliſſima autem videtur (quæ pro-
pter furorem) eſſe: & præaccipiens electionẽ, & cuius gratia fortitudo. & homines vtiq;
irati quidẽ dolent: punientes autẽ delectantur. qui autem propter hoc: pugnaces qui-
dem non fortes autem. nõ enim propter bonũ neq; vt ratio: ſed ptoptet paſſionem. ſi-
48 mile autẽ habent aliquid. ❡Neq; vtiq; bonæ ſpei confidentes exiſtentes: fortes. propter
multotiens enim & multos viciſſe, confidunt in periculis. Cõſimiles autem quoniã am-
bo audaces. ſed fortes quidẽ propter prædicta audaces, hi autẽ propter exiſtimare me-
liores eſſe & nihil contrapati. tale autem faciunt & inebriati. bene ſperãtes enim fiũt.
quando autem ipſis non accidũt talia, fugiunt. fortis autem erat terribilia homini exi-
ſtentia, & non apparentia ſuſtinere: quoniam bonũ. & turpe, non. Propter quod & for-
tioris videtur eſſe in repentinis timoribus & impauidum & inturbatum eſſe, quàm in
præmanifeſtis. ab habitu enim magis, vel quoniam minus ex præparatione. præmani-
feſta quidem igitur etſi ex ratione & ex cogitatione aliquis præeligat: repentina autẽ
49 ſecundum habitum. ❡Fortes autem videntur & ignorantes. & ſunt non longe ab ijs
qui bonæ ſpei: deteriores autem quanto dignitatem nullam habẽt. illi autem propter
quod & permanent per aliquod tempus: hi autem decepti ſi cognouerunt quoniam
aliud eſt quàm ſuſpicantur, fugiunt: quod Argei patiebantur incidentes Laconibus & Argei.
Sicyonijs. & fortes vtiq; dicti ſunt quales quidam exiſtimati fortes. Cap. IX. Lacones. Sicyonij.

50 CIrca audacias autem & timores fortitudo exiſtens nõ ſimiliter circa ambo eſt,
ſed magis circa terribilia. in his enim & imperturbatus, & circa hæc vt opor-
tet habens: fortis magis quàm circa audacias. In ſuſtinẽdo vtiq; triſtitias vt di-
ctum eſt: fortes dicuntur. propter quod & fortitudo triſte. & iuſte laudatur. difficilius
51 enim triſtitias vt dictum eſt ſuſtinere, quàm à delectationibus abſtinere. ❡Sed & ad-
huc videbitur vtiq; eſſe, qui ſecundum fortitudinem finis delectabilis: ab his autẽ quæ
circa finem euaneſcere. quale & in gymnaſticis agonibus fit. pugilibꝰ enim finis quidẽ
delectabilis, cuius gratia coronæ & honores. percuti autẽ doloroſũm ſi carnales. & triſte
omnis labor. propter multa autem hæc eſſe, paruum exiſtẽs cuius gratia: nihil delecta-
bile videtur habere. ſic vtiq; tale eſt & quod circa fortitudinem. mors quidẽ & vulnera
triſtitia forti, & nolenti erunt. ſuſtinet autem hæc quoniam bonum vel quoniam turpe
52 non. ❡Et quanto vtiq; magis virtutem habeat omnem, & felicior ſit: magis in morte
triſtior erit. tali enim maxime viuere dignum, & iſte maximis bonis priuatur ſciens:
triſte autem hoc, ſed nihilminus fortis. forſitan autem. & magis: fortis, quoniam bonum
53 in bello pro illis eligit. ❡Non vtiq; autem in omnibus virtutibus delectabiliter opera-
54 ri exiſtit: præterquam inquantum finem attingit. ❡Milites autem nihil forſitan prohi
bet non tales eſſe optimos: ſed eos qui minus quidem fortes, aliud autem bonum nul-
lum habentes. parati quidem enim iſti ad pericula, & vitam ad parua lucra permutãt.
De fortitudine quidem igitur in tantum dictum ſit. quid autem eſt, non difficile typo
accipere: ex ijs quæ dicta ſunt. Cap. X.

55 POſt hæc autẽ de tẽperantia dicamus. vidẽtur enim irrationabilium partium hæ
eſſe virtutes. Quoniã quidem igitur medietas circa delectationes temperantia,
dictũ eſt nobis. minus enim & nõ ſimiliter eſt circa triſtitias, in his autẽ & intẽ-

perantia videtur. Circa quales igitur delectationũ, nunc determinemus. ¶ Determinã- 56
tur autem animales & corporales puta amor honoris, amor diſciplinæ. vterq; enim horum gaudet cuius amatiuus eſt nihil patiente corpore ſed magis mente. Q ui autẽ circa tales delectationes: neq; tẽperati, neq; intẽperati dicuntur. Similiter autem neq; qui circa alias quæcunq; non corporales ſunt. amatores enim fabularũ, & narratores, & de contingentibus conterentes dies: garrulos, intẽperatos autem non dicimus, neq; contriſtatos in pecunijs vel amicis. circa corporales erit vtiq; tẽperantia. ¶ Nõ omnes au- 57
tem neq; has. qui enim gaudent ijs quæ per viſum, puta coloribus, & figuris, & ſcriptura: neq; temperati, neq; intẽperati dicũtur. quãuis videatur vtiq; eſſe & vt oportet gaudere in his: & ſecundum ſuperabũdantiam & defectum. Similiter autẽ & in ijs quæ circa auditum. ſuperabundanter enim gaudentes melodijs & hypocriſi, nullus intemperatos dicit. neq; eos qui vt oportet, tẽperatos. Neq; eos qui circa odorem præter ſecundũ accidens, gaudentes enim malorum vel roſarum vel thymiamatum odoribus: nõ dicimus intẽperatos. Sed magis eos qui vnguẽtorum & pulmentorum. gaudent enim his intemperati: quoniã per hæc fit eis rememoratio concupiſcibilium. videbit autẽ vtique aliquis & alios quãdo eſuriunt gaudẽtes ciborum odoribus. talibus autem gaudere intemperati: huic enim concupiſcibile hoc. Non eſt autem neq; in alijs animalibus ſecundum hos ſenſus delectatio, præter ſecundum accidens. neq; enim odoribus leporũ canes gaudent ſed cibatione ſenſum autem odor fecit. neq; leo voce bouis ſed comeſtione. quoniam autẽ prope eſt per vocem ſenſit, & gaudere vtiq; hac videtur. ſimiliter autem neq; videns neq; inueniens ceruum vel agreſtem capram, ſed quoniã cibum habebit. Circa tales vtiq; delectationes tẽperantia & intẽperantia eſt, quibus reliqua animalia cõmunicant. ¶ V nde ſeruiles & beſtiales videntur. hæ autem ſunt tactus & guſtus. 58
¶ Videntur vtique & guſtu in parum, vel nihil vti. guſtus enim eſt iudicium ſaporum: 59
quod faciunt qui vina probant & pulmenta condiunt. non multum autem gaudent his vel non intemperati: ſed vſu, qui fit omnis per tactum & in cibis & in potibus, & venereis dictis. propter quod & orauit quidã Philoxenus Eryxius pultiuorax exiſtens, guttur ipſius longius gruis fieri: vt delectaretur tactu. ¶ Cõmuniſſimus autẽ ſenſuum ta- 60
ctus: ſecundum quem intemperantia. & videbitur vtiq; iuſte exprobrabilis: quoniã non ſecundum quòd homines ſumus exiſtit, ſed ſecũdum quòd animalia. talibus vtiq; gaudere & maxime diligere, beſtiale. etenim liberaliſſimæ earum quæ per tactum delectationum, ablatæ ſunt: puta quæ in gymnaſijs per contritionem, & calefactionem factæ. non enim circa omne corpus intemperati tactus: ſed circa quaſdã partes. Cap. XI.

CΟncupiſcentiarum autem, hæ quidem cõmunes eſſe: hæ autem propriæ & ap- 61
poſitæ. puta quæ cibi quidem naturalis. omnis enim concupiſcit quando indigens fuerit: ſiccum vel humidũ cibum. quandoq; autem ambos. & lectum (inquit Homerus) iuuenis & creſcens. talem autem, vel talem, nõ adhuc omnes, neq; eoſdem: propter quod videtur noſtra eſſe. ſed adhuc habet aliquid naturale. alia enim alijs ſunt delectabilia: & quædam quibuſdam delectabiliora contingentibus. ¶ In naturali- 62
bus quidem igitur cõcupiſcẽtijs pauci peccant, & in vnum: in plus. comedere quidem enim quæ cõtingunt, vel bibere vſquequo vtiq; ſuperimpleãtur: ſuperabundantiæ eſt ſecũdum naturam multitudine. repletio enim indigentiæ: naturalis cõcupiſcentia. propter quod dicuntur iſti gaſtrimargi vt præter indigentiam replentes eam. tales autem fiunt qui multum beſtiales. Circa proprias autem delectationes multi & multipliciter peccant. eorum enim qui amatores dicuntur talium, vel in gaudendo quibus nõ oportet, vel vt magis, vel vt multi vel non vt oportet: ſecũdum omnia autem intẽperati ſuperabundant. etenim gaudent quibuſdam quibus non oportet. odibilia enim. & ſi quibuſdam oportet gaudere talium: magis quàm oportet, & vt multi gaudent. ¶ Circa de- 63
lectationes quidem igitur ſuperabundantia, quoniã intemperãtia, & vituperabile: manifeſtum. Circa triſtitias autẽ non quemadmodum in fortitudine in ſuſtinendo dicitur temperatus, neq; intẽperatus in non: ſed intẽperatus quidem in triſtando magis quàm oportet, quoniã delectabilia nõ adipiſcitur. & triſtitiã autem facit ei delectatio. tẽpera-

ὑπόκρισις
Hiſtrionatus.
Scenica pronuntiatio.
θυμίαμα
Odorabilis euaporatio.
Suffitus.
Suffumigiũ.

Philoxenus.

γαστρίμαργοι.
Ingluuioſus.
Vẽtre furens.

tus autem in non triſtari abſentia: & in abſtinere à delectabili. Intemperatus quidem
igitur concupiſcit delectabilia omnia: vel quæ maxime, & ducitur à concupiſcentia, vt
præ alijs hæc eligat.propter quod triſtatur,& non adipiſcens,& concupiſcens. cum tri-
ſtitia enim concupiſcentia.inconuenienti autem aſſimilatur,propter delectationem tri
64 ſtari.❡Deficientes autem circa delectationes & minus quàm oportet gaudentes, non
multum fiunt.non enim humana eſt talis inſenſibilitas.etenim reliqua animalia diſcer
nunt cibos:& his quidem gaudent, his autem non. ſi autem huic nihil eſt delectabile,
nec differt alterum ab altero:longe vtiq; erit ab hominũ natura eſſe.non ſortitus eſt au
65 tem talis nomen propter non multum fieri.❡Temperatus autem medie circa hæc ſe
habet.neque enim delectatur quibus intemperatus maxime,ſed magis triſtatur.neque
vniuerſaliter quibus non oportet,neque vehementer tali modo nullo. neque abſenti-
bus triſtatur:neque concupiſcit,vel menſurate.neq; magis quàm oportet: neque quan-
do non oportet:neque vniuerſaliter talium nullo. Quæcũque autem ad ſanitatem vel
ad bonam habitudinem delectabilia exiſtentia:hæc appetit menſurate,& vt oportet.&
talia delectabilia non impedimenta his exiſtentia:vel præter bonum,vel ſuper ſubſtan
tiam.ſic enim habens magis diligit tales delectationes quàm dignum ſit. temperatus
autem non talis,ſed vt recta ratio. Cap.XII.

66 VOluntario autẽ magis aſſimilatur intẽperantia quàm timor. hæc quidẽ enim
propter delectationem:hic autem propter triſtitiam.quorum hoc quidem de
ſiderabile:hoc autem fugibile. Et triſtitia quidem ſtupefacit & corrumpit na-
67 turam habentis:delectatio autem nihil tale facit. ❡Magis autem voluntarium, pro-
pter quod & exprobrabilius.etenim aſſuefieri facile ad hæc.multa enim taliũ in vita:&
aſſuetudines ſine periculo.in terroribus autem econuerſo. Videtur autem vtique vo-
luntarium non ſimiliter timor eſſe ijs quæ ſecundum ſingula. hæc quidem enim ſine
triſtitia,hæc autem propter triſtitiam ſtupefaciunt:vt arma proijciant,& alia difformi-
ter faciant.propter quod & videntur eſſe violenta.Intẽperantia autem econuerſo. quæ
quidem ſecundum ſingula,voluntaria:concupiſcenti enim & appetenti. totum autem
68 minus.nullus enim concupiſcit intemperatus eſſe. ❡Nomen autem intemperantiæ &
ad puerilia peccata ferimus:habent enim quandã ſimilitudinem.vtrum autem ab vtro
vocatur: nihil ad ea quæ nunc, differt. manifeſtum autem quoniam poſterius à priori.
Non male autem videtur tranſlatum eſſe. puniri enim oportet turpia appetentem,&
multam augmentationem habentem.tale autem maxime concupiſcentia,& puer.ſecũ
dum concupiſcẽtiam enim viuunt pueri,& maxime in his delectabilis appetitus.ſi igi-
tur non erit bene perſuaſibilis,& ad dominans & ad multum venier. inſatiabilis enim
delectabilis appetitus.& vndiq; inſipienti & concupiſcẽtiæ operatio auget conatum.&
69 ſi magnæ & vehemẽtes ſint:& cogitationem percutient.❡Propter quod oportet men
ſuratas eſſe,& paucas,& rationi nihil contrariari. tale autem bene perſuaſibile dicimus
& punitum. quemadmodum enim puerum oportet ſecundum præceptum pædagogi
viuere:ſic & concupiſcibile rationi conſonare. intentio enim ambobus bonum. & con-
cupiſcit temperatus quæ oportet,& vt oportet, & quando: ita autem ordinat & ratio.
Hæc igitur nobis dicta ſint de temperantia.

❡Quartus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

1 DIcamus deinceps de liberalitate. Videtur autem eſſe circa pecunias
medietas.laudatur enim liberalis nõ in bellicis,nec in quibus tẽpe-
ratus,rurſus neq; in iudicijs:ſed circa dationem pecuniarum & ſum
ptionem.magis autem in datione. Pecunias autem dicimus omnia
2 quorumcunq; dignitas numiſmate menſuratur.❡Eſt autem & pro-
digalitas & illiberalitas circa pecunias ſuperabundãtia & defectus.
Et illiberalitatem quidem copulamus ſemper:magis quàm oportet
3 quidem circa pecunias ſtudentibus. ❡Prodigalitatẽ autem inferimus quandoq; com-
plectentes intemperatis hominibus. incontinentes enim & per intemperantiam con-
ſumptores:prodigos vocamus.propter quod & prauiſſimi videntur eſſe.multas enim

ſimul malitias habent.¶Non autem propriæ appellantur. vult enim prodigus eſſe qui 4
vnum aliquod malum habet,corrumpere ſubſtantiam.prodigus enim qui propter ſe-
ipſum perditus.videtur autem perditio quædam ipſius eſſe,& ſubſtantiæ corruptio: vt
viuere per has exiſtente,ſic vtiq; prodigalitatem accipimus.¶Quorum autem eſt ali- 5
qua vtilitas:his contingit bene vti & male.diuitiæ autem ſunt vtilium. vnoquoq; autē
optime vtitur,qui habet circa ſingula virtutem.& diuitijs autem vtetur optime,qui ha
bet circa pecunias virtutē.iſte autem eſt liberalis. ¶Vſus autem videtur eſſe pecunia- 6
rũ conſumptio & datio:acceptio autē & poſſeſſio cuſtodia magis. propter quod magis
eſt liberalis dare quibus oportet,q̃ accipere vnde oportet,& nō accipere vnde nō opor
tet. Virtutis enim magis benefacere quàm bene pati, & bene operari magis q̃ turpia
nō operari. nō immanifeſtũ autem quoniā dationē quidē ſequitur benefacere & bona
operari.ſumptionē autem bene pati:& nō turpe operari. Et gratia dāti, & nō accipien-
ti:ſed & laus magis. Et facilius non accipere,quàm dare.propriũ enim minus emittunt
quàm non accipiunt alienum. Sed liberales dicuntur qui dant: qui vero non accipiunt
non in liberalitatem laudantur,ſed non minus in iuſtitiam. qui autem accipiunt, non
laudātur multum. Amantur autem maxime liberales eorũ qui in virtute. vtiles enim.
hoc autem in datione.¶Quæ autem ſecundũ virtutem operationes, bonæ & boni gra 7
tia.& liberalis igitur dabit boni gratia.¶Et recte,quibus enim oportet, & quæcunq; & 8
quando,& alia quæcunq; ſequuntur rectam dationem. ¶Et hoc delectabiliter vel ſine 9
triſtitia.quod enim ſecundum virtutem,delectabile vel non triſte. Qui autem dat qui-
bus non oportet,vel non boni gratia,ſed propter aliam cauſam:non liberalis, ſed alius
quis dicetur. Neq; qui triſte dat.magis vtiq; eligit pecunias bona operatione. hic autē
non liberalis. ¶Neq; accipiet vnde non oportet.neq; enim eſt non honorantis pecuni- 10
as talis acceptio.non vtiq; erit neque petitiuus.non enim eſt benefacientis, beneficiari
faciliter. ¶Vnde autem oportet accipiet:puta à proprijs poſſeſſionibus nō vt bonum, 11
ſed vt neceſſarium,vt habeat dare.¶Neq; non curabit propria, volēs per hæc quibuſ- 12
dā ſufficere.neq; quibuſlibet dabit,vt habeat dare quibus oportet,& quando,& vbi bo-
nũ.¶Liberalis autē eſt vehemēter ſuperabūdare in datione:vt derelinquat ſibijpſi mi- 13
nora.non reſpicere enim ad ſeipſum:liberalis. ¶Secundum ſubſtantiam vtiq; liberalis 14
dicitur.non enim in multitudine datorum quod liberale,ſed in dātis habitu. hic autem
ſecundum ſubſtantiam dat.nihil autem prohibet liberaliorem eſſe minora dantem, ſi
à minoribus det.¶Liberaliores autem eſſe videntur non qui acquiſierunt:ſed qui ſuſ- 15
ceperunt ſubſtantiam. inexperti enim indigentiæ. & omnes diligunt magis ſua opera:
vt parētes vel poetæ.¶Ditari autem non facile liberalem: neq; acceptiuum exiſtentē, 16
neq; cuſtoditiuum,emiſſiuum autem. & non honorantem: propter ipſas diuitias: ſed
gratia dationis. Propter quod & accuſant fortunā. quoniam maxime digni exiſtentes
nequaquam ditantur,contingit autem non irrationabiliter hoc.non enim poſſibile pe-
cunias habere non curantem vt habeat quemadmodum neque in alijs. Non tamen da
bit quibus non oportet,neq; quando non oportet, neq; quæcunque alia talia.non enim
adhuc operabitur ſecundum liberalitatem.& in hoc conſumens non vtique habebit in
quæ oportet conſumere. quemadmodum enim dictum eſt: liberalis eſt qui ſecundum
ſubſtantiam expendit,& in quæ oportet. ¶Qui autem ſuperabundat prodigus: pro- 17
pter quod tyrannos dicimus prodigos. multitudine enim poſſeſſionis non videtur fa-
cile eſſe dationibus & expenſis ſuperabundare.¶Liberalitate vtiq; medietate exiſtēte 18
circa pecuniarum dationem & acceptionem:liberalis & dabit & expendet in quæ opor
tet,& quæ oportet,ſimiliter in magnis & paruis,& hoc delectabiliter. Et accipiet vnde
oportet,& quæcũq; oportet.virtute enim circa ambo exiſtēte medietate, faciet vtraq;
vt oportet.ſequitur enim ſequenti dationi acceptio talis.non talis autem contraria eſt.
ſequentes quidem igitur ſiunt ſimul in ipſo: contrariæ autem manifeſtum quod non.
¶Si autem præter opportunum & bene habens cōtingat ipſum cōſumere:triſtabitur. 19
moderatur autē,& vt oportet.virtutis enim eſt delectari & triſtari in quibus oportet,
& vt oportet.¶Sed & bene cōmunicatiuus eſt liberalis in pecunijs.poteſt enim iniuſta 20

194

pati non honorans pecunias.& magis grauatus ſi quidem quod oportet nó coſumpſit:
quàm triſtatus ſi non opportunum aliquid conſumpſit,& Simonidi non placens. Pro- Simonides.
digus autem & in his peccat.neq; enim delectatur in quibus oportet, neq; vt oportet,
21 neq; triſtatur vt oportet.erit autem procedentibus manifeſtius. ❡Dictũ autem eſt no-
bis quoniam ſuperabundãtiæ & defectus ſunt prodigalitas & illiberalitas:& in duobus
in datione & in acceptione.& expenſas enim in datione ponimus.Prodigalitas quidem
igitur in dando & non in accipiendo ſuperabundat,in accipiendo autem deficit.illibera
22 litas autem in dando deficit, & in accipiendo ſuperabundat: niſi in paruis. ❡Quæ qui-
dem igitur prodigalitatis,non multum coaugentur.non enim facile eſt ex nulla parte
accipientem omnibus dare.velociter enim derelinquit ſubſtantia dantes idiotas:qui vi
23 dentur prodigi eſſe. ❡Quare talis videbitur vtique nó paruo melior eſſe illiberali.be-
ne ſanabilis enim eſt & ab ætate,& ab egeſtate. Et ad mediũ poteſt venire. habet enim
quæ liberalis.etenim dat & nó accipit.neutrum autem vt oportet, neq; bene . ſi autem
hoc aſſueſcat,vel qualiter aliter tranſmutet:erit vtiq; liberalis.dabit enim quibus opor-
tet,& accipiet vnde oportet,& non accipiet vnde non oportet . propter quod & vide-
tur omnino non eſſe prauus ſecundũ morem. non enim mali neq; inuirilis ſuperabun-
dare dantem,& non accipientem: inſipientis autem . Secundum autem hunc modum
prodigus videtur eſſe multo melior illiberali.& propter ea quæ dicta ſunt,& quoniam
hic quidem prodeſt multis:hic autẽ nulli,ſed neq; ſibijpſi. ſed multi prodigorum quẽ-
admodum dictum eſt,& accipiunt vnde non oportet & ſunt ſecundum hoc illiberales.
Acceptiui autem ſunt propter velle cóſumere.facile autem hoc facere. velociter enim
derelinquit eos ſubſtantia.cogũtur igitur aliũde acquirere.Simul autem & propter ni-
hil boni curare:indifferenter & vndiq; accipiunt.dare enim concupiſcunt:qualiter autẽ
vel vnde,nihil eis differt. Propter quod neque liberales dationes ipſorum ſunt (neque
enim bonæ) neq; huius ipſius gratia,neq; vt oportet.ſed quandoq; quos oportet indi-
gere:hos diuites faciunt,& moderatis quidem ſecundum mores nihil vtiq; darẽt,adu-
latoribus autem aut ſecundũ aliquam aliam voluptatẽ tribuunt multa. Propter quod
intemperati ipſorum ſunt multi.facile enim conſumentes ad intemperantias conſum
24 ptiui ſunt.& propter non ad bonum viuere, ad voluptates declinant. ❡Prodigus qui-
dem igitur inducibilis effectus,in hæc tranſijt.potius autem ſtudio:in medium & ad id
25 quod oportet adueniet vtique. ❡Illiberalitas autem inſanabilis eſt. videtur enim ſene-
ctus & omnis impotentia illiberales facere.& magis connaturale hominibus prodiga-
litate.multi enim amatores pecuniarũ magis quàm datores. Extẽditur autem in mul-
tum,& multiforme eſt . multi enim modi videntur illiberalitatis eſſe . in duobus enim
exiſtens,& defectu dationis,& ſuperabundantia acceptionis: non omnibus integra ad-
uenit.ſed quandoq; diuiditur,& hi quidem acceptione ſuperabundant: hi autem datio-
ne deficiunt.Qui quidem enim talibus appellationibus puta parci, tenaces, aridi: om-
nes datione deficiunt.aliena autem non appetunt neq; volunt accipere.hi quidem pro-
pter quandam reuerentiam & moderantiã turpium.videntur enim quidam vel dicunt
propter hoc cuſtodire:vt non cogantur aliquãdo turpe aliquid operari. horum autem
& cumini venditor & omnis talis nominatus eſt à ſuperabundãtia eius quod eſt nulli
vtiq; dare.hi rurſum propter timorẽ abſtinent ab alienis:vt non facile ipſum quæ alio-
rum accipere,quæ autem ipſius,alios non.placet igitur eis neq; dare,neq; accipere . Hi
autem rurſus ſecundum acceptionem ſuperabundant vndiq; accipiẽdo & omne: puta
illiberales operationes operãtes & de meretricio paſti.& omnes tales & vſurarij:& par
ua in multo . omnes enim iſti vnde non oportet accipiunt , & quantum non oportet.
Cómune autem in ipſis turpis lucratio apparet.omnes enim gratia lucri.& huius par-
ui opprobria ſuſtinẽt.Eos enim q̃ui magna non vnde oportet accipiũt, neq; quæ opor-
tet:non dicimus illiberales.puta ciuitates tyrannos deſolantes, & ſacra prædantes: ſed
26 pernicioſos magis,& impios , & iniuſtos. ❡Aleator quidem,& mortuorum ſpoliator,
& latro illiberaliũ ſunt.turpes lucrationes enim. lucri enim gratia vtriq; negotiãtur,&
opprobria ſuſtinent.& hi quidem pericula maxima propter lucrũ: hi autem ab amicis

lucrantur quibus oportet dare.vtrique vtique vnde non oportet lucrari volentes tur-
pes lucratores:& omnes vtique tales ſumptiones illiberales.¶Congrue vtique libera 27
litati illiberalitas contrarium dicitur.maius enim eſt malum prodigalitate:& magis in
hanc peccant,quàm ſecundum dictam prodigalitatem.De liberalitate quidem igitur,
& oppoſitis malitijs tanta dicta ſint. Cap.II.

Videbitur autem vtiq; conſequens eſſe,& de magnificentia pertranſire.videtur 28
enim & hæc ipſa circa pecunias quædam virtus eſſe.Non quemadmodum au-
tẽ liberalitas, extenditur circa omnes quæ in pecunijs ſunt operationes:ſed
circa ſumptuoſas ſolum.¶In his autẽ ſuperexcellit liberalitatem magnitudine:quem- 29
admodum nomen ipſum ſignificat.in magnitudine enim decẽs ſumptus eſt.¶Magni- 30
tudo autem ad aliquid.non enim idem ſumptus trierarchæ, & architheoro. decẽs vtiq;
ad ipſum & in quo,& circa quæ.Qui autem in paruis vel in moderatis ſecũdum digni-
tatem expendit,non dicitur magnificus.puta hoc multotiens dare tanti:ſed qui in ma-
gnis,iſte.magnificus quidem enim liberalis.liberalis autẽ nil magis magnificus. ¶Ta- 31
lis autem habitus defectus quidem paruificentia vocatur: ſuperabundantia autem ba-
nauſia & apirocalia.& quæcũq; tales non ſuperabundãtes magnitudine circa quæ opor-
tet:ſed in quibus non oportet,& vt non oportet præclare.poſterius autem de ipſis di-
cemus.¶Magnificus autem ſcienti aſſimilatur.decens enim ſpeculari poteſt,& expen- 32
dere magna prudẽter. ¶Quemadmodũ enim in principio diximus habitus operatio- 33
nibus determinatur,& quorum eſt.magnifici vtique ſumptus magni & decentes: talia
vtiq; & opera.ſic enim erit magnus ſumptus & decens operationi.quare opus quidem
ſumptu dignum oportet eſſe:ſumptum autem opere,vel ſuperabundare.¶Conſumet 34
autem talia magnificus boni gratia:commune enim hoc virtutibus.¶Et adhuc delecta 35
biliter & emiſſiue.ratiocinij enim diligentia,paruifica. Et quali optimum, & decentiſſi-
mum intendet vtique magis:quàm quanto,& qualiter minimo.¶Neceſſarium autem 36
& liberalem magnificum eſſe . etenim liberalis expendet quæ oportet & vt oportet.in
his enim magnum magnifici:velut magnitudo, circa hæc liberalitate exiſtente . ¶Et 37
ab æquali ſumptu faciet opus magis magnificum.non enim eadem virtus poſſeſſionis
& operis.poſſeſſionis quidem enim,virtus quod plurimo dignum,& honoratiſſimum:
puta aurum.operis autem magnum eſt bonum. talis enim ſpeculatio admirabilis: ma-
gnificum autem admirabile, & eſt operis virtus magnificentia in magnitudine . ¶Eſt 38
autem ſumptuum,qualia diximus honorabilia,puta circa deos dona repoſita,.& repa-
rationes & ſacrificia.ſimiliter autem & quæcunque circa omne diuinum,& quæcunque
ad commune magnifica ta ſunt.puta ſi alicubi largiri, quale oportet præclare, vel trie-
ris eſſe principem,vel conuiuare ciuitatem. In omnibus autem quemadmodum dictũ
eſt:& ad operantem refertur quis eſt & quarum poſſeſſionum.digna enim oportet his
eſſe:& non ſolum opera,ſed & facientẽ dicere. ¶Propter quod inops quidem nõ vtiq; 39
erit magnificus.non enim ſunt ei à quibus magna conſumet decenter. tentans autem
inſipiens . præter dignitatem enim & opportunum.ſecundum virtutem autem recte.
¶Decet autẽ & eos quibus talia præexiſtũt per ſeipſos,vel per progenitores, vel per 40
quos ad ipſos tranſeunt:& nobiles & glorioſos,& quæcunq; talia.omnia enim hæc ma
gnitudinem habent & dignitatem. Maxime quidem igitur talis magnificus . & in tali-
bus ſumptibus magnificẽtia:quemadmodum dictum eſt.maxima enim & honorabiliſ-
ſima.¶Propriorum autem quæcunq; niſi ſemel fiunt:puta nuptiæ, & ſi quid tale, & ſi 41
circa aliquid tota ciuitas ſtudet,vel qui in dignitatibus, & circa peregrinorũ ſuſceptio-
nes,& miſſiones,& dationes,& retributiones.non enim ſumptuoſus in ſeipſum magni-
ficus:ſed in communia.dona autem:deo ſacratis habent aliquid ſimile. ¶Magnifici au 42
tem & habitationem præparare decenter diuitijs . ornatus quidem enim & hæc & cir-
ca hec magis ſumptus facere quæcunque diuturna operum. optima enim hæc. ¶Et in 43
ſingulis decens.nõ enim idem cõgruit dijs & hominibus , neq; in templo & ſepulchro.
& in ſumptibus vnumquodq; magnum in genere:& magnificẽtiſſimum quidem quod
in magno magnum.hoc autem quod in his magnum . & differt in opere magnum , ab

τριηράρχης Præfectus triremis.

ἀρχιθεωρὸς Prefectus ſpectaculorum.

τριήρης Triremis. Nauis triũ ordinum remorum.

eo quod eſt in ſumptu. ſphæra quidem enim vel lecythus pulcherrima magnificētiam Vrceolū dicit
habet puerilis doni:huius autem pretiū paruum & illiberale.propter quod eſt magnifi Argyropylus
ci in quo vtiq; faciat genere,magnifice facere.tale enim non facile ſuperabile:& eſt ha
44 bens ſecundum dignitatem ſumptus.talis quidem igitur magnificus.¶Superabundās
autem & banauſus præter quod oportet conſumendo ſuperabundat:quemadmodū di-
ctum eſt.in paruis enim ſumptuū multa conſumit,& reſplēdet præter melodiam.& eſt
parabola quædam.puta hiſtriones nuptialiter cibans, & comœdis tribuens, in tranſitu
purpurā inferens quemadmodum Megares.& omnia talia nō boni faciet gratia:ſed di
uitias oſtentans,& propter hoc exiſtimans admirari:& vbi quidem oportet multa con
ſumere,pauca conſumens:vbi autē pauca,multa. Paruificus autē circa omnia deficiet.
& maxime conſumēs in paruo bonum perdit,& quodcunq; faciat tardans, & intendēs
qualiter minimū conſumat vtiq;,& hoc triſtatus, & omnia exiſtimans maiora facere q̄
oportet.Sunt quidem igitur habitus hi malitiæ.non tamen opprobria quidē inferunt,
propter neq; nociuos proximo eſſe,neq; valde turpes. Cap.III.

45 MAgnanimitas autē circa magna quidem & ex nomine videtur eſſe. circa qua-
lia autem eſt:primum accipiamus. differt autem nihil: habitum vel eum qui
ſecundum habitum intendere. Videtur autem magnanimus eſſe, qui magnis
ſeipſum dignificat dignus exiſtens.qui enim non ſecundum dignitatem id facit inſipi-
ens.eorum autem qui ſecundum virtutem, nullus inſipiens neque ſtultus. magnani-
46 mus quidem igitur, qui dictus eſt. ¶Qui enim paruis dignus, & his dignificat ſeip-
ſum:temperatus.magnanimus autem nō.in magnitudine enim magnanimitas: quem-
admodum & pulchritudo in corpore magno. parui autem formoſi & commenſurati:
47 pulchri autem non. ¶Qui autem magnis ſeipſum dignum facit indignus exiſtens,
chaunus.qui autem maioribus quàm dignus: non omnis chaunus. qui autem minori- Inflatus. Laxus.
bus quàm dignus: puſillanimus. ſiue magnis, ſiue moderatis ſiue paruis, dignus exi-
ſtens,adhuc minoribus ſeipſum dignum exiſtimet:& maxime vtiq; videbitur ſi videa-
48 tur magnis dignus.quid enim vtiq; faceret:niſi talibus eſſet dignus? ¶Eſt autem ma-
gnanimus magnitudine quidem extremus: eo autē quòd vt oportet medius. eo enim
quòd ſecundum dignitatem ſeipſum dignificat. hi autem ſuperabundant & deficiunt.
49 Si autem vtique magnis ſeipſum dignificat,dignus exiſtēs:& maxime maximis. ¶Cir-
ca vnum vtique erit maxime. dignitas autem dicitur ad ea quæ exterius bona: maxi-
mum autem hoc vtique ponemus quod dijs attribuimus,& quod maxime deſiderant
qui in dignitate,& quod in optimis præmium. tale autem eſt honor. maximum enim
vtiq; hoc eorum quæ exterius bonorum. circa honores vtique & inhonorationes ma-
gnanimus eſt vt oportet.Et ſine ratione autem videntur magnanimi circa honorem eſ
ſe.honore autem maxime digni:magnificāt ſeipſos ſecundum dignitatem. Puſillanimis
autē deficit & ad ſeipſum, & ad magnanimi dignitatem. chaunus vero ad ſeipſum qui-
50 dem ſuperabundat,non tamen ad magnanimum. ¶Magnanimus autem ſiquidem ma-
ximis dignus,optimus vtique erit:maiori enim ſemper melior dignus, & maximis opti
51 mus. ¶Vt vere ergo magnanimum,oportet bonum eſſe. Videbitur autē eſſe magnani
mi quod & in vnaquaque virtute magnū.Et nequaquam vtique congruit magnanimo
fugere commouentem,neque iniuſta facere. cuius enim gratia operabitur turpia: cui
nihil magnū? Secundum ſingula autem intendenti, omnino vtique deriſibilis videtur
magnanimus non bonus exiſtens. non erit autē vtique neque honore dignus prauus
52 exiſtens.virtutis enim præmium honor,& attribuitur bonis. ¶Videbitur quidē igitur
magnanimitas vt ornatus quidem eſſe virtutum.maiores enim ipſas facit, & non fit ſi-
ne illis.propter hoc difficile ſecundum veritatem magnanimum eſſe.non enim poſſibi
53 le ſine bonitate. ¶Maxime quidem igitur circa honores & inhonorationes magnani-
mus eſt.Et in magnis & ſtudioſis moderate delectabitur vt propria adipiſcēs,vel etiā
minora. virtuti enim perfecte non vtiq; fiet dignus honor. ſed tamē & adhuc recipiet:
in non habēdo ipſos maiora ipſi tribuere.Eum autem qui in contingentibus & in par-
uis:omnino paruipendet.non enim his dignus. Similiter autem in inhonoratione.non

enim erit iuſte ipſum.maxime quidem igitur eſt(quemadmodum dictũ eſt) magnani-
mus circa honores.❡Sed adhuc circa diuitias, & potentiam, & omnem bonam fortu- 54
nam & infortunium moderate habebit,quomodocunque fiant.& neq; bene fortunatus
vtiq; gaudioſus erit,neq; infortunatus triſtis. neq; enim circa honorẽ ita habet vt ma-
ximum ens.potentatus enim & diuitiæ propter honorem ſunt deſiderabilia:habentes
igitur ipſa,honorari per ipſa volunt. cui autem & honor paruum eſt, huic & alia:pro-
pter quod deſpectores videntur eſſe. ❡Videntur autem & bonæ fortunæ conferre ad 55
magnanimitatem.nobiles enim dignificantur honore,& potentes,vel diuites.in ſuper-
excellentia enim. in bono autem ſuperexcellens omne, honorabilius. propter quod &
talia magnanimiores,faciunt.honorantur enim à quibuſdam. ſecundum veritatem au-
tem bonus ſolus honorandus.cui autẽ ambo exiſtunt:magis dignus fit honore. ❡Qui 56
autem ſine virtute bona talia habent:neq; iuſte magnis ſeipſos dignificant, neq; recte
magnanimi dicuntur.ſine virtute enim perfecta ſunt non hæc. Deſpectores autem &
iniuriatores & talia habentes,mali efficiuntur.ſine virtute enim non facile ferre mode-
rate bonas fortunas.non potentes autem ferre, & ſe exiſtimãtes alios ſuperexcellere:
illos quidem contemnunt.ipſi autem quodcunq; continget vtiq; operantur. imitantur
enim magnanimum non ſimiles exiſtentes.hæc autẽ operantur in quibus poſſunt.quæ
quidem igitur ſecundum virtutem:non operantur,contemnunt autem alios.magnani-
μικροκίνδυνος Paruorum periculorum cupidus. | mus autem iuſte cõtemnit.glorificat enim vere,multi autem contingenter. ❡Non eſt 57
autem microcindynos neque philocindynos propter pauca honorare, megalocindy-
φιλοκίνδυνος Amator periculorum. | nos autem.Et cum periclitetur,non parcens vitæ. vt non dignum exiſtens omnino vi-
uere.❡Et potens benefacere:beneficiatus autẽ verecundatur,hoc quidem enim ſuper- 58
μεγαλοκίνδυνος Magnorũ periculorum cupidus. | excellentis:hoc autem ſuperexceſſi.Et retributiuus plurium. ita enim erit debitor qui
incepit,& erit bene paſſus. ❡Videntur autem & in memoria habere eos quibus vtiq; 59
faciant bene:à quibus autem vtiq; patiantur bene, non minor enim qui patitur bene,
Thetis. | eo qui facit.vult autem ſuperexcellere.Et hæc quidem delectabiliter audit,hæc autem
Iupiter. | indelectabiliter.propter quod & Thetin non dicere beneficia Ioui, neque Lacones ad
Lacones. Athenienſes. | Athenienſes:ſed quæ paſſi ſunt,bene.❡Magnanimi autem eſt nullo indigere, vel vix. 60
miniſtrare autem prompte. Et ad eos quidem qui in dignitate & bonis fortunis ma-
gnum eſſe,ad medios autem moderatum. hos quidem enim ſuperexcellere difficile &
venerabile,hos autem facile.& in illis quidem venerari non inuirile,in humilibus autẽ
oneroſum.quemadmodum ad imbecilles fortem eſſe.❡Et ad honorabilia non ire vel 61
vbi præcellunt alij.Et otioſum eſſe,& tardum vel pigrum.ſed & vbi honor magnus,vel
opus.Et paucorum operatiuum quidem:magnorum autem & nominabilium. ❡Neceſ- 62
ſarium autem manifeſtum auditorem eſſe,& manifeſtum amatorem.latere enim,timi
di.❡Et curare veritatem magis quàm opinionem,& dicere & operari manifeſte.liber 63
propalator enim, quia contemptiuus eſt. contemptiuus autem: propter quod libere
propalatiuus.& libere propalatiuus:propter quod contemptiuus. Et veridicus.verun-
tamen quæcunq; non propter ironiam:ironia autem ad multos. & ad alium non poſſe
viuere,ſed vel ad amicum:ſeruile enim.propter quod & omnes blãditores obſequioſi,
ſeruiles.& humiles,blanditores.❡Neq; admiratiuus.nihil enim magnum ipſi eſt.Neq; 64
memor mali.non enim magnanimi recordari aliqualiter & mala:ſed magis deſpicere.
❡Neq; humaniloquus.neq; enim de ſeipſo loquitur,neq; de alio.neq; enim vt laudetur 65
cura eſt ipſi,neq; vt alij vituperẽtur.❡Neq; riſus laudatiuus eſt.propter quod neq; ma 66
liloquus:neq; de inimicis niſi propter iniuriã.❡Et de neceſſarijs vel paruis nequaquã 67
planctiuus,& deprecatiuus. ſtudẽtis enim ſic habere circa hæc. ❡Et potens poſſediſſe 68
magis bona & infructuoſa,fructuoſis & vtilibus.ſufficientis enim magis. ❡Sed & mo- 69
tus lentus magnanimi videtur eſſe,& vox grauis,& locutio ſtabilis.non enim feſtinus
qui circa pauca ſtudet: nec contentioſus, qui nihil magnum exiſtimat. acumen autem
vocis & velocitas per hæc.talis quidem igitur magnanimus. ❡Deficiẽs autem puſilla- 70
nimis: ſuperabundans autem chaunus. non mali quidem igitur videntur eſſe neq; iſti.
non enim malefactores ſunt:peccantes autẽ. Puſillanimis quidẽ dignus exiſtẽs bonis:

ſeipſum priuat quibus dignus eſt. Et videtur malũ habere aliquod ex non dignificare
ſeipſum bonis:ſed & ignorare ſeipſum. appeteret enim vtiq; quibus dignus erat bona
exiſtentia:non tamen inſipientes tales videntur eſſe,ſed magis pigri. Talis autem opi
nio videtur & deteriores facere.ſinguli enim appetunt quæ ſecundũ dignitatem. diſce-
dunt autẽ & ab operationibus bonis & ab inuẽtionibus,vt indigni exiſtentes:ſimiliter
autem & ab exterioribus bonis. Chauni autem inſipientes & ſeipſos ignorantes & hoc
manifeſtum.vt enim digni exiſtẽtes ad honorabiliora conantur: deinde redarguũtur.
Et veſte ornantur & figura,& talibus volũt bonas fortunas manifeſtas eſſe ipſorum,&
71 dicunt de ſeipſis:vt propter hæc honorandi. ¶ Opponitur autem magnanimitati puſil
lanimitas magis q̃ chaunotes:& fit magis & deterius eſt. Magnanimitas quidem igitur
circa honorem eſt magnum:quemadmodum dictum eſt. Cap. IIII.

72 VIdetur autem & circa hunc eſſe virtus quædam quemadmodum in primis di-
ctum eſt.quæ videbitur vtiq; ſimiliter ſe habere ad magnanimitatem:quemad
modum & liberalitas ad magnificẽtiã. ambæ enim iſtæ à magno quidẽ diſtãt:
73 circa moderata autem & parua diſponunt nos vt oportet. ¶ Quemadmodum autẽ in
datione & acceptione pecuniarum eſt medietas,& ſuperabundantia,& defectus: ita &
in honoris appetitu magis q̃ oportet,& minus,& vnde oportet,& vt oportet. Philoti-
mum enim vituperamus vt magis q̃ oportet & vnde non oportet honorem appeten-
tem.& non amatorem honoris vt neq; in bonis eligentem honorari: eſt autem quãdo
amatorem honoris laudamus vt virilem & amatorem boni:& nõ amatorem honoris,
74 vt moderatum & temperatum,quemadmodum & in primis diximus. ¶ Manifeſtum
eſt autem quoniam multipliciter amatore talium dicto non in idẽ ipſum ferimus ſem
per amatorem honoris:ſed laudantes quidem in magis q̃ multi,vituperãtes autem in
75 magis q̃ oportet. ¶ Innominata autem exiſtente medietate vt deſerta:videntur dubia
eſſe extrema. In quibus autem ſuperabundantia,& defectus:& medium: appetunt au-
tem & honorem magis q̃ oportet,& minus:etiam & vt oportet. Laudatur igitur habi-
tus hic,medietas exiſtens circa honorem innominatus.videtur autem ad amorem ho-
noris quidem non amor honoris:ad nõ amorẽ honoris autem,amor honoris.ad vtraq;
autem vtraq; qualiter.videtur autem & hoc eſſe circa alias virtutes. Opponi autem hic
extremi videntur:propter non eſſe nominatum medium. Cap. V.

76 MAnſuetudo autem eſt quidem medietas circa iras.innominato autem exiſten
te medio:fere autẽ & extremis,ad medium manſuetudinem ferimus,ad defe
ctum declinantem innominatum exiſtentem,ſuperabundãtia iracundia quæ-
dam dicetur vtiq;. Paſſio quidem enim eſt ira:factentia autem multa & differentia. qui
quidem igitur in quibus oportet,& quibus oportet iraſcitur, adhuc autem & vt opor-
77 tet,& quando & quãto tempore:laudatur. ¶ Manſuetus autem vtiq; iſte erit.ſiquidem
mãſuetudo laudatur.vult enim mãſuetus imperturbatus eſſe,& nõ duci à paſſione: ſed
ſecundum quod vtiq; ratio ordinabit,ita & in his,& in tantum tempus iraſci. Peccare
autem videtur magis ad defectum.non enim punitiuus mãſuetus, ſed magis cõdona-
78 tiuus. ¶ Defectus autem,ſiue iniraſcibilitas quædam eſt,ſiue quodcunque:vituperatur.
Nõ iraſci enim in quibus oportet,inſipiẽtis eſſe videtur:& qui vt nõ oportet,neq; quã-
do,neq; quibus oportet.videtur autẽ nõ ſentire neq; triſtari: & nõ iratus nõ eſſe vindi-
79 catiuus. Iniuriantem autẽ ſuſtinere & familiares deſpicere:ſeruile. ¶ Superabundantia
autem ſecundum omnia quidem fit.etenim quibus nõ oportet,& in quibus non opor-
tet,& magis quàm oportet,& velocius,& pluri tempore. non tamen omnia eidem exi-
ſtunt. non enim vtique poſſet eſſe. malum enim & ſeipſum deſtruit, & ſi integrum ſit:
80 importabile fit. ¶ Qui quidem igitur iracundi: velociter iraſcuntur, & quibus non
oportet,& in quibus non oportet,& magis quàm oportet. quieſcunt autem velociter.
quod & optimũ habent.accidit autem ipſis hoc,quoniam non retinent iram: ſed red-
dunt ſecundũ quod manifeſti ſunt propter velocitatem,deinde requieſcunt. In ſuper-
abundantia autem ſunt acrocholi acuti,& ad omne iracundi,& in omni: vnde & nomẽ. ἀκρόχολοι. Summe bilioſus. Veſanus.
Amari autem difficile ſolubiles,& multo tempore iraſcũtur. retinent enim iram.quieſ

autem ſit cum retribuerint.punitio enim quietat impetum iræ,delectationẽ pro triſti
tia faciens.hoc autem non effecto,graue habet.propter non manifeſtum enim eſſe: &
neque ſuadebit ipſis aliquis.in ipſo autem digeri iram:indiget tempore.ſunt autem ta
les ſibijpſis moleſtiſſimi & maxime amicis.Difficiles autẽ dicimus in quibus non opor
tet iraſcentes,& magis quàm oportet, & pluri tempore:& non cõmutatos ſine crucia-
tu vel punitione . ¶ Manſuetudini autem magis ſuperabundantia opponitur . etenim 81
magis ſit.humanius enim magis punire.& ad viuere difficiles,deteriores. ¶ Quod au- 82
tem in prioribus dictum,& ex dictis manifeſtum. non enim facile determinare quali-
ter,& quibus,& in qualibus,& quanto tempore iraſcendum & vſquequo recte facit vel
peccat.qui quidem enim parum tranſgreditur, non vituperabitur neque in magis ne-
que in minus.quandoque enim deficientes laudamus & manſuetos dicimus.& iraſcen-
tes viriles,& potentes principare. quantum autem & qualiter tranſgrediens vitupera-
bilis,non facile ratione reddere,in ſingularibus enim, & ſenſu iudicium. Sed quod qui-
dem tale manifeſtum: quoniam quidem medius habitus laudabilis , ſecundum quem
quibus oportet iraſcimur,& in quibus oportet,& vt oportet,& omnia talia.ſuperabun
dantiæ autem & defectus:vituperabiles.& in parũ quidem factæ quieſcibiliter, in plus
autem magis,in multum vero valde.manifeſtum igitur quoniam medio habitui adhæ
rendum.qui quidem igitur circa iram habitus:dicti ſunt. Cap.VI.

IN colloquijs autem & conuiuere & ſermonibus,& rebus cõmunicare:hi quidem 83
placidi videntur eſſe,omnia ad delectationem laudantes,& nihil cõtratendẽtes,
ſed exiſtimantes oportere ſine triſtitia quibuſcunque eſſe. Qui autẽ ẽ contrario
his ad omnia contrariãtes:& eius quod eſt contriſtare.neq; quodcunq; curãtes: dyſcoli
& litigioſi vocantur.Quoniam quidem igitur dicti habitus vituperabiles ſunt,non im-
manifeſtum.& quoniam medius horum laudabilis : ſecundũ quem recipiet quæ opor-
tet,& vt oportet, ſimiliter autem & ſpernet. Nomen autem non redditur ipſi aliquod.
¶ Aſſimilatur autem maxime amicitiæ . talis enim qui ſecundum medium habitum, 84
qualem volumus dicere moderatum amicum: diligere aſſumentem . Differt autem ab
amicitia quoniam ſine paſſione eſt,& ſine eo quod eſt diligere quibus colloquitur.non
enim in amando vel inimicando recipit ſingula vt oportet : ſed in eo quòd talis eſt. ſi-
militer autem & ad ignotos & notos,& conſuetos,& inconſuetos idem faciet:verunta-
men in ſingulis vt congruit.non enim ſimiliter conuenit conſuetos & extraneos cura-
re, neq; rurſus contriſtare. Vniuerſaliter quidem igitur dictũ eſt : quoniam vt oportet
colloquetur. ¶ Referens autem ad bonum & ad conferens:conijciet contriſtare vel cõ- 85
delectare . videtur enim quidẽ circa delectationes & triſtitias eſſe in colloquijs factas.
Horum autem quicunque quidẽ ipſi eſt non bonum vel nociuum condelectare, aſper-
nabitur & eliget contriſtare . & ſi facienti autem deformitatem ferat & hanc non par-
uam,vel nocumentum, contrarietas autem paruam triſtitiam:non recipiet, ſed aſper-
nabitur.Differẽter autem colloquitur ijs qui in dignitatibus, & quibuſcunq;, & magis
vel minus notis:ſimiliter autem & ſecundum alias differentias, ſingulis tribuens quod
decet.& ſecundum ſeipſum quidem deſiderans condelectare, contriſtare autẽ renuẽs.
conſiderans euentura ſi ſint maiora,dico autem bono, & conferente , & delectationis
autem gratia eius quæ eſt in poſterum maxime, parum contriſtabit . medius quidem
igitur talis eſt:non nominatus autem eſt. ¶ Condelectãtis autem qui quidẽ eius quod
eſt delectabile eſſe,coniectatiuus:non propter aliquod aliud,placidus. qui autẽ vt vtili-
tas aliqua ipſi fiat in pecunijs,& quæcunq; per pecunias:blanditor.Qui autẽ omnes cõ
triſtat,dictum eſt quoniã litigioſus,& dyſcolus.Opponi autẽ videtur extrema ſibijpſis:
propter innominatum eſſe medium. Cap.VII.

CIrca eadem autẽ fere eſt iactantiæ medietas:innominata autem ipſa . Non ma- 87
lũ autẽ & tales pertranſire. magis enim vtique ſciemus quid circa mores ſingu
los pertranſeuntes,& medietates eſſe virtutes credemus vtique,in omnibus ſic
ſe habens conſpicientes.In conuiuere vtique qui quidẽ ad delectationem vel triſtitiam
colloquũtur,dicti ſunt.De veridicis autẽ & falſidicis dicamus ſimiliter & in ſermonibus

88 & in operationibus & fictione. ¶Videtur vtiq; iactatot ſimulatiuus glorioſorum eſſe
& non exiſtentium,& maiorum quàm exiſtunt. iron autem ecõuerſo negare quæ exi-
ſtũt,vel minora facere.Medius autem authecaſtos qui exiſtens verax & vita & ſermo- αὐθέκαστος
89 ne:exiſtentia confitens eſſe circa ipſum,& neq; minora neq; maiora. ¶Eſt autem horũ Verax.
ſingula & gratia alicuius facere,& nullius.vnuſquiſq; autem qualis eſt:talia dicit & ope Iudicans de
ratur & ſic viuit,ſi nõ alicuius gratia operetur.Secundũ ſeipſum autem mendaciũ qui- facto.
dem prauum & fugiendum:verum autem,bonum & laudabile. ſi autem & verax qui-
dem medius exiſtens laudabilis.qui autem mendaces:ambo quidem vituperabiles,ma
90 gis autem iactator.¶De vtriſq; quidem dicemus:prius autem de veraci. non enim de
veridico in confeſſionibus dicimus, neq; quæcunq; ad iuſtitiam vel iniuſtitiam conten-
dunt.alterius enim erunt hæc virtutis.ſed in quibus nullo tali differente,& in ſermone
& in vita verum dicit:eo quòd talis eſt ſecundum habitum. Videbitur autem talis mo
deratus eſſe.amator enim veri & in quibus nõ differt verum dicens: verum dicet, & in
quibus differt adhuc magis.vt enim turpe mẽdaciũ verebitur,quod & ſecũdũ ſeipſum
91 verebatur.talis autẽ laudabilis.¶In minus autẽ:magis à vero declinat.prudẽtius enim
92 videtur ꝓpter oneroſas ſuperabundantias eſſe.¶Maiora autem exiſtentibus fingens
nullius gratia:prauo quidem aſſimilatur.non enim vtiq; gauderet mendacio. vanus au
93 tem videtur magis quàm malus.¶Si autem gratia alicuius,qui quidem gloriæ vel ho
noris non valde vituperabilis vt iactator. qui autẽ argenti vel quæcunq; in argentum:
deformior.Non in potẽtia autẽ eſt iactator:ſed in electione.ſecũdum habitum enim &
in eo ꝙ talis eſt,iactator eſt:quẽadmodum & mendax.hic quidem mendacio ipſo gau-
det:hic autem gloriam appetens vel lucrum.Qui quidem igitur gloriæ gratia iactant,
talia fingũt in quibus laus vel felicitas.qui autẽ lucri:quorum voluptas eſt proximis,
& quæ latere eſt non exiſtentia,puta medicum vel diuinatorẽ ſapientem.propter hoc
94 plures fingunt talia & iactant.ſunt enim in ipſis quæ dicta ſunt.¶Irones autem & mi-
nus dicentes,gratioſiores quidem ſecũdum mores videntur. non enim lucri gratia vi-
dentur dicere:ſed fugientes moleſtũ & tumidũ. Sed & maxime autem iſti glorioſa ne-
95 gant: vt Socrates fecit. ¶Qui autem parua & manifeſta fingunt baucopanurgi dicun- Socrates.
tur,& facile cõtemptibiles ſunt,& quandoq; iactãtia videtur. puta Laconum veſtis.et- βαυκοπανοῦργοι
enim ſuperabundantia & valde defectus,iactantiũ.qui autẽ moderate vtuntur ironia:& Delicati.
96 circa quæ non valent prompta & manifeſta ironizant,gratioſi videntut.¶Opponi au- Malitioſi.
tem videtur iactator veridico.deterior enim. Circa gloriã

Cap. VIII. aſtutus. Lacones.

97 EXiſtente autẽ requie & in vita & in hac conuerſatione cum ludo:videtur & hic
eſſe collocutio quædã conſona rationi.& qualia oportet dicere, & vt oportet.ſi-
militer autem & audire. differt autem & in dicendo in talibus vel talia audire.
manifeſtum autem quòd & circa hæc, eſt ſuperabundãtia quædam & defectus medij.
98 ¶Qui quidem in deriſione ſuperabundant, bomolochi vidẽtur eſſe & oneroſi deſide-
rantes omnino riſum:& magis coniectantes riſum facere: quàm dicere decora, & non
contriſtari deriſum conuitiatum.Qui autẽ neq; ipſi dicunt aliquod ridiculum,& dicen
tibus moleſti ſunt:agrij,& duri videntur eſſe. moderate autem ludentes, eutrapeli ap- ἄγροικος
pellantur:puta bene vertentes.Moris enim tales vidẽtur motus eſſe.quẽadmodum au Agreſtis.
tem corpora ex motibus iudicantur,ita & mores.Redundante autem riſu,& pluribus Ruſticus.
gaudentibus ludo,& ipſo conuitiari magis quàm oportet:& bomolochi, eutrapeli ap-
pellantur,& gratioſi.quoniam autem differunt & non parum:ex ijs quæ dicta ſunt,ma-
99 nifeſtum. ¶Medio autem habitui proprium epidexiotes eſt. epidexij autem eſt talia ἐπιδεξιότης
dicere & audire, qualia modeſto & liberali congruunt. Eſt enim quædam decentia ta- Dexteritas.
lia dicere,in ludi parte & audire.& liberalis ludus differt ab eo qui ſeruilis,& diſciplina- Comitas.
ti & indiſciplinati. Videbit autem vtiq; aliquis & ex comœdijs veterum & moderno- ἐπιδέξιος
rum.his quidem enim erat deriſio turpiloquium,his autẽ magis ſuſpicio. differunt au- Dexter.
tem non parum hæc ad honeſtatem. Vtrum igitur bene conuitiantem determinandũ: Comis.
in dicendo non quæ decent liberalem, vel in non triſtando audientem, vel in delectan-
do? Vel & tale quidem indeterminatum.aliud enim alij odibile,& delectabile. talia au-

tem audiet.quæ enim ſuſtinet audiēs:hæc & facere videtur. ¶Non vtiq; omne faciet. 100
conuitium enim contumelia quædam eſt. legum poſitores autem quedā contumelio-
ſa dicere prohibent,oportebat autem forte & conuitiari.gratioſus autem, vtiq; & libe-
ralis ſic habebit:puta lex exiſtens ſibijpſi. talis quidem igitur medius eſt: ſiue epidexi-
us,ſiue eutrapelus dicitur. ¶Bomolochus autē minor eſt deriſore & neq; à ſeipſo neq; 101
ab alijs eſt recedens,ſi riſum faciat.& tamen talia dicens , quorum nullum diceret vtiq;
gratioſus:quædam autem neq; audiret.¶Agrios autem ad tales collocutiones inutilis. 102
nihil enim conferens in omnibus triſtatur. videtur autem requies & ludus in vita eſſe
neceſſariū.¶Tres igitur quæ dictæ ſunt in vita medietates . ſunt autē omnes circa ſer- 103
monem quorundam,& operum cōmunicationem. differūt autem quoniam hæc quidē
circa veritatem eſt,hæ autē circa delectabile.earum autem quæ circa delectationē:hæc
quidem in ludis,hæc autē in ijs quæ ſecundum aliam vitam colloquijs. Cap.IX.

DE verecundia autem vt quadā virtute non cōuenit dicere . paſſioni enim ma- 104
gis aſſimilatur quàm habitui.Determinatur igitur timor quidam ingloriatio-
nis.Perficitur autem verecundia circa pericula,timori conſimiliter. rubeſcunt
enim verecūdati,mortē autem timētes palleſcūt.corporalia vtiq; videntur aliqualiter
eſſe vtraq;:quod videtur paſſionis magis q̄ habitus eſſe. ¶Non enim omni ætati vtiq; 105
hæc paſſio congruit:ſed iuuenili. Exiſtimamus etenim oportere tales verecundos eſſe,
eo ꝙ ſecundū paſſiones viuētes multa peccant:à verecundia autē prohibētur. Et lauda-
mus quidē iuuenes verecūdos:ſenem autē nullus vtiq; laudabit, quoniā verecundabi-
lis.nihil enim exiſtimamus oportere ipſum operari,in quibus eſt verecūdia. ¶Neque 106
enim ſtudioſi eſt verecūdia.ſiquidē fit in prauis,nō enim operātur talia.Si autē hæc ſūt
quidē ſecundū veritatē turpia,hæc autē ſecūdum opinionem:nihil differt.neutra enim
operanda.quare neq; verecundandū.praui autē eſt eſſe talē:puta operari aliquid turpi-
um.Sic autem habere vt etſi operetur aliquid taliū verecundari,& propter hoc exiſti-
mari ſtudioſum eſſe,inconueniens.in voluntarijs enim verecundia. volens autē ſtudio-
ſus nunq̄ operabitur praua.¶Erit autem vtiq; verecundia ex ſuppoſitione ſtudioſum. 107
ſi enim operetur,verecundabitur vtiq;.non autem hoc,circa virtutes.Si autē inuerecū-
dia prauum & non verecundari turpia operari,nihil magis talia operantē verecundari
ſtudioſum.Non eſt autem neq; continentia virtus,ſed quædam paſſio mixta.oſtēdetur
autem de hac in ijs quæ poſterius.Nunc autem de iuſtitia dicamus.

¶Quintus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

DE iuſtitia autem & iniuſtitia intendendum,& circa quales ſunt exiſtē 1
tes operationes & qualis medietas eſt iuſtitia,& iuſtum quorū medi
um.intentio autem nobis ſit ſecundum eandem methodum ijs quæ
prædicta ſunt.¶Videmus vtiq; omnes talem habitum volētes dice- 2
re iuſtitiā:à quo operatiui iuſtorū ſunt,& à quo iuſta operātur,& vo
lunt iuſta.eodem autē modo & de iniuſtitia à quo operatiui iniuſto-
rum ſunt,& à quo iniuſta faciunt & volunt iniuſta . propter quod &
nobis primū vt in typo hæc ſupponātur.¶Neq; enim eundē habet modū,& in ſcientijs 3
& in potentijs,& in habitibus . potentia quidē enim & ſcientia videtur contrariorū ea-
dem eſſe:habitus autem contrarius,contrariorum non.puta à ſanitate non fiunt cōtra-
ria,ſed ſana ſolū.dicimus enim ſanum ambulare quādo ambulat:vt vtiq; ſanus exiſtēs.
¶Multotiens quidē igitur cognoſcitur contrarius habitus à contrario, multotiens au- 4
Bona habitudo. tem habitus à ſubiectis.ſi enim ſit manifeſta euexia,& cachexia manifeſta fit. & ex be-
ne habentibus euexia,& ex hac bene habentia.ſi enim eſt euexia denſitas carnis:neceſ-
Mala habitudo. ſariū & cachexiam eſſe raritatē carnis,& bene habēs factiuū denſitatis in carne.¶Con 5
ſequitur autē vt in multū ſi alterum multipliciter dicitur , & reliquū multipliciter di-
ci.puta ſi iuſtum & iniuſtum. Videtur autem multipliciter dici iuſtitia & iniuſtitia . ſed
propter propinquā eſſe ipſorū æquiuocationē,latet:& non quēadmodum in ijs quæ de
Idea. longe manifeſta magis.differētia enim multa quæ ſecūdum ideā. puta quoniā vocatur
Species. clauis æquiuoce,& quæ ſub collis animaliū,& qua oſtia claudunt.¶Sumatur ergo iniu- 6

ſtus quotiẽs dicitur.videtur autem illegalis iniuſtus eſſe,& auarus,& inæqualis.quare
manifeſtũ quoniã & iuſtus erit legalis,& æqualis.iuſtum quidẽ igitur legale & æquale:
7 iniuſtum autem illegale & inæquale.❡Quia autem auarus iniuſtus circa bona erit nõ
omnia,ſed circa quæcunq; bona,fortuna & infortuniũ. quæ ſunt quidẽ ſimpliciter ſem-
per bona:alicui autem nõ ſemper.homines autem hæc orant & proſequuntur.oportet
autem non,ſed orare quidem bona ſimpliciter & ipſis bona eſſe. eligere autem quæ ſi-
8 bi ipſis bona ſunt.❡Iniuſtus autem non ſemper plus eligit,ſed & minus in ſimpliciter
malis.ſed quoniã videtur & minus malum,bonũ aliqualiter eſſe,boni autẽ eſt auaritia:
9 propter hoc videtur auarus eſſe.❡Eſt autẽ inæqualis. hoc enim continet & cõmune.&
illegalis.hæc autem illegalitas vel inæqualitas cõtinet omnem iniuſtitiã & cõmune eſt
10 omni iniuſtitiæ.❡Quia autem illegalis iniuſtus erat,legalis autem iuſtus:manifeſtum
eſt quoniã omnia legalia ſunt aliqualiter iuſta. determinata autẽ à lege poſitiua: lega-
11 lia ſunt,& vnumquodq; eorum iuſtum eſſe dicimus. ❡Leges autem dicũt de omnibus
coniectantes vel cõmuniter conferẽtes omnibus,vel optimis vel dominis, vel ſecundũ
virtutem,vel ſecundum aliquem alium modum talium.quare ſecũdum vnum quidem
modum iuſta dicimus factiua,& cõſeruatiua felicitatis,& particularũ ipſius politica cõ
municatione.Præcipit autem lex & fortis opera facere: puta non derelinquere aciem,
neq; fugere neq; abijcere arma.& quæ tẽperati:puta non mœchari,neque conuitiari.&
quæ manſueti:puta non percutere,neq; contendere.ſimiliter autẽ & ſecũdum alias vir-
tutes & malitias:hæc quidem iubens,hæc autem prohibens.recta quidẽ igitur quæ po
12 ſita recte:deterior autẽ apeſchediaſmenos.❡Ipſa igitur iuſtitia virtus quidẽ eſt perfe- ἀπεσχεδιασμένος
cta,ſed nõ ſimpliciter,ſed ad alterũ. & propter hoc multotiẽs præclariſſima virtutum Inconſulte
eſſe videtur iuſtitia,& neq; heſperus neq; lucifer ita admirabilis.& prouerbium dicen- poſita.
tes aimus:in iuſtitia autẽ ſimul omnis virtus eſt.& perfecta maxime virtus , quoniam
perfectæ virtutis vſus eſt.Perfecta autẽ eſt,quoniã habẽs ipſam:& ad alterũ poteſt vir-
tute vti,ſed nõ ſolum ad ſeipſum.multi quidem enim in proprijs virtute poſſunt vti:in
ijs autẽ quæ ad alterum non poſſunt.Et propter hoc bene videtur habere hoc Biantis, Bias.
quoniã principatus virum oſtendit . ad alterũ enim & in cõmunicatione iam princeps.
Propter hoc ipſum autẽ & alienum bonum videtur eſſe iuſtitia ſola virtutũ, quoniam
13 ad alterũ eſt.alij enim conferentia operatur vel principi,vel cõmuni.❡Peſſimus quidẽ
igitur qui & ad ſeipſum & ad amicos vtitur malitia.optimus autẽ non qui ad ſeipſum
14 virtute,ſed qui ad alterũ.hoc enim opus difficile. ❡Hæc quidẽ igitur iuſtitia non pars
virtutis,ſed tota virtus eſt:neq; contraria iniuſtitia pars malitiæ,ſed tota malitia.Quid
autem differt virtus & iuſtitia: hoc manifeſtum ex ijs quæ dicta ſunt. eſt quidem enim
eadem,eſſe autem non idem.ſed ſecundum quod ad alterum,quidem iuſtitia: ſecundũ
autem quod talis habitus,ſimpliciter virtus.

Cap.II.

15 QVærimus autẽ eam quæ in parte virtutis iuſtitiã , eſt enim quædã vt diximus.
ſimiliter autẽ & de iuſtitia quæ ſecũdum partẽ.Signum autẽ quoniam eſt.ſecũ
dum alias quidem enim malitias qui operatur,iniuſte quidem facit,auare autẽ
facit nihil.puta qui abiecit clypeum propter timorem,vel qui maledixit
propter iram,vel qui nõ adiuuit pecunijs propter illiberalitatẽ.quando autẽ auare fa-
cit multotiens:neq; ſecũdum vnam talium,ſed tamẽ neq; ſecundum omnes:ſecundum
malitiam autem quandã vituperamus eum,& ſecũdum iniuſtitiã. eſt ergo alia quædã
iniuſtitia vt pars quædã totius:& iniuſtũ quoddã in parte totius iniuſti eius quod præ-
ter legem.Adhuc ſi hic quidem lucrandi gratia mœchatur & accipiat,hic autem appo
nens & iacturã patiẽs propter cõcupiſcentiã, iſte quidẽ luxurioſus videbitur vtiq; eſſe
magis q̃ auarus:ille autem iniuſtus,luxurioſus autem non.manifeſtum enim quoniam
propter lucrari.Adhuc circa alias quidẽ omnes iniuſtificationes fit relatio ad quãdam
malitiã ſemper.puta ſi mœchatus eſt,ad luxuriã.ſi dereliquit ducẽ exercitus, ad timidi
tatem.ſi percuſſit,ad iram.ſi autẽ lucratus eſt: neq; ad vnam malitiã, ſed vel ad iniuſti-
tiam.quare manifeſtum quoniam quædam iniuſtitia præter totam:alia in parte vniuo-
ca.quoniã diffinitio in eodẽ genere.ambæ enim in eo quod ad alterũ habent potẽtiam.

Hęc litera cõpletior eſt q̃ habeatur græce: in ijs quæ paſſim habentur.

❡Sed hæc quidem circa honorem,vel pecunias,vel ſalutem,vel ſi quodam habeamus 16
vno nomine cõprehendere hæc omnia:& propter delectationẽ quæ à lucro.hæc autem
circa omnia quæcunq; ſtudioſus. Quoniá quidẽ igitur ſunt iuſtitiæ plures,& quoniam
eſt quædã,& altera præter totam virtutem:manifeſtũ.quæ autẽ & qualis ſumendũ. de-
terminatũ eſt vtiq; iniuſtũ eſſe & illegale & inæquale , iuſtum autẽ & legale & æquale.
Secundũ quidem igitur illegale:prius dicta iniuſtitia eſt.❡Quia autẽ plus & inæquale 17
non idem:ſed alterum ad alterũ vt pars ad totũ.& quoniá inæquale & illegale nõ idem
ſed alterum ad alterũ vt pars ad totũ.inæquale enim omne,illegale:illegale autem non
omne,inæquale.plus quidẽ enim omne,inæquale:inæquale autẽ non omne,plus:& in-
iuſtum & iniuſtitia nõ eadem,ſed altera ab illis.hæc quidẽ enim vt partes,hæc autẽ vt
tota.pars enim hæc iniuſtitia totius iniuſtitiæ,ſimiliter autem & iuſtitia iuſtitiæ.Itaq; &
de ea quæ in parte eſt iuſtitia,& de ea quæ in parte iniuſtitia,dicendũ. & de iuſto & in-
iuſto ſimiliter.Secundũ quidem igitur totam virtutẽ ordinata iuſtitia & iniuſtitia,hæc
quidẽ totius virtutis exiſtens vſus ad aliũ,hæc autẽ malitiæ:dimittatur & iuſtũ & iniu
ſtum.ſecundũ has enim manifeſtũ quomodo determinandum.ferè enim multa legaliũ
à tota virtute præcepta ſunt.ſecundũ vnamquanq; enim virtutẽ præcepit viuere:& ſe-
cundũ vnamquáq; malitiá prohibet lex.Factiua autẽ totius virtutis ſunt legaliũ: quæ-
cunq; lege poſita ſunt circa diſciplinã quæ ad cómune:de ea autẽ quæ ſecũdũ vnãquãq;
diſciplinã ſecundũ quã ſimpliciter vir bonus eſt,vtrũ politicæ eſt vel alterius:poſterius
determinandũ.Non enim forte idẽ & viro bono eſſe & ciui bono.❡Eius autem qui ſe- 18
cundũ partẽ iuſtitiæ,& ſecundũ ipſam iuſti:vna quidẽ eſt ſpecies quæ in diſtributioni-
bus honoris,vel pecuniarũ,vel aliorũ quæcunq; partibilia cómunicantibus vrbanitate.
In his enim & inæquale eſt habere,& æquale alterũ ab altero:vna autẽ quæ in cómuta
tionibus directiua.Huius autẽ partes duæ.cómutationũ enim hæ quidẽ volũtariæ ſũt,
hæ autẽ inuoluntariæ.volũtariæ quidẽ tales.puta venditio,emptio,mutuatio,fideiuſſio,
vſus,depoſitio,cõductio.voluntariæ autẽ dicũtur:quoniá principiũ cómutationũ harũ,
volũtarium.Inuoluntariarum autẽ hæ quidẽ occultæ: puta furtũ,mœchia,veneficium,
proagogia,ſerui ſeductio,doloſa occiſio,falſum teſtimoniũ.hæ autẽ violẽtæ:puta verbe
ratio,vinculum,mors,rapina,orbatio,accuſatio,iniuriatio.


μοιχεία Adulterium. προαγωγεία Lenocinium.

Cap.III.

QVia autem & iniuſtus inæqualis,& iniuſtum inæquale:manifeſtũ quoniá & me- 19
dium aliquod eſt iniuſti.hoc autẽ eſt æquale. in quali enim operatione eſt plus
& minus:eſt & æquale.ſi igitur iniuſtũ inæquale,iuſtũ æquale quod & ſine
ratione videtur omnibus.❡Quia autẽ æquale medium: iuſtum medium quoddã vtiq; 20
erit.Eſt autem æquale vt in minimis duobus.neceſſarium igitur iuſtum & medium &
æquale eſſe,& ad aliquid,& quibuſdam,& ſecundum quod quidem medium,eſt aliquo-
rum:hæ autẽ ſunt plus & minus.ſecũdum autẽ quod æquale eſt,duobus. ſecundũ autẽ
quod iuſtũ:aliquibus, & ad aliquos. ad alios enim eſt . Neceſſariũ ergo iuſtum in mini-
mis eſſe quatuor.quibus enim contingit iuſtũ ens,duo ſunt: & in quibus res duæ. ❡Et 21
eadẽ erit æqualitas quibus,& in quibus.vt enim illa habẽt quæ in quibus:ſic illa habẽt
quæ quibus.ſi enim non æquales:nõ æqualia habebunt.ſed hinc pugnæ & accuſationes:
quãdo vel æquales non æqualia,vel nõ æquales æqualia habẽt,& in diſtributione ſuſci
piunt.Adhuc ex eo quod ſecũdum dignitatẽ:hoc manifeſtũ.iuſtum enim in diſtributio
nibus confitẽtur omnes ſecundũ dignitatẽ quãdam oportere eſſe. dignitatem quidem
non eandẽ dicunt omnes exiſtere:ſed democratici quidẽ libertatẽ,oligarchici autem di
uitias, quidã autem generis nobilitatẽ, ariſtocratici autẽ virtutẽ. ❡Eſt ergo iuſtũ pro- 22
portionale quidẽ. proportionale enim non ſolũ eſt monadici numeri proprium,ſed to
taliter numeri.proportionalitas enim æqualitas proportionis. & in quatuor minimis.
diſiuncta quidẽ igitur quoniá in quatuor manifeſtũ.ſed & continua. vno enim & duo-
bus vtitur & bis dicit.puta vt quæ a ad eam quæ b: ita quæ b, ad eam quæ g.bis igitur
quæ b dicta eſt.quare ſi quæ b ponatur bis,quatuor erũt proportionata. Eſt autẽ & iu-
ſtũ in quatuor minimis,& proportio eadem . ❡Diuiſa enim ſunt ſimiliter & quibus & 23
quæ.erit ergo vt a terminus ad b:ita g ad d.& permutatim:ergo vt a ad g,ita b ad d.quare

τιμοκρατικοί Cẽſu potẽtes. δημοκρατικοί Populares. ἀριστοκρατικοί Optimates. μοναδικος Monadicus. Numerus formalis.

8	4	4	2
a	b	b	g

& totum ad totum quod diſtributio coniungit.& ſi ſic componat,iuſte coniungit.ergo
a termini cum g,& b cum d,coniunctio in diſtributione iuſtum eſt: & medium iuſtum
hoc eſt.iniuſtum autem præter proportionale (proportionale enim medium) iuſtum
autem proportionale. Vocant autem talem proportionalitatem geometricam mathe-
matici. in geometria enim accidit totum comparari ad totum quemadmodum alterũ
ad alterum.Eſt autem non continua hæc proportionalitas. non enim fit vnus numero
24 terminus cui & quod.¶ Iuſtum quidem igitur hoc proportionale,iniuſtũ autem quod
præter proportionale fit.ergo hoc quidem plus, hoc autem minus, quod in operibus
accidit.qui quidem enim iniuſtum facit:plus habet.qui autem iniuſta paſſus:minus bo
ni.in malo autem è conuerſo.in boni enim ratione fit minus malum ad maius malum.
eſt enim minus malum magis eligibile maiori. quod autem eligibile bonum, & magis
maius.ſpecies quidem igitur vna iuſti hæc eſt. Cap.IIII.
25 Reliqua autẽ vna directiua.quæ fit & in volũtarijs cõmutationibus, & in inuo-
luntarijs. hoc autẽ iuſtũ aliam ſpeciẽ habet à priori. Diſtributiuũ quidẽ enim
iuſtum cõmunium:ſemper ſecundũ proportionalitatẽ eſt dictũ.etenim à pecu
nijs cõmunibus ſi fiat diſtributio:erit ſecundũ proportionẽ eandẽ quã habent adinuicẽ
illata.& iniuſtũ oppoſitũ iuſto huic præter proportionale eſt.In cõmutationibus autem
iuſtũ quidẽ eſt æquale quid, & iniuſtũ inæquale.ſed nõ ſecundũ proportionalitatẽ illam:
ſed ſecundũ arithmeticã.nihil enim differt ſi ſtudioſus prauũ priuauit, vel prauus ſtu-
dioſum,neq; ſi mœchatus eſt ſtudioſus vel prauus: ſed ad nocumẽti differentiã ſolũ re-
ſpicit lex,& vtitur vt æqualibus.ſiquidẽ hic iniuſtũ facit,hic autẽ iniuſtũ patitur.& ſi hic
quidẽ læſit,hic autẽ læſus eſt. quare iniuſtũ hoc inæquale exiſtẽs,æquare tentat iudex.
Etenim cũ hic quidẽ vulneretur,hic autẽ percutiat,& hic occidat,hic autẽ moriatur:di-
uiſa eſt paſſio & actio in inæqualia.ſed tẽtat dãno æquare auferẽs à lucro.Dicitur enim
vt ſimpliciter dicere in talibus:etſi nõ aliquibus propriũ nomẽ erit lucrũ puta percuti-
enti,& damnũ patiẽti.ſed quãdo quidẽ mẽſurata eſt paſſio,vocatur hoc quidẽ damnũ,
26 hoc autẽ lucrũ.¶ Quare pluris quidẽ & minoris æquale mediũ. lucrũ autẽ & damnum
hoc quidẽ plus, hoc autẽ minus cõtrarie.boni quidẽ habere plus,mali autẽ minus:lucrũ.
cõtrariũ autẽ damnũ.quorũ erat mediũ æquale:quod dicimus eſſe iuſtũ.quare directi-
uum iuſtum vtiq; erit medium damni & lucri. Propter quod & quãdo dubitant,ad iudi
cem refugiunt.ad iudicem autem ire,eſt ire ad iuſtum.iudex enim vult eſſe vt iuſtũ ani
matũ.& quærunt iudicem mediũ,& vocant quidã meſiticos,tanquam ſi mediũ attingãt μεσίτας Mediator.
iuſtum adipiſcentes.mediũ ergo aliquod iuſtum: ſiquidẽ & iudex.iudex autẽ adæquat.
27 ¶ Et quẽadmodum linea in inæqualia ſecta quo maior ſectio medietatẽ ſuperexcedit:
hoc abſtulit,& minori ſectioni appoſuit.cum autem diuidatur totum:tunc aiunt habe-
re quod ipſius cum accipiant æquale.æquale autem medium eſt maioris & minoris ſe-
cundum arithmeticam proportionalitatẽ. Propter quod & nominatur dicæon quoni- δίκαιον Iuſtum.
am dica eſt.quemadmodum ſi quis dicat dicæon,& dicaſtes.Si enim duobus æqualibus δίχα Cauſa.
auferatur ab altero,ad alterum autem apponatur , duobus his ſuperexcedit alterum.ſi Dica.
enim ablatum quidem ſit,non ſit autem appoſitum: vno vtiq; ſolum excelleret.mediũ Interpretatur
ergo vno,& mediũ à quo ablatum eſt vno.hoc ergo cognoſcimus & quid auferre opor- Leonardus
teat à plus habente , & quid apponere minus habenti . quo quidem enim medium ſu- iuxta.
perexcedit,hoc apponere oportet minus habenti:quo autem ſuperexceditur , auferre δικαστής Iudex.
à maximo.Aequales in quibus aa,bb,gg,adinuicẽ:ab aa,auferatur a e & apponatur gg.
quod in quibus d, g. quare tota d, gg, eam quæ eſt a e ſuperexcedit eo quod eſt g d.&
28 eo quod eſt gz.eam ergo quæ eſt bb eo quod eſt g d. ¶ Eſt autẽ & in alijs artibus hoc.


deſtruentur enim vtiq; ſi non fecit faciens & quantũ & quale: & patiens pateretur hoc
29 & tantum & tale. ¶ Venerũt autem nomina hæc & damnum & lucrum ex voluntaria
cõmutatione.plus quidem enim habere quàm quæ ſuijpſius:lucrari dicitur. minus au-
tem ijs quæ ex principio:damnificari,puta in vendere & emere & in quantis alijs licen
tiam dedit lex.quando autem neq; plus neq; minus,ſed ipſa per ſeipſa fiunt, vel eadẽ
30 per eadem:quæ ipſorum aiunt habere, & neq; damnificari neque lucrari. ¶ Quare lu-

cri cuiuſdam & damni medium iuſtum eſt eorum quæ præter voluntarium æquale ha
bere:quod & prius & poſterius. Cap.V.

Pythagorici.

VIdebitur autem aliquibus contrapaſſum eſſe ſimpliciter iuſtum, vt Pythago- 31
rici dixerunt. determinabant enim iuſtum ſimpliciter contrapaſſum alij. con-
trapaſſum autem non cógruit neq; in diſtributiuum iuſtum,neq; in directiuū.

Rhadamanthus.

quáuis voluerunt hoc dicere & Rhadamanthi iuſtū,ſi patiatur quæ fecit vindicta recte
fit.multis enim in locis diſſonat.puta ſi principatum habēs percuſſit,nó oportet reper-
cuti.& ſi principē percuſſit:non percuti ſolum oportet,ſed & puniri. Adhuc voluntari-
um & inuoluntarium differt multum. ſed in cómunicationibus quidem commutatiuis
continet tale iuſtum contrapaſſum ſecundū proportionalitatem,& non ſecundū æqua
litatem.per cótra facere enim proportionale:cómanet ciuitas.vel enim hoc male quæ-
runt.ſi autē nó,ſeruitus videtur eſſe ſi nó contra faciat.vel quod bene.ſi autem non:re-

Templum gratiarum.

tributio nó fit.retributione autem cómanet.Propter quod & gratiarum ſacrum prom
pte faciūt:vt retributio ſit. hoc enim proprium gratiæ. refamulari enim oportet ei qui
gratiā fecit,& rurſum incipere ipſum gratiam facientem.Facit enim retributionē eam
quæ ſecundum proportionalitatē ſecundū diametrū coniugatio:puta ædificator in quo

Agricola Coriarius.
Ædificator Coriarius.

a b



g d

Domus Calceamentum.
Cibus Opus coriarij.

a,coriarius in quo b,domus in quo g,calceamentū in quo d.oportet autem
accipere ædificatorē à coriario illius opus: & ipſum illi retribuere qđ ipſi-
us.ſi ergo primū ſit ſecūdū proportionalitatē æquale,deinde cótrapaſſum
fiat:erit quod dicitur.ſi autē nó,non æquale neq; cómanet. nihil enim pro-
hibet melius eſſe alterius opus q̄ alterius. oportet igitur hæc vtiq; æqua-
ri.Eſt autem hoc & in alijs artibus.deſtruētur enim ſi nó fecerit faciens &
quale & quantū pateretur patiēs, & hoc & tantū & tale. nó enim ex duo-
bus medicis fit cómunicatio,ſed ex medico & agricola.& omnino alteris,
& nó æqualibus.ſed hos oportet æquari. Propter qđ omnia cóparata opor
tet aliqualiter eſſe,quorū eſt cómunicatio. ¶ Ad qđ numiſma venit,& fit 32
aliqualiter mediū.omnia enim mēſurat:quare & ſupabūdantiā & defectū.
Quáta quædā vtiq; calceamēta æquale domui vel cibo? oportet igitur qđ
ædificator ad coriariū:tanta calceamēta ad domū vel cibū.ſi enim nó hoc:
nó erit cómutatio neq; cómunicatio.hoc autem ſi nó æqualia ſunt:aliqualiter non erit.
Oportet ergo vno aliquo mēſurari omnia:quēadmodū dictū eſt prius. ¶ Hoc autē ſe- 33
cundū veritatē quidē indigentia quæ cótinet omnia.ſi enim nihil indigerēt vel nó ſimi
liter,nó erit cómunicatio,vel nó eadē.puta propter cómutationē neceſſitatis,numiſma
factū eſt ſecundū cópoſitionē.& propter hoc nomē habet numiſma: quoniā nó natura,

νόμος Lex.

ſed nomo eſt.& in nobis tranſmutare & facere,inutile.Erit vtique contrapaſſum quan-
do æquata ſunt. quare quod agricola ad coriariū, hoc opus coriarij ad quod agricolæ.
in figuram autem proportionalitatis oportet opera ducere, quando commutabūtur.ſi
autem non,vtraſq; habebit ſuperabundātias alterum extremum. ſed cum habeāt quæ
ipſorum:ſi æquales,& cómunicantes.quoniā hæc æqualitas poteſt in ipſis fieri. Agri-
cola autem a,in quo cibus g,coriarius b,opus ipſi æquatum d.ſi autem ſic non erat con
trapati:non vtiq; erat cómunicatio. ¶ Quoniam autem indigentia continet: quemad- 34
modum quidem vnum ens oſtendit:quoniam cum non in neceſſitate ſunt adinuicem,
vel vterq; vel alter non cómunicant quēadmodum cum quod habet ipſe indiget quis,
puta vino: dantes frumenti eductionem, oportet hæc æquari. Pro futura autem com-
mutatione ſi nunc nihil indiget,quoniam erit ſi indigeat,numiſma fideiuſſor eſt nobis.
oportet enim hoc ferenti eſſe accipere. ¶ Patitur quidem igitur & hoc idem.nó enim 35
ſemper æquale poteſt,verūtamen vult manere magis. ¶ Propter quod oportet omnia 36
appretiari.ſic enim ſemper erit commutatio.ſi autem hæc,cómunicatio: numiſma vti-
que quēadmodum menſura cómenſurata faciens æquat.neq; enim vtiq; non exiſtente
cómutatione,cómunicatio erat,neq; cómutatio æqualitate non exiſtente,neque æqua-
litas non exiſtente cómenſuratione. ¶ Secundum veritatem quidem igitur impoſſibi- 37
le tantum differentia commenſurata fieri: ad opus autem conuenit ſufficienter. vnum

vtiq; aliquid oportet eſſe:hoc autem ex ſuppoſitione,propter quod & numiſma voca-
tur.hoc enim omnia facit cómenſurata.menſurantur enim omnia numiſmate.Domus
autẽ in quo a mnarum quinq;,lectus in quo b,mna dignus:lectus autẽ quinta pars do-
mus vtiq; erit.manifeſtũ igitur quanti lecti æquales domui,quoniã quinq;. quoniã au-
tem ſic cómutatio erat:antequã numiſma erat manifeſtum.differt enim nil vel quinq;
lecti pro domo:vel quãti quinq; lecti.Quid quidem igitur iuſtum,& quid iniuſtum eſt:
38 dictum eſt.❡Determinatis autem his: manifeſtum quoniam iuſta operatio medium
eſt eius quod eſt iniuſtum facere,& iniuſtum pati.hoc quidẽ enim plus habere: hoc au-
39 tem minus eſt.❡Iuſtitia autem medietas eſt non ſecũdum eundem modum prædictis
virtutibus,ſed quoniã medij eſt.iniuſtitia autẽ extremorũ. Et iuſtitia quidẽ eſt habitus
ſecundum quem iuſtus dicitur operatiuus ſecundum electionem iuſti:& diſtributiuus,
& ipſi ad alium,& alteri ad alterum.non ſic vt eligibilis quidem plus ipſi, minus autẽ
proximo, nociui autem è conuerſo. ſed æqualis eius quod ſecundum proportionalita-
tem.ſimiliter autem & alij ad alium.Iniuſtitia autem contrarium iuſti:hoc autẽ eſt ſu-
perabundãtia & defectus vtilis vel nociui præter proportionale. propter quod ſuper-
abundantia & defectus iniuſtitia:quoniam ſuperabundãtiæ & defectus eſt,in ipſo qui-
dem ſuperabundãtiæ ſimpliciter vtilis,defectus autem nociui.in alijs autem totũ qui-
dem ſimiliter.quod autem præter proportionale, qualiter contingit. Iniuſtificationis
autem quod quidem minus:iniuſtum pati eſt.quod autem maius:iniuſtum facere. De
iuſtitia quidem igitur & iniuſtitia quæ vtriuſq; eſt natura:dictum ſit ſecundũ hunc mo-
dum.ſimiliter autem & de iuſto & iniuſto vniuerſaliter.

b — a
c — 1
Mne Mna.

Cap.VI.

40 QVia eſt autẽ iniuſtũ facientem nondum iniuſtũ eſſe:quales autem iniuſtificatio
nes faciẽs iam iniuſtus eſt,ſecundum vnamquãq; iniuſtitiam:puta fur,vel mœ-
41 chus,vel latro:vel ſic quidẽ nihil differt.❡Etenim ſi vtiq; cómiſceatur mulieri
ſciens cui, ſed non propter electionis principiũ,ſed propter paſſionem:
iniuſtum quidẽ igitur facit,iniuſtus autẽ non eſt.neq; fur:furatus eſt autem.neq; mœ-
chus:mœchatus eſt autem.ſimiliter autem & in alijs. Qualiter quidem igitur ſe habet
42 cótrapaſſum ad iuſtũ:dictũ eſt prius.❡Oportet autẽ non latere quoniam quod quæri-
tur: eſt & ſimpliciter iuſtum, & politicum iuſtum. hoc autem eſt cómunicatiuum vitæ
ad eſſe per ſe ſufficientiam in liberis & æqualibus vel ſecundũ proportionalitatem, vel
numerũ.Quare quantis nó eſt hoc:nó his eſt adinuicem politicum iuſtum,ſed quoddã
43 iuſtum & ſecundum ſimilitudinem.❡Eſt etenim iuſtum:quibus & lex ad ipſos.lex au-
tem:in quibus iniuſtitia.vindicta enim iudicium iuſti & iniuſti.in quibus autem iniuſti-
tia:& iniuſtum facere.in quibus autem iniuſtum facere:non omnibus iniuſtitia. & hoc
44 eſt plus ipſi tribuere ſimpliciter bonorum:minus autem ſimpliciter malorum.❡Pro-
pter quod nó ſinimus principari hominem,ſecũdũ rationem.quoniã ſibijpſi hoc facit:
45 & fit tyrãnus.eſt autem princeps cuſtos iuſti:ſi autẽ iuſti & æqualis.❡Quia autẽ nihil
ipſi plus eſſe videtur:ſiquidem iuſtus.non enim tribuit plus ſimpliciter boni ipſi, ſi nõ
ad ipſum proportionale eſt,ideo alteri laborat.& propter hoc,alienũ aiunt eſſe bonum
iuſtitiam:quẽadmodum dictum eſt prius.Merces ergo quædam danda, hæc autem ho
46 nor & gloria.quibus autẽ non ſufficientia hæc,iſti ſunt tyranni.❡Dominatiuum autem
iuſtum & paternũ non idẽ his ſed ſimile.Non enim eſt iniuſtitia ad ea quæ ipſius ſim-
pliciter.poſſeſſio autem & filius vſq; vtiq; ſic pelicon & ſeparetur:quemadmodum pars Tantillus.
ipſius.ſibijpſi autẽ nullus eligit nocere: propter quod non eſt iniuſtitia ad ſeipſum.non
ergo iniuſtum neq; iuſtum politicum. ſecũdum enim legem erat & in quibus nata erat
47 eſſe lex.iſti autẽ erãt quibus exiſtit æqualitas eius quod eſt principari & ſubijci.❡Pro-
pter quod magis ad vxorem eſt iuſtum q̃ ad natos & poſſeſſiones.hoc enim eſt œcono
micum iuſtum.alterum autem eſt & hoc à politico.

Cap.VII.

48 POlitici autem iuſti hoc quidem naturale eſt: hoc autem legale. Naturale quidẽ
quod vbiq; habet eandem potentiã,& non in videri vel nõ. Legale autem quod
ex principio quidem nihil differt ſic vel aliter:quando autẽ ponitur,differt. pu-
ta mna redimi,vel capram ſacrificare: ſed non duas oues.adhuc quæcunq; in ſingulari-

bus legē ponunt.puta ſacrificare Braſidæ,& ſententialia.¶ Videtur autē quibuſdā om- 49
nia eſſe talia.quia quod quidē natura:immobile,& vbiq; eandē habet potentiam.quem-
admodum ignis & hic & in Perſis ardet:iuſta ante mota conſpiciunt. Hoc autem non
eſt ſic habens:ſed eſt vt quēuis apud deos æqualiter nequaq̄ habēs.apud nos autem eſt
quidem aliquid natura mobile non tamen omne: ſed eſt tamen hoc quidē natura, hoc
autē non natura. ¶ Quale autē natura contingentiū & aliter habere, & quale non ſed 50
legale & cōpoſitione ſi ambo mobilia ſimiliter. ¶ Manifeſtum autem,& in alijs eadem 51
congruit determinatio.natura enim dextra melior:quāuis cōtingat ambidextros fieri.
Quæ autem ſecundū compoſitionē & conferēs iuſtorū:ſimilia ſunt mēſuris. non enim
ſunt vbiq; æquales vini & frumenti menſuræ.ſed vbi quidē emuntur,maiores:vbi ven
duntur,minores.ſimiliter autē & nō naturalia,ſed humana iuſta nō eadem vbiq;: quia
neq; vrbanitas.ſed vna ſolum vbiq; ſecundū naturā optima. ¶ Iuſtorū autem & legaliū 52
vnūquodq;,vt vniuerſalia ad ſingularia ſe habet. operata quidem enim multa: illorum
autem vnumquodq; vnum. vniuerſale eſt enim. ¶ Differt autem iniuſtificatio & iniu- 53
ſtum,& iuſtificatio & iuſtum.iniuſtū quidē eſt natura vel ordine. idem autē hoc quādo
operatū eſt,iuſtificatio eſt.ante autem q̄ operatum:nequaquā,ſed iniuſtū. Similiter au-
tem & iuſtificatio.vocatur autē cōmune magis dicæopragenia: iuſtificatio autem dire-
ctio iniuſtificationis.ſecundum vnūquodque autē ipſorum & quales ſpecies,& quot &
quæ exiſtunt:poſterius videndum.

Cap. VIII.

EXiſtentibus autem iuſtis & iniuſtis dictis,iniuſtum facit quidem & iuſtum ope 54
ratur:quando volens quis ipſa operatur.quādo autem nolens neq; iniuſtum fa-
cit,neq; operatur iuſtum:ſed ſolum ſecundū accidens.quibus enim accidit iuſtis
eſſe vel iniuſtis,operatur.iuſtificatio autem & dicæopragenia,determinantur volunta-
rio & inuoluntario.cum enim voluntarium fit, vituperatur. ſimul autē & iniuſtificatio
tunc eſt.quare iniuſtum aliquid erit quidē:iuſtificatio autem nequaquam,ſi non volun
tarium adſit. Dico autem voluntariū quidem (quēadmodum prius dictum eſt) quod
vtiq; aliquis in ſeipſo exiſtentium ſciens & non ignorans operatur,neq; quid,neq; quo,
neq; cuius gratia,puta quem percutit,& quo,& cuius gratia.& illorum vnūquodq; non
ſecundum accidens neq; vi.quēadmodum ſi quis accipiēs manum ipſius percutit alte-
rum non volens autem:non enim in ipſo.contingit autem percuſſum patrem eſſe.hunc
autem quoniam quidem homo,vel præſentium aliquis cognoſcit:quoniam autem pa-
ter,ignorat.ſimiliter autem tale determinetur & in his cuius gratia,& circa operationē
totam. ¶ Ignoratum vtique vel non ignoratum non in ipſo autem ens vel vi:inuolun- 55
tarium. ¶ Multa enim & natura exiſtentium ſciētes & operamur & patimur: quorum 56
nullum neque voluntariū neque inuoluntariū eſt.puta ſeneſcere vel mori. ¶ Eſt autem 57
ſimiliter in iniuſtis & iuſtis & quod ſecundū accidēs. etenim ſi pignus reddat quis no-
lens & propter timorē:neque iuſta operari,neque dicæopragenia dicendū,ſed vel ſecū
dum accidens.ſimiliter autē & coactum nolentē,pignus non reddentē: ſecundum acci-
dens dicēdum iniuſtū facere,& iniuſta operari. ¶ Voluntariorū autē hæc quidem præ- 58
eligentes operamur,hæc autē non præeligentes.præeligentes quidē quæcunq; præcon
ſiliantes:ineligibilia autē quæcunque impræcōſiliata. ¶ Tribus itaque exiſtētibus nocu 59
mentis eorū quæ in cōmunicationibus:quæ quidē cum ignorantia peccata ſunt quādo
neq; quē,neq; quo,neq; quid,neq; cuius gratia exiſtimauit, hæc operatus eſt. vel enim
non iacere, vel non hoc,vel non hunc,vel non huius gratia exiſtimauit:ſed accidit.non
cuius gratia exiſtimauit puta non vt vulneret,ſed vt pungat.vel non quem vel non vt.
quando quidē igitur paralogice nocumentum fit:infortunium. quando autē non para
logice,ſine malitia autem:peccatū.peccat quidē enim cum in ſeipſo principium ſit cau-
ſæ: infortunat autem cum extra. ¶ Quando autem ſciens quidem non præconſilians 60
autem:iniuſtificatio.puta quæcunq; propter iram, & alias paſſiones quaſcunq; neceſſa-
rias vel naturales accidunt hominibus. ¶ Hæ enim nocentes & peccantes,iniuſtum fa- 61
ciunt quidem,& iniuſtificationes ſunt:non tamen iniuſti propter hoc neq; mali. neque
enim propter malitiam nocumentum.Quando autem ex electione: iniuſtus & malus.

παραλογικῶς
Prȩter propo
ſitum ac intē
tionem.

62 ¶Proter quod bene quæ ex ira : non ex prouidentia iudicantur. non enim incipit qui
ira aliquid facit: ſed qui ad iram prouocat. Adhuc autẽ neq; de fieri vel non dubitatur:
ſed de iuſto. manifeſta enim iniuſtitia ira eſt. Non enim quemadmodum in commuta-
tionibus de fieri dubitant: neceſſe eſt alterum eſſe malum, ſi non propter obliuionem
63 id operentur. ſed confitentes de re: qualiter iniuſtum dubitant. ¶Qui autẽ inſidiantur:
non ignorant. quare hic quidem exiſtimat iniuſte pati: hic autem non. Si autem ex ele-
ctione noceat, iniuſtum facit. & ſecundum has quidem iam iniuſtificationes iniuſtum
faciens iniuſtus. cum præter proportionale ſit vel præter æquale. ſimiliter autem & iu-
ſtus, cum præeligens iuſtum operetur. iuſtum autem operatur : ſi ſolum volens opere-
64 tur. ¶Inuoluntariorum autem hæc quidem ſunt venialia: hæc autem nõ venialia. quæ-
cunq; quidem enim nõ ſolũ ignorantes ſed propter ignorantiam peccant, venialia. quæ-
cunque autem non propter ignorantiam: ſed ignorantes quidem, propter paſſionem
autem neq; naturalem neq; humanam, non venialia. Cap. IX.

65 DVbitabit autem vtiq; aliquis ſi ſufficiẽter determinatum eſt de iniuſtum pati,
& iniuſtum facere. primum quidem igitur ſi eſt quemadmodum Euripides di- Euripides.
cit: dicens inconuenienter, Matrem occidi meam, breuis eſt ſermo, volens vo-
lentem: vel volentem non volens. Vtrũ enim vere eſt volentem iniuſtum pati, vel non:
ſed inuoluntarium omne quemadmodum & iniuſtum facere omne voluntarium. &
vtrum omne ſic vel illo modo: quemadmodum & iniuſtum facere vel omne volunta-
rium, vel hoc quidem voluntarium, hoc autem inuoluntarium. ſimiliter autem & in-
66 iuſtum pati. Iuſtum operari enim omne, voluntarium. ¶Quare rationabile quidẽ op-
poni ſimiliter ſecundum vtrunque & iniuſtum pati & iuſtum pati: vel voluntarium vel
inuoluntariũ omne. Inconueniens autem vtique videbitur & iniuſtum pati: ſi omne eſt
67 voluntarium. quidam enim iniuſtum patiuntur non volentes. ¶Quia & hoc dubitat
vtiq; aliquis, vtrum iniuſtum paſſus iniuſtum patitur omnis. Vel quemadmodum in
68 operari & in pati eſt. ¶Secũdum accidens. contingit enim in vtriſq; trãſſumere iuſtis:
ſimiliter autem manifeſtum quoniam & in iniuſtis. non enim idem iniuſta operari, ei
quod eſt iniuſtum facere: neq; iniuſta pati, ei quod eſt iniuſtum pati. ſimiliter autem &
iniuſtum operari & iniuſtum pati. impoſſibile enim eſt iniuſtum pati : non iniuſtum fa-
69 ciente aliquo. vel iuſtum pati: non iuſtum operante. ¶Si autem eſt ſimpliciter iniuſtũ
facere: nocere volentem aliquem. volentem autem ſcientem & quem, & quo, & vt. In-
continens autem volens nocet ipſe ſibijpſi. volens itaq;, iniuſtum patitur: & contingit
ipſum ſibijpſi iniuſtum facere. Eſt autem & hoc vnum aliquod dubitatorum: ſi contin-
git ipſum ſibijpſi iniuſtum facere. Adhuc volens ſi quis propter incontinentiam ab ali-
70 quo lædatur volente: quare erit vtiq; volẽtem iniuſtum pati. ¶Vel non recta diffinitio.
ſed apponendum ei quod eſt nocere ſcientem: & quem, & quo, & vt, præter illius volũ-
tatem. læditur quidem vtiq; aliquis volens, & iniuſta patitur. iniuſtum autem patitur.
nullus volens. Nullus enim vult neq; incontinens: ſed præter voluntatẽ operatur. neq;
enim vult nullus: quod non exiſtimat eſſe ſtudioſum. incontinens autẽ quod non exi-
ſtimat operari oportere: operatur. Qui autem quæ ipſius dat (quemadmodum Home- Homerus.
rus ait dare Glaucum Diomedi aurea pro æreis, & centũ boues pro nouem bobus) non Glaucus. Diomedes.
iniuſtum patitur. in ipſo enim eſt dare: iniuſtum pati autem non in ipſo. ſed iniuſtum
facientem oportet exiſtere. De iniuſtum pati quidem igitur quoniam nõ voluntariũ,
71 manifeſtum. ¶Adhuc autem quæ præelegimus, duo eſt dicere : vtrum quidem iniuſtũ
facit qui tribuit præter dignitatem plus vel qui habet, & ſi eſt ipſum ſibijpſi iniuſtum
facere. Si enim contingit prius dictum & diſtribuẽs iniuſtũ facit ſed non habens plus,
ſi quis plus alteri quàm ſibijpſi tribuens ſciens & volens: iſte iniuſtum ſibijpſi facit, vi-
72 dẽtur moderati facere. modeſtus enim minoratiuus eſt. ¶Vel neq; hoc ſimpliciter. alte-
ro enim bono ſi cõtingat ſuperabũdat: puta gloria vel ſimpliciter bono. Adhuc ſolui-
tur ſecũdum deffinitionẽ eius quod eſt iniuſtũ facere nihil enim præter ipſius patitur
voluntatem. quare non iniuſtum patitur propter hoc: ſed ſic quidem nocumentum pa-
73 titur ſolum. ¶Manifeſtum autem & quoniam diſtribuens iniuſtum facit: ſed non plus

habens ſemper.nó enim cui iniuſtum ineſt iniuſtum facit:ſed cui volentem hoc facere.
hic autem vnde principium actionis . quod eſt in diſtribuente , ſed non in accipiente.
Adhuc multipliciter dicitur facere : & eſt vt inanimata occidunt . & manus & famulus
præcipientis non iniuſtum facit : facit autem iniuſta. Adhuc ſi quis ignorans iudicauit,
non iniuſtum facit ſecundum legale iuſtum. neque iniuſtum iudicium eſt. eſt autem vt
iniuſtum. alterum enim legale iuſtum & primum. ſi autē cognoſcens iudicauit iniuſte:
auare facit & ipſe vel gratia vel pœna. queādmodum & ſi quis patiatur iniuſtificationē.
& qui propter hoc iudicauit iniuſte plus habet, etenim in illis qui agrum iudicauit : nō
agrum ſed argentum accepit. ❡Homines autem in ſeipſis exiſtimant eſſe iniuſtum fa 74
cere: propter quod & iniuſtum eſſe facile. hoc autem non eſt. commiſceri quidem enim
ei quæ vicini, & percutere proximū, & dare manu argētum facile, & in ipſis. ſed ſic ha-
bētes hoc facere: neq; facile, neq; in ipſis. ❡Similiter autē & cognoſcere iuſta & iniuſta, 75
nihil exiſtimant ſapientes eſſe. quoniam de quibus leges dicunt non difficile eſt intelli-
gere: ſed non hæc ſunt iuſta, ſed ſecūdum accidens. Sed qualiter operata & qualiter diſ-
tributa: iuſta. hoc autem opus plus quàm ſana ſcire. quia & illic mel, & vinum, & helle-
borum, & vſtionem, & inciſionem ſcire facile. ſed qualiter oportet diſtribuere ad ſani-
tatem & cui & quando: tantū opus, quantū medicum eſſe. ❡Propter ipſum autem hoc 76
& iuſti exiſtimant eſſe, nihil minus iniuſtum facere: quoniam nihil minus iuſtus ſed &
magis poteſt vnūquodque vtiq; operari horū. etenim cōmiſceri mulieri, & percutere,
& fortis clypeum dimittere, & conuerſus in qualemcunq; currere. ſed timere, & iniuſtū
facere: non hæc facere eſt, tamen ſecundum accidens, ſed ſic habentē hæc facere. queād-
modum & medicari & ſanare: non incidere vel non incidere vel pharmacum dare, vel

Medicina.
Venenum.

non pharmacum dare eſt, ſed ſic. ❡Sūt autem iuſta in ijs quibus inſunt ſimpliciter bo- 77
na: habent autem & ſuperabundantiā in his & defectum. his quidē enim non eſt ſuper-
abundantia ipſorum puta forte dijs. his autem nulla particula vtilis inſanabilibus &
malis: ſed nocent omnia. his autem vſq; ad hoc: hoc autem humanum eſt. Cap. X.

Æquitas & bonitas.
Æquus & bonus.

DE epijcia vero & epijce qualiter hæc habent, epijcia quidem ad iuſtitiam, epij- 78
ces autem ad iuſtum: proximum eſt dicere. Neque enim vt idem ſimpliciter:
neq; vt alterum genere videtur intendētibus. & quādoq; enim epijces lauda-
mus: & virū talem. quare & ad talia laudātes transferimus pro bono magis epijces, quo-
niam melius oſtendentes. quandoq; autē rationem ſequentibus videtur inconueniens,
ſi epijces præter iuſtum quidem exiſtens laudabile eſt. vel enim iuſtū non ſtudioſum,
vel epijces aliud. vel ſi ambo ſtudioſa : idem ſunt. dubitatio quidem igitur fere accidit
propter hoc circa epijces. ❡Habent autem omnia ſecundum modum quendam recte, 79
& nihil contrarium ſibijpſis . epijces enim iuſto quodam , ens melius & iuſtum. & non
vt aliud quoddam genus exiſtens, melius eſt iuſto. idem ergo iuſtum & epijces. Et am
bobus ſtudioſis exiſtentibus, melius epijces. ❡Facit autem dubitationē quoniam epij- 80
ces iuſtum quidem eſt . non ſecundum legem autem: ſed directio iuſti legalis. Cauſa
autem quoniam lex quidem vniuerſaliter omnis: de quibuſdam autem non poſſibile
eſt recte dicere vniuerſaliter . in quibus quidem igitur neceſſariū dicere vniuerſaliter,
non poſſibile autem recte: hoc vt in plus accipit lex non ignorans quòd peccatum eſt,
& eſt nihil minus recta. peccatum enim nō in lege, neque in legiſpoſitore: ſed in natura
rei eſt. confeſtim enim operabiliū natura talis eſt. ❡Cum igitur dicat lex vniuerſaliter, 81
accidit autem in hoc præter ea quæ vniuerſaliter: tunc recte habet vbi reliquit legiſpo-
ſitor, & peccauit ſimpliciter dicens, dirigere quod deficit. & legiſpoſitor ſic vtique dice-
ret illic præſens, & ſi ſciret legem poſuiſſet. Propter quod iuſtum quidem eſt: & quod-
dam melius iuſto . non eo quod ſimpliciter autem : ſed eo quod propter ſimpliciter
peccatum. ❡Et eſt hæc natura quæ epijces directio legis vbi deficit, propter vniuerſale. 82
hoc enim cauſa & eius quod non omnia ſecundum legem eſſe: quoniam de quibuſdam
impoſſibile ponere legem. quare ſententia indiget. indeterminati enim indeterminata
& regula eſt. quemadmodum & Leſbiæ ædificationis plumbea regula eſt. ad figuram
enim lapidis tranſmutatur: & nō manet regula, & ſententia ad res. Quid quidem igitur

83 eſt epijces,& quoniam iuſtum,& quidem melius iuſto:manifeſtũ. ¶Manifeſtum autem
ex hoc & epijces quis eſt.talium enim electiuus & operatiuus non acribodicæos ad de- Exacte exquirẽs ius in deteriorẽ partẽ.
terius:ſed minoratiuus,quanuis habens legem adiuuantem epijces eſt.Et habitus ipſe
epijcia iuſtitia quædam exiſtens:& non alter quidam habitus. Cap. XI.

84 VTrum autem contingit ſibijpſi iniuſtum facere vel non:manifeſtum ex ijs quæ
dicta ſunt.Quædam quidem enim ſunt iuſtorum ſecundum omnem virtutem
à lege ordinata:puta non iubet ſeipſum interficere lex.quæ autem non iubet,
prohibet.Adhuc autem cum præter legem noceat nõ contra nocens, volens iniuſtum
facit:volens autem hoc ſciens,& quem, & vt.qui autem propter iram ſeipſum occidit:
85 volens hoc operatur præter rectam legem quod non ſinit lex.iniuſtũ facit ergo. ¶Sed
cui:vel ciuitati:ſibijpſi autem non.volens enim patitur.iniuſtum autem patitur nullus
volens.propter quod & ciuitas dãmnificat, & quædam inhonoratio adeſt ſeipſum cor-
rumpenti:vt ciuitati iniuſtum facienti.Adhuc ſecundum quod iniuſtus qui ſolum iniu-
ſtum faciens,& non totaliter prauus,non eſt iniuſtum facere ſibijpſi.hoc enim aliud ab
illo eſt.eſt enim aliqualiter iniuſtus ſic malus quemadmodum timidus, non vt totam
habens malitiam:quare neq; ſecundum hanc iniuſtum facit. Simul enim eidem vtique
erit auferri,& adiacere idem:hoc autẽ impoſſibile,ſed ſemper in pluribus neceſſariũ eſt
iuſtum & iniuſtum.Adhuc autem voluntarium & ex electione, & prius. qui enim quia
paſſus idem contrafaceret: nõ videtur iniuſtũ facere.ipſe autem à ſeipſo eadem ſimul
patitur & facit.Adhuc erit vtiq; volentem iniuſtũ pati.cum in his autem ſine ſecũdum
partem iniuſtificationibus nullus iniuſtũ facit ſibijpſi.mœchatur autẽ nullus eam quæ
ſuijpſius,neq; ſuffodit ſuijpſius murum,neq; furatur quæ ſuijpſius. Totaliter autẽ ſol-
uitur ſibijpſi.iuſtum facere: ſecundum diffinitionem eam quæ præter voluntarie iniu-
86 ſtum pati. ¶Manifeſtum autem quoniam & ambo quidem praua: & iniuſtum pati, &
iniuſtum facere.hoc quidem enim minus,hoc autem plus habere eſt medij.& quemad-
87 modum ſanum quidem in medicinali: & bene habitũ eſt in exercitatiua. ¶Sed tamen
deterius iniuſtum facere.iniuſtum facere quidem enim cum malitia & vituperabile, &
malitia vel perfecta & ſimpliciter,vel proxime. non enim omne voluntarium cum in-
iuſtitia:iniuſtum autem pati ſine malitia & iniuſtitia. Secundum ipſum quidem igitur
iniuſtum pati,minus prauum.Secundum accidens autem nihil prohibet maius malũ:
ſed nihil cura eſt arti.ſed pleureſim dicit maiorẽ ægritudinem offenſione pedis: quan- Dolor laterũ
uis vtiq; faciat aliquando alterum ſecundum accidens, ſi offendentem propter cadere pro quo medici pleureſim dicunt.
88 accidat ab aduerſarijs capi,& mori. ¶Secundum metaphoram autem & ſimilitudinem
eſt non ipſi ad ſeipſum iuſtum:ſed eorum quæ ipſius aliquibus.nõ omne autem iuſtũ:
ſed dominatiuum vel diſpenſatiuum . in his enim rationibus diſtat rationem habens
pars animæ ad irrationalẽ:in quæ vtiq; reſpiciunt. & videtur eſſe iniuſtitia ad ſeipſum:
quoniam in his eſt pati aliquid præter eos qui ſuijpſius appetitus.quemadmodũ igitur
imperãti & imperato eſſe adinuicem iuſtum aliquod.& his. De iuſtitia quidem igitur
& alijs moralibus virtutibus determinatum ſit ſecũdum hunc modum.

¶Sextus Ethicorum Ariſtotelis. Cap. I.

1 QVia autem extitimus prius dicentes quoniam oportet mediũ eli-
gere, neq; ſuperabundantiam neq; defectum,medium autem eſt
vt ratio recta dicit,hoc diuidamus.In omnibus autem dictis habi-
tibus quemadmodum & in alijs eſt quoddam ſignum:ad quod re-
ſpiciens rationẽ habens intendit & remittit.& quis eſt terminus
medietatum,quas inter medium dicimus eſſe & ſuperabundantiæ
& defectus:exiſtentes ſecundum rectam rationem.Eſt autẽ dicere
quidem ſic verum:nihil autem manifeſtum. etenim in alijs ſtudijs circa quæcunq; eſt
ſcientia:hoc verum quidẽ dicere quoniã neq; plura neq; minora oportet laborare neq;
negligere,ſed media & vt recta ratio.hoc autem ſolum habens vtiq; aliquis, nihil vtiq;
ſciet amplius . puta qualia oportet afferre ad corpus:ſi quis dicat quæcũq; medicinalis
iubet,& vt qui hanc habet.Propter quod oportet & circa animæ habitus non ſolũ vere

eſſe hoc dictum , ſed & determinatum, & quæ eſt recta ratio, & huius quis terminus.
¶ Animæ autem virtutes diuiſimus:& has quidem eſſe moris diximus, has autem in- 2
tellectus. de moralibus quidem igitur pertranſiuimus: de reliquis autem & de anima
primum dicentes dicimus ſic. Prius quidem igitur dictum eſt duas eſſe partes animæ,
& rationem habens & irrationale. Nunc autem de rationem habente ſecundũ eundem
modum diuidẽdum:& ſupponãtur duo rationem habentia. vnum quidem quo ſpecu-
lamur talia entium quorum principia non contingit aliter haberi:vnũ autem quo con-
tingentia. ¶ Ad ea enim quæ ſunt genere altera : & animæ particularum alterum ge- 3
nere ad vtrunq; aptum natum:ſiquidem ſecundum ſimilitudinem quãdam & proprie-
tatem cognitio exiſtit ipſius. Dicatur autem horum hoc quidem ſcientificum:hoc autẽ
ratiocinatiuum. conſiliari enim & ratiocinari:idem. nullus autem conſiliatur de nõ con-
tingentibus aliter habere : quare ratiocinatiuum eſt vna quædam pars animæ rationẽ
habentis. ¶ Sumendũ ergo vtriuſq; horũ quis optimus habitus. hic enim, virtus vtriuſ- 4
que. virtus autem ad opus proprium.

Cap. II.

TRia autẽ ſunt in anima dominatiua & actus & veritatis:ſenſus & intellectus,& 5
appetitus. Horum autem ſenſus neq; vnius principiũ actus. manifeſtum autem
eo quòd beſtiæ ſenſum quidem habent: actum autem nõ communicant. ¶ Eſt 6
autẽ quod in mente affirmatio & negatio : hoc in appetitu & proſecutio & fuga. Qua-
re quia moralis virtus habitus electiuus, electio autem appetitus conſiliatiuus : opor-
tet quidem propter hoc rationem veram eſſe , & appetitum rectum. ſiquidem electio
ſtudioſa. & eadem hanc quidem dicere:hunc autem proſequi. hæc quidem igitur mens
& veritas practica. ¶ Speculatiuæ autẽ mentis & non practicæ neq; factiuæ:bene & ma 7
le, verum eſt & falſum. hoc enim omnis intellectiui opus:practici autem intellectiui, ve
ritas confeſſe habẽs appetitui recto. ¶ Actus quidem igitur principium , electio vnde 8
motus, ſed non cuius gratia : electionis autem appetitus & ratio , quæ gratia alicuius.
¶ Propter quod neq; ſine intellectu & mente,& neq; ſine morali eſt habitu electio. bo- 9
na actio enim & contrarium in actione:ſine mente & more non eſt . Mens autem ipſa
nihil mouet:ſed quæ gratia huius & practica . hæc enim & factiuæ principatur . gratia
enim huius facit omnis faciens,& non finis ſimpliciter ſed ad aliquid, & alicuius factũ
ſed non actum. bona actio enim finis: appetitus autem huius. ¶ Propter quod vel ap- 10
petitiuus intellectus, electio:vel appetitus intellectiuus. & tale principiũ homo. ¶ Nõ 11
eſt autem eligibile nihil factum. puta nullus eligit Ilion captum fuiſſe:neque conſilia-
tur de facto, ſed de futuro & contingenti. factum autem non contingit nõ fieri, propter
Agathon. quod recte Agathon. ſolo enim ipſo & deus priuatur:ingenita facere quæ vtique facta
ſunt. Vtrunq; itaq; intellectiuarum particularum veritas opus. Secundum quos igitur
maxime habitus verum dicit vtraq;:ipſi virtutes ambabus.

Cap. III.

INcipiẽtes igitur ſuperius rurſus de ipſis dicamus. ſunt itaq; quibus verũ dicit ani- 12
ma affirmando & negando, quinque ſecundum numerum. hæc autem ſunt ars,
ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. ſuſpicione enim & opinione, contingit
falſum dicere. ¶ Scientia quidem igitur quid eſt hinc manifeſtũ: ſi oportet certificare, 13
& non ſequi ſimilitudines. omnes enim ſuſpicamur quod ſcimus non contingere aliter
ſe habere. contingentia autem aliter, cũ extra ſpeculari fiant:latent ſi ſunt vel non ſunt.
ex neceſſitate ergo eſt ſcibile. æternum ergo. ex neceſſitate enim entia:ſimpliciter om-
nia æterna. ¶ Aeterna autem:ingenita & incorruptibilia. ¶ Adhuc docibilis omnis ſci- 14 15
entia videtur eſſe. & ſcibile & diſcibile. ex præcognitis autem, omnis doctrina : quem-
ἀναλυτικά admodum in analyticis diximus. hæc quidem enim per inductionem:hæc autem ſyllo
Reſolutiua. giſmo. Inductio quidem vtiq; principium eſt vniuerſalis. Syllogiſmus autẽ eſt ex vni-
uerſalibus. ſunt igitur principia ex quibus ſyllogiſmus quorum non eſt ſyllogiſmus:
inductio ergo. ſcientia quidem ergo eſt habitus demonſtratiuus: & quæcunq; talia de-
terminauimus in analyticis. cum enim aliqualiter cognita & credita ipſi ſunt principia,
ſcit. ſi enim non magis concluſione : ſecundum accidens habebit ſcientiam. De ſcientia
quidem igitur determinatum ſit hoc modo.

Cap. IIII.

16 CONtingentis autem aliter habere eſt aliquid & factibile & agibile:alterum au-
tem eſt factio & actio.credimus autem de ipſis & exteriorib⁹ rationibus. qua-
re & cum ratione habitus actiuus alterum eſt ab eo qui cum ratione factiuo
habitu:& neque continentur ſub inuicem actio & factio.neque enim actio factio:neque
17 factio actio eſt. ¶ Quia autem ædificatiua ars quædam eſt: & habitus quidem cum ra-
tione factiuus,& neque vlla ars quæ non cum ratione factiuus habitus eſt, neque talis
18 quæ non ars:idem vtique erit ars & habitus cum ratione vera factiuus. ¶ Eſt autē ars
omnis circa generationem & artificiari & ſpeculari qualiter vtique fiat aliquid contin-
19 gentium & eſſe,& non eſſe & quorum principium in faciente ſed non in facto. ¶ Neque
enim de ijs quæ ex neceſſitate ſunt vel fiunt:ars eſt. Neque de ijs quæ ſecundum na-
20 turam:in ſeipſis enim habent hæc,principium. ¶ Quia autem factio & actio alterum:
21 neceſſarium artem factionis ſed non actionis eſſe. ¶ Et ſecundum modum quendam
circa eadem eſt fortuna & ars:quemadmodum & Agathon ait,Ars fortunam dilexit, Agathon.
& fortuna artem.Ars quidem igitur vt dictum,eſt habitus: habitus quidem cum ratio-
ne vera factiuus eſt.Atechnia autem,econuerſo cum ratione falſa factiuus habitus cir- ἀτεχνία
ca contingens aliter ſe habere. Cap.V. Artis contrarium.

22 DE prudentia autem ſic vtiq; aſſumamus:ſpeculātes quos vtiq; dicimus pruden-
23 tes. ¶ Videtur autem prudentis eſſe:poſſe bene conſiliari circa ipſi bona. & cō-
ferentia,non ſecundum partem puta qualia ad ſanitatem vel fortitudinē, ſed
ad bene viuere totū.Signum autem quoniam & circa aliquid prudentes dicimus, quā-
do ad finem aliquem ſtudioſi bene ratiocinabuntur:quorum non eſt ars. quare & tota-
24 liter vtiq; erit prudens conſiliatiuus. ¶ Conſiliatur autem nullus de impoſſibilibus ali-
25 ter habere:neq; contingentibus ipſi agere. ¶ Quare ſi ſcientia quidem cum demōſtra-
tione.quorum autem principia contingūt aliter habere: horum non eſt demonſtratio.
omnia enim contingunt & aliter habere & non eſt conſiliari de ijs quæ neceſſitate ſunt.
non vtiq; erit prudentia,ſcientia,neque ars.ſcientia quidem:quoniam contingit actibile
26 aliter habere.ars autem,quoniā aliud genus actionis & factionis. ¶ Relinquitur ergo
27 ipſam eſſe habitum verū cum ratione actiuū:circa hominis mala & bona. ¶ Factionis
quidem enim alterum finis,actionis autem non ſemper . eſt enim ipſi eupraxia finis. εὐπραξία Bona actio.
28 ¶ Propter hoc Periclea,& tales prudētes exiſtimamus eſſe:quoniam ipſi bona & alijs, Pericles.
29 poſſunt ſpeculari.eſſe autem tales exiſtimamus diſpenſatiuos & politicos . ¶ Hinc & πολιτεία Ciuilis.
temperantiam hoc appellamus nomine,velut ſaluantem prudentiam.ſaluat autem ta-
lem exiſtimationem . non enim omnem exiſtimationem corrumpit, neque peruertit
delectabile & triſte:puta quoniam trigonis duos rectis æquales habet vel non habet,
ſed eas quæ circa operabile.principium quidem enim operabilium:quod cuius gratia
operabilia.corruptio autem propter delectationem vel triſtitiā:confeſtim non appare-
bit principium,neq; oportere huius gratia,neq; propter hoc eligere omnia & operari.
eſt enim malitia corruptiua principij.quare neceſſe prudentiam habitum eſſe cum ra-
30 tione vera,circa humana operatiuum. ¶ Sed tamen artis quidem eſt virtus: prudentiæ
autem non. Etenim arte quidem volens peccans eligibilior: circa prudentiam autem
minus,quemadmodum & circa virtutes.manifeſtum igitur quoniam virtus quædam
31 eſt:& non ars. ¶ Duabus autem entibus partibus animæ rationem habentium: alterius
vtique erit virtus opinatiue.opinio autem circa contingens aliter habere eſt:& pruden
tia.ſed tamen neque habitus cum ratione ſolum.ſignum autem,quoniam obliuio talis
quidem habitus eſt:prudentia autem non eſt. Cap. VI.

32 QVia autem ſcientia de vniuerſalibus eſt exiſtimatio & de ex neceſſitate entibus:
ſunt autē principia demonſtrabilium & omnis ſcientiæ(cū ratione enim ſcientia
principij ſcibilis)neq; vtiq; ſcientia erit,neq; ars,neq; prudentia.ſcibile quidem
enim demonſtrabile:hæ autē ſunt exiſtentes circa cōtingētia aliter ſe habe-
re.neq; vtiq; ſapientia horum eſt:ſapientis enim de quibuſdam habere demonſtrationē
33 eſt. ¶ Si vtiq; quibus verum dicimus & nequaquam mentimur circa non contingen-
tia vel etiam contingentia aliter ſe habere : ſcientia & prudentia eſt, & ſapientia, & in-

tellectus.horum autem trium nullum contingit eſſe(dico autem tria:prudentiam,ſciẽtiam,ſapientiam)relinquitur ergo intellectum eſſe principiorum. Cap. VII.

Phidias. Polycletus.

34 SApientiam autem in artibus certiſſimis artes aſſignamus.puta Phidiam latomũ ſapientem,Polycletum ſtatuificem.hic quidem igitur mihi aliud aſſignantes ſapientiam,quàm quoniam virtus artis eſt.Eſſe autem quoſdam ſapientes exiſtimamus totaliter:non ſecundum partem,neq; aliud aliquid ſapientes. quemadmodum

Homerus. Margites.

Homerus ait in Margite.hunc autẽ neq; vtiq; foſſorẽ dij poſuerunt,neq; aratorẽ,neq; aliter quidem ſapientem.quare manifeſtum quoniam certiſſima vtiq; ſcientiarum:erit ſapientia.

35 ¶Oportet ergo ſapientem non ſolũ quæ ex principijs ſcire,ſed & circa principia verum dicere.quare vtiq; erit ſapientia intellectus & ſcientia:& quemadmodum caput habens ſcientia honorabiliſſimorum.

36 ¶Inconueniens enim ſi quis ſcientiã politicam vel prudentiam ſtudioſiſſimam exiſtimat eſſe : ſi non optimum eorum quæ in mundo eſt homo.Si vtiq; ſanum quidem & bonum alterum hominibus & piſcibus, album autem & rectum idem & ſemper:& ſapiens idem, omnes vtiq; dicerent, prudens autem alterum.circa ſeipſum enim ſingula quidem bene ſpeculans,diceretur vtiq; eſſe prudens:& huic concederent ipſa.propter quod & beſtiarum quaſdam prudentes aiũt eſſe:quæcunq; circa ipſarum vitam videntur habere potentiam & prouiſiuam. manifeſtum autem vtiq; erit quoniam non vtiq; erit ſapientia & politica eadem.ſi enim eam quæ circa vtilia ipſis,dicunt ſapientiam:multæ erunt ſapientiæ.non enim vna circa omnium bonum animaliũ ſed altera circa ſingula:ſi non eſt medicinalis vna de omnibus entibus.Si autem quoniam optimum homo aliorum animalium:nihil differt. etenim homine alia multo diuiniora ſecundum naturam:puta manifeſtiſſima ex quibus mundus conſtat.Ex dictis itaq; manifeſtũ, quoniam ſapientia eſt ſcientia & intellectus ho-

Anaxagoras. Thales.

37 norabiliſſimorum.¶Propter quod Anaxagoram & Thalem & tales ſapientes quidẽ: prudentes autem non aiunt eſſe.cum videant ignorantes conferentia ſibijpſis.& ſuperflua quidem,& admirabilia,& difficilia,& diuina ſcire ipſos aiunt : inutilia autem, quoniam non humana bona quærunt.prudentia autem circa humana,& de quibus & conſiliari.prudentis enim maxime hoc opus diximus bene conſiliari.conſiliatur autẽ nullus de impoſſibilibus aliter habere,neq; de quibuſcũq; non finis aliquis eſt,& hic operabile bonum.ſimpliciter autem bonus conſiliator eſt optimi homini operabiliũ coniectatiuus ſecundum ratiocinationem.Neq; eſt prudentia vniuerſaliũ ſolum, ſed oportet & ſingularia cognoſcere.actiua enim:actio autem circa ſingularia.

38 ¶Propter quod & quidem non ſcientes : quibuſdam ſcientibus magis actiui, & in alijs experti.ſi enim ſciat quoniam leues bene digeſtibiles carnes & ſanæ,qualis autem leues ignorat: non faciat ſanitatem.ſed ſciens quoniam quæ volatilium leues, & ſanæ : magis faciet. prudentia autem actiua:quare oportet ambas habere vel hanc magis.erit autem quædam vtique & hæc architectonica. Cap.VIII.

39 EſT autem politica & prudentia quidem habitus idem : eſſe quidem non idem ipſis.Eius autem quæ circa ciuitatem : hæc quidẽ vt architectonica prudentia legis poſitiua,hæc autem vt circa ſingularia commune habet nomen politica. ipſa autem actiua & cõſiliatiua.ſententia enim operabilis:quare extremi.propter quod

χειροτέχναι Manu operarius.

& ciuiliter conuerſari hos ſolum dicunt ſoli enim operantur iſtiquemadmodũ chirotechnæ.

40 ¶Videtur autẽ & prudentia maxime eſſe quæ circa ipſum & vnum: & habet

οἰκονομική Domeſtica. Rei familiaris prudentia.

ipſa commune nomen prudentia. illarum autem hæc quidem œconomica, hæc autem legis poſitio,hæc autem politica.& huius hæc quidem conſiliatiua, hæc autem iudicatiua.

41 ¶Species quidem igitur quædam vtiq; erit cognitionis ſibijpſi ſcire : ſed habet differentiam multam.Et videtur quæ circa ſeipſum ſciens & exercitans prudens eſſe:

πολυπράγμονες Negotioſas. Euripides.

politici autẽ polypragmones. Propter quod & Euripides:qualiter vtiq; prudẽs eſſem? cui aderam innegotioſe in multis numeratũ malitia æquali participare. Superfluos enim & aliquid operantes amplius.quærunt enim ſibijpſis bonum:& exiſtimant oportere operari.ex hac igitur opinione venit hos prudentes eſſe.quãuis forte non eſt hoc quod ipſius ſine œconomica:neq; ſine vrbanitate.adhuc autẽ quæ ipſius qualiter opor-

tet diſponere: immanifeſtum & intendendum. Signum autem eſt eius quod dictũ eſt, & quia geometrici quidem iuuenes & diſciplinati fiunt,& ſapientes talia. prudẽtes autem non videntur fieri.cauſa autem eſt:quoniam & ſingularium eſt prudẽtia , quæ fiũt cognita ex experientia.iuuenis autem expertus non eſt.Multitudo enim temporis facit experientiam.Quia & hoc vtiq; aliquis intendet,propter quid mathematicus quidem puer fiet vtiq;,ſapiens autem vel phyſicus non.vel quoniam hæc quidem per abſtractionem ſunt : horum autem principia experientia.& hæc quidem non credunt iu-
42 uenes:ſed dicunt horum autem quod quid eſt,non immanifeſtum. ¶Adhuc peccatum vel circa vniuerſale in conſiliando vel circa ſingulare.vel enim quoniam omnes ponde-
43 roſæ aquæ prauæ, vel quoniã hæc aqua ponderoſa.¶Quoniam autem prudentia non eſt ſcientia:manifeſtum. extremi enim eſt quemadmodum dictum eſt,operabile enim tale.Attingibiles autem ſunt quidem vtiq; intellectui,intellectus quidem enim terminorum quorum non eſt ratio.hæc autem extremi: cuius non eſt ſcientia ſed ſenſus, nõ qui propriorum ſed qualia ſentimus:quoniam in mathematicis extremum trigonum. ſtabit enim & illic.ſed iſte magis ſenſus prudentia:ille autem,alia ſpecies. Cap.IX.

44 QVærere autem & conſiliari differũt,conſiliari enim & quærere quoddam eſt. Oportet autem aſſumere de eubulia quid eſt:vtrũ ſcientia quædã, vel opinio, Bona conſultatio.
45 vel euſtochia,vel aliud quoddam genus.¶Scientia quidem vtiq; non eſt.non enim quærũt de quibus ſciunt:eubulia autem conſilium quoddam. con- Bona coniectatio.
46 ſilians autem quærit & ratiocinatur.¶Sed tamen neq; euſtochia. ſine ratione enim & velox quidem euſtochia.conſiliantur autem multo tempore , & aiunt operari quidem oportere velociter conſiliata, conſiliari autem tarde. Adhuc autem ſolertia alterum &
47 eubulia.eſt autem euſtochia:quædam ſolertia.¶Neq; vtiq; opinio eſt eubulia neq; vna.
48 ¶Sed quia qui quidem male cõſiliatur peccat,qui autẽ bene,recte cõſiliatur:manifeſtũ quoniam rectitudo quædam eubulia eſt.Neq; ſcientiæ autem neq; opinionis.ſcientiæ quidem enim nõ eſt rectitudo,neq; etiã peccatum. opinionis autem rectitudo,veritas. Simul autem & determinatum eſt iam omne cuius opinio eſt:ſed tamen neq; ſine ratione eubulia:à mente ergo deficit.hæc enim nondum eſt enũtiatio. etenim opinio non
49 quæſtio:ſed enuntiatio quædam iam.¶Conſilians autem ſiue bene ſiue male conſilietur:quærit aliquid & ratiocinatur . Sed rectitudo quædam eſt eubulia conſilij. propter
50 quod conſilium quærendum primum quid eſt , & circa quid. ¶Quia autem rectitudo multipliciter,manifeſtum quoniam non omnis.incõtinens enim & prauus quod proponit oportere:ex ratiocinatione adipiſcetur.quare recte erit conſilians:malum autem magnũ aſſumẽs.videtur autem bonum quoddam bene conſiliari. talis enim rectitudo
51 cõſilij eubulia,quæ boni adeptiua.¶Sed eſt & hoc falſo ſyllogiſmo ſortiri,& quod quidem oportet facere ſortiri,per quod autẽ non,ſed falſum medium terminũ eſſe.quare neque ipſa aliqualiter eubulia:ſecundum quam quod oportet quidam adipiſcitur,non
52 quidem per quod oportuit.¶Adhuc eſt multũ tempus conſiliantem ſortiri: hunc autem velociter.igitur neq; illa aliqualiter eubulia:ſed rectitudo quæ ſecundũ vtile,& cu-
53 ius oportet,& vt,& quãdo.¶Adhuc eſt ſimpliciter bene conſiliari,& ad quendã finem. hæc quidem ſimpliciter vtique quæ ad finẽ ſimpliciter dirigens , quædam autem quæ ad quẽdam finem. ſi vtiq; prudentium bene conſiliari:eubulia vtiq; rectitudo erit quæ ſecundum conferens ad finem,cuius prudentia vera ſupplicatio eſt. Cap.X.

54 EStautem ſyneſis & aſyneſia ſecundũ quas dicimus ſynetos & aſynetos:neq; totaliter idem ſcientiæ vel opinioni.omnes enim eſſent ſyneti.Neque aliqua vna earum quæ ſecundum partem ſcientiarũ: puta medicinalis. de ſanis enim vtiq; Sagacitas, & hic Aſyneſia: mala ſagacitas:& Euſyneſia:bona ſagacitas.
55 eſſet vel geometria circa magnitudines.¶Neq; enim de ſemper entibus & immobilibus ſyneſis eſt,neq; de factis cuiuſcũq;:ſed de quibus dubitabit vtique aliquis & conſi-
56 liabitur. Propter quod circa eadem quidem prudẽtiæ eſt.¶Non eſt autẽ idem ſyneſis & prudentia.prudentia quidem enim præceptiua eſt.quid enim oportet agere vel nõ, finis ipſius eſt:ſyneſis autem iudicatiua ſolum.idem autem ſyneſis & euſyneſia, etenim Sagax,& hic Aſynetos male ſagax.& Euſynetos:bene ſagax.
57 ſyneti & euſyneti.¶Eſt autem neq; habere prudentiam neque ſumere,ſyneſis.ſed quẽ

Intelligo, hic Intelligere. Sapere.

admodum diſcere dicitur ſynienæ quando vtitur ſcientia: ſic in vti opinione in iudica-
re de ijs de quibus prudentia eſt, alio dicente & iudicante bene. etenim eu quod bene
idem. & hinc venit nomen ſyneſis, ſecũdum quam euſyneti ex ea quæ eſt in diſcere. di-
cimus enim diſcere ſynienæ multotiens.

Cap. XI.

Sententia. Bene ſentiẽs, & hinc Mitis. Miſericors. Venia.

VOcata autem gnome ſecundum quam eugnomonas & habere aimus gnome- 58
ni: epijceos eſt iudicium rectum. Signum autem. epijcia enim maxime aimus
eſſe ſyngnomonicũ, & epijcea habere circa quædã ſyngnomen. ſyngnome au-
tem eſt iudicatiua epijceos recta: recta autem veri. ¶ Sunt autem omnes habitus ratio- 59
nabiliter in idem tendentes. dicimus enim gnomen & ſyneſin & prudentiam & intel-
lectum in eoſdem inferentes. gnomen habere iam, & intellectum: & prudentes, & ſyne-
tos. omnes enim potentiæ hæ, extremorum ſunt & ſingularium. Et in eo quidem quod
iudicatiuus eſt de quibus prudens ſynetus, & eugnomen vel ſyngnomen. epijcia enim
communia bonorum omnium ſunt in eo quod ad alium. ſunt autem ſingulariũ & ex-
tremorum omnium operabilia. etenim prudentem oportet cognoſcere ipſa. & ſyneſis
& gnome circa operabilia: hæc autem extrema. ¶ Et intellectus extremorũ in vtraq;, 60
etenim primorum terminorum & extremorum intellectus eſt & nõ ratio. hic quidem
ſecundum demõſtrationes immobilium terminorum & primorum: hic autem in pra-
cticis extremi & contingentis & alterius propoſitionis. principia enim eius quod eſt
cuius gratia hæc. ex ſingularibus enim vniuerſale. horũ igitur oportet habere ſenſum.
hic autem eſt intellectus. ¶ Propter quod naturalia videtur eſſe & hæc. & ſapiens natu- 61
ra quidem nullus: gnomen autem habet & ſyneſin & intellectum. Signũ autem quo-
niam & ætatibus exiſtimamus ſequi. & hæc aliqua ætas intellectum habet & gnomen:
& vt natura cauſa exiſtẽte. ¶ Propter quod & principiũ & finis intellectus. ex his enim 62
demonſtrationes & de his. ¶ Quare oportet attendere expertorum & ſeniorum vel 63
prudentium indemonſtrabilibus enuntiationibus, & opinionibus, non minus demon-
ſtrationum. propter habere enim ex experientia viſum, vident principia. Qui quidem
igitur eſt prudentia & ſapientia, & circa quæ vtraque exiſtens, & quoniam alterius ani-
mæ particulæ virtus vtraq;, dictum eſt.

Cap. XII.

DVbitabit autem vtiq; aliquis de ipſis quid vtiles ſunt, ſapientia quidem enim 64
nihil ſpeculatur ex quibus erit felix homo. neq; enim vnius eſt generationis.
Prudentia autem hoc idem habet. ſed cuius gratia opus eſt ipſa? ſiquidem pru
dentia quidem eſt quæ circa iuſta & pulchra & bona homini, hæc autẽ ſunt quæ boni
eſt viri operari. nihil autem magis operatiui in eo quod eſt ſcire ipſa ſumus: ſiquidem
habitus virtutes ſunt. quemadmodum neq; ſana neq; bene habentia quæcunq; non in
eo quod eſt facere: ſed in eo quod ab habitu eſſe dicuntur. nihil enim magis operatiui
in eo quod eſt habere medicinalem & exercitatiuam ſumus. Si autem non horum gra-
tia prudentem ponendum, ſed eius quod eſt fieri: exiſtentibus ſtudioſis nihil vtiq; erit
vtilis. Adhuc autem neq; non habentibus. nihil enim differt ipſos habere, vel alijs ha-
bentibus perſuaderi, ſufficienter quod habeat vtiq; nobis. quemadmodum & circa ſa-
nitatem. volentes enim ſani eſſe: tamen non diſcimus medicinalem. Adhuc autem in-
cõueniẽs vtiq; eſſe videbitur: ſi deterior ſapientia exiſtens, principalior ipſa erit. faciens
enim principatur & præcipit circa ſingula. de his autem dicendum: nunc autem dubi-
tatum eſt de ipſis ſolum. ¶ Primum quidem igitur dicimus quia ſecundum ſeipſas 65
neceſſarium eligibiles ipſas eſſe virtutes: exiſtentes vtraſq; vtriuſq; particulæ, etſi non
faciunt nihil neutra ipſarum. ¶ Deinde & faciunt quidem: non vt medicinalis ſanitatẽ, 66
ſed vt ſanitas, ſic ſapientia felicitatem. pars enim exiſtens totius virtutis: in haberi facit
& in operari felicem. Adhuc opus perficitur & ſecundum prudentiam & moralem vir-
tutem. virtus quidem enim intentionem facit rectam: prudentia autem quæ ad hanc.
quare autem particulæ animæ nõ eſt virtus talis nutritiuæ. nihil enim in ipſa: operari,
vel non operari. ¶ De eo autem quod eſt nihil eſſe magis operatiuos propter prudẽ- 67
tiam bonorum & iuſtorum: parum ſuperius incipiendum ſumentes principium hoc.
quemadmodum enim & iuſta dicimus operantes quoſdam, nequaquã iuſtos eſſe: puta

à legibus ordinata facientes,vel nolentes,vel propter ignorantiam, vel propter alterũ quid,& non propter ipſa,quanuis operantur quidem quæ oportet & quæcunq; oportet ſtudioſum:ſic(vt videtur)eſt qualiter habentem operari ſingula vt ſit bonus. dico autem puta propter electionem & ipſorum gratia operatorum. electionem quidem igitur rectam facit virtus. quæcunq; autem illius gratia nata ſunt fieri:non ſunt virtutis,ſed alterius potentiæ. Dicendum autem ſcientibus manifeſtius de ipſis. eſt vtique quædam potentia quam vocant dinoticam:hæc autem eſt talis vt ad ſuppoſitam intentionem contendentia poſſit hæc operari & ſortiri ipſis.ſi quidem igitur intentio ſit bona,laudabilis eſt.ſi autem praua,aſtutia.propter quod prudentes dinos & aſtutos aimus eſſe. Eſt autẽ prudentia non potentia,ſed non ſine potentia hac.habitus autẽ viſui huic ſit animæ non ſine virtute: & vt dictum eſt, & eſt manifeſtum.ſyllogiſmi enim operabilium principium habentes ſunt,quia talis finis & optimus qualiſcũque ens.ſit enim ſermonis gratia quodcunque:hoc autem niſi bono non apparet . peruertit enim malitia & mentiri facit circa practica principia.quare manifeſtũ quoniam impoſſibile prudentem eſſe,non entem bonum.

Astutia. Calliditas. Habilitas. Astutus. Callidus. Habilis.

Cap.XIII.

68 INtendendum vtiq; rurſus & de virtute.etenim virtus ſimiliter habet vt pruden-
tia ad dinoticam non idem quidem:ſimile autem.ſic & naturalis virtus ad prin-
cipalẽ.omnibus enim videtur ſingulos morũ exiſtere natura aliqualiter.etenim
69 iuſti,& temperati & fortes:& alia habemus confeſtim à natiuitate.¶Sed tamen quæri
mus alterum quid principaliter bonum eſſe:& talia ſecundum alium modum exiſtere.
etenim pueris & beſtijs naturales exiſtunt habitus:ſed ſine intellectu nociui videntur
exiſtentes.veruntamen tantum videtur videri,quoniam quemadmodum corpori for-
ti ſine viſione modo accidit falli fortius propter non habere viſum , ſic & hic. ſi autem
accipiat intellectum : in operari differt . habitus autem ſimilis exiſtens tunc erit pro-
70 prie virtus.¶Quare quemadmodum in operatiuo duæ ſunt ſpecies : dinotes & pru-
dentia:ſic & in morali duæ ſunt , hæc quidem virtus naturalis,hæc autem principalis.
71 ¶Et harum principalis non ſit ſine prudentia.Propter quod aiũt omnes virtutes pru-
dentias eſſe.& Socrates ſic quidem recte quærebat:ſic autem peccabat.quoniã quidem Socrates.
prudentias exiſtimabat eſſe omnes virtutes, peccabat . quoniam autem non ſine pru-
dentia:bene dicebat.ſignũ autẽ etenim nunc omnes quando diffiniunt virtutẽ apponũt
habitum:dicentes & quid eſt,& ad quæ eſt ſecundum rectam rationem.recta autem ra-
tio quæ ſecundum prudentiam.videntur itaque diuinare aliqualiter omnes, quoniam
talis habitus virtus eſt:qui ſecundum prudentiam.Oportet autem parum tranſcende-
re.non enim ſolum qui ſecundum rectam rationem,ſed qui cum recta ratione habitus:
virtus eſt.recta autem ratio de talibus prudentia.Socrates quidem igitur rationes vir-
tutes exiſtimabat eſſe,ſcientias enim eſſe omnes:nos autem cum ratione. manifeſtum
igitur ex dictis quoniam non poſſibile bonum eſſe principaliter ſine prudentia : neque
72 prudentem ſine morali virtute.¶Sed & ratio ſic diſſoluetur vtique qua diſputat quis:
quoniam ſeparantur abinuicem virtutes.non enim idem optime natus ad omnes.qua-
re hanc quidem ſciuit,hanc autem nequaquam aſſumens erit.hoc enim ſecundum qui-
dem naturales virtutes contingit.ſecundum quas autem ſimpliciter dicitur bonus: nõ
contingit.ſimul enim prudentiæ vni exiſtenti,omnes inerunt.Manifeſtum autem quã-
uis ſi non practica eſſet,quoniam indigeret vtiq; ipſa propter particulæ virtutem eſſe:
& quoniam nõ erit electio recta ſine prudentia,neq; ſine virtute.hæc quidem enim finẽ,
hæc autem quæ ad finem facit operari.Sed tamen neque principalis eſt ſapientiæ,neq;
melioris eſt particulæ:quẽadmodum neq; ſanitatis medicinalis.nõ enim vtitur ipſa: ſed
videt qualiter fiat illa.illius enim gratia præcepit,ſed non illi.adhuc ſimile & ſi quis po
liticam dicat principari dijs:quoniam præcepit circa omnia quæ in ciuitate.

¶Septimus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

POſt hæc autē dicendum aliud facientes principium:quoniam circa 1
mores fugiendorum tres ſunt ſpecies,malitia,incōtinentia, beſtia-
litas. Contraria autem duobus quidem manifeſta. hoc quidem
enim virtutem : hoc autem continentiam vocamus. ad beſtialita-
tem autem maxime vtiq; congruit dicere ſuper nos virtutem he-
roicam quādam & diuinā.queādmodū Homerus de Hectore fecit
Homerus. Hector. Priamus. dicentem Priamum,quoniam valde erat bonus:neq; videbatur vi-
ri mortalis puer exiſtere:ſed dei.quare ſi (quemadmodū aiunt)ex hominibus fiunt dij
propter excellentiā virtutis,talis quidem vtiq; erit videlicet beſtialitati oppoſitus ha-
bitus.Etenim queādmodum neq; beſtiæ eſt malitia neq; virtus:ſic neq; dei.ſed hoc qui-
dem honorabilius virtute:hoc autem alterum quoddam genus malitiæ.quia autē rarū
Lacones. eſt diuinum virum eſſe:quemadmodum Lacones conſueuerunt appellare quando ad-
mirantur valde aliquem,diuinus vir aiunt.ſic & beſtialis in hominibus rarus.Maxime
autē in barbaris eſt.fiunt autē quidem & propter ægritudines, & orbitates. & propter
malitiam hominū ſuperexcedentes,ſic ſuperinfamamus.ſed de hac quidem diſpoſitio-
ne poſterius faciendum quandā recordationem.¶De malitia autem dictum eſt prius. 2
De incontinentia autem & mollitie,& delicijs dicendum: & de continentia & perſeue-
rantia.neq; enim vt de eiſdem habitibus virtuti & malitiæ: vtranq; ipſarum ſuſcipien-
dum,neq; vt alterum genus.¶Oportet autem quemadmodum in alijs ponentes quæ 3
apparent & primum dubitantes,ſic oſtendere.maxime quidem omnia probabilia circa
has paſſiones.ſin autem vero plura & principaliſſima.ſi enim ſoluantur difficilia,& dere
linquantur probabilia:oſtenſum vtiq; erit ſufficienter ¶Videbitur vtiq; continentia,& 4
perſeuerantia ſtudioſorum & laudabilium eſſe:incōtinentia autem & mollities prauo-
rum & vituperabilium.Et idem continens & permanſiuus in ratione, & incontinens &
egreſſiuus à ratione.Et incontinens quidem ſciens quoniam praua agit propter paſſio-
nem:continens autem ſciens quoniam prauæ concupiſcentiæ,non ſequitur propter ra-
tionem.Et temperatum quidem continentem & perſeueratiuum.talem autem hi qui-
dem omnem temperatum,hi autem non.& intemperatum incontinentem, & inconti-
nentem,intemperatum confuſe.hi autem alteros eſſe aiunt.Prudentia autem quando-
que quidem non aiunt contingere eſſe incontinentem.quando autem prudentes quoſ-
dam exiſtentes & diuos incontinentes eſſe. Adhuc incontinentes quidem dicuntur &
iræ,& honoris & lucri.quæ quidem igitur dicuntur,hæc ſunt. . Cap. II.

DVbitabit autem vtiq; aliquis qualiter exiſtimās recte incōtinēs eſt quis.ſcien- 5
tem quidem igitur non aiunt quidā poſſibile eſſe.durum enim ſcientia exiſtē-
Socrates. te(vt exiſtimabat Socrates)aliud quidem imperare,& trahere ipſum queād-
modum ſeruum.Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationē,vt non exiſten-
te incontinentia.nullum enim exiſtimantē operari præter optimum:ſed propter igno-
rantiam.Iſte quidem igitur ſermo dubitat de apparētibus manifeſte.& optimum quæ-
rere circa paſſionem,ſi propter ignorantiam:quis modus ſit ignorantiæ. Quoniā enim
non exiſtimat quidem incontinens . exiſtens autem in paſſione fieri manifeſtum. ſunt
autem quidam qui hoc quidem concedunt : hoc autem non.Scientia quidem enim ni-
hil eſſe melius confitentur .nullum autē operari præter opinatū melius:non confiten-
tur.& propter hoc incontinētem aiunt:non ſcientiam habentem imperari à voluptati-
bus,ſed opinionem.Sed tamen ſiquidē opinio & nō ſcientia,neq; fortis ſuſpicatio con-
tratendens ſed quieta queādmodum dubitantibus,venia ei quod eſt nō manere in his
ad concupiſcētias fortes. malitiæ autem non venia. neq; aliorum nulli vituperabilium.
¶Prudentia ergo contratēdente.hoc enim fortiſſimū.ſed inconueniens.erit enim vtiq; 6
idem ſimul prudens & incōtinens.dicet autem vtiq; nullius prudentis eſſe operari vo-
lentem prauiſſima.cū his autē oſtenſum eſt prius quoniā actiuus quidē prudēs. extre-
morū enim aliquis,& alias habēs virtutes.¶Adhuc ſiquidē in eo ꝙ eſt concupiſcentias 7
habere fortes & prauas,continens,nō erit tēperatus cōtinens,neq; cōtinens tēperatus.

neq; enim quod valde,tẽperati:neq; prauas habere.ſed tamen oportet. ſi quidem enim
bonæ cõcupiſcentiæ:prauus prohibẽs habitus nõ ſequi.quare cõtinentia nõ omnis,ſtu-
dioſa.ſi autem infirmæ & nõ prauæ,nihil venerabile.neq; ſi prauæ & infirmæ,nihil ma-
8 gnũ.¶ Adhuc ſi omni opinioni permanſiuũ facit:continentia praua,puta ſi & falſæ.& ſi
ab omni opinione incõtinentia egreſſiuũ,erit aliqua ſtudioſa incõtinentia.puta Sopho- Sophocles.
clis Neoptolemus in Philoctete. laudabilis enim non permanens quibus ſuaſus eſt ab Philoctetes. Neoptolem⁹
Vlyſſe:propter triſtari,mentiens.Adhuc ſophiſticus ſermo mẽtiens dubitatio.propter Vlyſſes.
inopinabilia enim velle arguere vt ſapientes ſint cum attingũt:factus ſyllogiſmus dubi-
tatio fit.ligata enim eſt mens cũ manere nõ velit:propter non placere concluſum. pro-
cedere autẽ non poſſit propter ſoluere non habere ſermonẽ.Accidit autem ex quodam
ſermone imprudentia cum incõtinentia virtus.contraria enim operatur quorũ opina-
tur propter incõtinentiã.opinatur autẽ bona mala eſſe, & nõ oportere operari. quare
9 bona & nõ mala operabitur.¶ Ahuc in perſuaderi operãs & perſequẽs delectabilia, &
eligens melior vtiq; videbitur eo qui nõ propter ratiocinationẽ:ſed propter inconti-
nentiã.ſanabilior enim propter diſſuaderi vtiq;.incõtinens autẽ reus prouerbio in quo
aimus quãdo aqua ſuffocat:quid oportet adhuc bibere? ſi quidem enim perſuaſus eſſet;
10 quæ agit:diſſuaſus vtiq; quieſceret,nunc autem nõ ſuaſus nihil minus talia agit. ¶ Ad-
huc ſi circa omnia incontinentia eſt & continentia,quis ſimpliciter incontinens? nullus
enim omnes habet incontinentias.aimus autem eſſe quoſdam ſimpliciter. Dubitatio-
nes quidem igitur tales accidunt quædam.horum autẽ hæc quidem interimere opor-
tet:hæc autem relinquere.ſolutio enim dubitationis:inuentio eſt. Cap. III.

11 PRimũ quidem igitur intendendũ vtrum ſcientes vel nõ,& qualiter ſcientes.de-
inde circa qualia continentẽ & incontinentem ponendũ.dico autem vtrũ circa
omnem delectationẽ & triſtitiã, vel circa quaſdam ſegregatas. & continentẽ &
perſeueratiuũ vtrum idem vel alter eſt.ſimiliter autẽ & de alijs quæcunq; cognata ſunt
ſpeculationis huius.Eſt autẽ principiũ intentionis:vtrum continens & incõtinens ſunt
in circa quæ,vel in qualiter habẽtis differentiã.Dico autẽ vtrũ in circa hæc eſſe ſolũ in-
continẽs vel non,vel in vt,vel non:ſed in ex ambobus. Deinde ſi circa omnia eſt conti-
nentia & incontinentia vel nõ.Neq; enim circa omnia eſt ſimpliciter incõtinens:ſed cir-
ca quæ intẽperatus.neq; enim in ad hoc ſimpliciter habere:idem enim vtiq; eſſet intẽ-
perãtiæ.ſed in ſic habere.hic quidẽ enim ducitur eligẽs exiſtimãs ſemper oportere præ
12 ſens delectabile perſequi.hic autẽ nõ exiſtimat quidẽ:perſequitur autẽ.¶ De eo quidẽ
igitur quod eſt opinionẽ verã ſed nõ ſciẽtiã eſſe præter quã incõtinẽter agũt,nihil dif-
fert ad rationẽ.Quidã enim opinantiũ non dubitant ſed exiſtimant certe ſcire.ſi igitur
propter quiete credere opinãtes magis ſciẽtib⁹,præter opinionẽ agũt,nihil differt ſciẽ-
tia ab opinione.Quidã enim credũt nihil minus quib⁹ opinãtur q̃ alteri quibus ſciunt.
manifeſtat autẽ Heraclitus.Sed quia dupliciter dicimus ſcire,etenim habens quidẽ nõ Heraclitus.
vtens autẽ ſcientia,& vtens dicitur ſcire:differt habentẽ quidẽ nõ ſpeculantem autem
agere quæ non oportet agere,ab eo quod eſt habentẽ & ſpeculantẽ.hoc enim videtur
durum:ſed non ſi nõ ſpeculans.Adhuc quia duo modi propoſitionum quibus oportet
vti.habentem quidẽ vtraſq; nihil prohibet operari quæ præter ſcientiã,vtentẽ quidem
vniuerſali,ſed nõ ea quæ ſecundum partem.operabilia enim ſingularia.Differt autem
& vniuerſale.hoc quidẽ enim in ſeipſo, hoc autẽ in re eſt. puta quoniam omni homini
conferũt ſicca,& quoniã iſte eſt homo,vel quoniã ſiccum quod tale.ſed ſi hoc tale : vel
non habet vel non operatur.ſecũdum vtiq; hos differt modos impoſſibile tantũ, vt vi-
deatur ſic quidẽ ſcire,nihil inconueniens:aliter autẽ admirabile. Adhuc habere ſcien-
tiã ſecũdum alium modũ à nunc dictis exiſtit hominibus.in habere quidẽ enim nõ vti
autẽ:differentẽ videmus habitũ.quare habere & aliqualiter & nõ habere:puta dormiẽ-
tem,& maniã patiẽtẽ,& vinolentũ.ſed tamen ſic diſponũtur in paſſionib⁹ exiſtẽtes. iræ Inſania.
enim & cõcupiſcẽtiæ venereorũ & quædã taliũ manifeſte & corpus trãſmutãt. quibuſ- Furia.
dã autẽ & inſanias faciũt.manifeſtũ igitur quoniã & ſimiliter habere dicendũ incõtinẽ-
tes his.dicere autẽ ſermones qui à ſcientia:nullũ ſignum. etenim in paſſionibus his exi-

ſtentes demonſtrationes & verba dicunt Empedoclis.& primum diſcētes complectun-
tur quidem ſermones:ſciunt autem nequaquam.oportet enim connaſci:hoc autē,tem-
pore indiget.quare quemadmodum ſimulantes:ſic exiſtimandum dicere & incontinē-
tes.adhuc autē & hic naturaliter vtiq; aliquis reſpiciet cauſam.hæc quidem enim vni-
uerſalis opinio,altera autem de ſingularibus eſt,quorum ſenſus iam proprius.cum au-
tem vna fiat ex ipſis:neceſſarium concluſum,hic quidem dicere animam,in factiuis au-
tem operari conteſtim.puta ſi omne dulce guſtare oportet,hoc autem dulce vt vinum
aut aliquod ſingularium neceſſarium:potentem & non prohibitum ſimul hoc operari.
Quandoquidem igitur hæc vniuerſalis ineſt prohibens guſtare,hæc autem quoniam
dulce omne delectabile,hoc autem dulce:hoc operatur. Forte autem concupiſcētia in-
exiſtente hæc quidem dicit fugere hoc,cōcupiſcentia autē ducit.mouere enim vnāquā-
que poteſt particularū.quare accidit à ratione aliqualiter & opinione incontinēter age
re.non contrarie autē ſecundum ſeipſam ſed ſecundū accidens.concupiſcentia enim cō-
traria,ſed non opinio rectæ rationi.❡Quare & propter hoc beſtias nō contingit incō- 13
tinentes:quoniā non habent vniuerſalē opinionem,ſed ſingulariū phantaſiam & me-
moriam.❡Qualiter autē ſoluitur ignorantia & rurſus fit ſciens incōtinens:eadem ra- 14
tio quæ & de vinolento & dormiente,& nō propria huius paſſionis,quā oportet à phy-
ſiologis audire.❡Quia autē vltima propoſitio & opinio ſenſibilis & principalis actio- 15
num,hanc vel non habet in paſſione ens,vel ſic habet vt non erat in habere ſcire ſed di-
cere,quemadmodū vinolentus quæ Empedoclis.& propter nō vniuerſale neq; ſcienti-
ficum ſimiliter eſſe videri vniuerſali extremū terminū, & videtur quod quærebat So-
crates accidere.non enim principaliter eſſe viſa:ſcientia præſente fit paſſio. neque ipſa
attrahitur propter paſſionem,ſed ſenſibilis. De eo quidem igitur quod eſt ſcientē vel
non,& qualiter ſcientem contingit incontinenter operari:dicta ſint tanta. Cap.IIII.

φυσιόλογος. Phyſicus,naturaliter loquens.
Empedocles.
Socrates.

VTrum autē eſt aliquis incontinens ſimpliciter, vel omnes ſecundū partē,& ſi 16
eſt,circa qualia eſt,deinceps dicendū.Quoniam quidem igitur circa delectatio-
nes & triſtitias ſunt & continētes:& perſeuerantes,& incontinentes, & molles:
manifeſtū.quia autem ſunt hæc quidē neceſſaria facientiū delectationē, hæc autem eli-
gibilia quidē ſecūdum ſeipſa : habentia autē ſuperabundantiā, neceſſaria quidem ſunt
corporalia.Dico autem talia & quæ circa cibū & venereorū opportunitatē,& talia cor-
poralium,circa quæ intemperantiā poſuimus & tēperantiā.neceſſaria quidem nō, eli-
gibilia autem ſecundū ſeipſa.dico autem puta victoriā,honotem,diuitias,& talium bo-
norum & delectabilium.Eos quidē igitur qui ad hæc præter rectā rationē ſuperexcel-
lunt eam quæ in ipſis,ſimpliciter quidē non dicimus incōtinentes:apponētes autē pe-
cuniarum incontinētes & lucri,honoris & iræ, ſimpliciter autē non vt alteros & ſecū-
dum ſimilitudinem dictos.quemadmodū homo qui olympia vicit,illi autē communis
ratio à propria patū differebat:ſed tamē altera erat.ſignū autē.incōtinētia quidē enim
vituperatur,nō vt peccatū ſolum,ſed vt malitia quædā vel ſimpliciter exiſtens vel ſecū-
dum quādam partē.horū autē nullus.Eorū autē qui circa corporales voluptates circa
quas dicimus temperatū & intemperatū,vel qui nō eligendo in nō eligere delectabiliū
perſequens ſuperabundantias, & triſtium fugiens:eſuriei & ſitis & caloris & frigoris,
& omnia quæ circa tactū & guſtū,ſed præter electionē & intellectū incōtinens dicitur.
non ſecundum appoſitionē quoniam circa hoc quemadmodum iræ ſed ſimpliciter.ſi-
gnum autem eſt . etenim molles dicuntur circa has:circa illarū autem nullam.Et pro-
pter hoc in idem incontinentem & intemperatum ponimus,& continentem & tempe-
ratum.❡Sed non illorum nullum:propter circa eaſdem aliqualiter voluptates & tri- 17
ſtitias eſſe.hi ſunt quidem circa hæc:ſed non ſimiliter ſunt.ſed hi quidem eligūt : hi au-
tem non eligūt. Propter quod magis intemperatum vtiq; dicimus , quoniā neq; con-
cupiſcens vel quiete perſequitur ſuperabundantias,& fugit moderatas triſtitias,quàm
hunc qui propter concupiſcere valde.quid enim vtiq; ille faceret ſi adeſſet concupiſcē-
tia iuuenilis : & circa neceſſariorum indigentias triſtitia fortis ? ❡Quia autem concu- 18
piſcentiarum & delectationū hæ quidem ſunt genere bonorum & ſtudioſorū : delecta-

bilium autem quædam natura eligibilia,quædã contraria horum,quædã autem inter-
media,queẽadmodum diuiſimus prius.puta pecuniæ & lucrum, & victoria & honor ad
omnia autem & talia & intermedia non in pati & concupiſcere & amare vituperantur:
ſed in aliqualiter & ſuperabundare.propter quod qui quidẽ præter rationem vel deti-
nent vel proſequuntur eorum quæ natura aliquid pulchrorũ & bonũ: puta circa hono-
rem & magis quàm oportet ſtudentes,veluti circa filios & parentes.etenim hæc bono-
rum,& laudãtur qui circa hæc ſtudent:ſed tamen eſt quædã ſuperabundantia & in his.
ſiquis quemadmodũ Niobe rebellet & ad deos vel queẽadmodum Satyrus philopator Niobe.
cognominatur circa patrem.valde enim videbatur deſipere. Malitia quidẽigitu r nulla Satyrus. φιλοπάτωρ
circa hæc eſt, propter id quod dictum eſt. quoniã natura:eligibilium vnumquodq; eſt Amator pa-
propter ſeipſum.prauæ autem & fugiendæ ſunt ipſorũ ſuperabundantiæ:ſimiliter autẽ tris.
neq; incontinentia.incõtinentia enim non ſolum fugiendorũ:ſed etiam vituperabilium
19 eſt.¶Propter ſimilitudinẽ autem paſſionis apponentes ad incontinentiam circa vnũ-
quodq; dicunt:puta malum medicum & malum hypocritam, quem ſimpliciter vtique
non dicerent malum.quemadmodum igitur neq; hic,propter non malitiam eſſe vnã-
quanq; ipſarum,ſed in ſecundum analogum ſimilem:ſic videlicet & illic exiſtimandum
ſolam incontinentiam & continentiam eſſe quæ eſt circa eadem temperantiæ & intẽ-
perantiæ.circa iram autem ſecundum ſimilitudinem dicimus:propter quod & appo-
nentes incontinentem iræ, quemadmodum & honoris,& lucri aimus. Cap.V.

20 Quia autem ſunt quædam quidem delectabilia natura.& horum hæc quidẽ ſim-
pliciter,hæc autem ſecundum genera & animalium & hominũ,hæc autem non
ſunt:ſed hæc quidẽ propter orbitates,hæc autem propter conſuetudines fiunt,
hæc autem propter pernicioſas naturas:eſt & circa ſingula ſimiles videre
habitus.dico autem beſtiales:puta eſſe hominem,quem dicunt prægnãtes reſcindentẽ
pueros deuorare.vel qualibet beſtialitate gaudere aiunt quoſdam ſylueſtriũ circa Pon- Pontus.
tum:hos quidem crudis,hos autem hominum carnibus,hos autẽ pueros & comedere
& cõmodare adinuicem in conuiuium, vel circa Phalarim dictum.hi quidem beſtiales, Phalaris.
hi autem ptopter ægritudinem fiunt & maniam quibuſdam:quemadmodũ matrem
ſacrificans,& comedens & conſerui hepar.hi autem ægritudinales vel ex cõſuetudine.
puta pilorum euulſiones,& vnguium tortiones.adhuc autem carbonum & terræ,cum
his autem quæ venereorum maſculis.his quidem enim natura,his autem ex cõſuetu-
dine accidunt:puta aſſuefactis ex pueris. Quãtis quidem igitur natura cauſa: hos vtiq;
nullus diceret incontinentes:quemadmodũ neq; mulieres,quoniã non ducunt ſed du-
cuntur.ſimiliter autem & ægrotatiue habentibus propter cõſuetudinem. Habere qui-
dem igitur ſingula horum extra terminos eſt malitiæ:queẽadmodum & beſtialitas.ha-
bentẽ autem ſuperare vel ſuperari nõ ſimpliciter incõtinentia:ſed quæ ſecũdum ſimi-
litudinem.quemadmodum & circa iras habentem hunc modum paſſionis:incontinen-
21 tem autem non ſimpliciter dicendũ.¶Omnis enim ſuperabũdans malitia,& inſipien-
tia,& timiditas,& intẽperantia,& crudelitas: hæ quidem beſtiales, hæ autem ægritudi-
nes ſunt.hic quidẽ enim natura talis qualis timere omnia etſi ſonum faciat mus:ſecũ-
dum beſtialem timiditatẽ timidus. hic autem iniuſte muſtellam timuit propter ægri-
tudinem.Et inſipientiũ,hi quidem ex natura irrationales & ſolum ſenſu viuentes be-
ſtiales:queẽadmodum quædã genera longe barbarorũ. hi autem propter ægritudines:
puta epilepſias vel manias ægritudinales.Horum autem eſt quidem habere quædam ἐπιληψία.
quãdoq;,non ſuperari autem.dico autem puta ſi Phalaris tenuit cõcupiſcens puerum Comitialis
comedere,vel ad venereorum inconuenientẽ delectationem.eſt & ſuperari non ſolum morbus. Phalaris.
habere queẽadmodum & malitia quæ quidem ſecundum hominem ſimpliciter dicitur
malitia.quæ autem ſecũdum appoſitionem , quoniam beſtialis vel ægritudinalis, ſim-
pliciter autem non ſecundum eundem modum videlicet & incõtinentia eſt:hæc quidẽ
beſtialis,hæc autem ægritudinalis.ſimpliciter autem quæ ſecundum humanam intẽpe-
rantiam ſolum.Quoniã quidem igitur incontinentia & continentia eſt ſolum circa quæ
intẽperantia,& tẽperantia,& quoniã circa alia eſt alia ſpecies incõtinentiæ dicta ſecun-

dum metaphoram & non ſimpliciter manifeſtum. Cap. VI.

Cap. VI.

QVoniam autẽ eſt minus turpis incontinentia quæ iræ, q̃ quæ concupiſcentiarum: 22
ſpeculabimur. videtur enim ira audire ſecundum quid rationẽ, obaudire autẽ.
quẽadmodum veloces miniſtrorũ puta ante audire omne dictũ excurrũt: dein-
de peccãt in actione. & canes ante intẽdere ſi amic⁹, ſi ſolum ſonitũ faciat:
latrant. ſic ira propter caliditatẽ & velocitatem naturæ audiens quidẽ, nõ præceptum
autẽ audiens mouet ad punitionẽ. ratio quidem enim vel phantaſia quoniã iniuria vel
contẽptus, manifeſtauit. hæc autẽ quẽadmodũ ſyllogizans quoniã oportet talem op-
pugnare: iraſcitur cõfeſtim. Concupiſcẽtia autem ſi ſolum dicat quoniã delectabile: ra-
tio vel ſenſus, mouet ad fruitionẽ. quare ira quidẽ cõſequitur rationẽ aliqualiter. cõcu-
piſcentia autẽ nõ. turpior igitur. incõtinens quidẽ enim iræ, à ratione aliqualiter vinci-
tur: qui autẽ cõcupiſcentiæ, & nõ à ratione. Adhuc naturalibus magis veniam conſequi
appetitibus: quia & concupiſcentijs talibus magis quãtæ cõmunes omnibus & inquãtũ
cõmunes. ira autẽ naturalius & difficultas concupiſcẽtijs ijs quæ ſuperabũdantiæ & nõ
neceſſarijs. quemadmodũ reſpondens quoniã patrẽ percutit: etenim iſte dixit eum qui
ſuijpſius, & ille eũ qui ſuijpſius. & puerũ oſtendens & iſte me (dixit) cũ vir fiat: cognatũ
enim nobis. & tractus à filio quieſcere iuſſit apud oſtia: etenim ipſe trahere patrẽ vſq;
huc. Adhuc iniuſtiores magis inſidiantes. iracũdus quidẽ igitur nõ inſidiator, neq; ira,
ſed manifeſtus. concupiſcẽtia autẽ quemadmodum venerem aiũt, doloſe enim cyprige-
Homerus. ne & variã corrigiã. & Homerus, deceptio quæ furata eſt intellectũ ſpiſſe ſapiẽtis. qua-
re ſiquidẽ iniuſtior & turpior incõtinentia hæc ea quæ circa irã eſt. & ſimpliciter incõti-
nẽtia & malitia aliqualiter. Adhuc nullus iniuriatur triſtatus. quæ autẽ ira facit omnis,
facit triſtatus: iniurians autẽ cũ delectatione. Si igitur quibus iraſci maxime iuſtũ: hæc
autẽ iniuſtiora & incõtinentia quæ propter concupiſcentiã: nõ eſt in ira iniuria. Quòd
quidẽ igitur turpior quæ circa cõcupiſcẽtias incõtinẽtia ea quæ circa iram, & quoniam
eſt cõtinentia & incõtinẽtia circa cõcupiſcẽtias & delectationes corporales: manifeſtũ.
¶ Ipſarũ autẽ differẽtias aſſumendũ. quẽadmodũ enim dictũ eſt ſecundum principia: 23
hæ quidẽ humanæ ſunt, & naturales & genere & magnitudine, hæ autẽ beſtiales, hæ au-
tem orbitates & paſſiones & ægritudines. Harũ autẽ circa primas tẽperantia & intem-
perãtia eſt ſolum, propter quod & beſtias neq; tẽperatas neq; intẽperatas dicimus, ſed
vel ſecundũ metaphorã, etſi aliquod totaliter aliud ad aliud differt genus animaliũ cõ-
tumelia, & ſynomoria, & in omniuorax eſſe. nõ enim habet electionẽ neq; ratiocinatio-
Coitus. nem: ſed diſceſſit à natura, quemadmodũ inſanientes hominũ. ¶ Minus autẽ beſtialitas 24
malitia: terribilius autẽ. non enim corruptũ eſt optimũ, quemadmodum in homine: ſed
corruptũ eſt & nõ habet. ſimile autẽ igitur quẽadmodum inanimatũ comparare ad ani-
matũ vtrũ peius. innocẽtior enim prauitas ſemper quæ nõ habentis principiũ: intelle-
ctus autẽ principiũ. ſimile igitur cõparare iniuſtitiã ad hominẽ iniuſtũ. eſt enim vtrũq;
peius. decies enim millies pluries vtiq; mala faciet homo malus, beſtia. Cap. VII.

Cap. VII.

CIrca eas autẽ quæ per tactum & guſtũ delectationes & triſtitias & cõcupiſcen- 25
tias & fugas circa quas & intẽperantia & temperãtia determinata eſt prius. eſt
quidẽ ſic habere vt vinci: & quibus multi meliores. eſt autẽ ſuperare, & quibus
multi minores. Horum autem hic quidẽ circa delectationes incõtinens, hic autem con-
tinens, hic autẽ circa triſtitias mollis, hic autẽ perſeuerans, intermediũ & plurium ha-
bitus: etſi inclinant magis ad deteriores. ¶ Quia autẽ quædam delectationũ neceſſariæ 26
ſunt, hæ autẽ non, & vſq; ad quid: ſuperabũdantiæ autem nõ, neq; defectus. ſimiliter au-
tem & circa cõcupiſcentias habet & triſtitias. ſuperabũdantias quidem perſequẽs de-
lectationũ vel ſecundũ ſuperabũdantias, vel propter electionẽ & propter ipſas, & nihil
propter alterũ adueniens: intemperatus. neceſſariũ enim hũc nõ eſſe pœnitentẽ: qua-
re inſanabilis. deficiẽs autem oppoſitus: medius autẽ tẽperatus. ¶ Similiter autẽ & fu- 27
giens corporales triſtitias nõ propter vinci ſed propter electionẽ. non eligentium autẽ
hic quidem ducitur propter delectationem, hic autem propter fugere triſtitiam quæ à
concupiſcentia: quare differunt adinuicem. Omnino autem vtique videbitur deterior

eſſe:ſi quis non concupiſcens,vel quiete operatur quid turpe q̃ ſi vehementer concupi-
ſcens.& ſi nó iratus percutit,q̃ ſi iratus.quid enim vtique faceret in paſſione exiſtens?
propter quod intemperatus deterior incontinente.dictorum vtiq; hic quidem molli-
28 tiei ſpecies magis,hic autem intemperatus.¶Opponitur autem incontinenti quidem
continens:molli autem perſeueratiuus.perſeuerare quidem enim eſt in eo quod eſt cõ-
tra tenere, continentia autem in eo quod eſt ſuperare. quemadmodum & non vinci
29 eius quod eſt vincere. ¶Propter quod & eligibilius continentia perſeuerantia eſt.
30 ¶Deficiens autẽ ad quæ multi & contratendunt & poſſunt,iſte mollis & delicatus.et-
enim delitia mollities quædam eſt.qui trahit veſtimentũ vt nó laboret ſecundũ eã quæ
eleuare triſtitiam,& imitans laborantẽ non exiſtimatur miſer eſſe, miſero ſimilis exi-
31 ſtens.Similiter autem habet & circa cótinentiam & incontinentiã. ¶Non enim ſi quis
à fortibus & ſuperexcellentibus delectationibus vincitur vel triſtitijs admirabile,ſed
condonabile ſi contratendens.quẽadmodum Theodecti Philoctetes à vipera percuſ- Theodectus.
ſus,vel à Carcino in Alope Cercyon.& quemadmodum continere tentantes riſum,re- Philoctetes.
pente effundunt.quale coaccidit Xenophãto.Sed & ſi quis ad quas multi poſſunt abſti- Carcinus. Alope.
nere:ab his vincitur & non poteſt contratendere, non propter naturã generis vel pro- Cercyon.
pter ægritudinem.puta in Scytharũ regibus mollities propter genus,& vt fœmininũ Xenophãtus.
32 ad maſculinum diſtat.¶Videtur autem & luſiuus intẽperatus eſſe.eſt autẽ mollis. lu-
dus enim remiſſio eſt:ſiquidem igitur quies.ad hanc autem ſuperabũdantiã eſt luſiuus.
33 ¶Incontinentiæ autem hæc quidem præuolutio,hæc autem debilitas.hi quidem enim
conſiliantes non immanent quibus conſiliati ſunt propter paſſionem: hi autẽ propter
non conſiliari ducũtur à paſſione.quidem enim quemadmodũ prætitillantes nó titillã-
tur:ſic & præſentientes & præſuſcitantes ſeipſos & ratiocinationem : non vincuntur à
34 paſſione,neq; ſi delectabilis ſit neq; ſi triſtis.¶Maxime autem acuti & melãcholici: ſe-
cundũ effrenatã incótinentiã ſunt incótinentes.hi quidẽ enim propter velocitatem: hi
propter vehementiá nó expectant rationẽ propter ſequẽtes eſſe phãtaſiæ. Cap. VIII.
35 Est autem intẽperatus quidem quẽadmodum dictum eſt,non penitiuus.imma-
net enim electioni. incótinens autẽ penitiuus omnis.propter quod non quem-
admodum dubitauimus,ſic & haber.ſic igitur hic quidẽ inſanabilis : hic autem
ſanabilis . Aſſimilatur autem malitia ægritudini velut hydropi & phthiſi: incontinen-
tia autem epilepticis. hæc quidem enim continua : hæc autem incontinua malitia. Et
omnino autem alterum genus incontinentiæ,& malitiæ.malitia quidem enim latet:in-
36 continentia autem non latet.¶Ipſorum autem horum meliores exceſſiui:quàm ratio-
nem habentes quidem,non immanẽtes autem.à minori enim paſſione vincũtur & non
impræcóſiliatiui quẽadmodum alteri.Similis enim incótinens velocirer inebriatis & à
37 pauco vino:& minori quàm vt multi. ¶Quoniã quidem igitur malitia incontinentia
non eſt:manifeſtũ.ſed quo forte hæc quidẽ præter electionẽ:hæc autem ſecundum ele-
ctionem eſt.Inſuper & ſimile quidẽ ſecundũ actiones quẽadmodum quod Demodoci Demodocus.
ad Mileſios,Mileſij ſtulti quidẽ enim nó ſunt:operãtur autẽ qualia quidem ſtulti.& in- Mileſij.
38 continentes,iniuſti quidem nó ſunt:iniuſta autẽ faciunt. ¶Quia autẽ hic quidem talis,
qualis nó propter ſuaſum eſſe perſequi eas quæ ſecundũ ſuperabũdãtias & præter rectã
rationẽ corporales delectationes:hic autẽ perſuaſus eſt propter talem eſſe qualem per-
ſequi ipſas.ille quidẽ igitur facile tranſgredibilis:iſte autẽ non. virtus enim & malitia
principiũ.hæc quidẽ corrumpit:hæc autẽ ſaluat. In actionibus autẽ quod cuius gratia
principium,quẽadmodum in mathematicis ſuppoſitiones.neq; vtiq; illic ratio edocti-
ua principiorũ,neq; hic:ſed virtus vel naturalis vel aſſuefactiua eius quod eſt recte opi-
nari circa principium.tẽperatus quidẽ igitur talis:intemperatus autem contrarius. Eſt
autem aliquis proprer paſſionẽ exceſſiuus præter rationem rectam: quẽ propter qui-
dem non agere ſecũdũ rectam rationem ſuperat paſſio.propter autem eſſe talem: qua-
lem perſuaſum eſſe hunc perſequi improhibite oportere tales delectationes,non ſupe-
rat.iſte autẽ incótinẽs melior intẽperato,& neq; prauus ſimpliciter:ſaluatur autẽ opti-
mum principiũ.alius autẽ cótrarius immãſiuus & nó exceſſiuus propter paſſionẽ,ma-

niſeſtum vtiq; ex hoc:quoniā hic quidem ſtudioſus habitus,hic autē prauus. Cap.IX.

VTrum autē continens eſt qui qualicunq; rationi & qualicunq; electioni imma- 39
net vel qui recte?& incontinēs autem qui non immanet qualicunq; electioni
& qualicunq; rationi vel qui falſæ rationi , & electioni non recte queādmodū
dubitatum eſt prius?vel ſecūdum accidens qui qualicunq;:ſecundū ſeipſum autem qui
veræ rationi & rectæ electioni hic quidē immanet,hic autē non immanet?ſi enim quis
hoc propter hoc eligit vel proſequitur:ſecundum ſeipſum quidem hoc eligit & proſe-
quitur,ſecundum accidens autem quod prius.ſimpliciter autem dicimus,quod ſecūdū
ſeipſum.quare eſt quidē vt qualicunq; opinioni hic quidē immanet: hic autem excedit.
ſimpliciter autem,qui vere.¶Sunt autem quidā immāſiui opinioni.ſunt autem quos 40
vocant iſchyrognomes,puta difficile perſuaſibiles & non facile trāſſuaſibiles. qui ſimi-
le quidem aliquid habent cōtinenti , quale prodigus liberali & audax confidenti.Sunt
autem alteri ſecundum multa. hic quidē enim propter paſſionē & concupiſcētiam nō
tranſmutat continens:quia facile perſuaſibilis cum contingat erit continens. hi autem
non à ratione quia concupiſcentias aſſumunt:& ducūtur multi à delectationibus.Sunt
autem iſchyrognomes idiognomes: & indiſciplinati & agreſtes . idiognomes quidem
propter delectationē & triſtitiam.gaudent enim vincentes ſi non trāſſuadeantur:& tri-
ſtantur ſi infirma quæ ipſorum ſint queādmodum ſententiæ . quare magis incontinen-
ti aſſimilantur:quàm continenti.¶Sunt autem quidam qui in ijs quæ videntur non im- 41
manent:nō propter incontinentiam.puta in Philoctete quæ Sophoclis Neoptolemus,
quāuis propter delectationē non immanſit ſed bonam.verum dicere enim ipſi bonum
erat:perſuaſus autem eſt ab odyſſeo Vlyſſe falſum dicere.nō enim omnis qui propter
delectationē operatur aliquid,eſt intemperatus.ſiue prauus,ſiue incontinens:ſed quæ
propter turpem.¶Quia autē aliquis eſt talis qualis minus quàm oportet corporalib⁹ 42
gaudens & nō immanens rationi:talis huius & incontinētis medius cōtinens.incōtinēs
quidem enim non immanet rationi propter maius aliquid:ille autē propter minus ali-
quid.continens autem immanet & nō propter alterum tranſmutat.¶Oportet autem 43
ſi quidem continentia ſtudioſum:vtroſque contrarios habitus prauoꝝ eſſe quemadmo-
dum & apparent.Sed propter alterum in paucis & raro eſſe manifeſtum quemadmo-
dum temperantia intemperantiæ,videtur contrarium eſſe ſolum : ſic & continentia in-
continentiæ.¶Quia autē ſecūdum ſimilitudinē multa dicuntur,& continētia quæ tem 44
perati ſecundū ſimilitudinem conſecuta eſt.etenim continens potens nihil præter ra-
tionem propter corporales delectationes facere,& temperatus.ſed hic quidem habēs,
hic autē nō habens prauas concupiſcentias.& hic quidē talis qualis non delectari præ-
ter rationem:hic autem qualis delectari , ſed non duci. ſimiles autem & incontinens &
intemperatus,alteri quidem exiſtentes:vtriq; autem corporalia delectabilia perſequū-
tur.ſed hic quidem non exiſtimans oportere:hic autem exiſtimans. Cap. X.

NEq; ſimul prudentē & incontinentem contingit eſſe eundem. ſimul enim pru- 45
dens & ſtudioſus ſecundū morem oſtenſum eſt ens. Adhuc nō in ſcire ſolum
prudens:ſed in eo quod practicus.incontinens autē non practicus. Dinon au-
tem nihil prohibet incontinentem eſſe. ¶Propter quod & videntur quādoq; pruden- 46
tes eſſe quidam: incontinētes autem propter dinoticam differre à prudentia ſecundū
dictum modum in primis ſermonibus . & ſecundum quidem rationem prope eſſe:dif-
ferre autem ſecundū electionem.Neq; vtiq; vt ſciens & ſpeculans:ſed vt dormiens vel
vinolentus,& volens quidem. ſecundum modum enim quēdam ſciens & quod facit &
cuius gratia. ¶Malus autem non . electio enim epijces. quare ſemimalus & non iniu- 47
ſtus.non enim inſidiator.Hæc quidem enim ipſorum non immanſiuus quibus vtiq; cō-
ſiliabitur : melancholicus autem neq; conſiliatiuus totaliter, & aſſimilatur vtiq; incon-
tinens ciuitati cui calculantur omnia neceſſaria, & leges habet ſtudioſas, vtitur autem
nulla.queādmodum Anaxandrides cōuitiatus eſt.ciuitas volebat:cui legū nihil eſt cu-
ræ.malus autē vtenti quidē legibus,malis autem vtenti.¶Eſt autē incontinentia & cō- 48
tinentia circa ſuperexcellens multorum habitū.hic quidem enim magis immanet,hic

Fortis opinio
Pertinacia.

Propria ſen-
tentia.
Peruicacia.

Philoctetes.
Sophocles.
Neoptolem⁹
Vlyſſes.

Anaxādrides

49 autem minus plurium potentia.¶Sanabilior autem incõtinentiarũ ſecundum quã me-
lancholici incõtinenter agunt: conſiliantiũ,non immanentiũ autem.& per conſuetudi-
nẽ incõtinẽtes:naturalibus.facilius enim conſuetudinẽ trãſmutare natura.propter hoc
enim conſuetudo difficilis,quoniã naturæ aſſimulatur.quẽadmodũ Euenus dicit.aio diu Euenus.
turnã meditarionem immanere amice:& vtiq; hominibus hanc finientem naturã eſſe.
Quid quidẽ igitur eſt cõtinẽtia & quid incõtinẽtia,& perſeuerãtia,& mollities,& quali
ter habent habitus hi adinuicem,dictum eſt. Cap.XI.

50 DE delectatione autẽ & triſtitia ſpeculari eius qui circa politicẽ philoſophatur.
iſte enim finis architecton: ad quem reſpicientes, vnũquodq; hoc quidẽ malũ, ἀρχιτέκτων
hoc autẽ bonũ ſimpliciter dicimus.Adhuc autẽ neceſſariorũ intẽdere de ipſis. Architectus principalis.
etenim virtutẽ & malitiã moralẽ circa triſtitias & delectationes poſuimus. Et felicita- Præcipuus
tẽ plures cũ delectatione eſſe aiunt. propter quod & beatum nominauerũt à gaudere. faber.
51 ¶His quidem igitur videtur neq; vna delectatio eſſe bonum, neq; ſecũdum ſeipſum,
neq; ſecundũ accidẽs. non enim eſſe idẽ bonũ & delectationẽ. His autẽ quædam quidẽ
eſſe,multæ autem prauæ.Adhuc autem horũ tertium ſi omnes bonũ:non tamẽ contin
52 git eſſe optimum delectationem.¶Totalirer equidẽ non bonũ:quoniã omnis delecta-
tio generatio eſt in naturam ſenſibilis.neq; vna autẽ generatio cognata finibus : puta
neq; vna ædificatio domus.Adhuc temperatus fugit delectationes.Adhuc prudẽs non
triſte perſequitur,nec delectabile.Adhuc impedimentum ei quod eſt prudentẽ eſſe:de-
lectationes.& quãto magis gaudet,magis.puta eã quæ eſt venereorũ. nullũ enim vtiq;
poſſe intelligere aliquid in ipſa. Adhuc ars neque vna delectationis: quãuis omne bo-
num artis opus.Adhuc pueri & beſtiæ perſequuntur delectationes. Huius autem non
omnes ſtudioſas:quoniã ſunt & turpes & probroſæ,& quoniam nociuæ . ægritudinalia
enim quædam delectabilium.Quod autẽ non optimum delectatio quoniam non finis
eſt ſed generatio:quæ quidẽ dicuntur,fere hæc ſunt. Cap.XII.

53 QVoniam autem non accidit propter hæc non eſſe bonũ nec optimum : ex his
manifeſtum.primum quidem quoniam bonum dupliciter: hoc quidem enim
ſimpliciter,hoc autem alicui & naturæ,& habitus conſequũtur.Quare & mo-
tiones & generationes cõſequũtur.& prauæ in ſe ſimpliciter prauæ:alicui
autẽ nõ,ſed eligibiles huic.Quædam autem neq; huic,ſed aliquando & ſecundum pau-
cum tẽpus:eligibiles autem non.hæ autem neq; delectationes ſed videntur: quæcunq;
cum triſtitia & medicinæ gratia,puta quæ laborantium.Adhuc quia boni hoc quidem
operatio,hoc autem habitus eſt:ſecundũ accidens,cõſtituentes in naturalẽ habitũ, de-
lectabiles ſunt. Eſt autem operatio in concupiſcentijs indigentis & imperfecti habitus
& naturæ quia & ſine triſtitia & cõcupiſcẽtia ſunt delectationes:puta eius quod eſt ſpe
culari operationes natura non indigente.Signum autem,quoniam non eodem delecta
bili gaudent ſecundum quod repletur natura & conſtituta.ſed conſtituta quidem ſim-
pliciter delectabilibus:quæ repletur autẽ & contrarijs.etenim acutis & amaris gaudẽt:
quorũ nihil neq; natura delectabile neq; ſimpliciter delectabile.quare neq; delectatio-
54 nes.vt enim delectabilia adinuicẽ conſtituta ſunt:ſic & delectationes quæ ab his.¶Ad-
huc non neceſſarium alterum quidem eſſe melius delectatione quemadmodum quidẽ
aiunt finem generatione . non enim generationes ſunt neque cum generatione om-
nes.ſed operationes & fines.neque factorum accidunt,ſed vtẽtium.& finis non omniũ
alterum quidem:ſed imperfectionem ducentium naturæ.Propter quod & nõ bene ha-
bet ſenſibilem generationem dicere eſſe delectationem:ſed magis dicendũ operationẽ
eius qui ſecundum naturã habitus, pro eo autem quod eſt ſenſibilem non impeditam.
videtur autem generatio quædã eſſe quoniam principaliter bonum . operationẽ enim
55 generationẽ exiſtimãt eſſe:eſt autem poſterius.¶Eſſe autem prauas quoniam ægritu-
dinalia quædam delectabilia:idem quoniam ſana quædam praua ad pecuniã, hæc quæ-
dam praua ambo,ſed non praua ſecundũ hoc, quia & ſpeculari aliquando quidẽ nocet
56 ad ſanitatem. ¶Impedit autem neq; prudẽtiæ neq; habitui neq; vni quæ ab vnoquoq;
delectatio:ſed alienæ.quia quæ à ſpeculari & diſcere: magis faciunt ſpeculari & diſcere.

Artis autem nõ eſſe opus neq; vnam delectationẽ rationabiliter accidit. neq; enim al-
terius operationis neq; vnius ars eſt ſed potentiæ:quãuis & pigmentaria ars & pulmẽ
taria videtur delectationis eſſe. Temperatũ autem fugere & prudentẽ perſequi nõ tri
ſtem vitã,& pueros & beſtias perſequi:eodẽ ſoluũtur om̃nia. quia & dictũ eſt qualiter
bonæ ſimpliciter:& qualiter nõ bonæ omnes delectationes.tales & pueri & beſtiæ per-
ſequuntur & harũ non contriſtationẽ prudẽs:eas quæ cũ cõcupiſcentia & triſtitia cor-
porales.tales enim hæ.& harũ ſuperabũdãtias fugit ſecundũ quas intẽperatus.propter
quod tẽperatus fugit has quia ſunt delectationes & temperati. Cap.XIII.

SEd tamen quoniã & triſtitia malum confeſſum eſt & fugibile:hæc quidem enim 57
ſimpliciter malum,hæc autem in eo quòd quo impeditiua.fugibili autẽ contra-
rium,vel fugibile aliquid & malum vel bonum : neceſſarium igitur delectationẽ
Speuſippus. bonum quoddã eſſe.vt enim Speuſippus ſoluebat non cõuenit ſolutio:quemadmodum
maius minori & æquali contrarium.non enim vtiq; dicet quòd vere malũ quidem eſſe
delectationem. ¶Optimum autem nihil prohibet delectationem aliquam eſſe ſi quæ- 58
dam prauæ delectationes:quemadmodum & ſcientiam quandã quibuſdam prauis exi
ſtẽtibus. ¶Forte autẽ & neceſſariũ.ſiquidem vniuſcuiuſq; habitus ſunt operationes nõ 59
impeditæ:ſiue ſi omniũ operatio eſt felicitas ſiue eſt alicuius ipſorum ſi fuerit non im-
pedita eligibiliſſimam eſſe. hæc autem eſt delectatio. quare erit vtiq; aliqua delectatio
optimũ:multis delectationibus prauis exiſtentibus ſi contingit ſimpliciter.Et propter
hoc omnes felicem delectabilem exiſtimant eſſe vitam & implicant delectationẽ in fe-
licitatem rationabiliter.neq; enim vna operatio perfecta impedita:felicitas autẽ perfe
ctorum.Propter quod indiget felix ijs quæ in corpore bonis,& ijs quæ exterius & for
tuna:vt non impediant hæc.rotatum autẽ & infortunijs magis incidentem,felicem di-
centes eſſe ſi eſt bonus,vel volentes vel nolentes nihil dicunt.propter indigere autem
fortuna:videtur quibuſdã idem eſſe bona fortuna felicitati non exiſtẽs.quia & ipſa ſu-
perexcellens impediens eſt:& forte non eſt bonam fortunam vocare iuſtũ. ad felicita-
tem enim terminus ipſius.Et perſequi autẽ omnia & beſtias & homines delectationẽ:
ſignũ quoddam eius eſt,quod eſt eſſe aliqualiter optimũ ipſam . fama autem non om-
nino perditur quam populi multi famant.Sed quoniã nõ eadem neq; natura,neq; habi
tus optimus neq; eſt neq; videtur neq; delectationẽ perſequũtur eandem omnes:dele
ctationẽ tamen omnes.forte autem perſequuntur non quam exiſtimant, neque quam
vtiq; dicerent:ſed eandem.omnia enim natura habẽt quoddã diuinũ. Sed & aſſumpſe-
rũt nominis hæreditatẽ corporales delectationes:propter & pluries inclinare in ipſas,
& omnes participare ipſas.propter ſolas igitur cognitas eſſe:has ſolas exiſtimant eſſe.
¶Manifeſtum autem & quoniam ſi non delectatio bonum & operatio: non erit viue- 60
re delectabiliter felicem.cuius enim gratia indigeret vtiq; ipſa: ſi quidem non bonum?
Sed & triſte cõtingit viuere:neque malum enim neque bonum triſtitia: ſi quidem ne-
que delectatio.quare propter quid vtiq; fugeret? Neque vtiq; delectabilis vita ſtudio-
ſi:ſi non & operationes ipſius. Cap.XIIII.

DE corporalibus autẽ vtiq; delectationibus intendendũ dicentibus:quoniã quæ- 61
dam delectationes eligibiles valde,puta bonæ ſed nõ corporales,& circa quas
intẽperatus. Propter quid igitur contrariæ triſtitiæ malæ? malo enim contra-
riatur bonum. ¶Vel ſic bonæ vt neceſſariæ: quoniam & non malum bonũ eſt. vel vſq; 62
ad hoc bonæ.habituum quidẽ enim & motuum quorũcunq; nõ eſt melioris ſuperabũ-
dantia,neque delectationis.Quantorũcunq; autem eſt:& delectationis eſt.corporalium
autem bonorum eſt ſuperabundãtia.& prauus perſequendo ſuperabundãtiam eſt pra-
uus:ſed nõ neceſſarias voluptates.omnes enim gaudent aliqualiter & pulmentis, & vi-
no,& venereis:ſed non vt oportet. ¶Contrariæ autem in triſtitia.non enim ſuperabun 63
dantiã fugit:ſed totaliter.non enim ſuperabundantiæ triſtitia contraria, ſed perſequen-
ti ſuperabundãtiam. ¶Quia autem non ſolum oportet verũ dicere,ſed & cauſam falſi: 64
hoc enim confert ad fidem.cum enim rationabile appareat propter quid videtur verũ:
non ens verũ,facit credere vero magis.quare dicendũ propter quid vidẽtur corporales

65 delectationes eligibiliores. ¶Primum quidem vtique quoniã expellit triſtitiã & pro-
pter ſuperabundãtias triſtitiæ:vt exiſtente medicina delectationẽ perſequũtur ſuper-
abundantẽ & totaliter corporalem.vehementes autem fiunt medicinæ: propter quod
& quæruntur propter iuſta contrarium apparere. Et non ſtudioſum vtiq; videtur dele
ctatio propter duo hæc:quemadmodum dictum eſt,quoniã hæ quidem prauæ naturæ
ſunt operationes, vel ex natiuitate,quemadmodum beſtiæ:vel propter cõſuetudinem,
quẽadmodũ quæ prauorũ hominũ.hæ autem medicinæ quoniam indigentis:& habere
66 melius quàm fieri. ¶Hæ autem accidunt ijs qui perficiuntur:ſecũdum accidens igitur
ſtudioſæ.Adhuc perſecuti ſunt propter vehemẽtes eſſe à nõ potentibus alijs gaudere:
ipſi igitur ſibijpſis ſitim quandã præparant.quandoquidẽ igitur innocuas:non increpa
bile.quando autẽ nocuas,prauũ:cum non habeãt alteras in quibus gaudẽt.etenim neu
trum multis triſte propter naturã.ſemper enim laborat animal. quẽadmodum & na-
turales ſermones teſtantur,videre,audire, dicentes eſſe triſte: ſed iam aſſueti ſumus vt
aiunt.Similiter autem & in iuuẽtute quidem propter augmentationem quemadmodũ
vinolenti diſponũtur:& delectabile iuuẽtus. Melancholici autem ſecundũ naturam in-
digẽt ſemper medicina.etenim corpus morſu cõſumitur propter cõplexionem:& ſem-
per in appetitu vehemẽti ſunt,expellit autẽ delectatio triſtitiã: & quæ cõtraria & quæ
67 contingẽs,ſi ſit fortis:& propter hoc intemperati & praui fiunt. ¶Quæ autem ſine tri-
ſtitia:non habent ſuperabundantiã. hæ autem quæ natura delectabiliũ & non ſecundũ
accidens.dico autem ſecundũ accidens delectabilia medicantia.quoniã enim accidit ſa-
nari ſuſtinentem ſano operante aliquid:propter hoc delectabile videtur eſſe.natura au
68 tem delectabilia,quæ faciunt actum talis alicuius naturæ. ¶Non ſemper autem nullũ
delectabile idem propter nõ ſimplicem eſſe naturã noſtram : ſed eſſe aliquid & alterũ
ſecundum quod corruptilia:quare & ſi quid alterũ agat:hoc alteri naturæ præter natu-
ram.cum autem appropriet,neq; triſte videtur,neq; delectabile quod igitur. Quare ſi
huius natura ſimplex ſit:ſemper eadem actio delectabiliſſima erit.propter quod deus
ſemper vna & ſimplici gaudet delectatione. Non enim ſolum motus eſt operatio,ſed
& immobilitatis.& delectatio magis in quiete eſt quàm in motu. Tranſmutatio autem
omnium dulciſſimum ſecundum poetam propter malitiam quandam. quemadmodũ
enim homo facile tranſmutabilis qui malus:& natura quæ indiget tranſmutatione.nõ
enim ſimplex neq; epijces.De cõtinentia quidẽ igitur & incõtinentia & delectatione &
triſtitia dictum eſt:& quid vnumquodque,& qualiter hoc quidem bonum ipſorum eſt,
hæc autem mala.iam autem de amicitia dicemus.

¶Octauus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

1 POſt hæc autem & de amicitia ſequitur vtiq; pertranſire. eſt enim
virtus quædam vel cũ virtute. Adhuc maxime in vita neceſſariũ.
ſine amicis enim nullus vtiq; eligeret viuere habens reliqua bona
omnia.etenim ditãtibus & principatus & potẽtatus poſſidẽtibus,
videtur opus eſſe amicis maxime.quæ enim vtilitas talis bonæ for
tunæ ablato beneficio,quod fit maxime & laudabiliſſimũ ad ami-
cos?vel qualiter vtiq; ſeruabitur & ſaluabitur ſine amicis?quanto
enim maior:tanto minus ſecura. In inopia autẽ & reliquis infortunijs ſolum exiſtimãt
refugiũ eſſe amicos:& iuuenibus autẽ ad impeccabile, & ſenioribus ad famulatũ & ad
deficientiam actionis propter debilitatem adiutorij.iiſq; qui in ſummo ad bonas actio-
nes,ſimúlq; duo veniẽtes:etenim intelligere & agere potẽtiores.Naturáq; in eſſe vide-
tur ad id quod genuit genito:non ſolũ in hominibus ſed in volatilibus & pluribus ani-
maliũ,& ijs qui vnius gentis adinuicẽ & maxime hominibus.vnde & philãthropos lau φιλάνθρωπος Amator ho-
damus. videbit autẽ vtiq; aliquis & in erroribus vt familiare omnis homo homini & minum.
amicũ. Videtur autẽ & ciuitates continere amicitia.& legiſpoſitores magis circa ipſam
ſtudent q̃ iuſtitiam.concordia enim ſimile aliquid amicitiæ videtur eſſe.hãc autem ma-
xime appetunt: & contentionem inimicam exiſtentem maxime expellunt. Et amicis
quidem exiſtentibus nihil opus eſt iuſtitia: iuſti autem exiſtentes indigent amicitia.&

φιλόφιλος. Placidus & q circa parãdos amicos ſtudet
φιλοφιλία Amicorum copia.
κολοιὸς Cornicula. Graculus.
Euripides.
Heraclitus.
Empedocles.

iuſtorũ quidem maxime amicabile eſſe videtur.non ſolum autem neceſſariũ eſt, ſed &
bonũ.philophilos enim laudamus:philophiliáq; videtur bonorũ aliquid eſſe. & quidã
eoſdem exiſtimãt viros bonos eſſe & amicos. ¶Dubitantur autẽ de ipſa nõ pauca.hi 2
quidem enim ſimilitudinẽ quandã ponũt ipſam:& ſimiles amicos.vnde ſimilẽ aiunt ad
ſimilẽ,& coliũ ad coliũ & quæcunq; talia.hi autẽ ex contrarietate ſingulos omnes tales
aiunt ad inuicem eſſe.Et de hiſipſis ſuperius quærunt & naturalius. Euripides quidem
dicens deſiderare pluuiã quidem terrã ſiccatam.deſiderare autẽ venerabile cælum im-
pletũ pluuia:cadere in terrã.Et Heraclitus contrariũ conferẽs: & ex differẽtibus opti-
mã harmoniã & omnia ſecundũ litem fieri.Ex cõtrarietate autẽ his:& alij & Empedo-
cles,ſimile enim ſimile appetit.Naturalia quidẽ igitur quæſtionũ relinquũtur.nõ enim
propria præſentis intentionis.quæcunq; autẽ ſunt humana & cõuenientia ad mores &
paſſiones:hæc intẽdamus.puta vtrũ in omnibus ſit amicitia,vel nõ poſſibile malos exi-
ſtentes,amicos eſſe:& vtrũ vna ſpecies amicitiæ eſt vel plures. Vnã quidẽ exiſtimãtes,
quoniã recipit maius & minus:nõ ſufficiẽti crediderunt ſigno.recipiunt enim & maius
& minus & altera ſpecie.dictum eſt autẽ de ipſis ſuperius.

Cap.II.

FOrte autem vtiq; de ipſis fiet manifeſtũ cognito amabili. videtur enim non om 3
ne amari:ſed amabile.hoc autem eſſe bonũ,vel delectabile,vel vtile.videtur au-
tem vtiq; eſſe vtile:per quod fit bonum aliquod vel delectatio. quare amabilia
vtiq; erunt:& bonũ & delectabile vt fines. ¶Vtrum autem bonũ amant vel quod ipſis 4
bonũ:diſſonant enim quandoq; hæc.ſimiliter autem & circa delectabile ipſum.Videtur
autem & quod ipſi bonum,amare vnuſquiſq;: & eſſe ſimpliciter quidem bonorũ ama-
bile,vnicuiq; autem quod vnicuiq;.amat autem vnuſquiſq; non ens ipſi bonũ ſed appa-
rens,differt autẽ nihil.erit enim amabile apparens. ¶Tribus autem entibus propter 5
quæ amant:inanimatorum quidẽ amatione nõ dicitur amicitia.nõ enim eſt redamatio
neq; voluntas illorum boni.ridiculum enim forte vino velle bonum.ſed ſiquidẽ ſaluari
vult ipſum vt ipſe habeat:amico autem aiunt oportere velle bona illius gratia. ¶Volẽ 6
tes autẽ ſic bona beniuolos dicunt,ſi non idem & ab illo fiat.beniuolentiã enim in con-
trapaſſis amicitiam eſſe:vel apponendũ non latentem.multi enim ſunt beniuoli quibus
non viderunt:exiſtimant autem epijces eſſe,vel vtiles. hoc autẽ idem & ſi illorũ aliquis
patiatur ad hunc.beniuoli quidem igitur iſti videntur adinuicem:amicos autem quali-
ter vtiq; aliquis dicat latentes,vt habent ſibijpſis.

Cap.III.

DIfferunt autem hæc abinuicem ſpecie:& amationes ergo & amicitiæ.tres enim 7
ſpecies amicitiæ æquales numero amabilibus.ſecũdũ enim vnũquodq; eſt re-
damatio nõ latens.amãtes autem adinuicẽ: volunt bona adinuicem, ſic ſecun-
dum quod amant. ¶Qui quidem igitur propter vtile amant adinuicem, nõ ſecundum 8
ſeipſos amant: ſed ſecundum quod fit aliquod ipſis adinuicem bonum.ſimiliter autem
& qui propter delectationem.non enim in quales quoſdam eſſe, diligunt eutrapelos:
ſed quoniã delectabiles ſibijpſis.quiq; propter vtile amant: propter ſibijpſis bonũ dili-
gũt.& qui propter delectationẽ propter ſibijpſis delectabile:& nõ ſecundũ qđ eſt,ama
tus eſt,ſed ſecũdum qđ vtilis vel delectabilis:& ſecundũ accidẽs vtiq; amicitiæ hæ ſunt.
non enim ſecundũ quod amatus ſic amatur:ſed ſecundum quod tribuũt.hi quidem bo
nũ aliquod: hi autem delectationẽ. ¶Facile ſolubiles vtiq; tales ſunt: non permanenti- 9
bus ipſis ſimilibus.ſi enim nõ adhuc delectabiles vel vtiles ſunt:quieſcũt amantes,vtile
autem non permanet:ſed aliàs fit aliud.diſſoluto igitur propter quod amici erãt:diſſol
uitur & amicitia,vt exiſtente amicitia ad illa. ¶Maxime autem in ſenibus talis videtur 10
amicitia fieri.non enim delectabile tales perſequũtur ſed vtile.Et eorum qui in adole-
ſcentia & iuuenum quicunq; cõferens perſequũtur.non omnino autem tales.neq; con-
uiuũt ad inuicem,quãdoq; autẽ neq; ſunt delectabiles, neq; vtiq; indigent tali ſocieta-
te:ſi non vtiles ſint.intantũ enim ſunt delectabiles:inquantũ ſpem habent boni. in his
autem & peregrinã ponunt. ¶Iuuenũ autem amicitia propter delectationem eſſe vi- 11
detur.ſecundum paſſionem enim iſti viuũt.& maxime perſequũtur delectabile ipſis &
præſens:ætate autem tranſcendente & delectabilia fiunt altera,propter quod velociter

fiūnt amici & quieſcunt.ſimul enim cum delectabili amicitiá tranſcenditur:talis autem
delectationis velox tranſmutatio.Et amatiui autē iuuenes.ſecundum paſſionem enim
& propter delectationem ꝙ multū amatiue.propter quod amant & cito quieſcunt:mul
totiens eadem die tranſmutantes.cōmanere autem per totam diem & cōuiuere iſti vo-
12 lunt:fit enim ipſis quod ſecundum amicitiam ſic. ¶ Perfecta autem eſt bonorum ami-
citia:& ſecundū virtutem ſimilium. iſti boni ſimiliter adinuicem volunt ſecundū quod
boni.boni autem ſunt ſecundū ſeipſos.volentes autem bona amicis illorū gratia,maxi-
13 me amici.propter ſeipſos enim ſic habent & non ſecundum accidens.¶ Permanet igi-
tur horū amicitia:vſquequo vtique boni ſunt.virtus autem manſiuum.& eſt vterq; ſim
pliciter bonus:& amico.boni enim & ſimpliciter boni,& adinuicem vtiles:ſimiliter au-
tē & delectabiles.boni enim & ſimpliciter delectabiles & adinuicē.vnicuiq; enim ſecun
dum delectationē ſunt propriæ actiones & tales:bonorū autem tales aut ſimiles. Ta-
lis autē amicitia:māſiua rationabiliter eſt.copulat enim in ipſa omnia quæcunq; opor-
tet amicis exiſtere.omnis enim amicitia propter bonum eſt, vel propter delectationē
vel ſimpliciter vel amanti:& ſecundum ſimilitudinem quandā. huic autem omnia exi-
14 ſtunt dicta ſecundū ſeipſos:hac enim ſimiles & reliqua.¶ Quódq; ſimpliciter bonum:
& delectabile ſimpliciter eſt.Maxime itaq; hæc amabilia: & amare autem & amicitia,
15 in his maxime & optima. ¶ Raras autem veriſimile tales eſſe.pauci enim tales.adhuc
autē indiget tēpore & conſuetudine.ſecundū prouerbiū enim non eſt ſcire adinuicem
ante dictos ſal.cōſumere.neq; acceptari oportet prius neq; eſſe amicos: antequā vterq;
appareat amabilis & credatur.Qui autē cito adinuicem amicabilia faciūt:volunt quidē
amici eſſe,non ſunt autem ſi non & amabiles,& hæc ſciant.voluntas quidem igitur ve-
lox amicitiæ fit:amicitia autem non.Hæc quidem igitur & ſecundum tempus,& ſecun
dum reliqua perfecta eſt:& ſecūdum omnia hæc fit & ſimilia vtrique ab vtroque:quod
oportet amicis exiſtere. Cap.IIII.

16 QVæ autem propter delectabile:ſimilitudinem huius habet. etenim boni dele
ctabiles adinuicem.Similiter autē & quæ propter vtile.etenim tales adinuicē
boni.Maxime autē & in his amicitiæ permanēt,cum æquale fiat adinuicē.pu-
ta delectatio.& nō ſolū ſic:ſed & ab eodē. quale eutrapelis & nō vt ama-
tori & amato.non enim in eiſdem delectantur iſti:ſed hic quidem videns illum, hic au-
tem famulatum recipiens ab amatore.finiente autem pulchritudine, quandoq; & ami-
citia finit:huic quidem enim non eſt viſio delectabilis, huic autem non fit famulatus.
multi autem rurſus permanent ſi ex conſuetudine mores diligant:ſimilis conſuetudi-
nis exiſtentes.Qui autem non delectabile commutant,ſed vtile in amabilibus, & ſunt
minus amici & permanent.qui autem propter vtile exiſtentes amici:ſimul cum confe
17 rente diſſoluuntur.non enim adinuicem erunt amici:ſed vtilis.¶ Propter delectationē
quidem igitur & propter vtile: & prauos contingit amicos adinuicem eſſe ; & epijces
prauis, & neutrum qualicunque. propter ſeipſos autem: palam quia ſolos bonos. mali
18 enim non gaudent ſeipſis:ſi non aliqua vtilitas fiat.¶ Et ſola autem bonorum amicitia
intranſmutabilis eſt.non enim facile nulli credere de eo qui in multo tempore ab ipſo
probatus eſt:& credere in his & nunquā vtiq; iniuſtū facere & quæcunq; alia in ea quæ
vt vere amicitia dignificantur.in alijs autē nihil prohibet talia fieri.quia enim homines
dicunt amicos & propter vtile: quemadmodū ciuitates: videntur enim cōpugnationes
ciuitatibus fieri gratia conferentis.& eos qui propter delectationem adinuicē diligūt.
19 quemadmodū pueri:forte quidem oportet dicere & nos amicos tales. ¶ Species autē
amicitiæ plures.& primo quidem & principaliter bonorū ſecundū quod boni:reliquas
autem ſecundū ſimilitudinem.ſecūdum quod enim bonum aliquid & ſimile aliquid:ſic
amici.etenim delectabile bonū aliquod amatoribus delectationum.non omnino autem
hæ copulātur:neque fiunt amici propter vtile & delectabile.non enim omnino coniun
guntur quæ ſecundum accidens . in has autem ſpecies amicitia diſtributa : praui qui-
dem erunt amici propter delectationem vel vtile, ſic ſimiles exiſtentes . boni autem
propter ſeipſos amici. ſecundum quod enim boni. iſti quidem igitur ſimpliciter amici:

illi autem ſecundum accidens,& in aſſimilari his. Cap.V.

QVemadmodum autem in virtutibus hi quidem ſecundum habitũ, hi autem ſe- 20
cundum operationem boni dicũtur:ſic & in amicitia.hi quidem enim conuiuen-
tes gaudent adinuicem & tribuunt bona. hi autem dormientes vel ſeparati lo-
cis non operãtur quidẽ:ſic autẽ habẽt vt operari amicabiliter.loca enim
non diſſoluunt amicitiã ſimpliciter ſed operationem.ſi autem diuturna abſentia fiat:&
amicitiæ videtur obliuionem facere:vnde dictũ eſt multas vtiq; amicitias non appella-
tio diſſoluit.¶Non videntur autem neq; ſenes neq; ſeueri amatiui eſſe. breue enim in 21
ipſis quod delectationis.Nullus autem poteſt per diem commorari cum triſti,neq; cũ
non delectabili.maxime enim natura videtur,triſte quidem fugere:appetere autẽ dele
ctabile.¶Qui autem recipiuntur adinuicem,non conuiuentes : beniuolis aſſimilantur 22
magis q̃ amicis.nihil enim ſic eſt amicorum vt conuiuere. vtilitatem quidem enim in-
digentes appetunt:cõmorari autem ſimul per diem & beati.ſolitarijs quidem enim eſ-
ſe his nequaquam conuenit.cõuerſari autem adinuicẽ.non eſt enim delectabiles exiſtẽ-
tes,neq; gaudentes eiſdem,quod connutritiua videtur habere . ¶Maxime quidem igi- 23
tur eſt amicitia quæ bonorum,quẽadmodum multotiens dictũ eſt.videtur enim ama-
bile quidem & eligibile quod ſimpliciter bonum vel delectabile: vnicuiq; autem quod
ipſi tale.bonus autem homo propter ambo hæc. ¶Aſſimilatur autem amatio quidem 24
paſſioni:amicitia autem habitui.amatio enim non minus ad inanimata eſt:redamãt au-
tem cum electione.electio autem ab habitu.& bona volunt amatis illorum gratia non
ſecundum paſſionem ſed ſecundum habitum. & amantes amicum , quod ipſis bonum
amãt.bonus enim amicus factus,bonum fit cui amicus.vterq; igitur amat & quod ipſi
bonum:& æquale retribuit voluntati & ſpeciei.dicitur enim amicitia æqualitas : maxi-
me itaque ei quæ bonorum hæc exiſtunt. Cap.VI.

IN ſeueris autem & ſenibus minus fit amicitia quando magis dyſcoli ſunt:& mi- 25
nus colloquijs gaudẽt.hæc enim maxime vidẽtur eſſe amicabilia,& factiua ami-
citiæ.propter quod iuuenes quidem fiunt amici cito:ſenes autem non. non enim
fiunt amici quibus vtique non gaudent. Similiter autem neq; ſeueri:ſed tales beniuoli
quidem ſunt adinuicem.volunt enim bona,& obuiant ad neceſſitates.amici autem non
omnino ſunt propter nõ cõmorari neq; gaudere adinuicẽ : quæ vtiq; maxime vidẽtur
eſſe amicabilia. ¶Multis autem eſſe amicũ ſecundũ perfectam amicitiam non contin- 26
git:quemadmodũ neq; amare multas ſimul,aſſimilatur enim ſuperabundantiæ. tale au
tem ad vnum natum eſt fieri.multos autem ſimul eidem placere valde nõ facile:forte
autem neq; bonũ eſſe.Oportet autem & experientiam accipere & in conſuetudine fie-
ri:quod omnino difficile. ¶Propter vtile autem & delectabile,multis placere cõtingit. 27
multi enim tales & in pauco tempore miniſtrationes.¶Horũ autẽ magis videtur ami 28
citia quæ propter delectabile:cum eadem ab ambobus fiant, & gaudeant adinuicẽ vel
eiſdem.quales iuuenũ amicitiæ.Magis enim in his quod liberale:quæ autẽ propter vti-
le,negotiatorum.Et beati autem vtilibus quidem nihil indigent:delectabilibus autem.
conuiuere enim volunt aliquibus:triſte autem paucũ tempus ferunt. continue autem
nullus vtiq; ſuſtineret neq; ipſum bonũ ſi triſte ipſi erit:propter quod amicos delecta-
biles quærunt.Oportet autẽ forte & bonos tales exiſtentes:& adhuc ſibijpſis.ſic enim
ipſis exiſtunt quæcunq; oportet amicis.¶Qui autem in poteſtatibus: diuerſis vidẽtur 29
vti amicis.alij enim ipſis ſunt vtiles & alteri delectabiles.ambo autem idem non omni-
no.Neque enim delectabiles cum virtute quærunt neque vtiles in bona:ſed hos quidẽ
eutrapelos delectabile appetẽtes, hos autem dignos operari quod præceptum eſt.hæc
autem non omnino fiunt in eodem. Delectabilis autem & vtilis ſimul dictum eſt quo-
niam ſtudioſus.Sed ſuperexcellẽti nõ fit talis amicus:ſi nõ & virtute ſuperexcellatur.ſi
autem non:non adæquat ſecundũ analogũ ſuperexceſſus.non omnino autem cõſueue
runt tales fieri.¶Sunt autem igitur dictæ amicitiæ in æqualitate.eadem enim fiunt ab 30
ambobus & volũt adinuicem vel alterũ pro altero cõmutãt puta delectationẽ pro vti-
litate . Quoniam autem & minus hæ ſunt amicitiæ & manent : dictum eſt . Videntur

autem & propter ſimilitudinē & diſſimilitudinē eiuſdem & eſſe & non eſſe amicitiæ:
ſecundū ſimilitudinē enim eius quæ ſecundū virtutem videntur amicitiæ: hæc quidem
enim delectabile habet, hæc autem vtile. hæc autē exiſtunt & illi. In eo autem quod eſt
hanc quidē impermutabilē & manſiuā eſſe, has autē velociter tranſcindere, aliiſq; differ
re multis: non videntur amicitiæ propter diſſimilitudinem illius. Cap. VII.

31 ALtera autem amicitiæ eſt ſpecies qua ſecundū ſuperabundantiā: puta patri ad
filium, & totaliter ſeniori ad iuniorem, viróq; ad vxorem, & omni imperāti ad
imperatū. Differunt autem hæ abinuicem. non enim eadem parētibus ad filios,
& imperantibus ad imperatos. ſed neq; patri ad filium, & filio ad patrem: neq; viro ad
vxorem, & vxori ad virum. altera enim vnicuiq; horum virtus & opus: altera autem &
propter quæ amant. alteræ igitur & amationes & amicitiæ. eadem quidem vtiq; neq; fi
32 unt vtriq; ab vtroq;, neq; oportet quærere. ¶ Cum autem parētibus quidem filij retri-
buunt quæ oportet generantibus, parentes autem filijs quæ oportet filijs: manſiua ta-
33 lium & epijces erit amicitia. ¶ Analogum autem in omnibus ſecundum ſuperabundan
tiam exiſtentibus amicitijs, & amationem oportet fieri. puta meliorem magis amari
q̄ amare: & vtiliorem, & aliorum vnūquodq; ſimiliter. cum enim ſecūdum dignitatem
34 amatio fiat: tūc fit aliqualiter æqualitas. quod vtiq; amicitiæ eſſe videtur. ¶ Non ſimili-
ter autem æquale & in iuſtis & amicitia videtur habere. eſt enim in iuſtis quidē æqua-
le primo quod ſecundū dignitatē: quod autē ſecundū quantū ſecundo. in amicitia autē
quod quidem ſecundum quantum primo: quod autem ſecundum dignitatem ſecūdo.
Manifeſtum autem ſi multa diſtantia fiat virtutis, vel malitiæ, vel ſuperabundantiæ, vel
alicuius alterius. non enim adhuc amici ſunt: ſed neq; dignificant. Manifeſtum autē hoc
in dijs. plurimum enim iſti omnibus bonis ſuperexcellunt. Manifeſtum autem & in re
gibus. non enim his dignificant eſſe amici qui multum defectiores: neq; optimis vel ſa
35 pientiſſimis qui nullo digni. ¶ Certa quidē igitur in talibus nō eſt diffinitio vſquequo
amici. multis enim ablatis adhuc manet. multum autem ſeparati puta à deo: nō adhuc.
36 ¶ Vnde & dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonorū: puta eos de-
os eſſe. non enim adhuc amici erunt ipſis, neq; vtiq; bona: amicis amici enim bona. Si
itaq; bene dictū eſt, quoniam amicus amico vult bona illius gratia: manere vtiq; opor-
tet qualiſcunque eſt ille, homini autem volet maxima eſſe bona. Forte autem non præ
omnibus. ſibijpſi enim vnuſquiſque maxime vult bona. Cap. VIII.

37 MVlti autem videntur propter amorem honoris velle amari magis quàm ama
re, propter quod amatores adulationis multi. ſuperexceſſus enim amicus adu
lator: vel fingitur talis, & magis amare quàm amari. amari autē prope eſſe vi-
38 detur ei quod eſt honorari: quod vtiq; multi appetunt. ¶ Non propter ſeipſum autem
videntur deſiderare honorem: ſed ſecundum accidens. gaudēt enim multi ab iſs qui in
poteſtatibus honorari propter ſpem. exiſtimant enim adipiſci ab ipſis quo indigent.
vt itaque ſigno bonæ paſſionis, gaudent honorare. ab epijcibus autem & ſcientibus ap-
petentes honorem: firmare propriā opinionem de ipſis appetunt. gaudēt vtique quod
ſint boni credentes dicentium iudicio: in amari autem ſecundū ſeipſum gaudent. pro-
pter quod videbitur vtiq; melius eſſe eo quod eſt honorari: & amicitia ſecūdū ſeipſam
39 eligibilis eſſe. ¶ Videtur autem in amare magis quàm in amari eſſe. ſignum autem: ma
tres eo quod eſt amare gaudentes. quædam enim dant filios ſuos nutrici, & amant qui-
dem ſcientes: redamari autem non quærunt ſi vtraq; non contingant. ſed ſufficiens ipſis
videtur eſſe ſi videāt bene operantes: & ipſæ amāt ipſos & ſi illi non poſſunt matri quæ
conueniunt tribuere propter ignorantiam. Magis autem amicitia exiſtente in amare,
40 & amatoribus laudatis: amicorū virtus amare videtur. ¶ Quare in quibus hoc ſit ſecun
dum dignitatē: iſti manſiui amici. & taliū amicitia. ſic autē vtiq; & in æquales maxime
41 erunt amici. æquabūtur enim vtiq;: æqualitas autē & ſimilitudo amicitia. ¶ Et maxime
quidem eorum quæ ſecundum virtutē ſimilitudo. manſiui enim exiſtētes ſecundum ſe-
ipſos & adinuicem manent & neq; indigent prauis neq; miniſtrāt talia: ſed (vt dicere)
42 & prohibēt. bonorū enim neq; ipſos peccare: neq; amicis cōcedere miniſtrare. ¶ Mali

autem firmum quidẽ non habent. neque enim ſibijpſis permanent ſimiles exiſtentes.
in paucũ enim tempus fiunt amici gaudentes adinuicem malitia ¶ Vtiles autẽ & dele 43
ctabiles in plus permanent:vſq; enim vtique tribuant delectationes vel vtilitates adin
uicem. ¶ Ex contrarijs autem maxime quidem videtur propter vtile fieri amicitia. pu 44
ta pauper diuiti, indiſciplinatus ſcienti. quo enim exiſtit aliquis indigens: hoc appetens
redonat aliud. hic autem vtiq; aliquis attrahit & amatorem, & amatũ, & pulchrũ & tur-
pem. propter quod videtur amatores ridiculi quãdoque dignificantes amari vt amãt:
ſed tamen amabiles exiſtentes æqualiter, forte dignificandũ. nihil autem tale habentes
ridiculum. forte autem neque appetit contrarium ſecundum ſeipſum contrarium: ſed
ſecundum accidens. appetitus autem medij eſt: hoc autem bonum. puta ſicco nõ humi-
dum fieri, ſed ad medium venire, & calido, & alij ſimiliter. hæc quidem igitur dimittan-
tur, etenim eſt magis alienum. Cap. IX.

Videtur autem quemadmodum in principijs dictũ eſt circa eadem & in eiſdẽ 45
eſſe amicitia & iuſtum. in omni enim communicatione videtur aliquod iuſtum
eſſe & amicitia. appellant igitur vt amicos cõnauigatores & cõmilitones: ſimi-
liter autem & eos qui in alijs cõmunicationibus. ſecundum quantum autem commu-
nicant: in tantum eſt amicitia: etenim iuſtum. & prouerbium cõmunia quæ amicorum
recte: in cõmunicatione etenim amicitia. ¶ Sunt autem fratribus & connutritis omnia 46
cõmunia: alijs autem diſcreta. & his quidem plura, his autem minora. etenim amicitia-
rum hæ quidem magis, hæ autem minus: differũt autem & iuſta. non enim eadem parẽ
ἑταιρία Sodalitia, hic — tibus ad filios, & fratribus adinuicem, neq; hetæris, & ciuibus: ſimiliter autem & in alijs
ἑταῖρος Sodalis. — amicitijs. altera itaque & iuſta ad ſingulos horũ. ¶ Et augmentationẽ accipiũt in magis 47
amicos eſſe. puta pecunijs priuare hetærum durius q̃ ciuẽ, & non iuuare fratri q̃ extra-
neo, & percutere patrem q̃ quemcunq; alium. augmentari autem natum eſt ſimul ami-
citiæ & iuſtum: & in eiſdem entia, & ad æquale pertingentia. ¶ Communicationes au- 48
tem omnes particulis aſſimilantur politicæ. conueniunt enim in aliquo conferente, &
acquirentes aliquid eorũ quæ ad vitam. ſed & politica cõmunicatio conferentis gratia
videtur, & ex principio conuenire & permanere. hoc enim & legiſpoſitores coniectant:
& iuſtum aiunt eſſe quod cõmuniter conferens. Aliæ quidem igitur communicationes
ſecundum partes conferens appetunt: puta nauigatores quidem ꝙ ſecũdum nauigium
ad operationem pecuniarum vel aliquid talium: commilitones autem quòd ſecundum
bellum, ſiue pecuniam, ſiue victoriam, ſiue ciuitatem appetentes. ſimiliter autem & tri-
bules & plebei. Quædam autem cõmunicationes propter delectationem videntur fie-
ἐρανισταί Qui pecunias ad aliquid cõ tribuit. — ri conchoreantium & eraniſtarum. hæ enim gratia ſacrificij & connubij. ¶ Omnes autẽ 49
hæ ſub politica conſueuerunt eſſe. non enim præſens conferens politica appetit, ſed in
omnem vitam. Et ſacrificia facientes & circa has congregationes honoréſq; tribuentes
dijs, & ſibijpſis requiem acquirentes cum delectatione. antiqua enim ſacrificia & con-
gregationes videntur fieri poſt fructuum collectiones puta primitiæ. maxime enim in
his vacabant temporibus. omnes itaq; communicationes particulæ videntur politicæ
eſſe: conſequuntur autem tales amicitiæ talibus communicationibus. Cap. X.

Politicæ autem ſunt tres ſpecies. æquales autẽ & trãſgreſſiones puta corruptio- 50
nes harum. ſunt autẽ politicæ quidẽ regnũ, & ariſtocratia: tertio autẽ quæ à pre-
Ariſtocratia Optimorum poteſtas. Timocratia Cẽſu poteſtas — tijs quam timocratiam dicere conueniens videtur. politicam autem conſueue-
runt ipſam plures vocare. Harum autem optima quidem regnũ: peſſima autem timo-
cratia. Tranſgreſſio autem regni quidem, tyrannis. ¶ Ambæ enim monarchiæ. Differũt 51
autem plurimum. tyrannis quidem enim ſibijpſi conferens intendit: rex autem quod
ſubditorum. nõ enim eſt rex qui non per ſe ſufficiens & omnibus bonis ſuperexcellẽs,
talis autem nullo indiget: vtilia igitur ſibijpſi quidem non vtiq; intendet: ſubditis autẽ.
κληρωτὸς Sorte princeps. — qui enim nõ talis erit: clerotes vtiq; magis quidem erit quàm rex. ¶ Tyrannis autem 52
ex contrarietate huic. ſibi enim bonum perſequitur. Et manifeſtius in hac quoniã peſ-
ſima: & peſſimum autem contrariũ optimo. tranſgreditur autem ex regno in tyranni-
dem. prauitas enim monarchiæ tyrãnis: malus autem rex tyrãnus fit. ¶ Ex ariſtocratia 53

autem in oligarchiam malitia principũ: qui tribuunt quæ ciuitatis præter dignitatem,
& omnia vel plurima bonorum ſibijpſis.& principatus ſemper eiſdem: de plurimo fa-
54 cienres ditari.pauci igitur principãtur,& mali pro ijs qui maxime epijces. ❡Ex timo-
cratia vtiq; in democratiam:conterminales enim ſunt hæ.multitudinis enim velut è ti-
55 mocratia eſſe: & æquales omnes qui in honoratione. ❡Minimum autẽ malum eſt de-
mocratia:in parum enim tranſgreditur politicæ ſpeciem. Tranſinutant quidem igitur
56 maxime ſic politicæ:manifeſtum enim ſic & faciliter tranſgrediuntur.❡Similitudines
autem ipſarum & velut exemplum accipiet aliquis vtiq; & in domibus.patris quidem
enim ad filios communicatio,regni habet figurã:filiorum enim patri eſt cura. hinc au-
tem Homerus patrem Iouem appellat.paternus autem principatus vult regnum eſſe. Homerus.
in Perſis autem qui patris tyrannicus:vtuntur autem vt ſeruis filijs. Tyrannicus autẽ Iupiter.
& qui domini ad ſeruos:domini enim conferens in ipſo operatur.Et hic quidem igitur Perſæ.
rectus videtur:Perſicus autem peccat.differentium enim principatus differentes.Viri
autem & vxori ariſtocraticus videtur . ſecundum dignitatem enim vir habet : & circa
hæc quæ oportet virum:quæcunque autem vxori cõgruunt illi reddit.omnium autem
dominans vir in oligarchiam tranſponitur:præter dignitatem enim ipſum facit,& non
ſecundum quod melius. Quandoque autem principatum vxores hæredes exiſtentes.
non itaque fiunt ſecundum virtutem principatus : ſed propter diuitias & potentiam.
quemadmodum in oligarchijs. Timocraticus autem videtur qui fratrũ.æquales enim
niſi inquantum ætatibus differunt.propter quod ſi multum ætatis differunt:nõ adhuc
fraterna fit amicitia.Democratia autem maxime quidem in ijs quæ ſine dominatione
habitationum.hic enim omnes ex æquali, & in quibus debilis qui principatur , & vni-
cuique poteſtas.

Cap.XI.

57 SEcundum vnamquanq; autem vrbanitatem amicitia videtur inquantum & iu-
ſtum.regi quidem ad ſubiectos in ſuperabũdantia beneficij.benefacit enim ſub-
ditis.ſiquidem bonus ens:curam habet ipſorum vt bene operentur, quẽadmo-
58 dum paſtor ouium.vnde & Homerus Agamẽnona paſtorem populorum dixit.❡Ta- Homerus.
lis autem eſt paterna. differt autẽ magnitudine beneficiorũ. cauſa enim eſſendi (quod Agamemnõ.
putatur maximũ) exiſtimari maximi eſſe,& nutrimenti & diſciplinæ . ſed & progeni-
toribus hæc attribuuntur.& natura enim principatiuũ pater filiorum , & progenitores
nepotum,& rex ſubditorum.In ſuperexceſſu autem amicitiæ hæ : propter quod & ho-
59 norantur parentes.❡Et iuſtum vtiq; in his non idem:ſed ſecundum dignitatẽ,ſic enim
60 vtiq; & amicitia.❡Sed & viri ad vxorem eadem amicitia,& in ariſtocratia:ſecundũ vir
61 tutem,& meliori plus bonum,& congruens vnicuique.ſic autem & iuſtum.❡Quæ au-
tem fratrũ hetæricæ aſſimilatur: æquales enim & coætanei.tales autem vnius diſcipli-
næ & vnius moris vt in multum. aſſimilatur vtiq; huic & quæ ſecundum timocratiam.
æquales enim ciues volunt & epijces eſſe,in parte itaq; principari & ex æquali.fit vtiq;
62 & amicitia.❡In tranſgreſſionibus autem quemadmodum & iuſtum paruum eſt , ſic &
amicitia eſt:& nequaquã in peſſima.in tyrannide etenim nihil aut paruum amicitiæ.in
quibus enim nihil commune eſt imperanti & imperato,neque amicitia:neque enim iu
ſtum.ſed velut artifici ad organum,& animæ ad corpus,& domino ad ſeruum.iuuantur
quidem enim hæc ab vtentibus ad vtilitatem.amicitia autem non eſt ad inanimata ne-
que iuſtum:ſed neque ad equum,vel bouem,neque ad ſeruum ſecundum quod ſeruus.
nihil enim commune eſt.ſeruus enim animatum organum.organum autem inanima-
tus ſeruus.ſecundum quod quidem igitur ſeruus,non eſt amicitia ad ipſum : ſed ſecun-
dum quod homo.videtur enim quiddam iuſtum eſſe omni homini ad omnem potentẽ
communicare lege & compoſitione.& amicitia vtique ſecundum quod homo.in paruũ
63 itaque & in tyrannidibus amicitiæ & iuſtum. ❡Quæ autem in democraticis in pluri-
mum:multa enim communia inferent æqualibus exiſtentibus.

Cap.XII.

64 IN cõmunicatione quidem igitur omnis amicitia eſt quemadmodum dictũ eſt.
Diuidet autẽ vtiq; aliquis cognatam & hetæricam.politicæ autẽ & quæ contribu-
lum & quæ connauigantiũ,& quæcunq; tales:cõmunicatiuis aſſimilantur magis

quaſi enim ſecundũ confeſſionem quandam videntur eſſe,in has autem vtiq; ordinabit
aliquis & peregrinam.❡Sed & cognata multifaria videtur eſſe, & depẽdere omnis ex 65
paterna.parẽtes quidem enim diligunt filios & ſuijpſorum aliquid exiſtentes : filij au-
tem parentes vt ab illis aliquid exiſtentes.Magis autem ſciunt parentes qui ex ipſis: q̃
geniti quoniam ex his.Et magis quo approximatur quod à quo,genito: q̃ factum faci
enti.quod enim ex ipſo:propinquum ei a quo,puta dens vel capillus vel quodcunque
habenti.illi autẽ nihil quod à quo ipſo vel minus.Sed & multitudine temporis.hi qui-
dem enim confeſtim natos diligunt:hi autem procedentes tẽporibus parentes,intelle-
ctum vel ſenſum accipientes. Ex his autem manifeſtũ propter quæ amant magis ma-
tres.Parentes quidem filios diligunt vt ſeipſos:qui enim ex ipſis,veluti alteri ipſi inſe-
parati.filij autem parẽtes vt ab illis nati. ❡Fratres autem adinuicem in ex eiſdem na- 66
ſci:ad illa enim identitas adinuicem idem facit.propter quod aiunt idem,ſanguinem,&
radicẽ & talia.ſunt autem idem aliqualiter & in diuiſis. Magnum autem ad amicitiam
& cõnutritum:& quod ſecũdum ætatem.coætaneus enim coætaneũ:& qui vnius moris
hetæri.propter quod & fraterna hetæricæ aſſimilatur.Nepotes autẽ & reliqui cognati
ex his coapproximãtur:in ab eiſdem enim eſſe.fiunt autem hi quidem proximiores.hi
autem magis alieni in prope vel longe producere eſſe. ❡Eſt autem ad parentes quidẽ 67
amicitia filijs,& hominibus ad deos vt ad bonum & ſuperexcellens.bene enim fecerũt
maxime.eſſendi enim & nutriẽdi cauſæ natis & eius quod eſt diſciplinari.❡Habet au 68
tem & delectabile & vtile talis amicitia magis alienorum:quãto & cõmunior vita ipſis
eſt.Sunt autem & in fraterna quæ quidẽ & in hetærica.& magis in ijs qui epijces & to-
taliter ſimilibus : quanto proximiores & ex natiuitate exiſtentes diligunt adinuicem.
Et vt magis vnius moris,qui ex eiſdem.Et connutriti & diſciplinati ſimiliter.Et ſecun-
ἀνάλογον Proportionale. dum tẽpus probatio plurima & firmiſſima . analogon autẽ & in reliquis cognatorum
amicabilia.❡Viro autem & vxori amicitia videtur ſecundum naturam exiſtere.homo 69
enim natura coniugale magis q̃ politicum.& quanto prius & neceſſariũ magis domus
ciuitate.Et filiorum procreatio cõmunis animalibus. alijs quidem igitur intantum cõ-
municatio eſt.homines autem non ſolum procreationis filiorum gratia cohabitãt: ſed
& eorum quæ in vita.confeſtim enim diuiſa ſunt opera:& ſunt altera viri & vxoris.ſuf-
ficiunt igitur adinuicẽ ad cõmune ponentes propria.Propter hoc autẽ & vtile eſſe vide
tur & delectabile in hac amicitia.erit autẽ vtiq; & propter virtutem: ſi epijces ſint.eſt
autem vtriuſq; virtus:& gaudebunt vtiq; tali.❡Coniunctio autẽ,filij videntur eſſe:pro- 70
pter quod citius ſteriles diſſoluũtur.filij enim cõmune bonum ambobus:continet autẽ
cõmune.Qualiter autẽ conuiuendum viro ad vxorẽ,& totaliter amico ad amicum: nil
alterum videtur quæri q̃ qualiter iuſtum.nõ enim idem videtur amico ad amicũ,neq;
ad extraneum & hetærum & condiſcipulum. Cap.XIII.

TRinis itaq; exiſtẽtibus amicitijs (queẽadmodum in principio dictũ eſt) & ſecũ- 71
dum vnamquanq;:his quidẽ in æqualitate amicis exiſtentibus,his autem ſecũ-
dum ſuperexcellentiam.etenim ſimiliter boni fiunt amici & melior deteriori.
ſimiliter autẽ & delectabiles,& propter vtile,æquãtes vtilitatibus & differentes.æqua-
les quidem ſecundũ æqualitatẽ oportet in amare & reliquis æquare:inæquales autẽ ſe-
cundum analogum ſuperexcellẽtijs aſſignare. Fiunt autẽ accuſationes & querelæ in ea
quæ ſecũdum vtile amicitia vel ſola vel maxime rationabiliter.qui quidem enim pro-
pter virtutẽ amici exiſtunt: bene operari adinuicem prompti ſunt . hoc enim virtutis
& amicitiæ.adhuc autem contẽdentium non ſunt accuſationes neq; pugnæ . amantem
enim & benefacientem nullus contriſtat:ſed ſi ſit gratus retribuit bene operãs.Super-
excellens autem ſortiens quod appetit, non vtiq; accuſabit amicum: vterq; enim bonũ
appetit.❡Non omnino autẽ neq; in ijs qui propter delectationem. ſimul enim ambo- 72
bus fit quod appetunt:ſi in cõmorari gaudent. Ridiculus autem vtiq; videbitur & accu
ſans non delectantem cum poſſit non commorari.❡Quæ autem propter vtile:accuſa- 73
tiua.in vtilitate enim vtentes adinuicem ſemper pluri indigent : & minus habere exi-
ſtimant conueniente. & conqueruntur quoniam non quantis indigent: tanti ſortiuntur

digni exiſtentes.benefacientes autem non poſſunt ſufficere ad tanta:quantis patientes
indigent.Videtur autem quẽadmodum iuſtum eſt duplex hoc quidẽ non ſcriptũ, hoc
autem ſecundũ legem:& eius quæ ſecundũ optimũ vtilitatis hæc quidem moralis, hæc
autem æqualis eſſe. fiunt igitur accuſationes maxime cum non ſecũdum eandem com-
mutabunt,& diſſoluũtur.Eſt autem legalis quidem foralis in dictis.hæc quidẽ omnino
vænalis ex manu in manum:hæc autem liberalior in tẽpore,ſecundum confeſſionẽ au-
tem quid pro quo.manifeſtum autem in hac debitum & non ambiguum:amicatiuã au
tem dilationem habet.propter quod apud quoſdam horũ non ſunt iuſta: ſed exiſtimãt
oportere diligere eos qui ſecundũ fidem cõmutant.Moralis autem non in dictis,ſed vt
amico donat,vel cuicunq; alij:reportare autem dignificat æquale vel plus non vt dans,
ſed accõmodans.nõ ſimiliter autẽ cõmutans & diſſoluens accuſabit.hoc accidit propter
velle quod omnes vel plures bona:eligere autẽ vtilia.bonum autem benefacere nõ vt
74 contrapatiatur:vtile autẽ beneficiatũ eſſe. ¶ Potẽti autem retribuendũ ſecũdum digni-
tatem eorum quæ paſſus eſt & ſponte.nolentẽ enim amicum nõ faciendũ:vt vtiq; pec-
cantem in principio & bene patientẽ.à quo non oportuit.nõ enim ab amico neq; pro-
pter ipſum hoc operante.Quẽadmodum igitur in dictis beneficiatũ diſſoluendum.ſed
& confiteri ſi potens reddere:impotentẽ autem neq; dans dignificabit vtique.Quare ſi
potens reddendũ.in principio autẽ intendendũ à quo beneficiatur.& in quo : vt in his
75 ſuſtineat aut non. ¶ Dubitationẽ autem habet vtrum oportet patientis vtilitate men-
ſurare & ad hanc facere redditionem:vel operantis beneficio. patientis quidẽ enim ta-
lia aiunt accipere à beneficis quæ parua erant illis:& erãt ab alteris accipere paruifican-
tes.hi autẽ econuerſo maxima eorum quæ apud ipſos:& quæ ab alijs non erat,& in pe-
76 riculis,vel talibus neceſſitatibus. ¶ Igitur propter vtile quidem amicitia exiſtente: pa-
tientis vtilitas menſura eſt.indigens enim iſte & ſufficit ipſi vt aſſumens æquale. tantũ
igitur fiet adiutorium: quantum iſte iuuatur, & reddendum autem ipſi quantum acce-
77 perit & plus:& melius enim. ¶ In ijs autem quæ ſecũdum virtutem accuſationes qui-
dem non ſunt.menſuræ autem aſſimilatur operantis electio.virtutis enim & moris in
electione principale.

Cap.XIIII.

78 Differunt autem in ijs quæ ſecũdum ſuperexcellẽtiam amicitijs . dignificat autẽ
vterq; plus habere.cum autẽ hoc fiat :diſſoluitur amicitia . exiſtimat enim me-
lior conuenire ipſi plus habere:bono enim tribuit plus.ſimiliter autem & vtili-
or.inutilem enim exiſtentẽ non aiunt oportere æquale habere . miniſtrationem enim
fieri & non amicitiã:ſi non ſecũdum dignitatem operum erunt quæ ex amicitia.exiſti-
mant enim quẽadmodum in pecuniarum cõmunicatione plura accipiunt conferentes
plura:ſic oportere & in amicitia.Indigens autem & deterior econuerſo.amici enim bo-
ni eſſe,ſufficere indigentibus.quid enim (aiunt) vtile ſtudioſo vel potenti amicum eſſe:
79 nihil recepturum? ¶ Videtur autem recte vterq; dignificare:& oportere vtriq; plus tri
buere ex amicitia.non autem ex eodem:ſed ſuperexcellenti quidem honoris,indigen-
ti autem lucri.virtutis quidẽ enim beneficij honor retributio:indigentiæ autem auxili
um,lucrum.Sic autẽ habere hoc & in vrbanitatibus videtur. non enim honoratur qui
nullum bonum cõmuni tribuit.commune enim datur ei qui cõmune beneficiat.honor
autem cõmune.non enim ſimul ditari à cõmunibus & honorari. in omnibus enim mi-
nus:nullus ſuſtinet.Ei autem qui circa pecunias minoratur honorem tribuunt,& dona
expectandi pecunias.quod ſecundum dignitatem enim adæquat & ſaluat amicitiã quẽ-
admodum dictum eſt.ſic itaque & inæqualibus aſſociandum . & ei qui in pecunias vti-
lis eſt vel in virtutem:honorem reddendum retribuentẽ quod cõtingit.poſſibile enim
amicitia requirit,non quod ſecundum dignitatem.neque enim eſt in omnibus : quem-
admodum in ijs qui ad deos honoribus & parentes.nullus enim ſecundum dignitatem
80 aliquando vtique retribuet:in potentiam autem famulans epijces eſſe videtur. ¶ Pro-
pter quod vtiq; videbitur non licere filio patrem abnegare:patri autem filium. deben-
tem enim reddendum.nihil autem faciens dignum eorum quæ ſub fuerunt , operatus
eſt:quare ſemper debet.quibus autem debetur poteſtas dimittere:& patri vtiq;. Simul

autē forte nullus aliquando recedere videtur non ſuperexcellēte in malitia.ſine enim
naturali amicitia:auxiliationem humanum non expelli.huic autem fugiendum eſt:vel
non feſtinandum ſufficere malo exiſtente. bene pati enim multi volunt: facere autem
fugiunt vt inutile.de his autem intantum dictum ſit.

¶Nonus Ethicorum Ariſtotelis. Cap.I.

IN omnibus autem diſſimilium amicitijs, analogon vtique æquat & 1
ſaluat amicitia quemadmodum dictum eſt: puta & in politica co-
riario pro calceamentis,& retributio fit ſecundū dignitatē & texto-
ri,& reliquis.Hic quidē igitur inuenta eſt communis menſura:& ad
hoc vtiq; omnia referuntur, & hoc menſurantur.In amicitia autem
quandoq; quidem amator accuſat quoniam ſuperamans non reda-
matur: nihil habens amabile ſi ſic contingat. multotiens autē ama-
tus:quoniam prius repromittens omnia,tunc nihil perficit.Accidunt autem talia cum
hic quidem propter delectationē amatum amet:hic autē propter vtile amatorem. hæc
autem ambobus non exiſtunt.propter hæc enim amicitia exiſtente diſſolutio fit: cum
non fiant gratia quorum amabant.non enim ipſos amabant:ſed exiſtentia non manē-
tia entia,propter quod tales & amicitiæ.Quæ autē morum: ſecundū ſeipſam exiſtens
manet quēadmodum dictum eſt.Contendunt autē & cum altera fiant ipſis & non quæ
appetunt.ſimile enim ei quod eſt nihil fieri:cum eo quod appetit non potitur.puta ci-
tharœdo repromittēs & quanto melius caneret tanto plus.in mane autē expetēti pro-
miſſiones:pro delectatione delectationem reddidiſſe dixit. ſiquidem igitur vterq; hoc
volebat:ſufficienter vtiq; habuit. ſi autē hic quidem delectationē, hic autem lucrum,&
hic quidem habet,hic autem non:non vtiq; erit quod ſecundum communicationem be
ne.quibus enim indigens exiſtit:ijs & attendit,& illius quidem gratia hæc dabit. ¶Di- 2
gnitatem autem vtriuſq; ordinare eſt ante dantis vel præaccipiētis.qui enim ante dat:
Protagoras. videtur concedere illi quod aiunt & Protagoram facere.cum enim doceret quæcunq;
honorare diſcentē iuſſit.quanto videtur digna ſcire:& accipiebat tantum.in talibus au-
tem quibuſdam hoc ſufficit:merces autē viro.Præaccipientes autem argentum deinde
nihil facientes.eorum quæ dixerunt propter ſuperabundantias repromiſſionum: con-
uenienter in accuſationibus fiunt.non enim perficiunt quæ confeſſi ſunt.hoc autem fa
cere forte ſophiſtæ coguntur:propter nullum vtiq; dare argentum pro quibus ſciunt.
iſti quidem igitur quorum accipiebant mercedem nō facientes conuenienter: in accu-
ſationibus ſunt. ¶In quibus autem non fit propter cōfeſſionem miniſtrationis, hi qui- 3
dem propter ſeipſos ante dātes:dictum eſt quoniam inaccuſabiles. talis enim ſecundū
virtutē amicitia:& retributionem faciendum ſecundum electionem.hæc enim amici &
virtutis.ſic autem videtur & philoſophia cōmunicantibus,nō enim ad pecunias digni-
tas menſuratur,pretiūmq; æqui ponderans nō vtiq; fiet.ſed forte quod ſufficiens:quē-
admodum ad deos & parentes contingens. Non tali autem exiſtēte datione ſed in ali-
quo:maxime quidem forte oportet retributionem fieri viſam ambobus ſecundum di-
gnitatem eſſe.ſi autem non hoc accidat:nō ſolum neceſſarium eſſe videbitur vtiq; præ-
habentem ordinare,ſed etiam iuſtum.quantum enim vtiq; iſte adiutus eſt,vel quando
delectationem vtiq; vellet:tantum recipiens habebit ad hoc dignitatem.etenim in em
ptionibus ſic videtur factum . Alicubi autem ſunt leges voluntariarum conuentionum
vindictas nō eſſe:vt opportunum cui credidit:diſſolui adhuc quemadmodum commu-
nicauit.cui enim cōceſſum eſt,hunc exiſtimāt iuſtius ordinare concedente. multa enim
non æquali appretiantur habentes & volentes accipere. propria enim & quæ dant ſin-
gulis videntur multo digna:ſed tamen retributio fit ad tantum quantū vtiq; ordinant
accipientes.Oportet autem forte non tanto appretiari quanto habenti videtur dignū:
ſed quāto ante habere appretiatus eſt. Cap.II.

DVbitationem autē habent & talia,puta vtrum oportet omnia patri attribuere 4
& obedire,vel laborantem quidem medico obediēdum,ducē exercitus autem
ordinandū bellicoſum.Similiter autē amico magis vel ſtudioſo miniſtrandum.

& benefactori reddendũ gratiã magis:vel amico dandum ſi ambobus nõ contingit.Igi-
tur omnia talia certe quidẽ determinare non facile.multas enim & omnimodas habẽt
5 differentias:& magnitudine,& paruitate,& bono,& neceſſario. ¶Quoniam autem non
omnia eidem reddendum:non immanifeſtum,& beneficia quidem retribuendum vt in
multũ magis q̃ donandum amicis. & quemadmodum mutuũ cui debet reddendũ ma-
gis:q̃ amico dandum.Forte autem neq; hoc ſemper,puta liberanti à latronibus vtrum
ſoluentẽ contra liberandũ & vtiq; quicunq; ſit:vel non capto expetẽti autem redden-
dum,vel patrem liberãdum.videbitur enim vtiq; & ſeipſo magis patrem. Quod igitur
dictum eſt vniuerſaliter quidẽ debitum reddẽdum: ſi autem ſuperexcedat datio bono
6 vel neceſſario,ad hoc declinandũ. ¶Quandoq; enim neq; eſt æquale præexiſtẽtiam re-
tribuere,cum hic quidẽ ſtudioſum ſciens benefaciat:huic autẽ redditio fiat quem exiſti
mat malũ eſſe.neq; enim accõmodanti quandoq; reaccõmodandum.exiſtimans quidem
enim lucrari accõmodauit epijcei exiſtenti:hic autẽ non ſperat lucrari à malo.ſiue igi-
tur veritate ſic habet non æqualis dignitas,ſiue hoc quidem non ſic,exiſtimat autẽ: nõ
7 vtiq; videbitur inconuenientia facere.¶Quod quidẽ multotiens dictum eſt,circa paſ-
ſiones & actiones rationes ſimiliter habent determinatum:iijs circa quæ ſunt.quoniam
quidem igitur non eadem omnibus reddendum, neq; patri omnia quẽadmodum neq;
Ioui ſacrificantur:non immanifeſtum.Quia autẽ altera parentibus,& fratribus,& ami-
cis,& benefactoribus ſingulis propria & congruẽtia attribuendũ:ſic autem & facere vi-
dentur.ad nuptias quidem enim vocãt cognatos:his enim cõmune genus. & quæ circa
hæc vtiq; actiones.& in cedia autẽ maxime exiſtimant cognatos obuiare propter idem. Funus.
8 ¶Videbitur autem vtiq; nutrimento quidem parẽtibus oportere maxime ſufficere vt Sponſalia.
debentes.& cauſis eſſendi melius q̃ ſibijpſis in hoc ſufficere.& honorẽ autem:quẽadmo
dum dijs.non omnẽ autem parentibus.neq; enim eundẽ patri & matri . neq; rurſus eũ
qui ſapientis,vel eum qui ducis exercitus,ſed paternũ,ſimiliter autẽ & maternum.Sed
& omni ſeni honorem,eum qui ſecundum ætatem,aſſurrectione,& inclinatione & tali-
bus.ad amicos autẽ rurſus & fratres confidentiã,& omniũ cõmunicationem. ſed & co-
gnatis & cõtribulibus,& ciuibus & reliquis omnibus:ſemper tentandũ proprium attri
buere,& cõparare quæ ſingulis exiſtẽtia ſecundũ proprietatẽ & virtutẽ vel vſum. Eorũ
quidẽ igitur qui vnius generi facile iudiciũ:differentiã autẽ difficilius . non tamen pro-
pter hoc quidẽ recedendũ:ſed vt vtiq; contingет ſic determinandum. Cap.III.
9 HAbet autem dubitationem & de eo quod eſt diſſolui amicitias vel non:ad non
permanẽtes. Vel ad eos quidẽ qui propter vtile vel propter delectabile ami-
ci exiſtunt, cum non adhuc hoc habeant: nihil inconueniens diſſolui . illorum
enim erant amici quibus deficientibus rationabile nõ amare. Accuſabit autem vtique
aliquis ſi propter vtile vel propter delectabile amans: ſimul & propter morem . quod
enim in principio diximus plures differẽtiæ fiunt amicis, cum non ſimiliter exiſtimãt,
& ſint amici.Cum quidem igitur decipiatur & ſuſpicetur amari propter morem nihil
illo tale operante:ſeipſum cauſetur vtique. Cum autem ab iſtius ſimulatione decipia-
tur,iuſtum accuſare decipientem:& magis quàm eos qui numiſma violant, quanto al-
10 terius malignitas circa honorabilius mala operatio. ¶Si autem acceptet vt bonum,fi-
at autem malum & videatur: vtrum amandum vel non poſſibile ? ſiquidem non omne
amabile,ſed bonum:neque oportet.amatorem mali enim non oportet eſſe,neque aſſi-
11 milari prauo.dictum eſt autem quoniam ſimile ſimili amicum.¶Vtrum igitur confe
ſtim diſſoluendum vel non omnibus:ſed inſanabilibus propter malitiam.directionem
autem habentibus:magis adiuuandum ad morem quàm ſubſtantiam, quanto melius,
& amicitiæ magis proprium.videbitur autem vtique diſſoluens nihil inconueniens fa-
cere.non enim huic vel tali amicus erat. alteratum igitur impotens reſaluare recedit.
12 ¶Si autem hic quidem permaneat, hic autẽ epijces magis fiat & multum differat vir-
tute:vtrum vtendum amico vel non contingit.In magna autem diſtantia maxime ma
nifeſtum fit:puta in ijs quæ ex pueritia amicitijs. ſi enim hic quidem permaneat puer
ſecundum mentem:hic autem vir fit qualis optimus,qualiter vtique erunt amici, neq;

placentes eiſdem,neque gaudentes & triſtati.neque enim circa adinuicem hæc exiſtũt
ipſis.ſine his autem non erat amicos eſſe.conuiuere enim non poſſibile. dictum eſt au-
tem de his.¶ Vtrum igitur nihil alienius ad ipſum habendum: quàm ſi non factus eſ- 13
ſet amicus vnquam,ſi autem oportet memoriam habere factæ conſuetudinis?& quem
admodum amicis magis quàm extraneis exiſtimamus oportere largiri, ſic & factis at-
tribuẽdum aliquid propter antefactam amicitiam,cum non própter ſuperabundanti-
am malitiæ diſſolutio fiat.

Cap.IIII.

AMicabilia autem quæ ad amicos & quibus amicitiæ determinãtur:videntur ex 14
ijs quæ ad ſeipſum veniſſe.Ponunt enim amicum volentem & operantem bo-
na vel apparentia,illius gratia: vel volẽtem eſſe & viuere amico ipſius gratia.
quod matres ad filios paſſæ ſunt,& amicorum offenſi.Hi autem conuiuẽtem & eadem
eligentem vel condolentem,vel congaudentem amico.maxime autem & hoc circa ma
tres accidit:horum autem aliquo & amicitiam determinant.Ad ſeipſum autem horum
vnumquodq; epijcei exiſtit.reliquis autem ſecundum quod tales exiſtimant eſſe.¶ Vi- 15
detur enim quemadmodum dictum eſt menſura vnicuiq; virtus & ſtudioſus eſſe. iſte
enim conſentit ſibijpſi & eadem appetit ſecundum omnẽ animam,& vult vtiq; ſibijpſi
bona & apparentia,& operatur.boni enim bonum elaborare & ſuijpſius gratia. intelle-
ctiui enim gratia quod vnuſquiſq; eſſe videtur.Et viuere autem vult ſeipſum & ſaluari:
& maxime hoc quo ſapit.bonum enim ſtudioſo eſſe. vnuſquiſq; autẽ ſibijpſi vult bona.
factus autem alius nullus eliget omnia habere iſtud quod factum.habet enim & nunc
deus bonum:ſed ens quidem quod aliquando eſt.videbitur autẽ vtiq; intelligens vnuſ-
quiſq; eſſe vel maxime.ſed & conuiuere talis ſibijpſi vult.delectabiliter enim ipſum fa-
cit.operatorum enim delectabiles memoriæ:& futurorum ſpes bonæ.tales autem de-
lectabiles,& theorematibus autẽ abundat mente, condolétq; & condelectatur maxime
ſibijpſi.omniũ enim eſt idem & triſte & delectabile,& non aliud alij:impœnitibilis enim
vt eſt dicere.¶ In exiſtere itaq; ad ſeipſum horum ſingula epijcei,ad amicum autẽ ha- 16
bere quemadmodum ad ſeipſum.eſt enim amicus alius ipſe.& amicitia horum eſſe ali-
quid videtur,& amici quibus hæ exiſtũt. Ad ſeipſum autem vtrum eſt amicitia vel nõ
eſt:relinquitur in præſenti. Videbitur autem vtiq; ſic eſſe amicitia ſecundum quod eſt
duo vel plura ex dictis: & quoniã ſuperabundantia amicitiæ ei quæ eſt ad ſeipſum aſ-
ſimilatur.¶ Videntur autem dicta & multis exiſtere,quãuis exiſtentibus prauis.igitur 17
ſecundum quod placent ſibijpſis & exiſtimant epijces eſſe: ſic participant ipſis. quia &
valde prauorum & nefariorum nulli hæc exiſtunt:ſed neq; videntur.ferè autem neque
prauis.Differunt autem à ſeipſis & altera quidem concupiſcunt,alia autem volunt pu
ta incontinentes.eligunt enim pro eis quæ videntur ſibijpſis bona eſſe,delectabilia no-
ciua entia: hi autem rurſus propter timiditatem & deſidiam recedunt ab operari quæ
exiſtimant ſibijpſis optima eſſe. quibus autem multa & dura operata ſunt & propter
malitiam odiuntur:fugiunt viuere & interimunt ſeipſos. Quærunt itaq; mali cum qui-
bus commorantur: ſeipſos autem fugiunt. recordantur enim multorum & difficiliũ &
talia altera ſperant ſecundum ſeipſos entes:cum alijs autem entes obliuiſcũtur,nihilq;
amabile habentes,nihil amicabile patiuntur ad ſeipſos, neq; gaudent neque condolent
tales ſibijpſis. contendit enim ipſorum anima. & hic quidem propter malitiam dolet
recedens à quibuſdam:hic autem delectatur. & hæc quidem huc, hæc autem illuc tra-
hit:quemadmodum diſcrepantia. ſi autem non poſſibile ſimul triſtari & delectari, ſed
poſt parum triſtatur quoniam delectatus eſt.& non vtiq; volebat delectabilia hæc fie-
ri ipſi.pœnitudine enim praui replentur,non itaque videtur prauus neque ad ſeipſum
amicabile diſponi,propter nihil amabile habere.Si itaque ſic habere valde eſt miſerũ:
fugiendum malitiam intenſe.& tentandum epijcea eſſe.ſic enim & ad ſeipſum amicabi
liter vtique habebit:& alteri amicus fiet.

Cap.V.

BEniuolentia autem amicitia quidem videtur:non tamen eſt amicitia.fit enim be 18
niuolentia & ad ignotos & latens: amicitia autem non. prius autem talia dicta
ſunt.¶ Sed neq; amatio eſt.non enim habet diſtẽtionem, neq; appetitum: ama- 19

tionem autem hæc ſequuntur.& amatio quidem cum conſuetudine:beniuolentia autẽ
& ex repentino.quemadmodum & circa agoniſtas accidit.beniuoli enim ipſis fiunt &
cõplacent:cooperabuntur autem vtiq; nihil.quod enim diximus repente beniuoli fiũt:
20 & ſuperficialiter diligunt.¶ Videtur vtique principium amicitiæ eſſe:quemadmodum
eius quod eſt amare ea quæ per viſum delectatio.non enim prædelectatus ſpecie nul-
lus amat:gaudens autem ſpecie nihil magis amat.ſed cum abſentem deſideret & præ-
ſentia concupiſcit.ſic vtique & amicos non poſſibile eſſe niſi beniuolos factos:beniuoli
autem facti:nihil magis amant.volunt enim ſolum bona quibus ſunt beniuoli:coopera-
21 bũtur autẽ nihil vtiq; neque turbabuntur pro ipſis. ¶Propter quod transferens dicet
quis vtique ipſam principium eſſe amicitiæ:diuturnam autem & in conſuetudinem ad-
uenientem,fieri amicitiam.non eam quæ propter vtile, neque eam quæ propter dele-
ctabile.non enim beniuolentia in his fit.beneficiatus quidem pro quibus paſſus eſt re-
tribuit beniuolentiam iuxta operans. volens autem aliquem bene operari, ſpem ha-
bens abundantiæ per illum:non videtur beniuolus illi eſſe, ſed magis ſibijpſi. quemad-
modum neq; amicus ſi curet ipſum propter quendam vſum. Totaliter autem beniuo-
lentia propter virtutem & epijciam quandam fit:cũ huic bonus quis appareat,vel for-
tis vel quid talium,quemadmodum & in agoniſtis diximus. Cap. VI.

22 AMicabile autem & concordia, propter quod non eſt homodoxia. hæc quidem ὁμοδοξία Coopinatio.
23 enim & ignorantibus adinuicem exiſtet vtiq;.¶Neq; circa quodcũq; conſenti- Eadẽ opinio.
entes concordare aiunt:puta eos qui de cæleſtibus.non enim amicabile de his
24 concordare.¶Sed ciuitates concordare aiunt,cum de conferentibus conſentiãt,& eadẽ
eligant & operentur communiter opinata.circa operabilia itaque concordant:& horum
circa quæ in magnitudine,& contingentia ambobus exiſtere vel omnibus. puta ciuita-
tes,cũ omnibus videantur principatus eligibiles eſſe,vel cõpugnare Lacedæmonijs vel Lacedęmonij
25 principari Pittacum quãdo & ipſe voluit. ¶Cũ autẽ vterq; ſeipſum velit queadmodũ Pittacus.
qui in Phœniſſis,contẽdũt.nõ enim eſt concordare ſibijpſi:vtrũq; bene velle quodcũq; Phœniſſi.
ſed quod in eodem. puta cum & plebs,& epijces:optimos principari.ſic enim omnibus
26 fit quod appetunt.¶Politica autem amicitia videtur concordia. quemadmodum & di-
27 citur.circa cõferentia enim eſt & quæ ad vitam conuenientia.¶Eſt autem talis concor-
dia in ijs qui epijces.iſti enim & ſibijpſis concordant,& adinuicem in eiſdem exiſtentes.
vt eſt dicere.talium enim manent voluntates & non transfluũt:quemadmodum Euri- Euripus.
28 pus.voluntque iuſta & conferentia:hæc & communiter appetunt.¶Prauos autem non
poſſibile concordare tamen niſi parum: quemadmodum & amicos eſſe, ſuperabun-
dantiam appetentes in vtilibus: in laboribus autem & miniſtrationibus deficientes.
ſibijpſi autem vnuſquiſque volens hoc,proximum perſcrutatur & prohibet. non enim
ſeruantium commune perditur.accidit igitur ipſis contendere adinuicem quidem co-
gentes:ipſos autem non volentes iuſta facere. Cap. VII.

29 BEnefactores autẽ beneficiatos videntur magis amare:quàm bene patientes ope-
rantes.& vt præter rationem factum quæritur hoc. pluribus quidem igitur vi-
detur quoniam hi quidem debent,his autem debetur.quemadmodum igitur in
mutuis debentes quidem volunt non eſſe quibus debent, accõmodantes autem & cu-
rant debentiũ ſalutem:ſic & benefacientes velle eſſe patientes,vt lucrantes gratias,his
autem non eſſe curam reddere.Epicharmus quidem igitur forte vtiq; dicet hoc dicere Epicharmus.
ipſos ex malo videntes.Aſſimilatur autem humano.immemores enim multi:& magis
bene pati quàm facere appetunt. Videbitur autem vtiq; & naturalior eſſe & non ſimi-
lis & quæ circa accõmodantes.non enim eſt amatio circa illos:ſed eius quod eſt ſaluari
voluntas lucri gratia. benefacientes autem amant & diligunt bene patientes: & ſi nihil
ſint vtiles,neq; poſterius fiant vtique. Quod & in artificibus accidit.omnis enim pro-
prium opus diligit magis quàm diligatur vtiq; ab opere animato facto.maxime autẽ
forte hoc circa poetas accidit.ſuperdiligũt enim iſti:propria poemata diligentes,quẽ- Poetæ.
admodum filios.tali vtiq; aſſimilatur & quod benefactorum. bene paſſum enim opus
eſt ipſorum:hoc itaq; diligunt magis quàm opus facientes.Huius autem cauſa,quoniã

eſſe omnibus:eligibile & amabile.ſumus autem agere actu : in viuere enim & operari
actu.vtiq; faciens:opus eſt quodam modo.diligunt itaq; opus:quia & eſſe.hoc autẽ na-
turale.quod enim eſt potẽtia:hoc actu opus nuntiat.Simul autẽ & benefactori quidem
bonum quod ſecundum actũ:quare gaudet in quo hoc.patienti autem nullum bonũ in
operante:ſed ſiquidem conferens.hoc autẽ minus delectabile & amabile. Delectabilis
autem eſt actus præſentis quidem,futuri autem ſpes,facti autem memoria. delectabi-
liſſimum autẽ quod ſecundum actum,& amabile ſimiliter.ei quidem igitur qui fecit ma
net opus:bonum enim diuturnum.patienti autẽ vtile tranſit.Et memoria bonorũ qui-
dem delectabilis:vtilium autẽ omnino vel minus.expectatio autem econuerſo habere
videtur.Et amatio quidem factioni aſſimilatur:amari autem ei quod eſt pati. ſuperex-
cellentibus autem vtiq; circa actum:ſequitur amare & amicabilia. Adhuc autẽ quæ la-
borioſe fiunt,omnes magis diligunt:puta & pecunias poſſidentes accipiẽtibus.videtur
itaq; bene pati quidem, illaborioſum eſſe:bene facere autẽ operoſum. propter hoc au-
tem & matres amatrices magis filiorum. laborioſior enim generatio.& magis ſciunt
quòd ipſarum.videbitur autem vtiq; hoc & benefactoribus eſſe proprium. Cap. VIII.

DVbitatur autem vtrum oportet amare ſeipſum maxime vel alium aliquem. 30
increpant enim eos qui ſeipſos maxime diligunt: & vt in turpi amatores ſui
vocant. Videtúrq; prauus quidem ſuijpſius gratia omnia agere:& quanto vti-
que deterior ſit, tanto magis . accuſant itaq; ipſum velut quoniam nihil à ſeipſo agit.
epijces autem propter bonum:& quanto vtiq; melior ſit magis propter bonũ,& amici
gratia.quæ autem ſuijpſius præterit. Rationibus autem his opera diſſonant non irra-
tionabiliter.aiunt enim oportere amare maxime amicum.amicus autem maxime quis
illi,cui maxime vult bona illius gratia:& ſi nullus ſciat.hæc autem exiſtũt maxime ipſi
ad ſeipſum,& reliqua vtiq; omnia quibus amicus determinatur.dictum eſt enim quo-
niam ab ipſo omnia amicabilia & ad alios perueniunt.Sed & prouerbia omnia conſen-
tiunt:puta hæc,Vna anima,& cõmunia quæ amicorum,& æqualitas amicitia,& genu ti
biæ propinquũ.hæc enim omnia ad ſeipſum maxime exiſtunt. maxime enim amicus
ſibijpſi.& amandũ itaq; maxime ſeipſum. Dubitatur autem conuenienter vtris debitũ
ſequi,ambabus habentibus credibile. ❡Forte igitur oportet tales ſermonũ diuidere,& 31
determinare inquantũ vtriq; & quo verum dicunt. ſi itaq; accipiamus amans ſui qua-
liter vtriq; dicunt:forte vtiq; fiet manifeſtũ. ❡In opprobrium quidem igitur ducentes 32
ipſum:amatores ſui vocant ipſos qui ſibijpſis tribuunt plus in pecunijs & honoribus,&
delectationibus corporalibus. hæc enim multi appetunt, & ſtudent circa ipſa vt opti-
ma entia:propter quod & circũpugnabilia ſunt.circa hæc vtique plus habẽtes largiun-
tur concupiſcentijs & totaliter paſſionibus,& irrationabili animæ.tales autẽ ſunt mul-
ti.propter quod & appellatio facta eſt à multũ prauo exiſtente.iuſte vtique ſic philau-
tus exprobratur.quoniã autẽ talia ſibijpſis tribuẽtes conſueuerũt dicere multi philau-
tos:non immanifeſtũ.ſiquis enim ſemper ſtudet iuſta agere ipſe maxime omnium vel
temperata vel qualiacunque alia eorũ quæ ſecundũ virtutes, & totaliter ſemper bonũ
ſibijpſi acquirit:nullus dicet philautũ hũc,neque vituperabit. ❡Videbitur vtique talis 33
magis eſſe philautus.tribuit enim ſibijpſi optima & maxime bona, & largitur ſuijpſius
principaliſſima , & omnia huic obediunt. Quemadmodum autem & ciuitas principa-
liſſimum maxime eſſe videtur,& omnis alia congregatio:ſic & homo & philautus vti-
que maxime hoc diligens & huic largiens.& continens vtique & incõtinens dicitur in
tenere intellectũ,vel non vt hoc vnoquoque ente. Et egiſſe videntur ipſi & voluntarie:
quæ cum ratione maxime.quoniam quidem igitur hoc vnuſquiſque eſt vel maxime,nõ
immanifeſtum.& quoniam epijces maxime hoc diligit. ❡Propter quod philautus ma 34
xime vtique erit,ſecundũ alteram ſpeciem exprobrati , & differens tantum quãtum ſe-
cundum rationem viuere aut ſecundum paſſionem,& appetere vel ſimpliciter bonum
vel viſum conferre.circa bonas quidem igitur actiones differenter ſtudentes omnes re
cipiunt & laudant. ❡Omnibus autem contendentibus optima agere : & communiter 35
vtique omniũ erunt quibus indigetur.& propria vnicuique maxima bonorũ. ſiquidem

φίλαυτος Amator ſui.

virtus tale eſt.quare bonum quidem oportet philautum eſſe:etenim ipſe iuuabitur bo-
na agens:& alios iuuabit.malum autem nó oportet.lædet enim & ſeipſum & proximos
prauis paſſionibus ſequens . Malo quidem igitur diſſonant quæ oportet agere & quæ
agit.omnis enim intellectus eligit optimum ſibijpſi :epijces autem obedit intellectui.
Verum enim quod de ſtudioſo: & amicorum gratia multa agere & pati, & ſi oporteat
mori.proijciet enim & pecunias,& honores,& totaliter circũpugnabilia bona:procurãs
ſibijpſi bonum.paucum enim tempus delectari valde magis eliget vtiq;:quàm multum
quiete.& viuere bene annum quàm multos annos qualitercunq;:& vnam actionem bo-
nam & magnam quàm multas prauas.morientibus autẽ hoc forte accidit.eligunt vtiq;
magnum bonum ſibijpſis:& pecunias proijciunt vtiq; in quo plura recipient amici.fiũt
enim amico quidem pecuniæ:ipſi autem bonum . maius autem bonum ſibijpſi tribuit.
Et circa honores autem & principatus idem modus.omnia enim amico hæc proijciet:
bonum enim ipſi hoc & laudabile.conuenienter vtique videtur ſtudioſus eſſe:præ om-
nibus eligens bonum. Contingit autem & actiones amico proijcere , & eſſe melius eo
quàm ipſum operari,cauſam amico fieri.In omnibus itaq; laudabilibus ſtudioſus vide
tur ſibijpſi boni plus tribuens.ſic quidem igitur oportet philautum eſſe quemadmodũ
dictum eſt:vt autem multi,non oportet. Cap. IX.
36 DVbitatur autẽ & circa felicem ſi indigebit amicis,vel nó.nihil enim aiunt opus
eſſe amicis:beatis & per ſe ſufficiẽtibus.exiſtũt enim ipſis bona per ſe.ſufficiẽ-
tes igitur entes,nullo indigere.amicũ autem alterũ ipſum entẽ, tribuere quæ
per ſeipſum nó poteſt.vnde cũ dæmon bene det:quid opus eſt amicis? Aſſimulatur autẽ
incótinẽti:hæc omnia attribuentes bona felici, amicos non aſſignare. quod videtur ex-
terius bonorũ maximum eſſe.ſi q; amici magis eſt benefacere q̃ pati & eſt boni & virtu
tis benefacere,melius autẽ benefacere amicis,q̃ extraneis:bene paſſis quibus indigebit
ſtudioſus.Propter quod & quæritur vtrum in bonis fortunis magis opus eſt amicis vel
in infortunijs:vt & infortunato indigẽte benefacturis,& bene fortunatis quib[9] bene fa
ciẽt.Incóueniẽs autẽ forte & hoc ſolitariũ facere beatũ.nullus enim eligeret vtiq; ſecũ-
dum ſeipſum omnia habere bona.politicũ enim homo,& cóuiuere aptus natus.& felici
itaq; hoc exiſtit.quæ enim naturæ bona:habet.manifeſtum autem quòd cum amicis &
ijs qui ſunt epijces melius:quàm cum extraneis,& quibuſcũq; cómorari.opus eſt ergo
37 felici amicis. Qui igitur dicunt primi & quo verũ dicunt? ❡ Vel quoniam multi ami-
cos exiſtimant vtiles eſſe? talibus quidẽ igitur non indigebit beatus : quia bona exiſtũt
ipſi.neq; vtiq; ijs qui propter delectabile vel in parum.delectabilis enim vita ens:nihil
indiget ſuperinducta delectatione.non indigens autem talibus amicis non videtur in-
38 digere amicis. ❡ Hoc autem non eſt forte verum.in principio enim dictũ eſt:quoniam
felicitas operatio quædam eſt.operatio autem manifeſtum quoniam fit: & non exiſtit,
quemadmodũ poſſeſſio quædam eſt.Si autem felix eſſe eſt in viuere & operari,boni au-
tem operatio ſtudioſa & delectabilis ſecũdum ſeipſam , quemadmodũ in principio di-
ctum eſt.eſt autem & proprium delectabilium : ſpeculari autem magis poſſumus pro-
ximos quàm noſmetipſos,& illorum actiones quàm proprias.ſtudioſorum vtiq; actio-
nes amicorum entium delectabiles bonis.ambo enim habent quæ natura delectabilia:
beatus vtiq; amicis talibus indigebit.ſiquidẽ ſpeculari eligit actiones ſtudioſas & pro-
prias:tales autem quæ boni amicis entis.Exiſtimant autem oportere delectabiliter vi-
uere felicem:ſolitario quidem igitur difficilis vita. non facile enim ſecundum ſeipſum
operari continue:cum alteris autem & ad alios facile.erit igitur operatio magis conti-
nua:delectabilis exiſtens ſecundum ſeipſam.quod oportet circa beatum eſſe.ſtudioſus
enim ſecundũ quod ſtudioſus:ijs quæ ſecundum virtutem actionibus gaudet.ijs autem
quæ à militia:triſtatur.quemadmodũ muſicus bonis melodijs delectatur,in prauis au-
tem triſtatur. fiet autem vtiq; & aſceſis quædam virtutis ex cóuiuere bonis queãdmo- Exercitatio
dum & Theognis ait. Naturalius autem intendentibus videtur ſtudioſus amicus ſtu- Theognis.
dioſo natura eſſe eligibilis natura enim bonum: dictum eſt quoniam ſtudioſo bonum
& delectabile eſt ſecundum ſeipſum.viuere autem determinant animalibus potentia

ſenſus,hominibus autem ſenſus vel intellectus.potentia autem ad operationem redu-
citur:principale autem in operatione . videtur autem viuere eſſe principaliter ſentire
vel intelligere.viuere autem eorum quæ ſecũdum ſeipſum bonorum & delectabilium:
determinatum enim.determinatum autem eius quæ boni natura. Natura autem bo-
nũm & epijcei.propter quod videtur omnibus delectabile eſſe.non oportet autem acci-
pere malam vitam,& corruptam neq; in triſtitijs.indeterminata enim talis quẽadmo-
dum exiſtentia ipſi:in habitis autem de triſtitia erit manifeſtius.ſi autem ipſum viuere
bonum , & delectabile: videtur autem & ex eo quod eſt omnes appetere ipſum,& ma-
xime epijces & beatos.his enim vita eligibilior,& horũ beatiſſima vita. videns autem
quia videt,ſentit,& audiens quoniã audit,& vadens quoniã vadit:& in alijs ſimiliter eſt
aliquid ſentiens quoniã operamur . quare ſentiemus vtiq; quoniam ſentimus,& intel-
ligemus quoniam intelligimus.hoc autem quoniam ſentimus vel intelligimus:quoniã
ſumus.eſſe enim:& ſentire erat,vel intelligere.ſentire autem quoniam viuit, delectabi-
lium ſecũdum ſeipſum.natura enim bonũ vita.bonum autem exiſtens in ſeipſo ſentire:
delectabile.eligibile autem viuere,& maxime bonis.quoniã eſſe:bonũ eſt ipſis,& ſimul
delectabile.ſentientes enim quod ſecundũ ſeipſum bonũ delectantur. Vt autem ad ſe-
ipſum habet ſtudioſus, & ad amicum. alter enim ipſe amicus eſt.quemadmodum igi-
tur ſeipſum eſſe eligibile eſt vnicuiq;:ſic & amicũ vel proxime.eſſe autem eligibile erat
propter ſentire ipſum bonum eſſe entem.talis autẽ ſenſus delectabilis ſecũdũ ſeipſum:
conſentire ergo oportet & amicum quoniam eſt.Hoc autem fiet vtique in conuiuere &
communicare ſermonibus & mente:ſic enim vtiq; videbitur conuiuere in hominibus
dici:& non quemadmodum in pecoribus in eodem paſci.Si itaq; beato eſſe,eligibile eſt
ſecundum ſeipſum bonum natura ens & delectabile,proximum autem & quod amici
eſt:& amicus eligibilium erit.Quod autem eſt ipſi eligibile:& hoc oportet exiſtere ipſi;
vel ſic indigens erit.opus ergo erit felicitanti amicis ſtudioſis. Cap.X.

VTrum igitur quãplurimos amicos faciendum,vel quemadmodum in peregri 39
natione prudenter dictum eſſe videtur:neq; multum peregrinus neq; nõ pere
grinus nocet.& in amicitia congruet neq; non amicum eſſe,neq; rurſus multũ
amicum ſecũdum ſuperabũdantiã. ¶ Iis quidem igitur qui ad opportunitatem & om- 40
nino videbitur cõgruere quod dictum eſt.multis enim reminiſtrare laborioſum:& non
ſufficiens vita ipſi hoc agere.plures itaq; quàm qui ad propriam vitã ſufficientes:nimis
diſtractiui & impeditiui ad bene viuere.nihil ergo opus eſt ipſis.Sed & qui ad delecta-
tionem:ſufficiũt pauci.quemadmodnm in cibo delectamentũ. ¶ Studioſos aurem vtrũ 41
plures ſecundũ numerum: vel eſt quædam menſura & amicabilis multitudinis quem-
admodum ciuitatis.neq; enim ex decem hominibus fit vtiq; ciuitas, neq; ex decẽ my-
riadibus adhuc ciuitas eſt.quantum autem non eſt forte aliquid vnum:ſed omne inter-
medium quorundam determinatorum.& amicorum vtiq; eſt quædam multitudo de-
terminata.Et forte quamplures cum quibus vtiq; poterit quis cõuiuere:hoc enim vide-
batur amicabilius eſſe. ¶ Quoniam aurem non poſſibile eſt multis conuiuere & diſtri- 42
buere ſeipſum : non immanifeſtum . Adhuc autem & illos oportet amicos adinuicem
eſſe,ſi debent omnes adinuicem commorari.hoc autem operoſum in multis. exiſtere.
Difficile autem fit & congaudere & condolere familiariter multis.veriſimile enim co-
incidere ſimul : huic quidem condelectari , huic autem contriſtari . forte igitur bene
hæc non quærere vt multis amiciſſimum eſſe : ſed tot quot in conuiuere ſufficientes.
neq; enim videbitur vtiq; contingere multis eſſe amicum valde:propter quod neq; a-
mare plures.ſuperabundantia enim quædam eſſe vult amicitiæ . hæc autem ad vnum
& valde vtiq; ad paucos.Sic autem & videtur habere & in rebus . non ſunt enim amici
multi ſecundum hetæricam amicitiam:hymnizare autem in duobus dicuntur. ¶ Poly- 43
phili autem & omnibus familiariter potientes,nulli videntur amici:tamẽ politice qui-
dem,quos & vocant placidos.Politice quidem igitur eſt in multis eſſe amicum, & non
placidum entem ſed vt vere epijcea.propter virtutem autem & propter ſeipſos nõ eſt
ad multos:amabile autem & paucos inuenire tales. Cap.XI.

Numer° decẽ millia continens.

Lando. hinc hymnizor deduxit: & hymnizat',laudatus,famatus.

44 VTrum autem in bonis fortunis, amicis opus eſt magis vel in infortunijs?
45 ¶ In ambobus enim requiruntur. etenim infortunati indigent auxilio, & for-
tunati conuiuentibus & quibus benefaciant. volunt enim bene operari.
46 ¶ Neceſſarium quidem magis vtique in infortunijs: propter quod vtilib[9] hic opus eſt.
Melius autem in bonis fortunis: propter quod & epijces quærunt, hos enim eligibi-
47 lius beneficiare, & cum his conuerſari. ¶ Eſt enim & præſentia ipſa amicorum dele-
ctabilis & in bonis fortunis & in infortunijs. alleuiantur enim triſtati condolentibus
amicis. propter quod & dubitabit aliquis vtrum quemadmodū graue tranſſumunt, vel
hoc quidem non: præſentia autem ipſorū delectabilis exiſtens, & intellectus eius quod
eſt condolere, minorem triſtitiam facit. ſi quidem igitur propter hoc vel propter aliud
aliquid alleuiantur, dimittantur. accidere autem igitur videtur quod dictum eſt. Vide-
tur autem præſentia mixta quidem ipſorum eſſe. ipſum quidem enim videre amicos
delectabile, aliterque & infortunato: & fit quoddam auxilium ad non triſtari. conſola-
tiuum enim amicus & viſione & ſermone, ſi ſit epidexius. nouit enim morem & in qui-
bus delectatur & triſtatur, triſtatum autem ſentire in ipſius infortunijs: triſte. omnis
enim fugit triſtitiæ cauſam eſſe amicis. Propter quod viriles quidem ſecundū naturam
reuerentur cōtriſtari amicos ipſis. & ſi nō ſupertēdat in nō triſtitia, eā quæ illis fit triſti
tiā nō ſuſtinent. totaliterq; in cōplorantibus nō complacet, propter neq; eſſe ipſe plora-
tiuus. mulieres autem & tales viri coanguſtatis gaudent & amant vt amicos & condo-
lentes. imitari autem in omnibus oportet videlicet meliorem. In bonis fortunis autē
amicorum præſentia, & conuerſationem delectabilem habet & intelligentiam: quoniā
48 delectātur in ipſius bonis. ¶ Propter quod videbitur vtiq; oportere ad bonas fortunas
vocare quidem amicos prompte: beneficiū enim oportet eſſe bonum. ad infortunia au-
tem pigritantem: tradere enim vt minimum oportet malorū. vnde hoc: ſufficienter ego
infortunans. maxime autem ad vocandum cum debeant pauca turbati, magna ipſum
iuuare. Ire autem econtrario forte congruit ad infortunatos quidem non vocatum
prompte. amici enim benefacere maxime ijs qui in neceſſitate & hoc non dignifican
tibus. ambobus enim melius & delectabilius. ad bonas fortunas autem cooperante
quidem prompte. etenim ad hoc neceſſitas amicorum. ad bonam paſſionē autem quie-
te. non enim bonum promptum fieri: iuuari. opinionem autem delectationis immo-
rari forte reuerendum: quandoque enim accidit. præſentia itaque amicorum in omni-
bus vtique eligibilis videtur. Cap. XII.

49 VTrum igitur quemadmodum in amantibus videre delectabiliſſimum eum, &
magis eligunt hunc ſenſum quàm alios, vt ſecundum hunc maxime amore
ente & facto: ſic & amicis eligibiliſſimum eſt conuiuere. communicatio enim
amicitia. & vt ad ſeipſum habet, ſic & ad amicum. Circa ſeipſum autem ſenſus quoniam
eſt eligibilis: & circa amicum vtique. operatio autem fit ipſius in conuiuere: quare con
uenienter hoc appetunt. Et quod aliquando eſt ſingulis eſſe vel cuius gratia eligunt vi-
uere: in hoc cum amicis volunt conuerſari. propter quod hi quidem compotant, hi au-
tem colludunt ad aleas, alij autem & coexercitantur, & conuenātur, & comphiloſophā-
tur, ſinguli in hoc commorantes: quodcunque maxime diligunt eorum quæ in vita. cō-
uiuere enim volentes cum amicis: hoc faciunt & ijs communicant, quibus exiſtimant
50 conuiuere. ¶ Fit igitur prauorum quidem amicitia mala. communicant enim praui
inſtabiles entes: & mali autem fiunt aſſimilati adinuicem. quæ autem eorum qui epij-
ces coaucta colloquijs. videntur autem & meliores fieri operantes & dirigentes adin-
uicem. recipiunt enim adinuicem quibus & complacent. vnde bona quidem enim à bo
nis. De amicitia quidem igitur intantum dictum ſit: ſequens autem vtique erit per-
tranſire de delectatione.

❡Decimus Ethicorum Ariſtotelis. Cap. I.

Gubernātes.

POſt hæc autem de delectatione forte ſequitur pertranſire.maxi- 1
me autem videtur coappropriari generi noſtro:propter quod eru-
diunt iuuenes œacizontes delectatione & triſtitia. Videntur & ad
moris virtutem,maximum eſſe gaudere quibus oportet & audire
quæ oportet.protenduntur enim hæc per omnem vitam: inclina-
tionem habentia & potentiam ad virtutem & felicem vitam. de-
lectabilia quidem enim eligunt,triſtia autem fugiunt . pro talibus
autem nequaquam videbitur eligendum eſſe:alitérque & multam habentes dubitatio-
nem.hi quidem enim bonum delectationem dicunt,hi autem econtrario valde prauū.
hi quidem forte perſuaſi ſic & habere,hi autem exiſtimantes melius eſſe ad vitam no-
ſtram enuntiare delectationem prauorum:& ſi nō eſt.inclinare enim multos ad ipſam
& ſeruire delectationibus: propter quod oportere in contrarium ducere. venire enim
vtique ſic ad medium.❡Ne forte autem non bene hoc dicitur.de ijs enim quæ in paſ- 2
ſionibus & actionibus:ſermones minus ſunt credibiles operibus. cum igitur diſſonant
ijs quæ ſecundum ſenſum:contempti & verum cointerimunt.vituperans enim delecta-
tionem viſus aliquando appetens: inclinari videtur ad ipſam vt talē exiſtentem,omnē.
determinare enim non eſt multorū. Videntur igitur veri ſermonum nō ſolum ad ſcire
vtiliſſimum eſſe,ſed & ad vitam.conuenientes enim entes operibus creduntur:propter
quod prouocant intelligentes & viuere ſecundum ipſos.talium quidem igitur ſufficiē-
ter:dicta autem delectatione ſuperueniamus. Cap. II.

Eudoxus.

EVdoxus quidem igitur delectationem per ſe bonum exiſtimabat eſſe:propter 3
omnia videre deſiderātia ipſam & rationalia & irrationalia.in omnibus autem
eſſe eligibile epijces,& maxime potentiſſimum.omnia autem ad idem ferri:vt
omnibus optimum enuntiat.vnūquodq; enim ſibijpſi bonum inuenire quēadmodum
& cibus.omnibus igitur bonum,& quod omnia appetūt bonum eſſe. Credebantur au-
tem ſermones propter moris virtutem magis quàm propter ipſos.differenter enim vi-
debatur eſſe temperatus.non itaq; vt amicus delectationis videbatur hoc dicere:ſed ſic
habere ſecundum veritatem. Non minus autem exiſtimabat eſſe manifeſtum ex con-
trario.triſtitiam enim ſecundum ſeipſum omnibus fugiendū eſſe:ſimiliter igitur con-
trariū eligibile. Maxime autem eligibile eſſe:quod non propter alterum neq; alterius
gratia eligimus:tale autem cōfeſſum eſt eſſe delectationem. nullum enim interrogare
cuius gratia delectatur:vt ſecundum ſeipſum exiſtētem eligibilem delectationē.Appo
ſitámq; cuicunq; bonorū eligibilius facere:puta ei quod eſt iuſte agere,& tēperatū eſſe.
augeri vtiq; bonum ipſi. Videtur autem ſermo:bonorum ipſam enuntiare & nihil ma-
gis altero.omne enim cum altero bono eligibilius quàm ſolitarium. Tali vtiq; ratione

Plato.

& Plato interemit quoniam non eſt delectatio per ſe bonum . eligibiliorem enim eſſe
cum prudentia delectabilem vitam:quàm ſine.ſine autem mixtum melius:non eſſe de-
lectationem per ſe bonū.nullo enim appoſito ipſi per ſe bonum eligibilus fieri. ❡Ma- 4
nifeſtum autem quòd neq; aliud nihil per ſe bonum vtiq; erit: quod cum aliquo ſecun-
dum ſeipſum bonorum eligibilius fit. quid igitur eſt tale quo nos communicamus?tale
enim quæritur.❡Inſtātes autem quòd nō bonum quod omnia appetunt,nihil dicunt. 5
quod enim omnibus videtur:hoc eſſe aimus.interimens autem hanc fidem: non omni-
no credibiliora dicit.ſi quidē enim quæ ſine intellectu appetūt ipſas : erat vtiq; aliquid
quod dicitur.ſi autem & quæ ſapiunt:qualiter dicent vtiq; aliquid? forte autē & in pra-
uis eſt aliquod naturale bonum melius quàm ſecundum ſeipſa : quod appetit propriū
bonum.❡Non videtur autem neque de contrario bene dici.non enim aiunt ſi triſtitia 6
malum eſt:delectationem bonum eſſe . opponi enim & malum malo, & ambo ei quod
neutrum.dicentes hoc autem:non male. non tamen in ijs quæ dicta ſunt verum dicen-
tes.ambobus enim entibus malis:& fugienda oportuit eſſe ambo.neutris autem:vel al-
terum vel ſimiliter. nunc autem videntur hanc quidem fugientes vt malum , hanc au-

tem eligentes vt bonum:ſic vtique & opponuntur. Cap:III.

7 NOn tamen ſi non qualitatum eſt delectatio: propter hoc neq; bonorum. neq;
8 enim virtutis operationes qualitates ſunt:neq; felicitas.❡Dictum autẽ bonũ
quidem determinatum eſſe.delectationem autem indeterminatam eſſe: quo-
niam recipit magis & minus.Si quidem igitur ex delectari hoc iudicant: & circa iuſti-
tiam & alias virtutes ſecundũ quas manifeſte aiunt magis & minus quales exiſtere, &
ſecundum virtutes erit idem. iuſti enim ſunt magis & fortes. eſt autem iuſte agere &
temperate agere magis & minus.ſi autem in delectationibus:neq; forte non dicunt cau
ſam quòd ſint hæ quidem immixtæ,hæ autem mixtæ.quod autem prohibet quemad-
modum ſanitas determinata exiſtens recipit magis & minus:ſic & delectationẽ? non
enim eadem commenſuratio in omnibus eſt,neque in eodem vna quædam ſemper.ſed
9 remiſſa permanet vſq; ad quid:differt in magis & minus.❡Perfectúmq; per ſe bonum
ponentes,motiones autem & generationes imperfectas: delectationem motionem &
generationem enuntiare tentant.Non bene autem videntur dicere neq; eſſe motionẽ.
omni enim motui proprium eſſe videtur velocitas & tarditas, & ſi non ſecundum ſe-
ipſum:puta quod mundi ad aliud.delectationi aurem horum neutrum exiſtit. delecta-
tum fuiſſe quidem enim eſt velociter,quemadmodum iratum fuiſſe. delectari autem
non:neq; ad alterum.ire autem & augeri & omnia talia.tranſponere quidem igitur in
delectationem velociter & tarde eſt:operari autem ſecũdum ſeipſam velociter nó eſt.
dico autem delectari.Et generatio qualiter vtiq; erit? videtur enim non ex quocunque
quodcunq; fieri:ſed ex quo fit in hoc diſſolui.& cuius generatio delectatio:huius triſti-
10 tia corruptio. ❡Et dicunt autem triſtitiam quidem defectum eſſe eius quod ſecun-
dum naturam:delectationem autem repletionem. hæc autem ſunt corporales paſſio-
nes.Si igitur eſt eius quod ſecundum naturam repletio delectatio:in quo repletio, hoc
vtique & delectabitur.corpus ergo. non videtur autẽ. non eſt ergo repletio delectatio.
ſed facta quidem repletione,delectabitur vtique aliquis, & inciſus triſtabitur. Opinio
autem hæc videtur facta eſſe ex ijs quæ circa cibum triſtitijs & delectationibus:indigen
tes enim factos,& prætriſtatos delectari repletione.hoc autem non circa omnes dele-
ctationes accidit.ſine triſtitia enim ſunt mathematicæ:& earum quæ ſecundum ſenſus
& per olfactum,ſed & auditiones & viſiones.multæ autem & memoriæ & ſpes. cuius
igitur hæ generationes erunt? nullius enim defectus facti ſunt:cuius fiat vtiq; repletio.
11 ❡Ad proferentes autem probroſiſſimas delectationũ:dicet quis vtique quoniam non
ſunt hæc delectabilia.non enim ſi male diſpoſitis delectabilia hæc ſunt: exiſtimandum
ipſa & delectabilia eſſe ſimpliciter niſi in his. quemadmodum neque laborantibus ſa-
na vel dulcia vel amara:neque rurſus alba quæ videntur patientibus ophthalmiam:vel ὀφθαλμία
ſic vtique dicetur quoniam delectationes quidem eligibiles ſunt:non tamen ab his. Vlcus ocul.
quemadmòdum & ditari:prodenti autem non.& ſanum eſſe:non tamen quodcunque
comedenti. Vel ſpecie differunt delectationes. alteræ autem quæ à bonis: ab ijs quæ à
turpibus.& non eſt delectari ea quæ iuſti:non entem iuſtum.neque ea quæ muſici: non
12 entem muſicum.ſimiliter autem & in alijs.❡Manifeſtare autem videtur & amicus al-
ter ens ab adulatore:non exiſtentem bonum delectationem, vel differentes ſpecie. hic
quidem enim ad bonum videtur colloqui: hic autem ad delectationem. & hic quidem
vituperatur,hunc autem laudant vt non ad altera colloquentem. Nullus vtique elige-
ret viuere,pueri mentem habens per vitam:delectatus in quibus pueri vt exiſtimant
maxime:neque gaudere faciens quid turpiſſimorum: nequaquam debens triſtari.Et
circa multa ſtudium faceremus vtique,& ſi neque vnam inferant delectationem: puta
videre, recordari, ſcire, virtutes habere. ſi autem ex neceſſitate ſequuntur his delecta-
tiones:nihil differt.eligeremus enim vtique hæc:& ſi non fieret vtique ab his delecta-
tio.Quoniam quidem igitur neque per ſe bonum delectatio, neque omnis eligibilis:
manifeſtum videtur eſſe.& quoniam ſunt quædam eligibiles ſecundum ſeipſas differẽ-
tes ſpecie vel à quibus. quæ quidem igitur dicuntur de delectatione & triſtitia: ſuffi-
cienter dicta ſint. Cap.IIII.

QVid autem eſt vel quale quid,manifeſtius fiet vtiq; à principio reſumentibus. 13
videtur enim viſio quidem ſecũdum quodcunque tempus perfecta eſſe.non
enim eſt indigẽs vllo quod in poſterius factũ perficiat ipſius ſpeciem.tale au-
tem videtur & delectatio:totum enim quoddam eſt. & ſecundũ nullum
tempus accipiet quis vtiq; delectationem: cuius in plus tempus factæ perficietur ſpe-
cies.Propter quod neq; motus eſt. in tẽpore enim omnis motus, & finis alicuius. puta
ædificatiua perfecta cum faciat quod appetit:vel in omni tempore vtiq; vel in hoc. in
partib⁹ autem temporis omnes imperfectæ,& altera ſpecie à tota & abinuicem.lapidũ
enim compoſitio altera à columnæ virgatione, & hæc à templificatione.& templi qui-
dem perfecta.nullo enim indigens ad propoſitum.fundamenti autem & triſculpti im-
perfecta:partis enim vtraq;. ſpecie igitur differunt. & non eſt in quocunq; tẽpore acci-
pere motum ſpecie perfectum, ſed ſiquidem in omni.ſimiliter autem & in ambulatio-
ne & reliquis.ſi enim eſt latio motus , vnde & quo & huius differentiæ ſecundum ſpe-
cies volatus,ambulatio,ſaltatio & talia.non ſolum autem ſic,ſed & in ipſa ambulatione.
hæc enim vnde & quo non idem in ſtadio & parte,& in altera & altera parte,neq; per-
tranſire lineam hanc & illam.non ſolum enim lineam pertranſit,ſed & in loco exiſten-
tem.in altero autem hæc ab illa . Per certitudinem quidem igitur de motu in alijs di-
ctum eſt. videtur autem non in omni tempore perfectus eſſe: ſed multi imperfecti &
differẽtes ſpecie.ſiquidem quod,vnde & quo ſpecificum : delectationis autem in quo-
cunq; tempore perfecta ſpecies.Manifeſta igitur quòd alteræ erunt abinuicem:& toto-
rum aliquid & perfectorum delectatio.Videbitur autem vtique hoc & ex non contin-
gere moueri non tempore:delectari autem.quod enim in ipſo: nunc totum aliquid. ex
his autem manifeſtum quoniam & non bene dicunt motum vel generationem eſſe de-
lectationem.non enim omnium hæc dicuntur , ſed partibilium & non totorum: neque
enim viſionis eſt generatio neq; puncti,neq; vnitatis,neq; horum nihil motus.neq; vti-
que delectationis:totum enim quoddam.¶ Senſus autem omnis ad ſenſibile operan- 14
tis.perfecte autem bene diſpoſiti:ad pulcherrimum ſub ſenſu iacentium.tale enim ma
xime videtur eſſe perfecta operatio.ipſum autẽ dicere operari vel in quo eſt : nihil dif-
fert.ſecundum enim vnumquodq; optima eſt operatio optime diſpoſiti: ad potentiſſi-
mum eorum quæ ſub ipſam.Hæc autem vtiq; perfectiſſima erit & delectabiliſſima.ſe-
cundum enim omnem ſenſum eſt delectatio:ſimiliter autem & ſecundum intellectum
& ſpeculationem.delectabiliſſima autem perfectiſſima: perfectiſſima autem quæ benẽ
habẽtis ad ſtudioſiſſimum eorum quæ ſub ipſam.¶ Perficit autem operationem dele- 15
ctatio.non ſecundum autem eundem modũ & delectatio perficit & ſenſibile & ſenſus:
ſtudioſa entia.quemadmodũ neque ſanitas & medicus ſimiliter cauſa eſt eius quod eſt
ſanari.Secundum vnumquenq; autem ſenſum quoniam fit delectatio manifeſtum.ai-
mus viſiones & auditiones eſſe delectabiles . manifeſtum autem quoniam & maxime:
cum & ſenſus ſit potentiſſimus,& ad tale operetur.talibus autem entibus & ſenſibili &
ſenſato ſemper erit delectatio:exiſtente quidem faciente & patiente.Perficit autẽ ope-
rationem delectatio non ſicut habitus qui ineſt:ſed vt ſuperueniens quidam finis velut
iuuenibus pulchritudo . ¶ Vſquequo autẽ ſenſibile vel intelligibile ſit quale oportet 16
& diſcernens vel ſpeculans:erit in operatione delectatio. ſimilibus enim entibus & ad-
inuicem ſecundum eundem modum habentibus & paſſiuo & factiuo: idem aptum na-
tum eſt fieri.¶ Qualiter igitur continue nullus delectatur vel laborat.omnia enim ha- 17
bentia corpora non poſſunt continue operari . non fit igitur neque delectatio:ſequi-
tur enim operationem. Quædam enim delectant noua entia:poſterius autem nõ ſimi-
liter propter hoc.primum quidem enim per deſideria inclinata eſt mens:& intenſe cir-
ca eadem operatur quemadmodum ſecundum viſum aſpicientes . poſtea non fit talis
operatio ſed neglecta:propter quod & delectatio obſcuratur. ¶ Appetere autem dele- 18
ctationem exiſtimabit quis vtiq; omnes:quoniam & viuere omnes appetunt. vita au-
tem:operatio quædã eſt.& vnuſquiſq; circa hæc & in ijs operatur. quæ & maxime dili-
git.puta muſicus quidem auditu circa melodias,amator autem diſciplinæ mente circa

theoremata.ſic autem & reliquorum vnuſquiſque.delectatio autem perficit operatio- θεώρημα
nes. & viuere autem quod appetunt. rationabiliter igitur & delectationem appetunt. Propoſitio diſciplinæ contemplatiuæ.
perficit enim vnicuique viuere eligibile ens. Vtrum autem propter delectationem vi-
uere eligimus,vel propter viuere delectationem,dimittatur in præſenti.coniungi qui-
dem enim hæc videntur : & ſeparationem non recipere . ſine operatione enim non fit
delectatio.

Cap.V.

19 VNde videntur & ſpecie differre.altera enim ſpecie ab alteris exiſtimamus per-
fici.ſic enim videntur & naturalia,& quæ ab arte: puta animalia , & arbores &
picturæ,imagines,& domus,& vas.ſimiliter autē & operationes differēter ſpe-
cie à differētibus ſpecie perfici.Differunt autē quæ mētis ab ijs quæ ſecundū ſenſus:&
hæ ipſæ ſecundū ſpeciē.& perficiētes itaq; delectationes.Apparebit autē vtiq; hoc & ex
coappropriari delectationū vnāquanq; operationi quā perficit.coauget enim operatio-
nem propria delectatio.magis enim ſingula iudicant,& certius exquirunt: cū delecta-
tione operātes.puta geometrici fiunt gaudētes,eo quod eſt geometrizare: & intelligūt
ſingula magis.ſimiliter autem & amantes muſicam,& amantes ædificatiuam, & aliorū
ſinguli augmentant ad propriū opus gaudentes ipſo.coaugent autem delectationes:co
augētia autem propria.alteris autem ſpecie,& propria altera ſpecie. Adhuc autem hoc
vtiq; magis apparebit ex eo quod eſt ab alteris delectationes:impeditiuas operationi-
bus eſſe.amantes enim fiſtulas non poſſunt ſermonibus attendere , ſi audient fiſtulan-
tem:magis gaudentes fiſtulatiua quàm præſenti operatione.ſecundum fiſtulatiuam igi
tur delectatio:eam quæ circa ſermonem,operationem corrumpit. ſimiliter autem hoc
& in alijs accidit,cum ſimul circa duo operetur.delectabilior enim, alteram expellit. &
ſi multum ſecundum delectationem differat:magis,vt neque operetur ſecundum alte-
ram. Propter quod gaudentes quocunque vehementer , non omnino operamur alte-
rum.& alia facimus alijs quiete placentes. puta in theatris legumina comedentes cum
praui agonizantes ſint:tunc maxime ipſum operantur.Quia autem propria quidē de-
lectatio confirmat operationes,& diuturniores & meliores facit,alienæ autem officiūt:
manifeſtum ꝙ multum diſtant.fere enim alienæ delectationes faciunt: quod propriæ.
triſtitiæ corrūpunt enim operationes propriæ triſtitiæ:puta ſi huic ſcribere indelecta-
bile & triſte . vel ratiocinari : hic quidem non ſcribit,hic autem non ratiocinatur triſti
exiſtente operatione . Accidit itaque circa operationes contrarium à delectationibus,
& triſtitijs proprijs. propriæ autem ſunt : quæ in operatione ſecundum ſeipſam fiunt.
alienæ autem delectationes dictæ ſunt:quoniam proximum quid triſtitiæ faciunt.cor-
20 rumpunt enim:tamen non ſimiliter. ❡A differentibus autem operationibus epijcia &
prauitate,& his quidem eligibilibus exiſtentibus,his autem fugiendis,his autem neu
tris : ſimiles habent & delectationes, & ſecundum enim vnamquanque operationem
propria delectatio eſt.quæ quidem igitur ſtudioſæ,propria epijces:quæ autem prauæ,
mala . etenim concupiſcentiæ bonorum quidem laudabiles : turpium vero vituperabi-
les.Magis propriæ autem operationibus quæ in ipſis delectationes concupiſcentijs.hæ
quidem enim diſcretæ ſunt & temporibus & natura. hæ autem propinquæ operationi-
bus & indiſcretæ:ſic vt habeat dubitationem ſi idem eſt operatio delectationi. non ta-
men videtur quidem delectatio mens eſſe,neque ſenſus (inconueniens enim)ſed pro-
pter nō ſeparari videtur idem quibuſdā. quemadmodum igitur operationes alteræ:&
delectationes.Differt autem viſus à tactu puritate,& auditus & olfactus à guſtu.ſimili-
ter vtrique differunt delectationes & ab ijs quæ circa mentem : & vtræque abinuicem.
21 ❡Videtur autem eſſe vnicuique animali delectatio propria: quemadmodum & opus,
quæ enim ſecundum operationem.in vnoquoque autem ſpeculanti hoc vtique appare
bit.altera enim equi delectatio,& canis,& hominis,quemadmodum Heraclitus ait aſi- Heraclitus.
num fœnum vtique diligere magis quàm aurum.delectabilius enim nutrimentum au
ro aſinis.quæ quidem igitur diuerſorum ſpecie, differunt ſpecie: eas autem quæ eorun-
22 dem indifferentes rationabile eſſe. ❡Differunt autem nō parum in hominibus.eadem

enim hos quidem delectant:hos autem contriſtant.& his quidem triſtia & odibilia ſunt:
his autem delectabilia,& amicabilia.& in dulcibus autem hoc accidit.non enim eadem
videntur febricitãti & ſano.neque calidum eſſe debili & bene habenti: ſimiliter autem
& in alteris hoc accidit.¶ Videtur autem in omnibus talibus eſſe quod videtur ſtudio- 23
ſo: ſi autem hoc bene dicitur(quemadmodum videtur & eſt) vniuſcuiuſque menſura
virtus,& bonus ſecundum quod talis: & delectationes erunt vtique quæ huic viden-
tur:& delectabilia quibus iſte gaudet.quæ autem huic triſtia, ſi apparent huic delecta-
bilia:nihil admirabile.multæ enim corruptiones, & nocumenta hominum fiunt. dele-
ctabilia autem non ſunt:ſed his & ſic diſpoſitis.¶ Confeſſas quidem igitur turpes ma- 24
nifeſtum quod non dicendum delectationes eſſe: præter quàm corruptis. Earum au-
tem quæ epijces eſſe videntur qualem vel quam dicendum hominis eſſe:vel ex opera-
tionibus manifeſtum.his enim ſequuntur delectationes.ſiue igitur vna eſt ſiue plures
quæ perfecti & beati viri,has perficientes delectationes principaliter dicentur vtique
hominis delectationes eſſe.reliquæ autem ſecũdo & ſubmultipliciter quemadmodum
operationes.

Cáp. VI.

DIctis autem ijs quæ circa virtutes,& amicitias,& delectationes,reliquum eſt de 25
felicitate typo pertranſire:quia finem ipſam ponimus humanorum. reſumen-
tibus autem prædicta:compendioſior vtiq; erit ſermo.¶ Diximus autem quo- 26
niam non eſt habitus.etenim dormienti per vitam exiſteret vtique,plantæ viuenti vi-
tam,& infortunato maxime.ſi vtique hæc non placent,ſed magis in operationem quã-
dam ponendum:quemadmodum in ijs quæ prius dicta ſunt, operationum autem hæ
quidem ſunt neceſſariæ & propter altera eligibiles,hæ autem ſecundum ſeipſas:mani-
feſtum quoniam felicitatem earum quæ ſecundum ſeipſas eligibilium aliquam ponen-
dum,& non earum quæ propter aliud.nullo enim indigens felicitas,ſed per ſe ſufficiẽs.
¶ Secundum ſeipſas ſunt eligibiles:à quibus nihil quæritur præter operationem. Ta- 27
les eſſe videntur autem quæ ſecundum virtutem actiones.bona enim & ſtudioſa agere:
eorum quæ propter ſeipſa eligibilium.ſed & ludorum delectabiles. non enim propter
altera ipſos eligunt.læduntur enim ab ipſis magis quàm iuuãtur:negligentes corpora
& poſſeſſionem. Refugiunt autem ad tales conuerſationes felicitantium multi: pro-
pter quod apud tyrannos approbãtur in talibus conuerſationibus eutrapeli.quæ enim
appetuntur:in ijs tribuunt ſeipſos delectabiles, indigent autem talibus. ¶ Videntur 28
quidem igitur felicitatiua hæc eſſe,propter eos qui in potentatibus his vacare. Nullũ
autem forte ſignum tales ſunt.non enim in potentem eſſe, virtus neque intellectus:à
quibus ſtudioſæ operationes. neq; ſi inguſtabiles iſti exiſtentes delectationes ſynceræ
& liberales,ad corporales refugiunt: propter hoc has exiſtimandum eligibiliores eſſe.
etenim pueri quæ apud ipſos pretioſa:optima exiſtimant eſſe. Rationabile vtiq; quẽ-
admodum pueris & viris altera vidẽtur pretioſa,ſic & prauis & ijs qui epijces. Quem-
admodum igitur multotiens dictum eſt, & pretioſa & delectabilia ſunt, quæ ſtudioſo
talia entia:vnicuique autem quæ ſecundum habitum proprium eligibiliſſima opera-
tio.& ſtudioſo autem ſecundum virtutẽ.Non in ludo ergo felicitas: etenim incõueniẽs
finem eſſe ludum,& negotiari & malum pati ſecundum vitam omnem ludendi gratia.
omnia enim (vt eſt dicere) alterius gratia eligimus præter felicitatem.finis enim hæc.
ſtudere autẽ & laborare ludi gratia:inſipiens videtur & valde puerile. ludere autem vt
Anacharſis. ſtudeat: ſecundum Anacharſim recte habere videtur.requiei enim aſſimilatur ludus.
impotentes autẽ continue laborare,requie indigent:non vtique finis requies, fit enim
gratia operationis. Videtur autem felix vita: ſecundum virtutem eſſe. hæc autem cum
ſtudio ſed non in ludo: melioráque dicimus ſtudioſa ridiculis & cum ludo. & melioris
ſemper particulæ:& hominis ſtudioſiorem operationem.quæ autem melioris melior,
& felicior iam. Potietúrq; vtique corporalibus delectationibus quicunque: & beſtiale
non minus optimo.felicitatem autem nullus beſtiali tribuit,ſi non & vitam. non enim
in talibus conuerſationibus felicitas: ſed in his quæ ſecundum virtutem operationi-

bus quemadmodum & prius dictum eſt.

Cap. VII.

29 SI autem felicitas eſt ſecundum virtutem operatio, rationabile ſecundum optimam. hæc autem vtique erit optimi. ſiue igitur intellectus hos, ſiue aliud quid quod vtique ſecundum naturam videtur principari, & dominari, & intelligentiam habere de bonis & diuinis, ſiue diuinum ens & ipſum, ſiue ipſorum quæ in nobis diuiniſſimum: huius operatio ſecundum propriam virtutem erit vtique perfecta felicitas. Quoniam autem eſt ſpeculatiua dictum eſt. confeſſum autem hoc vtique videbitur eſſe & ijs quæ prius, & ipſi vero. Optima etenim hæc operatio. etenim eorum intellectus quæ in nobis: & cognoſcibilium circa quæ intellectus. Adhuc autem continuiſſima, ſpeculari enim poſſumus continue magis, quàm operari quodcunque. Exiſtimamúſque oportere delectationem admixtam eſſe felicitati. delectabiliſſima autem earum quæ ſecundum virtutem operationem: quæ ſecundum ſapientiam confeſſa eſt. videtur enim philoſophia admirabiles delectationes habere puritate & firmitate. rationabile autem ſcientibus quàm quærentibus delectabiliorem conuerſationem eſſe. Et quæ dicitur autarcia circa ſpeculatiuam maxime vtique erit. ad viuere quidem enim: neceſſarius & ſapiens, & iuſtus, & reliqui indigent. talibus autem ſufficienter largitis: iuſtus quidem indiget ad quos iuſte operetur & cum quibus. ſimiliter autem & temperatus & fortis, & aliorum vnuſquiſque. ſapiens autem ſecundum ſeipſum ens poteſt ſpeculari. & quanto vtique ſapientior fuerit: magis. melius autem forte cooperatores habere: ſed tamen per ſe ſufficientiſſimus. Videbitur vtique autem ipſa ſola propter ſeipſam diligi: nihil enim ab ipſa fit præter ſpeculari. ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus præter actionem. Videtur autem felicitas in vacatione eſſe. non vacamus enim vt vacemus: & bellamus vt pacem ducamus. practicarum quidem igitur virtutum in politicis vel bellicis operationes ſunt. quæ autem circa hæc operationes: videntur non vacantes eſſe, bellicæ quidem & penitus. nullus enim eligit bellare eius quod eſt bellare gratia: neq; præparare bellum. videtur enim vtiq; omnino violentus occiſor quis eſſe: ſi amicos oppugnatores faceret vt pugnæ & occiſiones fierent. Eſt autem & quæ politici non vacans: & præter ipſum ciuiliter conuerſari acquirens potentatus & honores, vel magis & felicitatem ipſi & ciuibus alteram exiſtentem à politica, quàm & quærimus manifeſtum vt alteram exiſtentem. ſi vtique eas quidem quæ ſecundum virtutes: actiones politicæ & bellicæ pulchritudine, & magnitudine præcellunt. hæ autem non vacantes & finem aliquem appetunt, & non propter ſeipſas ſunt, eligibiles. intellectus autem operatio, ſtudio differre videtur ſpeculatiua exiſtens, & præter ipſam nullum appetere finem, haberéque delectationem propriam, hec autem coauget operationem, & per ſe ſufficiens vtique & vacatiuum vtique, & illaborioſum vt humanum, & quæcunque alia beato attribuuntur, ſecundum hanc operationem apparent entia. Perfecta igitur felicitas hæc vtique erit hominis: accipiens longitudinem vitæ perfectam. nihil enim imperfectum eſt eorum quæ felicitatis. Talis autem vtique erit melior vita quàm ſecundum hominem. non enim ſecundum quod homo eſt, ſic viuet: ſed ſecundum quod diuinum aliquid in ipſo exiſtit. quanto autem differt hoc à compoſito: tanto & operatio ab ea quæ ſecundum virtutem aliam. Si itaque diuinum intellectus ad hominem: & quæ ſecundum hanc diuina vita ad humanam vitam. Oportet autem non ſecundum ſuadentes humana ſapere hominem entem, neque mortalia mortalem: ſed inquantum contingit immortalem facere, & omnia facere ad viuere ſecundum optimum eorum quæ in ipſo. ſi enim & mole paruum eſt potentia & pretioſitate multum: magis omnibus ſuperexcellit. Videbitur autem vtique & vnumquodque eſſe hoc: ſiquidem principale & melius. inconueniens ergo fiet vtique ſi non ſuijpſius vitam eligat ſed alicuius alterius. quod & dictum prius: congruet & nunc. proprium enim vnicuique natura optimum: delectabiliſſimum eſt vnicuique. & homini vtique quæ ſecundum intellectum vita. ſiquidem maxime hic homo. iſte ergo feliciſſimus.

αὐτάρκεια Sufficientia.

Cap VIII.

SEcundo autem qui ſecundum aliam virtutem:ſecūdum ipſam enim operationes 30
humanæ.iuſta enim & fortia & alia quæ ſecūdum virtutes adinuicem agimus in
commutationibus , & neceſſitatibus & in actionibus omnimodis & in poſſeſſio-
nibus quod decet vnicuiq; conſeruantes:hæc autē eſſe vidētur omnia humana.Quædā
autem & accidere & à corpore videntur,& multum coappropriari paſſionibus moris
virtus.coniugata eſt enim & prudentia moris virtuti:& hæc prudentiæ. ſiquidem pru-
dentiæ quidem principia ſecundum morales ſunt virtutes : rectum autem moralium
ſecundum prudentiam. concopulatæ autem hæ & paſſionibus: circa compoſitum vtiq;
erunt.Compoſiti autem virtutes humanæ: & vita vtiq; quæ ſecundum has, & felicitas.
quæ autem intellectus,ſeparata. tantum enim de ipſa dictum eſt.certius enim dicere,
maius propoſito eſt. Videbitur autem vtiq; & exteriori largitione in párum vel in mi-
nus indigere morali:neceſſarijs quidem enim ambobus opus ex æquali fit , etſi magis
laborat circa corpus politicus & quæcunq; talia . parum vtiq; quidem differt:ad opera-
tiones autem multum differt. Liberali quidem enim opus erit pecunijs ad agere libe-
ralia:& iuſta vtiq; ad redditiones.voluntates enim immanifeſte. ſimulant enim & non
iuſti iuſte agere velle. forti autem potentia : ſiquidem perficit quid eorum quæ ſecun-
dum virtutem.& temperato poteſtate . qualiter enim manifeſtus erit vel iſte vel alio-
rum aliquis?Quæritur autem quidam vtrum principalius virtutis electio vel actiones:
vt in ambabus exiſtentis?perfectum vtique,manifeſtum quòd in ambabus vtique erit.
ad actiones autem multis opus eſt. & quanto vtique maiores ſunt, & meliores: pluri-
bus.ſpeculanti autem nullo talium ad operationem neceſſitas: ſed (vt dicere) & impe-
dimenta ſunt ad ſpeculationē.ſecundum autē quod homo eſt & pluribus cōuiuit: eligit
quod ſecundum virtutem agere.opus habebit igitur talibus ad humaniter conuerſari.
Perfecta autem felicitas quoniam ſpeculatiua quædam eſt operatio:& hinc vtique ap-
parebit.deos enim maxime ſuſpicati ſumus beatos & felices eſſe:actiones autem qua-
les attribuere debitum ipſis?vtrum iuſtas?vel ridiculi apparebunt commutātes & de-
poſitiones dantes & quæcunq; alia talia. ſed fortes ? ſuſtinentes terribilia & periclitan-
tes:quoniā bonum.vel liberales?cui autem dabunt? inconueniens autem & ſi erit ipſis
numiſma vel aliquid tale.ſi autem temperati,quid vtique erunt?vel oneroſa laus:quo-
niam non habent prauas concupiſcentias.pertranſeuntibus autem omnia apparebunt
vtique quæ circa actiones:parua, & indigna dijs .ſed tamen omnes viuere conſpicati
Endymion. ſunt ipſos : & operari ergo . non oportet enim dormire quemadmodum Endymiona.
viuenti vtiq; ab agere ablato,adhuc autem magis à facere,quid relinquitur præter ſpe-
culationem?quare dei operatio beatitudine differens:ſpeculatiua vtique erit, & huma-
narum vtique quæ huic cognatiſſima,feliciſſima. Signum autem & non participare re-
liqua animalia felicitate:tali operatione priuata perfecte . dijs quidem enim omnis vi-
ta beata. hominibus autem inquantum ſimilitudo quædam talis operationis exiſtit.
aliorum autem animalium nullum felix eſt : quia nequaquam communicat ſpeculatio-
ne.inquantum vtique protendit ſpeculatio:& felicitas. & quibus magis exiſtit ſpecula-
ri,& felices eſſe:non ſecundum accidens,ſed ſecundum ſpeculationem. hæc enim ſecū-
dum ſeipſam honorabilis.quare vtique erit felicitas ſpeculatio quædam.¶Opus autē 31
erit & exteriori proſperitate homini enti . non enim per ſe ſufficiens natura ad ſpecu-
lari:ſed oportet & corpus ſanum eſſe,& cibum & reliquum famulatum exiſtere.¶Non 32
tamen exiſtimandum multis & magnis indigere futurum felicem:ſi non contingit ſi-
ne exterioribus bonis beatum eſſe.non enim in ſuperabundantia per ſe ſufficiens , neq;
iudicium,neq; actio.poſſibile autē & non principes terræ & maris agere bona: etenim
à moderatis poterit vtique aliquis agere ſecundum virtutem.hoc autem eſt videre ma
nifeſte. idiotæ enim potentibus non minus videntur ſtudioſa agere: ſed & magis. ſuffi-
Solon. ciens autem tanta exiſtere . erit enim vita felix ſecundum virtutem operantis.Et So-
lon autem felices fore enuntiauit benedicens moderate ijs quæ extra ditatos : agentes
autem optima exiſtimabat & viuentes temperate. contingit enim moderata poſſiden-

tes:agere quæ opor[illegible] Videtur autem Anaxagoras non diuitem neque potentem exi- Anaxagoras.
ſtimare felicem: [illegible]ens quoniam non vtique admirabitur, ſi quidem inconueniens ap-
pareat multis.iſti enim iudicant ijs quæ extra:hæc ſentientes ſolum.Conſonare itaq; ra
tionibus videntur ſapientum opiniones. fidem quidem igitur opiniones & talia habẽt
33 quandam.❡Verum autẽ in operabilibus ex operibus & vita iudicatur.in his enim do
minans.intẽdere autẽ prædicta oportet ad opera & vitam inferentes.& conſonantibus
34 quidẽ operibus acceptandum:diſſonantibus autẽ ſermones ſuſpicandũ. ❡Secũdum in-
tellectum autem operans & hunc curans: & diſpoſitus optime, & dei amantiſſimus vi-
detur eſſe.Si enim quædam cura humanarum à dijs fit quemadmodum videtur:& erit
vtiq; bene rationabile gaudere ipſos optimo & cognatiſſimo.hoc autem vtique erit in-
tellectus.& diligentes maxime hoc & honorantes beneficiare:vt de amicis ipſis curan
tibus & recte & bene operantes.Quoniam autẽ hæc omnia ſapienti inexiſtunt:non im
manifeſtum.deo amantiſſimus ergo . eundem autem veriſimile & feliciſſimum: quare
& vtique ſic erit ſapiens maxime felix.

❡Peroratio operis. Cap.IX.

35 VTrum igitur ſi & de his & virtutibus , adhuc autẽ de amicitia & delectatione
ſufficiẽter dictum eſt in typis, finẽ habere exiſtimandum electionẽ:vel quem-
admodum dicitur nõ eſt in operabilibus finis ſpeculari ſingula, & cognoſcere,
ſed magis operari ipſa?nihil enim vtiq; de virtute ſufficiens ſcire:ſed habere & vti ten
tandum, vel ſi aliqualiter aliter boni efficiamur. Si quidẽ igitur eſſent ſermones per ſe
ſufficientes ad facere ſtudioſos: multas vtiq; mercedes & magnas iuſte ferrẽt ſecundũ
Theognim & oportebat vtiq; has tribuere.Nunc autẽ vidẽtur prouocare quidẽ & mo- Theognis.
uere iuuenum liberales poſſe ſermones & morẽ nobilẽ: & vt vere amantẽ bonum face
re vtiq; catacochimũ ex virtute.multos autẽ non poſſe ad bonitatẽ prouocare.nõ enim κατακώχιμον Admodum
nati ſunt verecũdiæ obedire, ſed timori:neq; recedere à prauis propter turpe, ſed pro- placens.
pter pœnas. paſſione enim viuentes: proprias delectationes perſequuntur & per quas
ipſæ erunt.fugiunt autẽ oppoſitas triſtitias.boni autẽ & vt vere delectabilis:neq; intel
lectũ habẽt non guſtatiui exiſtẽtes.tales autẽ quis vtiq; ſermo transformaret?nõ enim
poſſibile,vel non facile quæ ex antiquo conſuetudinibus comprehenſa:ſermone tranſ-
mutare. Amabile autẽ forte eſt ſi omnibus exiſtentibus per quæ epijces videmur fie-
ri:accipiamus virtutẽ.Fieri autẽ bonos exiſtimant:hi quidẽ natura,hi autẽ conſuetudi-
ne,hi autem doctrina.Quod quidẽ igitur natura manifeſtũ quòd non in nobis exiſtit,
ſed per aliquam diuinam cauſam:vt vere bene fortunatis exiſtit. Sermo autẽ & doctri
na nequando non in omnibus poteſt : ſed opus eſt præparatam eſſe conſuetudinibus
auditoris animam ad bene gaudere & odire , quẽadmodum terram nutriẽtem ſemen.
non enim vtiq; audiet ſermonem commonentem,neq; intelliget qui ſecundum paſſio-
nem viuit.ſic autẽ habẽtem,qualiter poſſibile perſuaderi?totaliter autem non videtur
ſermoni cedere paſſio,ſed violentiæ. oportet itaq; morem præexiſtere aliqualiter pro-
prium virtutis,diligentem bonum,& aſpernantẽ turpe. Ex iuuene autẽ ductione recta
ſortiri ad virtutem difficile:non à talibus nutritum legibus.temperate enim viuere &
perſeueranter non delectabile multis,aliterq; iuuenibus. propter quod legibus opor-
tet ordinatam eſſe nutritionem & adinuentiones. non erunt enim triſtia, conſueta fa-
cta.Non ſufficiens autem forte iuuenes exiſtentes, nutritione & cura ſortiri recta:ſed
quia & virum factum oportet adinuenire ipſa & aſſuefieri & circa hæc indigebimus le-
gibus: & totaliter vtiq; circa omnẽ vitam. multi enim neceſſitati magis q̃ ſermoni obe-
diunt:& iacturæ quàm bono. Propter quod exiſtimant quidam legiſpoſitores oporte-
re quidem aduocare ad virtutem, & prouocare boni gratia, vt obediẽtibus ijs qui epij-
ces conſuetudinibus præcedentibus: inobedientibus autem & degenerioribus exiſten-
tibus & pœnas & punitiones apponere,inſanabiles autem totaliter exterminare.epij-
cea quidem enim & ad bonum viuentem ſermoni obedire : prauum autem delectatio-
nem appetentem, triſtitia puniri quemadmodum ſubiugale . propter quod & aiunt

oportere tales fieri triſtitias:quæ maxime contrariantur amatis delectationibus.Si igi
tur quemadmodum dictum eſt futurum bonum nutriri oportet bene & aſſuefieri de-
inde ſic:& in adinuentionibus ſtudioſis viuere, & neq; volentem neq; nolentem agere
praua. hæc autem vtiq; fient viuentibus ſecundum quendam intellectum & ordinem
rectum habentem fortitudinem. Paterna quidem igitur præceptio non habet forte,
neque coactum:neque vtique totaliter quæ vnius viri non regis exiſtentis vel alicuius
talis. lex autem coactiuam habet potentiam ſermo ens ab aliqua prudentia & intelle-
ctu.Et hominum quidam odiunt contrariantes motibus,& ſi recte hoc ipſum operan-
Lacedęmonij tur:lex autem non eſt oneroſa præcipientes epijces. In ſola autem Lacedæmoniorum
ciuitate cum paucis legiſpoſitor curam videtur feciſſe:& nutritionis,& adinuētionum.
Cyclopes. in pluribus autem ciuitatibus neglectum eſt de talibus.& viuit vnuſquiſq; vt vult: Cy-
clopice diſponens de pueris & vxoribus.Optimum quidem igitur fieri communem cu
ram & rectam,& operari ipſum poſſe.Communiter autem negligētibus:vnicuique vi-
debitur vtique conuenire ſuis filijs & amicis ad virtutem conferre,vel eligere quidem.
Maxime autem vtique hoc poſſe videbitur ex dictis legiſpoſitiuus factus. communes
quidem enim curæ manifeſtum quoniam per leges fiunt: epijces autem quæ per ſtu-
dioſas.Scriptas autem vel non ſcriptas nihil vtique videbitur differre:neque per quas
vnus vel plures erudientur.quemadmodum neque in muſica & exercitatiua & alijs ru
dimentis.quemadmodum enim in ciuitatibus poteſtatem habent legalia,& mores: ſic
& in domibus paterni ſermones & mores,& adhuc magis propter cognationē & bene
ficia.præexiſtunt enim diligentes & facile obedientes naturæ.Adhuc autem & differūt
ſecundum vnumquodque diſciplinæ communium:quemadmodum in medicinali. vni-
uerſaliter quidem febricitanti confert abſtinentia & quies, alicui autem forte non: &
pugil forte non omnibus eandem pugnam circumponit. Certius autem agere videbi-
tur vtique vnumquodque propria cura facta. magis enim conuenienter potitur vnuſ-
quiſque.ſed curabit quidem optime ſecundum quod & medicus & exercitatiuus & om
nis alius vniuerſale ſciēs:quod communiter omnibus vel talibus congruit. communis
enim ſcientiæ & dicuntur,& ſunt non ſolum: ſed & vnius alicuius. & nihil forte prohi-
bet bene curare & non ſcientem entem:conſiderantem autem diligenter accidentia in
vnoquoque propter experientiam quemadmodum & medici quidem videntur ſuijp-
ſorum optimi eſſe:alteri vtique nihil potentes ſufficere.Nihil autem minus forte volen
ti artifici & ſpeculatiuo fieri:ad vniuerſale eundum eſſe videbitur vtiq;,& illud cogno-
ſcendum vt contingit.dictum eſt enim quoniam circa hoc ſcientiæ.Forte autem vtique
& volenti per curam meliores facere,ſiue multos ſiue paucos:legiſpoſitiuum tētandū
fieri,ſi per leges boni fiamus vtiq;.quamcunq; enim & propoſitam diſponere bene,non
eſt cuiuſcunq;:ſed ſiquidem alicuius ſcientis.quemadmodum in medicinali & reliquis
quorum eſt cura aliqua & prudentia. Igitur poſt hæc intendendum vnde vel qualiter
legiſpoſitiuus fiet vtique quis: vel quemadmodum in alijs à politicis. particula enim
videbatur politicæ eſſe.vel non ſimile videbitur in politica:& reliquis ſcientijs & potē-
tijs? in alijs quidem enim videntur ijdem & potentias tradentes & operantes ab ipſis:
Sophiſtæ. puta medici,ſcriptores.politica autem repromittunt quidem docere ſophiſtæ: agit au-
tem ipſorum nullus, ſed ciuiliter conuerſantes. Qui videbuntur vtique potentia qua-
dam hoc agere:& experientia magis quàm mente.neque enim ſcribentes,neque dicen
tes de talibus videntur: quanuis melius erat forte quàm ſermones iudicatiuos & con-
cionatiuos.neque rurſus politicos facientes ſuos filios vel aliquos alios amicorum.ra-
tionabile autem erat ſi quidem poterant.neque enim ciuitatibus melius nihil relinque
rent vtique:neque ſibijpſis exiſtere eligerent vtique magis tali potentia, neque vtique
amiciſſimis. non tamen parum videtur experientia conferre. non enim vtique fierent
per politicam & conſuetudinem magis politici.propter quod deſiderantibus de politi-
Sophiſtæ. ca ſcire:opus eſſe videtur experientia.Sophiſtarum autem repromittentes valde viden
tur longe eſſe à docere.totaliter autem neq; quale quid eſt:neq; circa qualia ſciunt.non

enim vtique eandem rhetoricæ neque deteriorem ponerent. neque vtique exiſtimarēt facile eſſe leges ponere congreganti approbatas legum. eligere enim eſſe optimas. quemadmodum neque electionem exiſtentem intellectus: & iudicare recte, maximū. quemadmodum & in ijs quæ ſecundum muſicam. experti enim circa ſingula iudicant recte opera, & per quæ vel qualiter perficiunt, intelligunt quæ oportet. & qualia qualibus concordant. in expertis autem amabile non latere vel bene vel male fiat opus, quemadmodum in ſcriptura. leges autem politicis operibus aſſimilantur. Qualiter igitur ex his legiſpoſitiuus fiet vtique aliquis: vel optimas iudicare? non enim videntur neque medicatiui ex conſcriptionibus fieri: quamuis tentant dicere non ſolum curationes, ſed vt ſanentur vtique. & vt oportet curare ſingulos diuidentes habitus. hæc autem expertis quidem vtilia eſſe videntur: neſcientibus autem inutilia. Forte igitur & legum & politiarum congregationes, potentibus quidem ſpeculari & iudicare quæ bene vel contrarium, vel qualia qualibus congruunt: vtilia vtique erunt. ijs autem qui ſine habitu talia pertranſeunt iudicare quidem bene non vtique exiſtit, ſi non ſecundum caſum. intelligibiliores autem ad hæc forte vtique fient. Relinquentibus igitur prioribus imperſcrutabile quod de legiſpoſitione: noſipſos intendere magis, melius forte. & totaliter vtique de politica. vt ad potentiam quæ circa humana: philoſophia perficiatur. Primum quidem igitur ſi quid ſecundum partem dictum eſt bene à progenitoribus tentemus pertranſire: deinde ex congregatis politijs ſpeculari qualia ſaluant & corrumpūt ciuitates, & qualia ſingulas politias. & propter quas cauſas hæ quidem bene, hæ autem contrarium ciuiliter agunt. Conſideratis enim his: forte vtique magis aſpiciemus & qualis politia optima, & qualiter vnaquæque ordinata: & quibus legibus & conſuetudinibus vtens.

¶Decem Ethicorum Ariſtotelis
Antiquæ traductionis
Finis.

Indices operum hic contentorum.

¶Ar.	Argyropylus	¶M.M.	Magna moralia	¶P.	Parua moralia.
¶Le.	Leonardus Aretinus.	¶An.	Antiqua traductio.		

Tres reſpublicæ. Pro numero 21 quinti, & 50 octaui — Tres reipublicæ labes.

βασιλεία	Regnum	τυραννίς	Tyrannus
ἀριστοκρατία	Optimorum poteſtas	ὀλιγαρχία	Paucorum potentia.
τιμοκρατία	Cenſu poteſtas	δημοκρατία	Popularis potentia.
¶Hinc denominantur,		¶Hinc denominantur,	
βασιλεῖς	Reges	τύραννοι	Tyranni
ἀριστοκρατικοί	Optimates	ὀλιγαρχικοί	Pauci principantes
τιμοκρατικοί	Cenſu potentes	δημοκρατικοί	Populares.

¶Hæc opera hic continentur: adinuicem hoc ordine conciliata.

Primo. Decem libri Ethicorum Ariſtotelis ex traductione Argyropyli Byzantini.

¶Commentarius in eundem.

Secundo. Magna Moralia Ariſtotelis interprete Georgio Valla Placentino.

Tertio. Dialogus Aretini ad Galeotum.

Quarto. Artificialis introductio per modum Epitomatis in decem libros Ethicorum Ariſtotelis.

Quinto. Decem Ethicorum Ariſtotelis ex traductione Leonardi Aretini.

Sexto. Itidem Ethicorum libri decem ex Antiqua traductione.

¶Omnia vno volumine comprehenſa & accuratiſſime recognita: quo ad beate viuendũ nullum deſit ſtudioſis præſidium. nullum enim vtilius ſtudium exiſtimauit Socrates, & vniuerſa vere philoſophantium ſchola: eo in quo ad probitatem incitamur, & ad virtutum accẽdimur amorem. Et abſoluta ſunt impenſis, ſumptibus & diligentia Simonis Colinæi: in almo Pariſienſium ſtudio. Anno ab incarnatione domini virtutum, 1535. Calendis Octobribus.